MARTII

FLORA BRASILIENSIS

VOL. XIV. PARS I.

MONACHII IN TYPOGRAPHIA REGIA C. WOLF ET FIL. ET IN OFFIC. LITHOGRAPH. S. MINSINGER.

FLORA BRASILIENSIS

ENUMERATIO PLANTARUM

IN

BRASILIA

HACTENUS DETECTARUM

QUAS SUIS ALIORUMQUE BOTANICORUM STUDIIS DESCRIPTAS ET METHODO NATURALI DIGESTAS PARTIM ICONE ILLUSTRATAS

EDIDIT

CAROLUS FRIDERICUS PHILIPPUS DE MARTIUS

OPUS

CURA MUSEI C. R. PAL. VINDOBONENSIS AUCTORE STEPH. ENDLICHER
SUCCESSORE ED. FENZL

CONDITUM SUB AUSPICIIS

FERDINANDI I. ET LUDOVICI I.

AUSTRIAE IMPERATORIS BAVARIAE REGIS

SUBLEVATUM POPULI BRASILIENSIS LIBERALITATE

PETRO II.

BRASILIAE IMPERATORE CONSTITUTIONALI ET DEFENSORE PERPETUO FELICITER REGNANTE.

VOLUMEN XIV. PARS I.

ACCEDUNT TABULAE LXXXV.

Mo. Bot. Garden,
1895.

MONACHII

MDCCCLVII — MDCCCLIX.

LIPSIAE APUD FRID. FLEISCHER IN COMM.

MARTII

FLORA BRASILIENSIS

VOL. XIV. PARS I.

MYRTACEAE

EXPOSUIT

OTTO BERG, PHIL. DR.

IN UNIVERSITATE REG. BEROLINENSI BOTANICAM DOCENS.

Mo. Bot. Garden,
1895.

MONACHII

MDCCCLVII— MDCCCLIX.

LIPSIAE APUD FRID. FLEISCHER IN COMM.

NOTA. MYRTACEARUM pars prima *(trib. Myrteae)* in lucem prodiit die 15. m. Maji 1857.

" " secunda *(trib. Barringtonieae,*

" " *Lecythideae,*

" " *Granateae)* " " " " 1. m. Februarii 1858.

" " tertia (Supplementum etc.) " " " " 15. m. Januarii 1859.

FLORA BRASILIENSIS

SIVE

ENUMERATIO PLANTARUM

IN

BRASILIA

HACTENUS DETECTARUM

QUAS

CURA MUSEI CAES. REG. PALAT. VINDOBONENSIS

SUIS ALIORUMQUE BOTANICORUM STUDIIS DESCRIPTAS

ET

METHODO NATURALI DIGESTAS

SUB

AUSPICIIS

FERDINANDI I.

AUSTRIAE IMPERATORIS

ET

LUDOVICI I.

BAVARIAE REGIS

EDIDIT

CAROLUS FRID. PHIL. DE MARTIUS.

ACCEDUNT CURAE VICE MUSEI CAES. REG. PALAT. VINDOBON.

EDUARDI FENZL.

FASCICULI XVIII. Pars I.

MYRTACEAE: exposuit OTTO BERG.

Pars prior: MYRTEAE; fol. 1—59, p. 1—468. Tab. 1—35. (cum intercalari 31. a.)
Accedit mappa itinera Botanicorum in Brasilia et terris adjacentibus illustrans.

PRETIUM: 35 Flor.

LIPSIAE APUD FRID. FLEISCHER IN COMM.
15. MAJI 1857.

MYRTACEAE.

EXPOSUIT

OTTO BERG,

PHIL. DOCT. IN UNIV. BEROLINENSI BOTANICAM DOCENS.

MYRTACEAE.

MYRTACEAE *R. Brown rem.* 14. *DC. Dict. Class. V.* 11. *et not.* 1826. *Prodr. III.* 207. *Bartl. Ord. nat.* 330. *Lindl. Intr. ed. II.* 43. *Cambess. in St. Hil. Fl. Br. mer. II.* 198. *Endl. Gen.* 1223. — MYRTI *Juss. Gen.* 323. — MYRTEAE *Juss. Dict. Sc. nat.* 34. 79. — MYRTINEAE *DC. Theor. Meisn. Gen.* 106. *(75.)* — MYRTOIDEAE *Vent. Tab. Batsch. Tab. p.* 13. — MYRTEACEAE *Nees Nov. Act. Acad. Leop. Carol. N. Cur. XI.* 113. — HESPERIDEAE *Linn. Ord. nat.* 19., *non Vent.*

DICOTYLEDONEAE DIALYPETALAE (RARIUS APETALAE), HERMAPHRODITAE (RARISSIME ABORTU DICLINES), EPANTHAE, PERIGYNAE, 3—5—6-MERAE, POLYSTEMONEAE (RARISSIME ISO-, SESQUI- V. DIPLOSTEMONEAE), MONOGYNAE, FRUCTU INFERO, 1 — MULTILOCULARI, 1 — POLYSPERMO, EMBRYONE (SAEPISSIME) EXALBUMINOSO, PLERUMQUE CURVATO. — *ARBORES V. FRUTICES PLERUMQUE OPPOSITIFOLIAE, EXSTIPULATAE, GLANDULOSAE, PERULATAE.*

FLORES saepissime perfecti, interdum abortu polygami v. diclines, regulares, rarius sepalorum, petalorum v. staminum inaequali longitudine subirregulares, nunc spicati, cymosi, paniculati v. capitati, nudi v. involucrati, saepissime basi bibracteolati, albi, rosei, purpurei, aurei, rarissime caerulei. **HYPANTHIUM** (calycis tubus auctor.) supra germen plus minusve productum, in calycem abiens. **GERMEN** inferum, spurie inferum v. semiinferum, nunc 1-loculare, ovulo unico v. pluribus e sporophoro basilari, brevissimo erectis, anatropis, nunc bi — pluriloculare, dissepimentis (potius sporophoris) simplicibus, centripetis aut centro omnino coadunatis aut discretis, rarissime 2—3-cameratum. **OVULA** integumento duplici instructa, e loculorum angulo centrali exserta v. parietalia; plurima plerumque bi - v. multiserialia, pendula et anatropa aut bina, rarissime solitaria, angulo centrali peltatim affixa, campylotropa. **CALYX** aut clausus et ad anthesin operculatim v. irregulariter rumpens aut saepius 3—6-phyllus, plerumque persistens, ex margine hypanthii oriens, sepalis basi saepe connatis, praefloratione valvatis v. imbricatis, saepe inaequalibus. **PETALA** plerumque tot quot sepala, rarius pauciora, ante sepala quibus sunt alternantia margini saepe introrsum incrassato hypanthii inserta, praefloratione imbricata v. convoluta; interdum nulla. **STAMINA** plurima, ante petala margini v. parieti hypanthii interiori inserta, rarissime iisdem numero convenientia, saepissime multipla, indefinita, pluriseriata, interdum partim ananthera; **FILAMENTA** filiformia v. linearia, nunc libera, nunc inferne plus minusve monadelpha v. in fasciculos petalis oppositos coalita, interdum in urceolum hinc brevem, illinc in ligulam petaloideam, plus minusve elongatam, intus staminodiis creberrimis onustam connata, per praefloration em incurva, rarissime abrupte flexa v·

recta; ANTHERAE plerumque dorso supra basin, rarius basi affixae, supra insertionem v. apice glandula instructae, 2-, rarius 4-loculares, utroque margine rima longitudinali recta v. rarius sigmoideo-flexa, rarius subvalvatim, rarissime poris dehiscentes; granula pollinis lenticulari-compressa, trigona, tripora. CARPOPHYLLA 1-, rarissime 2—3-seriata, 2—15, omnia v. solum exteriora v. superiora inter se concreta, verticem germinis stylumque, interiora (si adsunt) diaphragma germinis formantia, ad maturitatem plerumque clausa, interdum longitudinaliter dehiscentia v. operculatim soluta. STYLUS terminalis, aut rarissime in germine uniloculari lateralis, solitarius, filiformis v. linearis; STIGMA terminale v. rarissime laterale, indivisum, simplex, capitatum v. peltatum. FRUCTUS saepissime calyce coronatus, nunc unilocularis, abortu 1-spermus, siccus, indehiscens v. apice incomplete bivalvis, nunc 1-cameratus, 2 — multilocularis, et tunc v. capsularis, apice operculatim loculicide v. septicide dehiscens, rarius indehiscens aut baccatus v. drupaceus, indehiscens, loculis polyspermis v. abortu monospermis; nunc loculis bi-, rarissime triseriatim superpositis 2 — 3-cameratus, dissepimentis membranaceis. SEMINA recta, reniformia v. hippocrepica, angulata, teretia v. compressa, TESTA ossea, cartilaginea v. membranacea instructa, rarissime pulpa succosa, pellucida inclusa. EMBRYO plerumque exalbuminosus, rectus, curvatus v. spiralis; ROSTELLO perbrevi, interdum indistincto, saepius elongato, curvato; COTYLEDONES nunc foliaceae, contortuplicatae v. spiraliter convolutae, nunc crassae, carnosae, liberae v. plus minusve coadunatae in massam homogeneam, per germinationem epi- v. hypogaeae.

ARBORES, FRUTICES, rarissime SUFFRUTICES aut herbae perennes. FOLIA annua v. perennantia, opposita, rarius alterna v. verticillata, plerumque coriacea, simplicia, integerrima, rarius serrata, nunc plana, penninervia, venis saepe ad nervum limbalem 1—3-plicem confluentibus, nunc teretia aut semiteretia, saepissime glandulis oleigeris parenchymati immersis pellucido-punctata, rarius glandulis superficialibus opaca v. eglandulosa. STIPULAE plerumque nullae, rarius ad petiolorum basin geminae, minimae, interdum in setas carnosas excurrentes v. in ochream concrescentes.

FORMA ET NERVATURA FOLIORUM.

Forma foliorum a diversis auctoribus vario modo describitur et denominatur, itaque non supervacaneum erit, me terminos technicos verbis exponere, quibus acerrima fide in posteris diagnosibus usus sum.

Si diameter longitudinalis folii diametrum transversalem aequat v. subaequat, folium *orbiculare* v. *suborbiculare* dicitur; si 1¼ superat, *orbiculari-ovale*; si 1½ superat, *ovale* v. *ellipticum*; si 1¾, *oblongo-ovale* v. *-ellipticum*; si 2 — 2½ superat, *ovali-* v. *elliptico-oblongum*; si 3-plo, *oblongum*; si 3¼, *lanceolato-oblongum*; si 3½, *oblongo-lanceolatum*; si 4-plo, *lanceolatum*; si 5-plo, *lineari-lanceolatum*; si 6-plo, *lanceolato-lineare*; si plusquam 6-plo superat *lineare* nominavi. In formis supra definitis diameter transversalis maximus in medio conspicitur, si vero ad basin invenitur ex folio ovali v. elliptico folium *ovatum*, ex folio oblongo-ovali v. oblongo-elliptico folium *oblongo-ovatum*, ex folio ovali- v. elliptico-oblongo folium *ovato-oblongum*, ex foliis oblongis, lanceolatis et linearibus folia *ovate oblonga*, *ovate lanceolata*, *ovate linearia* (haud ovato-oblonga, ovato-lanceolata, ovato-linearia, quae figuras intermedias indicarent) oriuntur.

Myrtaceae plerumque habent folia reticulato-venosa v. -costata, rarius venosa v. uninervia, avenia; nervi laterales primarii v. venae saepissime breviore v. longiore a margine distantia conjunguntur ad nervum limbalem margini parallelum v. arcuatum. Inter ramos primarios majores (venas) nervorum subtiliores (venulae) intercurrunt, quos inde interjectos dixerim. Venulae interjectae plerumque ramosae, vel ramosissime cum venis secundariis, tertiariis etc. anastomosi junguntur et folium utrinque aequaliter v. inaequaliter aut laxe aut dense reticulatum formant. Interdum ramuli ultimi venularum in medio areolae in glandulam oleiferam excurrunt. Directio venarum maximi momenti est, ut species diversae, sed saepe maxime similes, ab invicem distingui possint. Venae sunt *arrectae*, quae angulum 5 — 30°; *subpatentes*, quae angulum circiter 40°; *patentes*, quae angulum 45°; *suberecto-patulae*, quae angulum 50°; *erecto-patulae*, quae angulum 60°; *subpatulae*, quae angulum 70°; *patulae*, quae angulum 75°; *subdivaricatae*, quae angulum 80°; *divaricatae*, quae angulum rectum cum nervo intermedio sursum efficiunt.

INFLORESCENTIA.

Flores saepissime abortu florum lateralium basi bibracteolati, sunt axillares, v. ex axillis foliorum summorum egredientes, subterminales, aut folio stipante dimoto aut ante florescentiam caduco laterales, rarius (ut in *Eugenia uniflora Bg., nec L.*, et in *Lecythideis*) recte terminales, vel e caule vel ramo emergunt, neque folio nec bractea stipati, pedunculati, rarissime sessiles. Pedunculus ex axilla folii oriundus, basi ebracteatus, simplex est et uniflorus aut plus minusve ramosus, ad ramificationes bractea

instructus, pluri- et multiflorus, elongatus v. abbreviatus, interdum plane oblitteratus, tunc pedicelli 1 v. plures, singuli basi bracteati immediate ex axilla foliorum egrediuntur. Inflorescentia composita, saepissime centrifuga, rarius ut in Lecythideis centripeta invenitur. Pedunculi triflori, pedicellis trifloris 9-flori evadunt aut ramificatione iterata cymas di- — trichotomas formant, floribus in dichotomiis sessilibus, lateralibus pedicellatis. Cymae autem secundum longitudinem ramo uno alterove v. pluribus auctae racemum efficiunt, si pedicelli 1-flori evadunt, paniculam contra, si pedicelli multiflori e rhachi communi excrescunt. Cymae abbreviantur usque ad fasciculos, capitula v. glomerulos et formant tunc saepius oppositione verticillastros.

INSERTIO FLORIS PARTIUM.

Flos, ut mutata gemma, constat, ut haec, ex duobus primariis organis, in quae omnia externa organa phanerophytorum reduci possunt, ex axi et foliis. Axis floris jam inde a Linnaei temporibus receptaculum nominatur. Ut autem in gemma axis contractus manere potest, dum folia perfecte sese explicare possunt, exempli causa in foliis fasciculatis, aut ex parte tantum prolongatur, ut in foliis rosulantibus inde a basi prolongati axis, aut perfectam explicationem assequi potest, ut in excrescentibus ramis foliatis; ita etiam in axi floris, in receptaculo, variae prolongationes, explicationes, contractiones inveniuntur.

Phanerophytorum plerorumque varios verticillos floris ita sese excipere constat, ut externus foliorum verticillus modo ut simplex perigonium, modo in calycem et corollam divisus stamina circumdet, quae unum aut plures gyros formantia, circum pistillum posita sunt. Omnes reliqui verticilli oriuntur tum ex receptaculo infra pistillum. Quam collocationis rationem Jussieuo auctore insertionem perigonii et staminum hypogynam nominaverunt illamque normalem esse declaraverunt. Multae autem plantae discrepant relativa collocationis ratione ab hoc typo.

Receptaculum enim frequenter se dilatat diversis in internodiis et ita efficit florum formationes, quae plus minusve ab ea, quam normalem dicunt, certe ab simplicissima differunt. Si summum internodium, quod pistillum fert, cum nodo suo in solam latitudinem crescit, discus oritur hypogynus, qui pistillum sublevat, reliqui floris gyri sub eodem sunt et manent hypogyni. Contra si internodium in longitudinem ductum est, gynophorum vocatur. Neque minus insertio hypogyna manet, si medius quoque staminibus destinatus nodus cum internodio conjunctus summo, in discum hypogynum extenditur, quod ubi fit, pistillum medio in disco, stamina in margine ejus et perigonium sub eodem sunt.

In magna familiarum serie omnes nodi receptaculi cum suis internodiis simul ad unum planum, concavum, urceolatum aut tubulosum discum expanduntur. Hic secundum Linkium *hypanthium* vocatur. Hypanthio oblato duplicem explicationis diversitatem videmus. Nam aut tantum perigonium et stamina ex hypanthii circuitu evadunt, carpophylla contra perpendiculari ab his intervallo conspicuo centrum ejus occupant et ad pistillum superum concrescunt, e qua collocationis ratione *insertio perigyna germine supero* dependet; aut omnes gyri oriuntur e margine et pariete interiore hypanthii, quum in hypanthii cavatione tantum ovula sint. Germen inferum oritur. Quod ubi fit, aut inter stamina (si haec desunt, inter perigonium) et carpophylla intervallum perpendiculare clare apparet, tum est *insertio perigyna germine infero;* aut omnes gyri, itaque etiam carpophylla oriuntur, non separata inter se, intervallis perpendicularibus, universa ex margine extremo hypanthii, quae inter se connata tantum superum tegmen germinis cavi et stylum, si hic exsistit cum stigmate formant. Tum vocatur *insertio epigyna.* Germinis paries in omnibus his casibus, quos modo enumeravi, aut e carpophyllis solis (germen superum) aut ex hypanthio solo (germen inferum) formatur, sed germen superum in nonnullis ordinibus connatum et confusum est cum hypanthio, ita ut organum, quod nunc plerumque germen habetur, dico hypanthio circumdatum et cum eo arcte cohaerens germen, inferum v. semiinferum appareat. Tum *germen spurie inferum* vocatur, ut in Pomaceis, Melastomaceis et multis Myrtaceis.

MYRTACEARUM FLORIS EXPLICATIONIS HISTORIA.

Lumen flori Myrtaceo clarissimum offert floris natura Punicae, ex qua optime hinc Leptospermearum illinc Myrtearum diversae rationes interpretantur (v. tab. VIII. et IX.). Ut primum alabastrum *Punicae Granati*, quod turbinatam formam habet, apparuit, axis concave patet et in margine 5, parva, solida, carnosa sepala fert, quae valvatim composita atque apicibus introrsum flexis et papillis instructis axis cavum explent (f. 1 a.). Centrum axis ex claro explicationis capace parenchymate formatum est (f. 1 a. 8). Modo prolongatur margo editus axis, unde hypanthium fit. Tum oriuntur juxta sub sepalis petala, ut cellulosi coni (f. 1.). His ortis etiam ex interiore pariete hypanthii stamina, ut cellulosae verrucae, prodeunt, quae primum omnino non a petalis diversa videntur seseque paullatim a summo ad imum explicant (f. 2 a.). Nunc demum in centrali cavo hypanthii, quod in prima floris origine vix agnosci potuit, carpophylla duobus, rarissime tribus gyris oriuntur (f. 3—5.), ita ut plerumque in exteriore, prius nato gyro duplo major numerus exsistat, quam in interiore (f. 3.). Carpophyllum singulum stipat gemmae instar conicum cellulosum pulvinum, unde postea sporophorum fit. Quodque sporophorum sub carpophyllo esse videtur (f. 4. 5.). Quum vero hypanthium receptaculum sit, cujus apex ad crescendum in longitudinem tardabatur, dum infera internodia justo majus incrementum capiebant, comparari potest cum cono cavo, qui introrsum usque ad marginem extremum retusus est. Itaque proprius apex centralis basis et propria basis superior margo fit. Itaque hic infimae aut intimae partes supremae aut extremae et novissimae, et vice versa supremae infimae et antiquissimae sunt. Haec est causa, cur stamina et sporophora contra normam explicari videantur.

Pistillum hic non est organum sui juris, sed constat ex carpophyllis et sporophoris arcte cum hypanthio (receptaculo) conjunctis. In fundo hypanthii, ut jam supra docui, duo gyri carpophyllorum oriuntur, quae primum vix a sporophoris discerni possunt (f. 3.), modo justo magis exolescunt. Unum quodque carpophyllum stipat crassum sporophorum, quod pariter ac carpophyllum primo in fundo hypanthii stat. Dum igitur hypanthium in peripheria superne prolongatur, etiam exterioris gyri carpophylla magis in altitudinem evehuntur et haec ipsa, sicuti ad ea pertinentia sporophora ex hypanthii pariete oriri videntur (f. 7—11.). Carpophylla interioris gyri cum sporophoris manent in hypanthii fundo, se marginibus suis circa quodque ad illa pertinens sporophorum inflectunt et inter se concrescunt, ita ut marginibus dissepimenta, quae loculos inter se separant et paginis dorsalibus diaphragma formetur, quod loculos inferioris gyri a loculis superioris discernit (f. 7—11. 16 i.). Carpophylla superioris gyri (f. 7—11. 16 e.) simili modo concrescunt, ita ut hic quoque loculorum dissepimenta marginibus formentur (tab. IX. f. 13—14.), paginae autem dorsales germinis cavi tegmen forment; apices autem eorum prolongantur, inter se concrescunt itaque stylum formant, qui in extremo apice papillis tectus stigma repraesentat. In centro autem

styli, ubi carpophyllorum margines non prorsus coalescebant, canalis restat papillis ornatus, qui usque ad pistilli cameram inferiorem pertinet, canalis stigmaticus. Ubi apices carpophyllorum gyri inferioris basim superiorum attingunt, conjunctio instituitur per contextum cellulosum laxum, per telam conductricem, per quem contextum ex canali stigmatico descendentes tubi pollinis in loculos superioris camerae perveniunt (tab. IX. f. 12 †.). Ubi carpophylla gyri inferioris inter se et ex parte etiam cum sporophoris coalescunt, ibi ea tela conductrix formatur, quae in loculos camerae inferioris ducit (tab. IX. f. 12 †.). Numer uscarpophyllorum gyri superioris fere semper cum sepalorum numero concinit, quum gyrus inferior tantum dimidium numerum efficiat. Inde fit, ut superior camera (tab. IX. f.13 — 14.) frequenter sex, inferior tres loculos contineat, verum etiam supra octo et quatuor sunt, quum infra quatuor et duo inveniantur, rarius numeri sibi non respondent, ubi supra et infra unum praeterea carpophyllum accedit. Ita pistillum, quod primo libera carpophylla supera continebat, inferum factum est, dum carpophylla et sporophora cum hypanthio amplius excrescente coalescunt.

Itaque floris formatio *Punicae* magnam similitudinem habet cum *Rosae*, ibi autem libera carpella, quae autem non cum hypanthio coalescunt, formantur, et *singulum* quodque carpophyllum per se totum quoddam repraesentat, quod optime sine reliquis constare potest, dum in Punica non vera carpella, sed tantum multifariam inter se et cum hypanthio coalescentia carpophylla sunt. Valde autem diversa est haec pistilli formatio ab ea Pomacearum, ubi parata et primo libera carpella postea longitudinaliter cum hypanthio concrescunt et coalescunt. Melastomaceae et Myrtaceae reliquae suam pistilli formationem a Granateis ad Pomaceas traducunt, quum modo superior, modo inferior gyrus carpophyllorum solus ad explicationem perveniat, itaque carpophylla modo e medio hypanthio v. supra ex interiore pariete oriantur et germen vere inferum forment, ut in Myrteis, modo e fundo hypanthii et germen spurie inferum forment, ut in Leptospermeis. Germen totum Leptospermearum camerae respondet inferiori Punicae ac pariter idem Myrtearum camerae superiori ejusdem floris. Itaque Leptospermeis sporophora sunt, quae e basi germinis egrediuntur, quum sporophora Myrtearum in medio v. in summo cavo germinis oriantur. Sporophora camerae *Punicae* superioris, primo per totam longitudinem parietalia, concrescunt, serius medio cum columella centrali; in Myrteis contra rarius libera et parietalia manent, ut in *Psidii* et *Calycolpi* speciebus plurimis et *Myrti* speciebus nonnullis, sed plerumque ad medium excrescunt ibique concrescunt, ita, vera dissepimenta formant et nunc in centro ovula gerunt.

Operculum fructus Lecythidearum omnino e carpophyllis concretis constat, quum post dehiscentiam remanens pyxidium ex hypanthio formetur.

AFFINITAS.

Manifesta est ordinis habitu et characteribus distinctissimi hinc, Memecyleis mediantibus cum Melastomaceis et amplius cum Lythrariis et Onagrariis, illinc cum Pomaceis affinitas. *Memecyleae* germinis arctiore cum hypanthio cohaerentia, embryonis exalbuminosi cotylis foliaceis, contortuplicatis maxime Myrtaceis affines differunt: nervatura foliorum, absentia glandularum oleiferarum et praefloratione corollae contorta. *Melastomaceae* foliis nervosis, eglandulosis; germine hypanthio minus adhaerente; praefloratione corollae contortuplicata; filamentis praefloratione induplicato-inflexis; antheris terminalibus, apice poris, rarius rimis dehiscentibus ab Myrtaceis differunt, sed *Diplogenea*, Melastomacea Madagascariensis, glandulis oleiferis praedita est et *Campomanesiae lineatifoliae* (verae Myrtaceae) sunt folia nervosa, *Myrrhinii* speciebus filamenta induplicato-inflexa, *Ugni* speciebus antherae basifixae, appendiculatae et *Cerqueiriae* speciei antherae poris dehiscentes Melastomacearum sunt. *Lythrariae* germine supero, *Onagrarieae* floribus isomeris, *Pomaceae* foliis alternis, stipulatis, eglandulosis differunt.

Nostrum hoc loco erit, ut liberalitate et munificentiae clarissimorum virorum Fenzl, Kegel, Klotzsch, de Martius, Pritzel, de Schlechtendal, Sonder, qui nobis speciminibus plantarum siccis, libris, iconibus in hac monographia favebant, publicas agamus gratias.

CONSPECTUS TRIBUUM.

I. Carpophylla uniserialia.

A. Folia saepissime opposita, integerrima, exstipulata, glandulosa. Germen 2 — pluriloculare. Stamina libera, rarius fasciculata. Fructus baccatus v. drupaceus. **MYRTEAE.**

B. Folia alterna, subopposita v. subverticillata, plerumque eglandulosa, saepe serrata. Germen pluriloculare. Stamina innumera, basi breviter et aequaliter monadelpha. Fructus corticatus. . . . . **BARRINGTONIEAE.**

C. Folia alterna, impunctata, saepe serrata. Germen pluriloculare. Stamina multiserialia, innumera, monadelpha, filamentis in urceolum hinc abbreviatum, illinc in ligulam petaloideam staminodiis onustam productum connatis. Fructus plerumque siccus, saepissime circumscissus. . . . . **LECYTHIDEAE.**

II. Carpophylla 2-, rarius 3-serialia, hypanthio plus minusve coadunata.

A. Folia opposita, impunctata. Stamina libera. Fructus 2-, rarissime 3-cameratus; semina inferiora basilaria, superiora parietalia, baccata. . . . . **GRANATEAE.**

Tribus I. **MYRTEAE** DC. *Dict. class. V. 11. et not. 1826.; Prodr. III. 230. Endl. Gen. 1231.* Folia plerumque opposita, integerrima, glandulosa, rarissime stipulata. Germen inferum, rarius semiinferum, 2 — pluriloculare, 2 — multiovulatum; ovula axi centrali affixa. Stamina libera, rarius fasciculata. Fructus baccatus v. drupaceus, indehiscens.

CONSPECTUS SUBTRIBUUM.

I. Semen exalbuminosum.
- A. Embryo cotylis foliaceis, contortuplicatis; radicula elongata. . . . . MYRCIOIDEAE.
- B. Embryo cotylis carnosis, discretis v. margine v. omnino conferruminatis; radicula abbreviata. . . EUGENIOIDEAE.
- C. Embryo spiralis, subspiralis v. uncinato-curvatus; radicula elongata; cotylis brevissimis.
  - 1. Stamina creberrima, in alabastro incurva. . . . . PIMENTOIDEAE.
  - 2. Stamina 4—8, in alabastro retrorsum biplicata. . . . . MYRRHINOIDEAE.

II. Semen albuminosum.
- A. Stamina in alabastro recta. Embryo rectus. . . . . ORTHOSTEMONOIDEAE.

Subtrib. I. **MYRCIOIDEAE** Berg. Germen inferum, 2—4-loculare, 4 — multiovulatum. Calyx clausus, calyptratim v. longitudinaliter rumpens aut 3 — 5-lobus. Petala 3 — 5 v. nulla. Stamina plurima, libera; antherae 2- v. 4-loculares, longitudinaliter, rarissime poris dehiscentes. Stylus solitarius; stigma simplex. Fructus baccatus v. drupaceus. Seminis testa membranacea, arcte adhaerens v. cartilaginea, nitida. Embryo exalbuminosus; radicula elongata, curvata; cotylis foliaceis, contortuplicatis.

CONSPECTUS GENERUM.

I. Germen 2 — 4-loculare, loculis biovulatis.
- A. Antherae 4-loculares, apice 4-porosae. . . . . CERQUEIRIA.
- B. Antherae sub-4-loculares, utroque latere rima sigmoideo-flexa v. fere 4-valvatim dehiscentes. . . GOMIDESIA.
- C. Antherae biloculares, longitudinaliter dehiscentes, marginibus explanatae.
  - a. Alabastra clausa, calyce calyptratim soluto. . . . . CALYPTRANTHES.
  - b. Alabastra clausa, calyce in 4 — 5 lobos rumpente. . . . . MARLIEREA.
  - c. Alabastra non omnino clausa, apice sepalis brevissimis, 3 — 5 instructa, demum ad germinis verticem usque partita. . . . . RUBACHIA.
  - d. Alabastra aperta, calyce repando, demum profundius 5-lobo. . . . . CALYPTROMYRCIA.
  - e. Alabastra aperta, calyce 5-sepalo:
    - 1. Hypanthium supra germen valde productum, sub calyce haud constrictum. . . . . AULOMYRCIA.
    - 2. Hypanthium supra germen vix productum, sub calyce constrictum. . . . . MYRCIA.
  - f. Alabastra subaperta, calyce breviter 4-lobo, demum profundius partito. . . . . EUGENIOPSIS.

II. Germen 2 — 4-loculare, loculis multiovulatis, sepala 4. . . . . MYRCEUGENIA.

I. CERQUEIRIA Berg.

Hypanthium (calycis tubus auctor.) supra germen valde productum, in calycem abiens, basi bracteolis 2, caducis stipatum. Germen inferum, biloculare; ovula in loculis bina, collateralia, angulo interno loculorum affixa. Lobi calycini 5, in alabastro globo petalorum breviora, ex margine hypanthii libero oriundi, inaequales. Petala 5, perigyna, sepalis alterna. Stamina creberrima, ante petala margini hypanthii libero inserta; filamenta libera, filiformia in alabastro introflexa, demum recta; antherae lineares, basifixae, 4-loculares, apice 4-porosae; granula pollinis trigona, tripora. Carpophylla 2, verticem germinis stylumque formantia. Stylus filiformis; stigma simplex. Fructus . . . . . .

Frutex Brasiliensis; foliis oppositis, chartaceis, venosis, limbinerviis, glandulosis; cymis subterminalibus.

Genus in honorem Nob. Ignatii Accioli de Cerqueira e Silva, residentis Paraënsis, nominavi, cui debetur „*Corografia Paraënse ou descripçam fisica historica e politica da Provincia do Gram-Parà.*“ Bahia 1833. et „*Memorias historicas e politicas da Prov. da Bahia.*“ Bah. 1835. 3 Voll.

1. CERQUEIRIA SELLOWIANA Berg. ♄

Tabula nostra X.

Rami teretiusculi, ramosi; ramuli compressi foliaque subtus et cymae dense et brevissime sericea. Folia opposita, breviter petiolata, chartacea, oblongo-lanceolata, apice in acumen lineare, obtusiusculum, basi sensim in petiolum 1—2‴ lg. attenuata, margine subundulata, recurva, discoloria, supra glabra, opaca, subtus nitida, juniora pellucido-punctata, venosa; lamina 64—76‴ lg., 18—23‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis plurimis, tenuissimis, rectis, subpatulis, prope marginem ad nervum limbalem conjunctis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis sub lente reticulatis. Cymae pedunculatae, subterminales, 2, folio multo breviores, 16—18‴ lg., simpliciter 3-fidae; rhachi compressa, ramis brevissimis, 3-floris (v. in herb. Berol.).

Habitat in prov. Bahia: Sellow. Pl. Hamadryas.

II. GOMIDESIA Berg.

Myrciae *species auctor.*

Hypanthium (calycis tubus auct.) supra germen plus minusve productum, in calycem abiens, basi bracteolis 2, plerumque caducis stipatum. Germen 2—5-loculare, inferum; ovula in loculis bina, collateralia, angulo interno loculorum affixa. Lobi calycini 5, in alabastro globo petalorum breviora, ex margine hypanthii libero oriundi, inaequales, persistentes, rarissime circumscissi et decidui. Petala 5, perigyna, sepalis alterna. Stamina creberrima, ante petala margini libero hypanthii inserta; filamenta libera, filiformia, in alabastro introflexa, demum recta; antherae dorso supra basin affixae, ovales, supra insertionem glandula instructae, 4-loculares; loculis per geminos superpositis, inferioribus longioribus introrsum, superioribus brevioribus extrorsum dehiscentibus, marginibus explanatis, aut oblongae v. lineares, glandula terminatis, sub-4-loculares, ad latera rima sigmatoideo-flexa, superne extrorsum, inferne introrsum hiante dehiscentes, marginibus haud explanatis; granula pollinis trigona, tripora. Carpophylla 2—5, verticem germinis stylumque formantia. Stylus filiformis, stigma simplex. Bacca calyce coronata, 1—4-sperma. Semen testa cartilaginea, pallida v. badia, nitida instructum. Embryo exalbuminosus; cotylis foliaceis, amplis, contortuplicatis; rostello elongato, curvato.

Frutices v. arbusculae Brasilienses; foliis oppositis, plerumque pellucido-punctatis et reticulato-venosis; cymis v. paniculis axillaribus et subterminalibus.

Genus in honorem dixi Ill. Dr. Gomides, Marianensis, cui debetur „*Mappa das Plantas do Brazil, suas virtudes e lugares emque florezem, extrahido de officios de varios medicos et cirurgoens*“, in: *O Patriota, Jorn. liter. rel. III. Jul. 1814. 3. sq.*

1. Magnifoliae. Ramuli callo interpetiolari transversali, saepissime utrinque in setas stipulares carnosas excurrente instructi. Folia magna. Sepala lata, truncata v. obtusata. Antherae lineares v. oblongae, utroque latere rima sigmatoideo-flexa dehiscentes, marginibus haud explanatis.

1. GOMIDESIA CHAMISSOEANA Berg: ramulis, foliis subtus, cymis, alabastris densissime nitideque sordide argenteo-sericeis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongo-lanceolatis v. lanceolatis, acutissime acuminatis, basi in petiolum attenuatis, discoloribus, junioribus pellucido-punctatis, supra glaberrimis, tenuissime venosis, limbinerviis; cymis subterminalibus, trichotomis, folio multo brevioribus; hypanthio supra germen biloculare producto, demum ibidem circumscisso et cum calyce deciduo; sepalis latissimis, truncatis v. obtusissimis. ♄

Folium: Tabula nostra I. Fig. 3.

Eugenia nitida Velloz. Fl. Fl. V. t. 35. Textus p. 208.

Ramuli compressi, ad nodos callo interpetiolari, transversali, angusto, utrinque in setas 2 carnosas, stipulares excurrente instructi. Folia opposita, siccata supra fusco-atra, margine vix recurva; petiolo 4—6‴ lg.; lamina 3—9″ lg., 9—30‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus incrassato; venis plurimis, tenuissimis, patulis, utrinque vix manifestis. Cymae valde compressae, validae, 16—33‴ lg.; ramis simpliciter v. bis bifidis; flore in dichotomiis sessili, lateralibus breviter pedicellatis. Alabastra obovata, 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen dense sericeum, 4-ovulatum. Sepala 5, utrinque sericea, 1½‴ lt., ½—¾‴ lg. Petala 5, subrotunda, extus sericea, 2‴ lg. Stamina 3½‴ lg. Stylus basi puberulus, 2½‴ lg. (v. in herb. Berol., Vindob. et Mart.).

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Mikan, coll. n. 1047, Sellow; in silvis maritimis, ad ripas Taguahy, Junio florens; Mangue do Brejo *incolis: Vell. Pl. Dryas.*

2. GOMIDESIA MARTIANA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis et alabastris ochraceo-farinosis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongo-lanceolatis, basi latioribus ibique acutis, apicem versus sensim acutatis, obtusiuscule acuminatis, adultis glabris, subtilissime ciliatis, obscure creberrimeque pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis: paniculis subterminalibus, multifloris, folio dimidio brevioribus; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis, utrinque minutissime sericeis. ♄

Ramuli stricti, graciles, glabri, novelli compressi, stipulis angustissimis, connatis obsolete annulati. Folia opposita, concoloria; petiolo 4—6‴ lg.; lamina 6½—8″ lg., 2—2¾″ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus elevato; venis plurimis, tenuissimis, patulis, utrinque vix manifestis; venulis interjectis vix reticulatis. Paniculae 3—3½″ lg., brachiato-pyramidatae, rarius axillares, floribus ultimis ternis, sessilibus. Alabastra obovata, 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum. Sepala 5, subdeltoidea. Petala 5, extus ochraceo-farinosa (v. in herb. Berol. et Schlechtendal.).

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Sellow. Pl. Dryas.

3. GOMIDESIA SPECTABILIS Berg: ramulis cymisque validis, compressis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, oblongis v. lanceolato-oblongis, rarius ovate-oblongis, sensim longe et acute acuminatis, discoloribus, sparse pellucido-punctatis, supra subnitidis, glabratis, subtus verruculosis, reticulato-costatis, limbinerviis; cymis axillaribus et subterminalibus, trichotomis, folio duplo brevioribus; germine biloculari; bacca ovali, farinosa, 1-sperma, sepalis brevibus, rotundatis, conniventibus coronata. ♄

Tabula nostra XI. — Variat.:

α. farinosa: ramulis cymisque et foliis subtus praesertim ad nervos farina ochracea dense conspersis; foliis lanceolato-oblongis, basi acutis.

Rami tereti-compressi, ad nodos callo interpetiolari stipulari instructi, exophloeo delapso laeves, glabri. Folia opposita, novella dense sericea, demum glabra, subtus verruculosa et ad nervos ochraceo-farinosa, margine recurva; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 8—12″ lg., 2½—3½″ lt.; nervo supra impresso, subtus incrassato; venis utroque latere 30—35, subpatulis, rectis, supra vix prominulis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, utrinque praesertim inferne prominulis. Cymae pedunculatae, 3—5″ lg., 3—4-pliciter compositae, brachiatae; ramis infimis saepe 2-nis, altero breviore. Alabastra obovata, 2‴ lg., dense brevissimeque ochraceo-sericea, bracteolis 2, lanceolatis, sericeis, 1—¾‴ lg. stipata. Germen disco concavo, velutino terminatum. Sepala 5, ovato-rotundata, utrinque sericea, ¾‴ lg. Petala 5, obovata, extus sericea, 2½‴ lg. Stamina petala subaequantia. Stylus basi sericeus, 2‴ lg. (v. in herb. Berol.).

β. GENUINA: ramulis cymisque pube subsericea velutinis; foliis oblongis, basi acutis, supra pube decidua subvillosis, subtus in nervis venisque subhirsutis.

Myrtus spectabilis Mart. Herb.

Myrcia spectabilis DC. Prodr. III. 248. Camb. in Hil. Fl. Br. mer. II. 214.

ARBUSCULA 8 — 10-pedalis. BACCAE ochraceae, 5 — 7‴ lg. SEMINIS testa cartilaginea, badia. COTYLAE magnae, foliaceae, valde contortuplicatae, ciliatae; ROSTELLO elongato, sericeo. (v. florif. in hb. Berol. Monac. Vindob.; fructif. in hb. Berol. et Schlechtend.)

γ. OVATA: cymis sericeis; foliis ovato-oblongis, basi obtusis, subtus pilosiusculis, ad nervos ferrugineo-farinosis.

FOLIA pedalia et ultra, 3—5¼″ lata. CYMAE 4½″ lg. (v. in hb. Kunth.)

Habitat in locis editis silvarum prov. Rio de Janeiro: α. prope Venda de Batatas, floret Decembri: Beyrich; β. secus viam publicam Paulinam: M.; in fruticetis et silvaticis montium Serra do Mar, floret Septembri: Sellow, St. Hilaire, Lhotzky coll. n. 146., Schott coll. n. 5840.; γ. prope Rio de Janeiro: Gaudichaud. Pl. Dryas.

4. GOMIDESIA ? BROWNIANA BERG: ramulis, petiolis, foliis subtus, alabastris minutissime albo-lepidotis; foliis petiolatis, oblongis, acute acuminatis, supra glabris, nitidis, pellucido-punctatis; cymis geminis, supraaxillaribus, trichotomis, compressis, folio 3-plo fere brevioribus; germine biloculari; sepalis obtusissimis.

Myrcia Browniana Gardner in Hook. Lond. Journ. II. 352.

FRUTEX 8—12-pedalis. RAMULI compressi. FOLIA opposita, PETIOLO 3‴ lg.; lamina 1′ lg. et ultra, 4—4½″ lt. CYMAE 5″ lg., paullo supra folia ortae (v. potius e nodo infimo ramuli novelli oriundae). — Species haec praeposita ob habitum certe ad Gomidesiam pertinet et forsan varietas *G. spectabilis* videtur; sed eam haud vidi.

Habitat in montibus Serra dos Orgãos, prov. Rio de Janeiro, floret Martio: Gardner coll. n. 423. Pl. Dryas.

5. GOMIDESIA ? AMPLEXICAULIS BERG: innovationibus strigoso-sericeis; foliis sessilibus, oblongis, basi cordata amplexicaulibus, apice acute acuminatis, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; paniculis racemosis, oppositis, paucifloris, subterminalibus, folio multo brevioribus; sepalis ovatis, acutiusculis. ♄

Eugenia amplexicaulis Vell. Fl. Fl. V. t. 44. Text. p. 210.

RAMI validi. FOLIA opposita, pedalia et ultra, circiter 4—5″ lata; nervo medio incrassato; venis validis, subpatulis. PANICULAE circiter 4″ longae; ramis infimis brevibus, superioribus vix ullis; floribus glomeratis. ALABASTRA 2‴ longa. — Species in Flora Fluminensi bene depicta certo ob habitum, inflorescentiam, flores, antheras ad Gomidesiam, nec ad Myrciam pertinet, sed flores non vidi.

Habitat in prov. Rio de Janeiro silvis maritimis ad S. Crucem, Aug. florens: Vell. Pl. Dryas.

6. GOMIDESIA SPRINGIANA BERG: ramulis tetragonis paniculisque, foliis novellis et alabastris rufescenti-sericeis; foliis breviter petiolatis, oblongis v. lanceolato-oblongis, sensim utrinque acutatis, apice acute acuminatis, discoloribus, adultis supra glabratis, nitidis, subtus opacis, minutissime puberulis, reticulato-costatis, duplicato-limbinerviis; paniculis validis, axillaribus v. subterminalibus, folio 3—4-plo brevioribus; germine biloculari; lobis calycinis latis, rotundatis, brevissime acuminatis v. muticis, utrinque sericeis; baccis ovalibus, calyce inflexo coronatis. ♄ Variat:

α. CORIACEA: foliis coriaceis, basi latioribus, vix pellucido-punctatis.

RAMULI stipulis brevissimis, connatis annulati. FOLIA opposita; PETIOLO 2—3‴ lg.; lamina 6—8″ lg., 18—23‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis plurimis, subpatulis, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. PANICULAE pauciflorae, 2″ lg., ramis infimis abbreviatis, floribus sessilibus, conglomeratis. ALABASTRA obovata 3‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. GERMEN 4-ovulatum. LOBI calycini 5, 1‴ lt. PETALA 5, rotundata, extus dense sericea, 2‴ lg. STAMINA STYLUSque basi sericeus 3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

β. MEMBRANACEA: foliis chartaceis, basi sensim acutatis, creberrime pellucido-punctatis.

FOLIA 5—9″ lg., 20—27‴ lt.; PETIOLO 4‴ lg., cum nodo (fortuito ?) nigrescenti hirsutissimo. PANICULAE subterminales, 3″ lg., divaricatae. BACCAE 4″ lg.; densissime sericeae. (v. in hb. Berol.)

Habitat: α. ad Rio das Pedras in prov. Minas Geraës: Sellow; β. ad viam de Cubatão in finibus prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

7. GOMIDESIA BLANCHETIANA BERG: ramulis paniculisque valde compressis gemmisque et alabastris strigoso-sericeis; foliis petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis, acuminatis, basi breviter acutis, discoloribus, supra glabris, nitidis, pellucido-punctatis, tenuiter reticulatis, subtus sparse pilosis, reticulato-costatis, longissima a margine distantia arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis cymosis, axillaribus, decompositis, superioribus folio brevioribus; germine biloculari; sepalis latis, rotundatis, apiculatis, sericeis. ♄

Folium: Tabula nostra I. Fig. 1.

RAMI compressi, glabri, glandulosi; RAMULI stipulis brevissimis, connatis annulati; novelli gilvo-strigosi. FOLIA opposita, margine recurva, apice gradatim attenuata, acute v. obtusiuscule acuminata, siccata supra brunnea, subtus gilva; PETIOLO 2—4‴ lg.; lamina 44—81‴ lg., 20—29‴ lt.; nervo medio limbalique et venis supra impressis, subtus elevatis, strigosis, his subpatulis, distantibus, utroque latere 10—14; venulis interjectis reticulatis, supra vix manifestis subtus prominentibus; areolis amplis. PANICULAE validae, 1½—2″ lg., inferiores folio longiores, aut racemosae, 7-florae aut cymosae, 11-florae, pilis gilvis obtectae. ALABASTRA fere 3‴ lg., gilvo-sericea, bracteolis 2, ovato-oblongis, utrinque sericeis, deciduis stipata. GERMEN dense gilvo-strigosum, loculis biovulatis. SEPALA 5, ¾‴ lg., 1‴ lt., utrinque sericea. PETALA 5, subrotunda, concava, extus dorso sericea, 2‴ lg. STAMINA 3‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in prov. Bahiensi: Blanchet coll. 3415. Pl. Hamadryas

8. GOMIDESIA POEPPIGIANA BERG: ramulis paniculisque validis compressis, foliisque novellis et alabastris tenuissime sericeis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice brevissime acuminatis, discoloribus, creberrime pellucido-punctatis, adultis glabris, supra nitidis, subtus opacis, reticulato-costatis, longiore a margine distantia arcuatim limbinerviis; paniculis cymosis axillaribus, folio brevioribus; germine biloculari; bacca globosa, subsericea, disperma, lobis calycinis obtusis, erectis coronata. ♄

RAMI teretiusculi, superne valde compressi, stipulis brevissimis, connatis annulati. FOLIA opposita, 5½—4½″ lg., 2—3¼″ lt.; PETIOLO crasso 3—4‴ lg.; lamina 5½—7½″ lg., 2—3¼″ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus incrassato; venis patulis, remotissimis, arcubus amplis anastomosantibus, utroque latere 10—12, validis, supra vix manifestis, subtus elevatis; venulis

interjectis reticulatis, subtus prominulis; areolis amplis. Paniculae $3^1/_2$ — 5″ lg., 4 — 5-pliciter ramosae, rarius subterminales, simpliciores, rhachi ramisque validis compressis, floribus ultimis ternis. Alabastra obovata, 3‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen turbinatum, 4-ovulatum, disco concavo, sericeo terminatum. Sepala 5, lata, rotundata, utrinque sericea, 1‴ lt. Petala 5, rotunda, concava, extus sericea, 2‴ lt. Stamina 2 — 3 lg. Stylus ad medium sericeus, 4‴ lg. Bacca 5‴ diametro. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Sellow. Pl. Dryas.

9. GOMIDESIA ANACARDIAEFOLIA Berg: ramulis nervisque foliorum subtus et cymis fuscescenti-hirsutis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, ovalibus v. ovato-oblongis, breviter acuminatis v. obtusiusculis, basi obtusis v. rotundatis, nitidis, supra glabris v. pilosiusculis, saepe impresso- pellucido-punctatis, subtus adultis glabratis, reticulato-costatis, arcuatim duplicato-limbinerviis; cymis subterminalibus et axillaribus, folio 2—3-plo brevioribus, 5—27-floris; germine velutino, 2—4-loculari; bacca ovato-subglobosa; sepalis conniventibus coronata, puberula. Variat:

α. oblongata: foliis majoribus, ovato- v. ovali-oblongis, obtuse acuminatis; cymis apice 5-floris.

Folia opposita; lamina 60—70‴ lg., 24—30‴ lt. Cymae 20—24‴ lg. (v. in hb. Berol.)

β. ovalis: foliis minoribus, ovalibus, obtusis v. obtusiusculis; cymis 3—11-floris.

Frutex 12 — 15-pedalis, ramosus. Callus interpetiolaris transversalis obsoletus. Folia opposita; petiolo 2—3″ lg.; lamina 50—56″ lg., 21 — 29‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus incrassato; venis subpatulis, utroque latere 10 — 12, distantibus, supra impressis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Pedunculi validi, compressi; 18—26‴ lg., apice glomerato-3-flori aut racemoso-5-flori aut subpaniculato-11-flori; ramis infimis oppositis 3-floris. Alabastra 2‴ lg., velutina; bracteolis 2, ovatis, germen aequantibus stipata. Sepala 5, lata, obtusissima, utrinque velutina. Petala 5, orbicularia, extus dense sericea, 2‴ lg. Stamina petalis aequalia. Bacca 4 — 5‴ diametro. (v. in hb. Berol.)

γ. opaca: frutex 8—10-pedalis; foliis minoribus (36—55‴ lg., 20—34 lt.), ovalibus, obtusis v. obtusiusculis, supra opacis, haud impresso-punctatis, pilosiusculis, demum glabratis; cymis folio paullo brevioribus, usque 27-floris, $3^1/_2$″ longis. (v. in hb. Vindob.)

Myrcia anacardiaefolia Gardner in Hook. Lond. Journ. II. 354.

Habitat: in nemoribus prov. S. Pauli: α. β. floret Decembri: Sellow; γ. in prov. Rio de Janeiro nemoribus primaevis, floret Februario: Gardner n. 422. Dryas.

10. GOMIDESIA RETICULATA Berg: ramulis paniculisque compresso-tetragonis floribusque brunneo-hirsutis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, lanceolatis v. oblongo-lanceolatis, e basi latiore obtusaque gradatim acute acutatis, margine recurvo spurie crenatis, novellis obscure pellucido-punctatis, superne puberulis, per areolas elevatas rugosissimis, subtus brunneo-villosis, cancellato-venosis, duplicato-limbinerviis; paniculis racemosis, pauciforis, axillaribus, folio brevioribus; bacca globosa, lobis calycinis late triangularibus, brevibus coronata, 1—3-sperma. Variat:

α. latifolia: foliis oblongo-lanceolatis; germine biloculari; stylo staminibus breviore. †

Myrcia reticulata Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 218. t. 142.

β. angustifolia: foliis lanceolatis; germine triloculari; stylo staminibus longiore.

Folium: Tabula nostra I. Fig. 4.

Frutex 4—6-pedalis; rami elongati, stricti, basin versus teretiusculi, glabri; ad nodos callo interpetiolari angusto, utrinque in setas 4, carnosas, stipulares excurrente instructi. Folia opposita; petiolo hirsuto, 1—2‴ lg.; lamina $2^1/_2$ — $6^1/_2$″ lg., 9 — 19‴ lt.; nervis venisque subpatulis, supra valde impressis, subtus elevatis; areolis subtus concavis. Paniculae 1—$3^1/_2$″ lg., interdum subterminales. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, lineari-lanceolatis, acutissimis villosis, calyce longioribus stipata. Germen strigosum, sexovulatum, disco plano, setoso obtectum. Lobi calycini 5, lati, rotundati, strigoso ciliati. Petala 5, obovata, concava, extus sericea, 3‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus basi strigosus, 3‴ lg. Bacca 8‴ diametro, succosa, calyce hirto coronata, glandulis tuberculata, hirtella, 3-sperma. Semina obsolete triangularia, magna, 4—5‴ lg., 2—4‴ lt., testa chartacea, pallida, laevissima, nitida obtecta. Embryo generis. (v. in hb. Berol., Vindob., Mart. et Sonder.)

Nascilur: α. in silvis primaevis prope praedium Rancho de Medeiro ad viam publ., quae ducit a Sebastianopoli ad prov. Minas Geraës, floret Februario: St. Hilaire; β. ad pagulum Fazenda de Mathias Ramos et Pirahi aliisque locis prov. Rio de Janeiro: Sellow, Pohl coll. n. 1022., Schott coll. n. 1071. Pl. Dryas.

11. GOMIDESIA LINKIANA Berg: ramulis paniculisque validis, tetragonis; petiolis nervisque foliorum subtus et alabastris densissime breviterque rufescenti-tomentosis; callis stipularibus elevatis; foliis petiolatis, magnis, ovalibus v. ovato-oblongis, basi obtusis, apice obtusatis, apiculatis, margine incrassatis, discoloribus, rigide chartaceis, bullatis, obscure pellucido-punctatis, supra subglabratis, subtus velutinis, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio duplo brevioribus, interdum geminis; germine 2-loculari, calyce brevissime et obtusissime 5-lobo.

Myrtus cordiaefolia Mart. Herb.
Myrcia cordiaefolia α. DC. Prodr. III. 248.

Caulis arborescens, ramis teretiusculis. Calli interpetiolares sursum angulum fere acutum formantes. Folia opposita, supra pubescentia, demum subglabrata; petiolo crasso, 7—8‴ lg.; lamina 8—12″ lg., 5—6″ lt.; nervo venisque erecto-patulis et venulis supra impressis, puberulis, subtus valde prominentibus, his extra nervum limbalem iterum anastomosantibus. Paniculae 4—6″ lg. Alabastra turbinata, 2‴ lg.; bracteolis 2, oblongis, extus velutinis, intus glabris, 1‴ lg., caducis stipata. Germen 4-ovulatum, disco velutino obtectum. Sepala vix $^1/_4$‴ lg. Petala 5, obovata, concava, dorso sericea, intus glabra, 2‴ lg. Stamina $1^1/_2$‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. s. in Herb. Mart.) — Ab *G. Pohliana* differt: habitu robustiore; callis stipularibus elevatis; folius longius petiolatis, duplo majoribus, apice obtusatis, margine incrassatis, prope marginem limbinerviis; paniculis folio duplo brevioribus.

In silvis, vulgo Capoês, udis ad Taubaté et Aldea da Escada prov. S. Pauli, floret Decembri: M. Pl. Oreas.

12. GOMIDESIA POHLIANA Berg: ramulis paniculisque, petiolis nervisque foliorum subtus et alabastris dense breviterque rufescenti-tomentosis; callis stipularibus nullis v. obsoletis; foliis breviter petiolatis, ovatis v. ovato-oblongis, apice gradatim acutatis, acutis, basi obtusis, discoloribus, rigide chartaceis, bullatis, supra subglabratis, subtus velutinis, obscure pellucido-punctatis, reticulato-costatis, longissima a margine distantia arcuatim limbinerviis; paniculis subterminalibus, folium aequantibus, plurifloris; germine biloculari; calyce brevissime et obtusissime 5-lobo.

Myrtus cordiaefolia ? Mart. Herb.
Myrcia cordiaefolia β. DC. Prodr. III. 248. Camb. in St. Hil. Fl. Bras. merid. II. 217.

Fruticosa. Folia petiolo 2‴ lg.; lamina 45—60‴ lg., 19—25‴ lt., supra pubescentia, demum glabrata, nervo venisque subpatulis et venulis supra impressis, subtus valde prominentibus, his extra nervum limbalem iterum anastomosantibus. Paniculae 3″ lg. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis stipantibus oblongis, ¾‴ lg., caducis. Germen 4-ovulatum. Calyx obsolete 5-lobus. Petala 5, obovata, concava, dorso sericea, intus glabra, 1½‴ lg. Stamina petala subaequantia. Stylus 2‴ lg. — Vera species; habitu, forma et margine foliorum, situ nervi limbalis paniculisque a *G. Linkiana* distincta. (v. in Herb. Mart.)

Habitat in silvis prope urbem Villa do Principe in prov. Minas Geraës, floret Martio: St. Hilaire; nec non in campis Taboleiro consitis ad Taubaté in prov. S. Pauli, floret Januario: M. Pl. Oreas.

13. GOMIDESIA JACQUINIANA Berg: ramulis, petiolis, foliis subtus ad nervos, paniculis et alabastris rubiginoso-velutinis; foliis petiolatis, subcoriaceis, ovate oblongis, basi obtusis v. breviter acutis, apicem versus sensim angustatis, acutissime acuminatis, discoloribus, supra minute puberulis, mox glabris, nitidulis, subtus puberulis, elevato-, obscure pellucido-punctatis, supra impresso-, subtus elevato-reticulatis, costatis, longiore a margine distantia arcuatim limbinerviis; paniculis plurifloris, axillaribus et subterminalibus, folio 2 — 3-plo brevioribus; germine biloculari; bacca globoso-ovata, carinis 10 crassis, elevatis costata, velutina, sepalis brevibus latis obtusissimis coronata, 1—2-sperma. ♄

Plinia crocea Vell. Fl. Fl. V. t. 47. ? Textus p. 210.

Rami obtuse 4-goni, superne compressi. Folia opposita; petiolo 3—4‴ lg., setis stipularibus aucto; lamina 4—9″ lg., 2—3″ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus incrassato; venis patulis v. subdivaricatis, plurimis, supra impressis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, supra impressis subtus prominentibus. Paniculae 2—3″ lg., ramis abbreviatis, floribus ultimis ternis, sessilibus. Alabastra obovata, 2½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco subconcavo, velutino obtectum. Sepala 5, utrinque velutina. Petala 5, subrotunda, extus sericea, 4¼‴ lt. Stamina fere 3‴ lg. Stylus 3‴ lg. Bacca 8‴ lg., basi 7‴ lt. (v. in hb. Vindob.) — Ico *Velloziana* supra citata maxime accedit ad hanc speciem, sed foliorum basis non plane quadrat.

In prov. Rio de Janeiro: ad radicem M. Serra de Taguahy, Martio flor.: Pohl n. 5754.; in silvis maritimis prope S. Crucem: Vell. Pl. Dryas.

2. Ramuli callo interpetiolari tansversali, interdum utrinque in setas carnosas stipulares excurrente instructi. Folia majora. Sepala lata, truncata v. obtusa. Antherae ovales, compressae, subquadriloculares, loculis rima spirali apice extrorsum basi introrsum dehiscentibus, marginibus explanatis.

14. GOMIDESIA CANDOLLEANA Berg: ramulis foliisque ad nervos subtus, paniculis et alabastris brunneo-hirsutis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongo-lanceolatis, gradatim acutatis v. acuminatis, basi acutis, minute obscure pellucido-punctatis, supra glabratis, impresso-, subtus elevato-, reticulato-costatis, pilis patentibus, brevibus, sparsis pubescentibus, arcuatim limbinerviis; paniculis gracilibus, lateralibus et axillaribus, folio longioribus; germine biloculari; sepalis latis, brevibus, rotundatis. ♄

Arbuscula 15-pedalis; rami teretes, glabri, novelli compressi, stipulis obsoletis vix annulati. Folia opposita, concoloria; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 5½—6½″ lg., 18—21‴ lt.; nervo medio limbalique et venis supra impressis, subtus elevatis; his utroque latere circiter 14, distantibus; venulis interjectis reticulatis, subtus prominulis, areolis amplis. Paniculae 2¼—2½″ lg., 3-pliciter ramosae, pyramidatae, laxae, inferiores basi nudae; floribus ultimis saepe ternis. Alabastra 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco concavo, velutino obtectum. Sepala 5, intus glabriuscula, extus margineque hirsuta. Petala 5, obovata, extus sericeo-strigosa, 1½‴ lg. Stylus basi sericeus, 4‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

15. GOMIDESIA HEBEPETALA Berg: ramulis tenuibus petiolisque nervis foliorum subtus, paniculis et alabastris dense brunneo-pubescentibus; foliis petiolatis, chartaceis, obverse oblongo-lanceolatis, basin versus subcuneatis, supra medium dilatatis, abhinc obtuse acuminatis, obscure pellucido-punctatis, discoloribus, supra excepto nervo glabris, subnitidis, subtus puberulis, supra subimpresso-, subtus elevato-, reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; paniculis subterminalibus, folio brevioribus v. subaequalibus; sepalis obtusis, pubescentibus. ♄

Myrcia hebepetala DC. Prodr. III. 246.

Rami tenues, teretes, glabri; novelli compressi. Folia opposita, rarius obverse oblonga, supra fusco-virentia, subtus brunnea; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 34—45‴ lg., 9—13‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis subpatulis, supra vix impressis, subtus elevatis; venulis reticulatis, supra haud manifestis, subtus prominentibus. Paniculae 15—34‴ lg., decompositae. Alabastra ad apices ramorum glomerata, obovata, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, strigoso-sericeum. Lobi calycini 5, lati, breves. Petala 5, subrotunda, extus dense sericea, 1½‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 2″ lg. (v. in hb. Monac. Mart.)

Ad amnem Rio S. Francisco: M. Pl. Hamadryas.

16. GOMIDESIA HOOKERIANA Berg: ramulis validis foliisque subtus, paniculis et alabastris brunneo-tomentosis; foliis petiolatis, rigidis, ovali-oblongis, interdum oblongis, utrinque obtusatis, bullatis, pellucido-punctatis, superne glabris, subnitidis, ibidem impresso-, subtus elevato-, reticulato-costatis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis 3—4-pliciter ramosis, multifloris, axillaribus et subterminalibus, folium aequantibus; germine biloculari; bacca globosa, puberula, 1—2-sperma; sepalis latis, brevibus, obtusis, conniventibus coronata.

Folium: Tabula nostra I. Fig. 5.

Frutex 10-pedalis, ramosus; rami nodosi; nodis approximatis, cicatrice rhombea instructis. Folia opposita, conferta, margine incurva, subtus pallidiora; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 31—60‴ lg., 12—21‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis subpatulis, utroque latere 15—17 venisque reticulatis supra impressis, subtus elevatis. Paniculae multiflorae, pyramidatae, 24—32‴ lg. Alabastra subglobosa, 2‴ lg.; bracteolis 2, ex ovata basi acutis, germine parum brevioribus stipata. Germen 4-ovulatum. Sepala 5, in alabastro globo petalorum multo minora. Petala 5, suborbicularia, extus sericea, 1½‴ lg. Stamina stylusque 2‴ lg. Bacca 4—5‴ diametro. Semen testa pallida, cartilaginea instructum. Embryo generis. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Ab *G. hebepetala* differt: ramis ramulisque validis; foliis ovali-oblongis, bullatis, nec obversis, planis; paniculis magis compositis.

Habitat in prov. Rio de Janeiro, fructificat Septembri et Octobri: Sellow, Schott, coll. n. 1077. Pl. Dryas.

17. GOMIDESIA SCHAUERIANA Berg: ramulis, gemmis, germinibus, petalis extus ochraceo-strigosis; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, leviter obtuseque acuminatis v. angustato-obtusis, basi acutis, obsolete pellucido-punctatis, utrinque pilis sparsis obtectis, demum glabratis, reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; cymis axillaribus et subterminalibus, trichotomis, folium subaequantibus; germine 3 — 4-loculari; bacca depresso-globosa, 1 — 5-sperma, sepalis latis, rotundatis, puberulis, ciliolatis coronata.

Frutex 10-pedalis, ramosus; rami teretiusculi, exophloeo cinereo delapso cinnamomei; ramuli compressi, pirei; ad nodos callos interpetiolari transversali obsoleto instructi. Folia opposita, utrinque angustata, margine recurva, siccata obscure fusca, subtus pallidiora; petiolo 1½—4‴ lg.; lamina 28—42‴ lg., 12—19‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis erecto-patulis, utroque latere 14—18, utrinque praesertim subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Cymae longe pedunculatae, 1—3-pliciter ramosae, 2½—4½″ lg.; rhachi compressa, pilosiuscula; pedicellis ochraceo-sericeis. Alabastra obovata, 3‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 6—8-ovulatum, disco velutino obtectum. Sepala 5, 1½‴ lt., ½‴ lg. Petala 5, obovata, concava, glandulosa, ciliolata, 3‴ lg. Stamina 4‴ lg. Stylus 4‴ lg. Bacca 4—5‴ diametro. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro, nec non ad Sorocaba prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Dryas, Oreas.

18. GOMIDESIA FREYREISSIANA Berg: ramulis glabriusculis; foliis petiolatis, chartaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, obtusatis, basi acutis, supra glabris, nitidis, subtus pilis raris inspersis, demum glabris, obscure pellucido-punctatis, utrinque reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; cymis axillaribus et subterminalibus, trichotomis, folio paullo brevioribus; germine minutissime densissimeque sericeo, 3—5-loculari; sepalis latis, rotundatis v. truncatis, glabriusculis, ciliolatis. ♄

Rami obtuse 4-angulati, glabri, epidermi albida tecti; novelli compressi, hinc inde pilis inspersi; ad nodos callo interpetiolari transversali, angusto, utrinque in setas 2 carnosas, brevissimas, stipulares excurrente instructi. Gemmae aureo-strigosae. Folia opposita, margine recurva, siccata supra fusco-atra, subtus hepatica; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 29—48‴ lg., 14—25‴ lt.; nervo medio supra basin versus impresso, subtus incrassato; venis erecto-patulis, utroque latere sub-12, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Cymae longe pedunculatae, interdum foliatae, 2—4″ lg., bis trifidae; rhachi ramisque compressis, his apice 3-floris. Alabastra subglobosa, 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen saepissime 4-loculare, loculis biovulatis. Sepala 5, 1½‴ lt., 1‴ lg. Petala 5, suborbicularia, extus sericea, reflexa, 2‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus basi strigosus, 3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad Rio Mucuri in prov. Bahiensi: Freyreiss; nec non in prov. Rio de Janeiro: Sellow. Pl. Dryas.

19. GOMIDESIA WILLDENOWIANA Berg: ramulis cymisque compressis petiolisque et nervis foliorum subtus pilosiusculis; foliis petiolatis, pergamaceis, oblongo-ovalibus v. obovatis, apice obtusatis v. rotundatis, basi in petiolum attenuatis, junioribus pellucido-punctatis, adultis glabris, discoloribus, supra reticulatis, subtus reticulato-penninerviis, arcuatim duplicato-limbinerviis; cymis trichotomis, axillaribus et subterminalibus, folium subaequantibus; germine 4—5-loculari, velutino; sepalis latis, truncatis v. obtusissimis, puberulis.

Arbor circiter 20—30-pedalis; rami tereti-compressi, glabri. Folia opposita, siccata supra obscura, subtus cinnamomea; petiolo 3—4‴ lg., setis stipularibus carnosis, brevibus aucto; lamina 3—4″ lg., 2—2¼″ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis erecto- v. subpatulis, supra venulisque reticulatis prominulis, subtus distantibus, utroque latere 7—10, prominentibus. Cymae longe pedunculatae, 4½″ lg.; ramis ultimis 3-floris; flore centrali sessili, lateralibus pedicellatis. Alabastra obovata, sericea, 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 8—10-ovulatum, disco concavo, sericeo obtectum. Sepala 5. Petala 5, subrotunda, extus sericea. Stylus basi sericeus. (v. in hb. Berol.)

Habitat in nemoribus juxta S. Anna, prope Villa de S. Joâo do Principe (S. Joâo Marcos), in prov. Rio de Janeiro, floret Dec.: Sellow. Pl. Dryas.

3. Ramuli callo interpetiolari destituti. Folia minora. Sepala obtusa v. obtusata. Antherae ovales, compressae, subquadriloculares, loculis rima spirali apice extrorsum basi introrsum dehiscentibus, marginibus explanatis.

20. GOMIDESIA FENZLIANA Berg: ramulis paniculisque compressis et petiolis foliisque novellis et alabastris brunneo- v. ferrugineo-velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, obovatis v. oblongo-obovatis v. obverse oblongis, apice rotundatis, obtusis v. retusis, basi in petiolum attenuatis, discoloribus, novellis pellucido-punctatis, adultis opacis, glabratis, supra nitidis, impresso-punctatis, reticulato-penninerviis, duplicato-limbinerviis; cymis trichotomis, axillaribus et subterminalibus, folio longioribus, ad corymbum terminalem, foliis intermixtum dispositis; germine 2—4-loculari; bacca globosa, puberula, 1—6-sperma, sepalis obtusis, conniventibus coronata. ♄ Variat:

α. obovata: foliis obovatis v. oblongo-obovatis, apice rotundatis.

Folium: Tabula nostra I. Fig. 8.

Rami teretes, exophloeo soluto laeves, glabri. Folia rarius ovalia, siccata supra fusco-atra, subtus rufa; petiolo 2‴ lg.; lamina 16—43‴ lg., 12—26‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis utroque latere circiter 12, distantibus, rectis, supra vix manifestis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, subtus prominulis. Cymae pedunculatae, 2—5″ lg., 3-pliciter ramosae, interdum foliatae. Alabastra obovata, 1½‴ lg., dense sericea, bracteolis 2, linearispathulatis, 1‴ lg., caducis stipata. Germen 4—8-ovulatum, disco medio concavo, margine elevato, velutino obtectum. Sepala 5, inaequalia, brevia, lata. Petala 5, obovata, extus sericea, 2¼‴ lg. Stamina petalis aequalia. Stylus basi sericeus, 3‴ lg. Bacca 3‴ diametro. Semina 2‴ lg., obtuse trigona, testa cartilaginea, nitida, pallida, instructa. Embryo cotylis foliaceis, contortuplicatis. (v. in hb. Berol. Monac. Sonderi, Vindob.)

β. spathulata: foliis obverse oblongis, obtusis.

Habitat in prov. Minas Geraës: Claussen, coll. n. 2100.; et in arenosis turfosis prope Rio de Janeiro: Sellow, Mart., hb. Fl. Bras. n. 683., Schott, coll. n. 1078., Luschnath. Pl. Dryas. Oreas.

21. GOMIDESIA CASARETTEANA Berg: ramulis foliisque hornis ad petiolum et nervos subtus, paniculis, bracteis subtus alabastrisque rufescenti-tomentosis; foliis petiolatis, rigidis, opacis, ovatis, utrinque obtusis, apicem versus paullo angustatis, supra glabriusculis, prominulo-reticulatis, subtus fusco-, impellucido-punctatis, pubescentibus, costatis et tenuiter reticulatis longiore a margine distantia arcuatim limbinerviis; paniculis folium subaequantibus; floribus subsessilibus; bacca globosa, lobis calycinis triangularibus, obtusiusculis coronata.

Myrcia pubescens DC. Prodr. III. 247. pro parte. Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 222.

Frutex. Rami compressi. Folia opposita, margine revoluta; petiolo 3‴ lg.; lamina 13—32‴ lg., 8—16‴ lt.; nervo supra basin versus subimpresso, subtus elevato; venis erecto-patulis. Paniculae 1½—3″ lg. Alabastra 1½‴ lg.; bracteolis 2, lanceolatis, 1‴ lg. stipata. Germen 4-ovulatum, disco tomentoso obtectum. Lobi calycini 5, intus sericei, in flore deflorato inflexi. Petala 5, subrotunda, extus dorso sericea, margine glabra.

Stamina petala subaequantia. Stylus $1\frac{1}{2}'''$ lg. (v. in hb. Mart. et Vindob.) — Ab *G. Mikaniana* differt: indumento densiore, foliis hornis rigidis, impellucido-punctatis, ovali-oblongis, reticulato-venosis, ecostatis; cymis trichotomis; floribus in dichotomia sessilibus.

Habitat in campis editis ad Formigas et Serra de Grâo-Mogór, provinciae Minas Geraës: M.; et prope pagum Registo Velho, ejusdem provinciae, florens Februario: S. Hilaire; nec non prope urbem Guaratúba, ad fines prov. S. Pauli: St. Hil., Schüch, coll. n. 5853. Pl. Oreas.

22. GOMIDESIA MIKANIANA Berg: ramulis novellis foliisque hornis ad petiolum et nervum subtus, paniculis, bracteis subtus alabastrisque brunneo-strigosis; foliis petiolatis, ovali-oblongis, utrinque obtusis, novellis membranaceis, elevato-, obscure pellucido-punctatis, ciliatis, utrinque puberulis, adultis rigidis, supra prominulo-reticulatis, glabris, subtus reticulato-venosis; arcuatim limbinerviis; cymis trichotomis in ramulo abbreviato axillari, foliis paullo brevioribus; floribus in dichotomiis sessilibus; germine biloculari; lobis calycinis triangularibus, obtusiusculis. ♄

Myrcia pubescens DC. Prodr. III. 247. pro parte.

Ramuli compressi. Folia opposita; petiolo $3'''$ lg.; lamina 8—$30'''$ lg., 5—$15'''$ lt.; nervo supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, subdivaricatis. Cymae $2''$ lg. Alabastra $1\frac{1}{2}'''$ lg.; bracteolis 2, ovate oblongis, $1'''$ lg. stipata. Germen 4-ovulatum, disco tomentoso, obtectum. Petala 5, extus sericea. (v. in hb. Monac.)

Habitat in campis editis ad Formigas et Serra de Grâo-Mogór, prov. Minas Geraës: M. Pl. Oreas et Hamadryas.

23. GOMIDESIA SPRENGELIANA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis bracteisque et alabastris brunneo-strigosis; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, obtusis, basi acutis, supra glabris, impresso-, subtus elevato-punctatis, ibique excepto nervo glabratis, reticulato-venosis, sublongiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, bracteatis, folio longioribus; germine 2-loculari; lobis calycinis subrotundo-ovatis, obtusis. ♄

Rami teretiusculi, glabri, novelli compressi. Folia opposita, supra tenuiter reticulata, juniora pellucido-punctata, adulta opaca; petiolo $1\frac{1}{2}$—$2'''$ lg.; lamina 7—$15'''$ lg., 3—$6'''$ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis tenuibus, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque parum prominulis. Paniculae $\frac{3}{4}$ — $1\frac{1}{2}''$ lg., 3-pliciter ramosae, ramis ramulisque et pedicellis bracteatis, bracteis foliaceis, oblongis, pellucido-punctatis. Alabastra obovata, bracteolis 2 oblongis, foliaceis, $\frac{3}{4}'''$ lg. stipata. Germen 4-ovulatum. Sepala 5, brevia. Petala extus hirta. (v. in hb. Mart.)

Habitat in silvis Capoês ad urbem Ypanema, prov. S. Pauli, floret Januario: M. Pl. Oreas.

24. GOMIDESIA SELLOWIANA Berg: ramulis, foliis novellis, paniculis, alabastris pilis ochraceis dense sericeo-strigosis; foliis graciliter petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, obtusatis, basi acutis, junioribus impresso-, pellucido-punctatis, adultis glabratis, opacis, supra tenuissime reticulatis, subtus reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis v. cymis axillaribus et subterminalibus, folio plerumque longioribus, paucifloris; germine laevi, 2—3-loculari; bacca globosa, 1—4-sperma, pubescente, sepalis brevibus, triangularibus, conniventibus coronata.

Tabulae nostrae I. Fig. 2. (folium) et Tab. XII.

Frutex 8-pedalis et ultra; rami teretes, exophloeo delapso glabri, laeves; ramuli compressi. Folia opposita, subtus pallida, margine recurva; petioli gracili, $1\frac{1}{2}$—$2''$ lg.; lamina 16—$28'''$ lg., 6—$12'''$ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis v. subdivaricatis, utroque latere 8—10, supra haud manifestis, subtus prominentibus, distantibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis, areolis minutis. Paniculae v. cymae 2—3-pliciter ramosae, $1\frac{1}{2}$—$2''$ lg., oligocarpicae; ramis infimis 3-floris. Alabastra obovata, $1\frac{1}{2}'''$ lg., bracteolis stipantibus valde caducis. Germen 4—6-ovulatum. Sepala 5, $\frac{1}{4}'''$ lg. Petala 5, suborbicularia, concava, extus sericea, $1'''$ lg. Stamina $1\frac{1}{2}'''$ lg.; antheris oblongis. Stylus basi sericeus, $2'''$ lg. Bacca dulcis, coccinea (Sellow), 2—$3'''$ diametro. Semina hinc plana, inde convexa, testa pallida, nitida, submembranacea obtecta. Embryo generis. (v. in hb. Berol. et Mart.)

Habitat in prov. S. Pauli: Houllet; et in prov. Rio Grande de Sul: Sellow. Pl. Napaea.

25. GOMIDESIA HARTWEGIANA Berg: ramulis superne foliisque novellis subtus, cymis et alabastris brunneo-subtomentosis; foliis graciliter petiolatis, coriaceis, oblongo-ovatis, utrinque obtusis, adultis superne glabris, opacis, discoloribus, impresso-punctatis, subtus postremo glabratis, elevato-impellucido-punctatis, supra reticulatis, subtus reticulato-venosis, arcuatim conjunctis; cymis subterminalibus, decompositis, paucifloris, folio dimidio brevioribus; germine 3-loculari; sepalis ovatis, obtusis. ♄

Rami teretes, exophloeo delapso laeves, glabri; novelli compressi. Folia opposita, convexa, margine revoluta, siccata supra cano-virentia, subtus cinnamomea; petiolo 2—$3'''$ lg.; lamina 16—$24'''$ lg., 10—$15'''$ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis subhorizontalibus, distantibus, utroque latere 7—9, supra haud manifestis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Cymae 9—$11'''$ lg.; floribus ad apices ramulorum glomeratis. Alabastra subglobosa, $1'''$ lg., bracteolis 2, oblongis, germen aequantibus stipata. Germen 6-ovulatum. Sepala 5, brevia. (v. in hb. Berol. et Sonder.)

Maxime affinis *G. Sellowianae*, sed distincta: indumento densiore; foliis majoribus; cymis brevioribus; germine 3-loculari.

Habitat in prov. Minas Geraës: Sellow, Dr. Widgren, coll. n. 544½. Pl. Oreas.

26. GOMIDESIA GARDNERIANA Berg: ramulis, foliis novellis, cymis, alabastris sparse sericeis; foliis valido-petiolatis, rigide coriaceis, oblongo-ovalibus, utrinque obtusatis, discoloribus, supra nitidis, reticulatis, subtus fusco-, impellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis, cymis trichotomis, axillaribus, folio paullo longioribus; germine biloculari, sulcato, dense sericeo; sepalis ovatis, obtusatis v. acutis, inaequalibus, ciliolatis. ♄

Rami obtusanguli, glabri; ramuli compressi. Folia opposita, margine revoluta, siccata supra atrovirentia, subtus cinnamomea; petiolo incrassato, $1\frac{1}{2}$—$2'''$ lg.; lamina 16—$24'''$ lg., 9—$13'''$ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis erecto-patulis, utroque latere 10—15, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis; areolis minutis. Cymae ter trichotomae, $1\frac{1}{2}$ — $2''$ lg.; pauciflorae, floribus ultimis ternis. Alabastra obovata, $1\frac{1}{2}'''$ lg., bracteolis 2, oblongis, germen subaequantibus stipata. (v. in hb. Berol.)

Ab *G. Sellowiana* differt: indumento multo rariore; foliis rigidioribus, utrinque obtusatis, margine revolutis, discoloribus, impellucido-punctatis, crassius petiolatis; germine sulcato; calyce glabriusculo, lobis longioribus, acutioribus.

Habitat ad Corrego das Pombas in prov. Rio de Janeiro: Sellow. Pl. Dryas.

27. GOMIDESIA BANISTERIAEFOLIA Berg: ramulis foliisque novellis, cymis et alabastris dense ochraceo-strigosis; foliis petiolatis, coriaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, utrinque angustatis, obtusis v. obtusiusculis, rarius basi acutis, discoloribus, impunctatis, adultis glabratis, obsolete venosis v. subaveniis, limbinerviis; cymis axillaribus, trichotomis, folio subduplo longioribus; floribus subsessilibus; germine 2—3-loculari; bacca globosa, sepalis brevissimis, acutis coronata.

Myrtus banisteriaefolia Mart. herb.
Myrcia banisteriaefolia DC. Prodr. III. 246.

Frutex. Rami teretes, laeves, glabri, novelli compressi. Folia opposita, interdum subrotunda, supra atrovirentia, rarius impresso-punctata, novella supra laxius, subtus densius praesertim ad nervum medium sericeo-strigosa, indumento interdum canescenti v. bruneo; petiolo 1‴ lg.; lamina 8—22‴ lg., 5—12‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis utroque latere 8—10, supra haud visibilibus, subtus parum manifestis. Cymae ter trichotomae, $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$″ lg. Alabastra subglobosa, $\frac{5}{4}$‴ lg., strigosa, bracteolis 2, ovate lanceolatis, $1\frac{1}{2}$‴ lg., extrorsum villosis stipata. Germen 4—6-ovulatum, superne disco tomentoso terminatum. Sepala 5, lata, triangularia, utrinque strigosa. Petala 5, subrotunda, extus sericea, 2‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus basi sericeus, 4‴ lg. Bacca 1—4-sperma, 2‴ lg., coronata. Semina angulata.

Habitat in prov. Rio de Janeiro ad Tocaia: Schott n. 1064.; ad Ribeiro Yriri: Sellow; in prov. Goyaz ad Rio das Pedras: Pohl n. 5756.; nec non in campis prope Ytu in parte orientali prov. S. Pauli, florens Januario: M. Pl. Dryas, Oreas.

4. Ramuli callo interpetiolari destituti. Folia minora. Sepala acuminata. Antherae ovales, compressae, subquadriloculares, loculis rima spirali apice extrorsum basi introrsum dehiscentibus, marginibus explanatis.

28. GOMIDESIA KUNTHIANA Berg: ramulis, gemmis, foliis novellis, pedunculis, alabastris tomento brunneo, demum expallente sericeo-strigosis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, obscure acutatis v. obtusis, basi obtusis v. acutiusculis, margine revolutis, discoloribus, novellis obscure pellucido-punctatis, supra nitidis, sparse sericeis, adultis utrinque glabratis, venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, 3- v. 1-floris, folio aequalibus v. brevioribus; germine biloculari; sepalis lanceolatis, acutis, sericeis, demum reflexis, tandem deciduis. Variat:

α. latifolia: foliis ovatis v. ovato- s. elliptico-oblongis, 5—8‴ lg., 3—4‴ lt. (v. in hb. Berol.)

β. angustifolia: foliis lanceolato-linearibus, 6—12‴ lg., $1\frac{1}{2}$ — 3‴ lt.

Frutex. Caulis ramosissimus, rami teretes, decorticatione partiali laeves, glabri. Folia opposita, siccata, supra fusca, subtus pallida; petiolo 1‴ lg.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis utroque latere 5—8, tenuibus, suberecto-patulis, supra impressis, subtus parum prominulis. Pedunculi 5—8‴ longi, 3-flori, flore centrali sessili, lateralibus breviter pedicellatis v. 1-flori. Alabastra utrinque acuta, 3‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco concavo, tomentello terminatum. Sepala 5, $\frac{5}{4}$‴ lg. Petala 5, obovata, concava, 2‴ lg., extus sericea. Stamina 2‴ lg. Stylus basi sericeus, 3‴ lg. Fructus immaturus visus, 1—2-spermus, disco profunde concavo terminatus. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Brasilia meridionali: Sellow.

29. GOMIDESIA CLAUSSENIANA Berg: innovationibus pilis pallide ferrugineis adpresse villosis; foliis subsessilibus, coriaceis, ovato-oblongis, apice obtuse angustatis, basi obtusis, discoloribus, revolutis, obsolete pellucido-punctatis, adultis supra glabris, nitidis, subtus excepto nervo subglabratis, venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, cymoso 3—5-floris, folio paullo longioribus; germine biloculari; sepalis lanceolatis, acutis. ♄

Rami teretiusculi, glabri; ramuli foliosi, sursum subferrugineo-, deorsum brunneo-adpresse villosi. Folia opposita, novella supra sparsius, subtus praesertim ad nervum densius villosa, adulta fere tota convoluta; petiolo vix ullo; lamina 8—12‴ lg., 4—5‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis erecto-patulis, utroque latere circiter 8, utrinque parum prominulis, supra medio sulcatis. Pedunculi strigoso-villosi, 6—12‴ lg. Alabastra ovata, strigoso-villosa, 2‴ lg.; bracteolis 2, lineari-lanceolatis, extus villosis, 2‴ lg., caducis stipata. Germen 4-ovulatum, disco planiusculo, tomentoso terminatum. Sepala 5, $1\frac{1}{2}$‴ lg., extus villoso-strigosa, intus glabra, in alabastro erecta, globo petalorum duplo longiora. Petala 5, obovato-oblonga, extus villosa, $1\frac{1}{2}$‴ lg. Stamina petalis aequalia. Stylus staminibus paullo longior. (v. in hb. Berol. et Mart.)

Ab *G. Beyrichiana* differt: indumento, foliis minoribus, subsessilibus, apicem versus angustatis, haud reticulatis; ab *G. Miqueliana:* foliis minoribus, revolutis, haud reticulatis.

Habitat in montibus Serra do Ouro preto, prov. Minas Geraës: Petrus Claussen, coll. n. 12., Mart. Herb. Fl. Br. n. 1235. Pl. Oreas.

30. GOMIDESIA CAMBESSEDEANA Berg: ramulis, foliis, racemis novellis et alabastris ferrugineo-hirsutis; foliis subsessilibus, chartaceis, ovate lanceolatis, sensim acuminatissimis, basi obtusis, margine ciliatis, sparse pellucido-punctatis, nitidis, adultis, supra glabratis, subtus sparse pilosis, tenuissime venosis, limbinerviis; racemis axillaribus, longe pedunculatis, declinatis, 5-floris, folio brevioribus; floribus approximatis; germine biloculari; sepalis lanceolatis, acutis, in alabastro erectis, hirsutis. ♄

Folium: Tabula nostra I. Fig. 6.

Rami teretes, glabri, novelli compressi. Folia opposita, margine vix recurva; petiolo $\frac{1}{2}$‴ lg.; lamina 39—43‴ lg., 9—10‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus prominente, dense strigoso; venis tenuissimis, plurimis, subpatulis, utrinque vix manifestis; venulis interjectis tenuioribus, vix ramosis. Racemi 2″ lg., apice triflori; pedicellis lateralibus 1-floris, oppositis, bractea foliacea, ovata, pedicello longiore, ferrugineo-hirsuta, decidua fultis. Alabastrum obovatum, 2‴ lg., bracteolis 2, linearibus, germine paullo longioribus stipatum. Germen 4-ovulatum. Sepala 5, intus glabra, $1\frac{1}{4}$‴ lg. Petala 5, obovata, extus strigosa, $1\frac{1}{2}$‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in nemorosis prope S. Anna, prov. Rio de Janeiro, floret Decembri: Beyrich. Pl. Dryas.

31. GOMIDESIA MIQUELIANA Berg: ramulis, foliis subtus, cymis, alabastris dense ferrugineo- v. brunneo-tomentosis; foliis subsessilibus v. breviter petiolatis, rigide coriaceis, ovato-oblongis, apice gradatim acutatis, basi obtusis, junioribus pellucido-punctatis, adultis tandem glabratis, supra nitidis, subaveniis, subtus reticulato-venosis, limbinerviis; cymis axillaribus, trifidis, 3—9-floris, folio longioribus; germine biloculari; sepalis erectis, ex ovata basi acuminatis, brevibus, tomentosis. ♄ Variat:

α. ferruginea: indumento ferrugineo; ramis elongatis, strictis; foliis subsessilibus, supra tenuissime reticulatis; cymis 5—9-floris.

Rami crassiusculi, arrecti, teretes, exophloeo delapso laeves, glabri; novelli compressi. Folia opposita, margine plana, juniora superne sparse velutina, lamina 19—26‴ lg., $8\frac{1}{2}$ — 10‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente, adpresse hirsuto;

venis subpatulis, utroque latere sub-15 venulisque interjectis reticulatis, supra minutissime prominulis, subtus prominentibus. CYMAE 1½—2″ lg.; radiis lateralibus 3- v. 1-floris. ALABASTRA obovata, 2‴ lg.; bracteolis 2, lanceolatis, caducis stipata. GERMEN 4-ovulatum. SEPALA 5, in alabastro erecta, 1‴ lg. PETALA 5, orbicularia, extus sericeo-velutina, ¾‴ lg. STAMINA petala aequantia. STYLUS 2‴ lg. (v. in hb. Berol.)

β. BRUNNEA: indumento brunneo; ramis abbreviatis; foliis minoribus, breviter petiolatis, supra subaveniis; cymis saepe 3-floris.

FOLIA petiolo ½—1‴ lg.; lamina 8—16‴ lg., 3—7‴ lt. CYMAE ¾—1½″ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat in prov. Minas Geraës: α. ad urbem Villa Rica: Sellow; β. prope Cachoeira do Campo florens Aug. — Aprili: P. Claussen, coll. n. 529. Pl. Oreas.

32. GOMIDESIA ERIOCALYX BERG: ramulis validis, petiolis, foliis subtus, paniculis, alabastris ferrugineo-tomentosis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, utrinque obtusatis, junioribus pellucido-punctatis, adultis supra glaberrimis, opacis, aveniis, subtus reticulato-venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, folio longioribus, racemoso- 5—9-floris aut simpliciter paniculatis, apice et pedicellis infimis 3-floris; germine biloculari; sepalis e basi ovata lanceolari; sepalis e basi ovata lanceolatis, acutis, in alabastro erectis, tomentosis.

Myrcia eriocalyx DC. Prodr. III. 247.
Myrcia elliptica Gardner in Hook. Lond. Journ. II. 352.

FRUTEX 6-pedalis, ramosissimus; RAMI debiles, subpatentes, teretes, rugosi; novelli superne compressi. FOLIA opposita, subconvexa, margine revoluta, juniora supra tomentella, adulta subtus, demum brunneo-tomentella; PETIOLO 1‴ lg.; lamina 1—2″ lg., 6—12‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis rectis, erecto-patulis, utroque latere 10—12, supra haud manifestis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, supra parum, subtus magis prominulis. RACEMI 14—30‴ lg. ALABASTRA 1½‴ lg., bracteolis 2, ovato-oblongis, extus tomentosis, ¾‴ lg. stipata. GERMEN 4-ovulatum. (v. in hb. Monac., Berol. et Vindob.) — Inflorescentia *G. Miquelianae* maxime affinis, sed distincta habitu foliisque; ab *G. Beyrichiana* differt: habitu validiore, indumento ferrugineo; foliis ovali-oblongis, utrinque obtusatis.

Habitat in silvis Capoês, territorii Adamantium, prov. Minas Geraës, floret Junio: M.: et aliis locis, floret Februario: Gardner, coll. n. 415. Pl. Oreas.

33. GOMIDESIA BEYRICHIANA BERG: ramulis gracilibus, petiolis, foliis subtus, paniculis, alabastris lutescenti- v. ochraceo-tomentosis; foliis breviter graciliterque petiolatis, coriaceis, obovato-oblongis, apice rotundatis v. obtusatis, basi cuneatis, discoloribus, pellucido-punctatis, junioribus supra tomentellis, demum glabratis, minutissime tenuissimeque reticulatis, subtus reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; paniculis axillaribus, paucifloris, decompositis, folio longioribus; germine biloculari; sepalis e basi ovata lanceolatis, acutis, in alabastro erectis.

FRUTEX ramosissimus; RAMI teretes, rugosi; novelli compressi. FOLIA opposita, discoloria, margine revoluta; PETIOLO gracili, 1‴ lg.; lamina 16—20‴ lg., 10—11‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato, demum rufo-tomentoso; venis prominulis, erecto-patulis, supra haud visibilibus, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, supra vix prominulis, subtus prominulis. PANICULAE 14—30‴ lg., apice et ramis infimis 3-floris, superioribus 1-floris. ALABASTRA turbinata, 1½‴ lg., bracteolis ovatis, acutis, extus tomentosis, ¾‴ lg., caducis stipata. GERMEN 4-ovulatum. SEPALA 5. (v. in hb. Berol.)

Habitat in nemorosis ad flumen Rio Paquaquer prope villam Cantagallo, prov. Rio de Janeiro, floret Junio: Beyrich. Pl. Dryas.

34. GOMIDESIA WIDGRENIANA BERG: ramulis foliisque superioribus ad petiolum et nervum subtus, paniculis, bracteis subtus alabastrisque brunneo-strigosis; foliis petiolatis, rigidis, opacis, obovatis, apice rotundatis, basi angustatis, supra minute puberulis, mox glabris, obsolete reticulatis, impresso- impellucido-punctatis, subtus demum subglabratis, fusco-glandulosis, reticulatis, costatis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; paniculis axillaribus, folio longioribus, floribus glomeratis; germine biloculari; lobis calycinis triangularibus, acutiusculis. ♄

RAMULI compressi. FOLIA opposita, lamina 14—24‴ lg., 9—16‴ lt.; PETIOLO 2—3‴ lg.; nervo supra impresso, subtus elevato; venis subpatulis. PANICULAE 2—3½″ lg. ALABASTRA 2‴ lg., bracteolis 2 ovate lanceolatis, 1‴ lg. stipata. GERMEN 4-ovulatum, disco tomentoso obtectum. LOBI 5 calycini intus sericei. PETALA 5, subrotunda, apice denticulata, extus dorso sericea, margine glabra, ¾‴ lg. STAMINA petalis breviora. (v. in hb. Sonder.)

Ab *G. Casaretteana* differt: indumento brunneo; foliis obovatis; paniculis folio longioribus.

Habitat in prov. Minas Geraës: Dr. Widgren, coll. n. 546. Pl. Oreas.

35. GOMIDESIA RADDIANA BERG: ramulis, petiolis nervoque medio foliorum novellorum, paniculis alabastrisque brunneo-pubescentibus; foliis petiolatis, ovalibus v. ovali-oblongis, utrinque obtusis, novellis membranaceis, diaphanis, elevato-, pellucido-punctatis, ciliatis, utrinque pilis raris sparsisque obtectis, adultis rigidis, supra oblitterato-reticulatis, glabratis, saepe impresso-punctatis, subtus remote costatis, reticulatis, arcuatim duplicato limbinerviis; paniculis gracilibus, folio longioribus; floribus omnibus subsessilibus; germine biloculari; lobis calycinis triangularibus, acutis. ♄

Myrcia pubescens DC. Prodr. III. 247. pro parte.

RAMULI compressi. FOLIA opposita, interdum apicem versus paullulum angustata et fere ovata; PETIOLO 2‴ lg.; lamina 20—33‴ lg., 12—18‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis subpatulis. PANICULAE 3—4″ lg. ALABASTRA 2‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, 1‴ lg., caducis stipata. GERMEN 4-ovulatum, disco tomentoso obtectum. LOBI calycini 5, breves. PETALA 5, subrotunda, apice denticulata, extus dorso sericea, margine glabra, fere 2‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Ill. CANDOLLEUS sub nomine *Myrciae pubescentis* tres diversas species facile discernendas confudit: *G. Raddianam, G. Casaretteanam, G. Mikanianam. G. Casaretteana* differt ab *G. Raddiana:* habitu robustiori; indumento densiori; foliis longius petiolatis, junioribus rigidis; opacis; paniculis folium subaequantibus; ab *G. Mikaniana* differt *G. Raddiana:* foliis novellis puberulis, haud diaphanis, adultis costato-reticulatis; paniculis folio longioribus; floribus omnibus subsessilibus; lobis calycinis acutioribus.

Habitat in campis editis ad Formigas et Serra de Grão Mogor prov. Minas Geraës: M. Pl. Oreas, Hamadryas.

36. GOMIDESIA HILARIANA BERG: ramulis validis, petiolis, foliis subtus paniculis, alabastris rufo-tomentosis; foliis crassiusculе petiolatis, coriaceis, rotundo-ovalibus v. ovalibus, utrinque obtusis, discoloribus, adultis supra glabratis, impresso- impellucido-punctatis, fere aveniis, opacis, subtus reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; paniculis axillaribus, rarius subterminalibus, decompositis, folio longioribus; germine biloculari; sepalis deltoideis, acuminatis, tomentosis. ♄

RAMI teretiusculi, exophloeo delapso glabri, crassiusculi; RAMULI subpatuli, tetragoni, superne compressi. FOLIA opposita, convexa, novella superne ferrugineo-velutina, siccata supra fusco-atra; PETIOLO valido, 1½—2‴ lg.; lamina 17—21‴ lg., 1—1½″ lt.;

nervo medio venisque rectis, patulis subdivaricatisve, utroque latere 5—7, supra demum impressis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, supra vix visibilibus, subtus prominentibus. Paniculae 2—2¼‴ lg. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, oblongo-lanceolatis, germine longioribus stipata. Germen 4-ovulatum. Sepala 5, in alabastro erecta, rufo-tomentosa. Petala 5, obovata, extus tomentosa, 1½‴ lg. Stamina petalis aequalia. (v. in hb. Berol. Vindob. et Mart.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro; Sellow, Schüch. Pl. Dryas.

5. Ramuli callo interpetiolari destituti. Folia basi cordata. Sepala acuta. Antherae ovales, compressae, subquadriloculares, loculis rima spirali apice extrorsum basi introrsum dehiscentibus, marginibus explanatis.

37. GOMIDESIA AUBLETIANA Berg: ramulis foliisque novellis margine nervoque medio, paniculis alabastrisque fuscescenti-hirtis; foliis sessilibus, rigidis, ovato-oblongis, basi cordatis, apice angustato-obtusis, discoloribus, supra glabris, reticulatis, subtus minute fuscescenti-, impellucido-punctatis, reticulato-penninerviis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; paniculis subterminalibus, 1—2-nis, folio paullo longioribus, multifloris; germine biloculari; sepalis deltoideis, acutis, strigosis. ♄

Rami teretiusculi, exophloeo secedente; ramuli compressi, glandulosi, rufi. Folia 2—3″ lg., 14—21‴ lt., supra obscura, subtus fuscescentia et glaucescentia; nervo medio supra basin versus vix impresso, subtus elevato; venis subdivaricatis, remotis, arcuatim unitis ibique extrorsum iterum anastomosantibus, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae 3½″ lg., compressae, ab medio 4-pliciter ramosae, floribus ultimis 3-nis, centrali sessili, lateralibus brevi-pedicellatis. Alabastra obovata, 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum. Sepala 5, brevia. Petala 5, ovata, concava, extus sericea, 2‴ lg. Stamina 2½‴ lg. Stylus staminibus paullo longior. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in Brasilia loco non indicato: Pohl n. 1050.

38. GOMIDESIA GAUDICHAUDIANA Berg: ramulis, foliis subtus, cymis bracteisque et alabastris dense lutescenti- v. rufo-tomentosis, tomento demum expallente v. nigrescente; foliis sessilibus, coriaceis, cordatis, obtusis, margine revolutis, impellucido-punctatis, discoloribus, supra pilis adpressis, albidis villosis, demum glabris, nitidis, tenuiter reticulatis, subtus costatis, arcuatim limbinerviis; cymis tripartitis, subterminalibus et axillaribus, ad ramorum apices corymboso-dispositis, folio duplo longioribus; sepalis ovate lanceolatis, acutis; in alabastro erectis.

Frutex 10-pedalis; rami teretiusculi, exophloeo delapso glabri. Folia opposita, 10—16‴ lg., 5½—9‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis erecto-patulis, utroque latere 6—8, supra parum prominulis; subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, supra parum prominulis, subtus vix manifestis. Cymae pedunculatae, 1—2″ lg., 2—3-pliciter ramosae, ramis pedicellisque bractea membranacea, tomentosa fultis; floribus ultimis ternis, subsessilibus. Alabastra obovata, 2—3‴ lg.; bracteolis 2, lanceolato-linearibus, acutis, extus tomentosis, 2—3‴ lg. stipata. Germen 4-ovulatum. Sepala 5, extus densissime tomentosa, intus sericea, 1‴ lg. Petala 5, ovata, concava, basi extus sericea, haud ciliolata. (v. in hb. Berol. et Mart.)

A *G. Clausseniana* differt: foliis basi cordatis, impellucido-punctatis, supra reticulatis, subtus et adultis tomentosis, cymis ad corymbum terminalem dispositis.

Habitat in montibus Serra do Caraça prov. Minas Geraës, floret Decembri: Sellow, hb. Fl. Br. Mart. n. 1236. Pl. Oreas.

III. RUBACHIA Berg.

Eugeniae *et* Calyptranthis *species auctorum.*

Hypanthium (calycis tubus auct.) supra germen maxime productum, superne fere clausum, ad anthesin in lobos 3—5, sepalis respondentes, inaequales, staminiferos ad germen usque longitudinaliter fissum, basi bracteolis 2, saepe caducis stipatum. Germen 2—4-loculare, inferum; ovula in loculis bina, angulo interno loculorum affixa. Sepala 3—5, brevissima, inaequalia, in alabastro conniventia, margine coarctato hypanthii inserta, ad anthesin lobis hypanthii insidentia. Petala 2—5, perigyna, una cum sepalis superne hypanthii margini inserta, parva, spathulata. Stamina creberrima, parieti interiori hypanthii seriebus pluribus affixa; filamenta libera, praefloratione introflexa; antherae oblongae v. ovales, dorso supra basin affixae, superne glandula instructae, biloculares; loculis longitudinaliter dehiscentibus, marginibus explanatis; grana pollinis trigona, tripora. Carpophylla 2—4, verticem germinis stylumque formantia. Stylus filiformis; stigma simplex. Bacca hypanthii lobis intus cicatrisatis coronata. Embryo cotylis foliaceis, contortuplicatis; rostello elongato.

Frutices Brasilienses, foliis oppositis, exstipulatis, punctatis, integerrimis; floribus paniculatis, majoribus.

Genus pharmacopolae doctissimo, botanices cultori, C. Rubach dicavi.

1. RUBACHIA OBUMBRANS Berg: ramulis paniculisque validis, compressis et foliis pilis raris, sparsis, adpressis pilosiusculis; foliis sessilibus, chartaceis, ovali-oblongis, basi angustato-cordatis, apice obtusis v. retusis, subito in acumen lineare productis, discoloribus, obscure pellucido-punctatis, supra impresso-, subtus elevato-costatis et arcuatim duplicato-limbinerviis, utrinque reticulatis; paniculis subterminalibus, folio duplo brevioribus; germine 10-costato, sericeo, biloculari; sepalis 5, latis, obtusissimis, demum profundius partitis; petalis 5, rotundatis, concavis, sericeis, ciliolatis. ♄

Eugenia obumbrans Pöppig herb.

Rami validi, compressi, glabri. Folia opposita, 12—14″ lg., 5½—7″ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus incrassato; venis subpatulis, supra impressis, subtus valde elevatis; venulis interjectis reticulatis, utrinque praesertim inferne prominulis. Paniculae 5½″ lg., 3-pliciter ramosae; floribus ultimis ternis, sessilibus. Alabastra turbinata, 3½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen crassum, ⅝‴ lg., 4-ovulatum, disco concavo, velutino obtectum. Calyx 5-lobus, lobis obtusissimis, 2 exterioribus minoribus, 3 interioribus majoribus, demum ad germinis verticem fissus. Petala 5. Stamina 6‴ lg. Stylus basi sparse pilosiusculus, 6‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in silvis ad Yurimaguas in Maynas, floret Decembri: Pöppig n. 2210.; et verisimiliter in confinibus Brasiliae. Pl. Najas.

2. RUBACHIA INVOLUCRATA Berg: ramulis, petiolis summis, paniculis, bracteis, alabastris densissime longissimeque ochraceo-strigosis; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis v. subobovato-oblongis, apice saepe rotundatis et in acumen acutum productis v. sensim angustatis, acute acuminatis, basi acutis, adultis glabris, supra lucidis, subtus nitidis, obscure pellucido-punctatis, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; paniculis racemosis subterminalibus 2—4, folio duplo brevioribus; alabastris involucro 4-phyllo cinctis, primum clausis, apice sepalis minimis, 3—5, liberis appendiculatis, demum irregulariter ad germen biloculare usque 3—5-partitis; petalis 2—5, parvis, spathulatis. ♄

Rami tereti-compressi, exophloeo soluto et delapso laeves, glabri, albidi. Folia opposita, margine arguto planiuscula; petiolo 5—7‴ lg.; lamina 4½—7½″ lg., 2—3⅓″ lt.; nervo medio supra parum elevato, subtus incrassato; venis plurimis, tenuibus, subpatentibus, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis. Paniculae 3½″ lg., inferne ramo instructae, superne simplices. Alabastra 6″ lg., bracteolis magnis, membranaceis, ovatis, concavis stipata. Germen 4-ovulatum. Sepala 2 exteriora majora, ovata, concava, erecta, aperta, ⅓‴ lg., 1—3 interiora minora, incumbentia. Petala plerumque 2—3, una cum sepalis superne inserta. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Sellow. Pl. Dryas.

3. RUBACHIA ANTONIA Berg: ramulis, gemmis, paniculis, alabastris dense ferrugineo-tomentosis; foliis petiolatis, coriaceis, ovato-oblongis, obtuse acuminatis, basi rotundata breviter acutis, supra glabris, nitidis, subtus elevato nigroque glandulosis, pilis longioribus substellatis sparsius brevissimisque densius obtectis, utrinque elevato-, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; paniculis subterminalibus, folio brevioribus; germine 3—4-loculari; sepalis 5, subaequalibus; petalis 5, obovatis.

Tabula nostra XIII.

Frutex 10-pedalis; rami obtuse 4-goni, ad nodos compressi, ochraceo-velutini, tandem glabrati. Folia opposita, margine vix recurva; petiolo crasso, 1‴ lt., 7—8‴ lg., canaliculato, tomentoso; lamina 4—7″ lg., 2—3″ lt.; nervo medio supra prominulo, basin versus planiusculo, tomentello, subtus crasso, villoso; venis patulis, utroque latere circiter 20, utrinque venulisque prominentibus. Paniculae brachiatae, 4″ lg., pauciflorae, 3-nodes, apice et ramis infimis 3-florae; flore centrali sessili, lateralibus pedicellatis; rhachi ramisque validis, compressis. Alabastra 5‴ lg., ovalia, bracteolis stipantibus caducis. Germen brevissimum, 6—8-ovulatum. Sepala 5, ovata, erecta, exteriora acuta, interiora obtusata. Petala 5, obovata, 2‴ lg., extus sericea. Stamina 4‴ lg. Stylus staminibus paullo longior. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

4. RUBACHIA NEUWIEDEANA Berg: ramulis novellis, paniculis, bracteis, alabastris brunneo-strigosis; foliis petiolatis, rigide coriaceis, suborbicularibus, ovalibus v. ovatis, basi obtusis, apice obtuse acutatis v. obtusatis, adultis glabris, supra subnitidis, subtus creberrime elevato-, impellucido-punctatis, obsolete venosis, limbinerviis; paniculis oppositis, e ramulis abbreviatis, axillaribus et subterminalibus oriundis, corymbum compositum, folio plerumque breviorem formantibus; alabastris ovalibus, apice minute 5-lobis, demum ad germinis bilocularis verticem 5-partitis; lobis oblongis; petalis 1—3. ♄

Folium: Tabula nostra I. Fig. 13.

Rami subtetragoni, glabri; novelli ad florendi tempus aphylli, plerumque binodes, apice gemma instructi, compressi. Folia opposita; lamina 20—30‴ lg., 10—20‴ lt.; petiolo 3‴ lg.; nervo medio supra plano, subtus elevato; venis erecto-patulis, supra obtectis, subtus prominulis. Paniculae 18—36‴ lg., saepe cymosae, 2—3-pliciter ramosae, basi nudae v. bractea fultae; ramis bractea ventricosa, ovata fultis; floribus ultimis 3-nis, sessilibus. Alabastra ovalia, obtusa, 1½‴ lg., apice sepalis 5, minutis, liberis instructa, basi bracteolis 2, ovatis, ventricosis, 1½‴ lg. stipata et circumdata, demum in lobos 5, oblongos, 1‴ lg., aequales, patentes partita. Germen 4-ovulatum. Petala inaequalia, parva. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Sonderi et Mart.)

Habitat ad Cabo Frio prov. Rio de Janeiro: Princ. de Neuwied. Pl. Dryas.

5. RUBACHIA SPICIFLORA Berg: ramulis pilis brevioribus intermixtis longioribus adpressisque hirtis; foliis stipulatis, petiolatis, subcoriaceis, lanceolatis v. oblongo-lanceolatis, abrupte angusteque acuminatis, basi in petiolum adpresse villosum attenuatis, junioribus ciliatis, utrinque praesertim ad nervum pilis sparsis, longiusculis, adpressis obtectis, mox glabris, laevigatis, impunctatis, tenuissime venosis, duplicato-limbinerviis; spicis e trunco ortis, hirtis, pedunculatis, elongatis, interruptis, basi squamatis; floribus glomeratis; alabastris turbinatis, hirtis, apice minute obtuseque 4-, rarius 5-lobis, demum ad verticem germinis partitis; germine biloculari; petalis 4—5, orbicularibus, utrinque sericeis, ciliatis. ♄

Eugenia spiciflora Nees et Mart. Nov. Act. Nat. Cur. XII. 52. DC. Prodr. III. 284.

Arbor 12—18-pedalis; rami teretiusculi, superne compressi. Gemmae foliiferae parvae, ex axillis superioribus ramulorum, floriferae magnae, tegmentis copiosis, imbricatis, lanceolatis, acuminatis, 4‴ lg., testae, ex axillis foliorum perennantium egredientes, post decessum eorum evolutae. Stipulae verrucaeformes, inflatae, basi petioli adnatae, rufae, latitudinem petioli aequantes. Folia opposita, siccata pallide rufa; petiolo 4—5‴ lg., valido, setis brunneis obtecto; lamina 4—7″ lg., 10—22‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis tenuibus, erecto-patulis, supra oblitteratis, subtus prominulis. Spicae 3—6″ lg.; rhachi compressa, 4—6-nodi, basi tegmentis imbricatis cincta, ad nodos bracteata. Alabastra 5‴ lg., bracteolis 2 ovatis acutis hirtis 2½‴ lg. stipata. Hypanthium supra germen 4-ovulatum, strigosum, 1‴ lg., valde productum, superne in calycem breviter lobatum abiens; lobis subtruncatis, margine villosis, demum ad verticem germinis partitis, reflexis. Petala 4—5, coriacea, 2‴ lt. Stamina plurima, 3—4‴ lg. Stylus 4—6‴ lg. (v. in hb. Mart. et Nees.)

Habitat in silvis primaevis ad viam Minensem prope Ilheos, in prov. Bahiensi, floret Decembri: Pr. de Neuwied. Pl. Dryas.

6. RUBACHIA LATERIFLORA Berg: ramulis pubescentibus; foliis petiolatis, membranaceis, lanceolato-oblongis, basi obtusis, abrupte acuminatis, glabris, ciliolatis, discoloribus, minutissime sub lente valida pellucido-punctatis, venosis, duplicato-limbinerviis; spicis simplicibus, e trunco ramisve vetustis ortis, villoso-lanuginosis; alabastris ovalibus, sessilibus, tribrachiatis, oppositis, villosis; germine biloculari; sepalis 4, brevibus, obtusis, demum profundius partitis; petalis 4.

Calyptranthes ? lateriflora DC. Prodr. III. 258.

Arbor 40-pedalis. Ramuli tenues, compressi. Folia opposita; lamina 4½—5¼″ lg., 13—18‴ lt.; petiolo 2‴ lg.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis tenuissimis, suberecto-patulis.

Spicae 3—4″ lg., pedunculatae, basi squamatae, 11—15-florae; floribus inferioribus remotis; bracteis membranaceis ovatis. Alabastra 3‴ lg. Germen 4-ovulatum. Sepala 2 exteriora coriacea, rotundata, $^5/_4$‴ lt., 1″ lg., margine villosa, extrorsum apicem versus glabriuscula, 2 interiora utrinque margineque puberula. Petala 4, 1‴ lg., $1^1/_2$‴ lt., extus subvillosa, intus puberula, ciliata. (v. in hb. Monac.)

In silvis primaevis prov. Minas Geraës: M. Pl. Dryas, Oreas.

7. RUBACHIA GLOMERATA Berg: ramulis, petiolis nervisque mediis foliorum fuscescenti-villosis; foliis petiolatis, chartaceis, lanceolatis v. oblongo-lanceolatis, apice anguste et elongate acuminatis, basi acutis, excepto nervo glabris, supra impresso-, vix pellucido-punctatis, subtus venosis, limbinerviis; floribus sessilibus, ad nodos veteres defoliatos glomeratis; alabastris bracteolatis; germine biloculari; calyce 4 lobo, lobis interioribus appendiculatis; petalis 4, parvis, subrotundis, fimbriato-ciliatis. ♄

Rami teretiusculi, exophloeo circumcirca soluto et delapso laeves; ramuli compressi. Folia opposita, margine revoluta; petiolo 4—5‴ lg.; lamina 36—44‴ lg., 10—13‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis plurimis, suberecto-patulis, supra vix visibilibus, subtus prominulis; venulis interjectis reticulatis, subtus vix manifestis. Alabastra 4—8-na, conglomerata, obovata, 2‴ lg., bractea rotunda, solitaria, $1^1/_2$‴ lg. fulta, bracteolis 2, subrotundis, concavis, ciliolatis, $1^1/_2$‴ lt. stipata. Hypanthium supra germen sericeum, 4-ovulatum valde productum ibique glabrum, in calycem ante anthesin clausum, 4-lobum abiens; lobis deltoideis, ciliolatis, 2 interioribus apice appendicula minuta, subrotunda, fimbriato-ciliata instructis, $^1/_2$‴ lg. Petala $^1/_2$‴ lg. (v. in hb. Kunth.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Gaudichaud n. 768. Dryas.

IV. MARLIEREA Cambessedes.

Marlierea *Camb. in St. Hilaire Flor. Bras. merid. II. 373. Endl. Gen. 1232.*

(Char. emend.) Alabastra clausa, ovoidea vel sphaerica, saepissime bracteolis 2 stipata. Hypanthium (calycis tubus auct.) supra germen plus minusve productum. Germen 2-, rarius 3-loculare, loculis 2-ovulatis. Ovula angulo interno loculorum affixa, collateralia, adscendentia. Calyx clausus, ante anthesin integerrimus, demum in lobos 4 — 5, saepius inaequales irregularesque longitudinaliter direptus. Petala 4 v. 5, parva, saepe nulla, margini libero hypanthii inserta. Stamina plurima, cum petalis inserta; filamenta libera, filiformia, in alabastro introflexa; antherae dorso affixae, subrotundae, superne glandula terminatae, introrsae, biloculares, loculis longitudinaliter dehiscentibus, marginibus explanatis; granula pollinis trigona, tripora. Carpophylla 2—3, tegmen germinis et stylum formantia. Stylus 1. Stigma terminale, simplex. Bacca sepalis coronata, 1—2-locularis, 1—2-sperma. Semina subreniformia, testa pallida, cartilaginea obtecta. Embryo cotylis foliaceis, amplis, contortuplicatis; rostello elongato, curvato.

Arbores v. frutices; foliis exstipulatis, oppositis, pellucido-punctatis, integerrimis; pedunculis axillaribus v. terminalibus, 1-floris v. paniculato-cymosis.

Genus a Cambessedeo in honorem D. Guidonis Thomae Marliere, Indorum Coroados in villa do Presidio Directoris, nominatum.

1. Flores petalis destituti.

1. MARLIEREA SPATHULATA Berg: ramulis paniculisque compressis et petiolis nervoque medio subtus foliorum juniorum et alabastris ochraceo-tomentosis; foliis maximis, petiolatis, coriaceis, obverse oblongis, brevissime obtuse acuminatis, basi subcuneatis, adultis utrinque pilis rarissimis adspersis, fere glabris, superne nitidis, impresso-, pellucido-punctatis, arcuatim triplicato-limbinerviis; paniculis tripliciter ramosis, in ramo novello abbreviato subterminalibus et lateralibus, basi nudis, ad thyrsum terminalem collocatis; alabastris clausis, demum profunde 4—5-partitis; germine 2—3-loculari; petalis nullis.

Frutex 10—15-pedalis. Rami subtetragoni, cortice ochraceo-suberoso obtecti. Gemmae villoso-strigosae. Folia opposita, margine planiuscula; petiolo 6—8‴ lg.; lamina $7^5/_8$—$14^1/_2$″ lg., $2^3/_4$—$5^1/_4$″ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus valde incrassato; venis suberecto-patulis, supra planiusculis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulato-ramosis. Paniculae 3—9″ lg. Alabastra 3‴ lg. Germen 4—6-ovulatum.

Ab *M. tomentosa Camb.* differt: foliis angustioribus, obversis, novellis subtus haud tomentosis; paniculis ad thyrsum terminalem collocatis.

Habitat in silvis ad radices montium Serra Arasoiava, prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

2. MARLIEREA TOMENTOSA Camb. ramulis foliisque novellis subtus, pedunculis et alabastris lutescenti-tomentosis; foliis petiolatis, ellipticis utrinque angustatis, breviter acuminatis, obsolete pellucido-punctatis, adultis subglabratis, venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, multifloris, folio brevioribus; alabastris obovatis, obtusis; lobis calycinis 4, inaequalibus; petalis nullis.

Marlierea tomentosa Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 269.

Frutex magnus, caule debili. Rami teretes, glabrati, novelli compresso-angulosi. Folia 8—12″ lg., $3^1/_2$—6″ lt.; petiolo 6—7‴ lg.; nervo medio subtus prominente; venis subtus prominulis. Paniculae 8″ lg. Alabastra 3‴ lg., subsessilia, bracteolis 2, parvulis, deciduis stipata. Germen apice glabriusculum. Calyx in lobos ovatos, obtusiusculos rumpens. Stamina stylusque calyce paullo longiora. Bacca (teste A. de St. Hil.) cerasi crassitudine, nigra, tomentosa, sapore grato. †

Habitat in silvis prope portum Guaratúba, urbem extremam prov. S. Pauli, proximam prov. S. Catharinae, floret Aprili: St. Hil. Guapuronga *incolis. Pl. Dryas.*

3. MARLIEREA STRIGIPES Berg: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis alabastrisque pallide strigosis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis, utrinque angustatis, acuminatis, basi acutis, pellucido-punctatis, supra nitidis, glabris, subtus subglabratis, reticulato-penninerviis, duplicato-limbinerviis; paniculis terminalibus, ternis, amplis, pyramidatis, multifloris, laxis, folium subaequantibus; floribus sessilibus; germine biloculari; alabastris obovatis, obtusis; lobis calycinis inaequalibus, 5-, rarius 4, acutiusculis; petalis nullis. ♄

Myrcia strigipes Mart. in Flora XXIV. Beibl. II. 108.

Frutex. Rami tenues, exophloeo suberoso, albido obtecti, glabri. Folia opposita, discoloria, supra badia, subtus pallidiora, ad nervum medium basin versus tomento badio obsita; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 3½—8″ lg., 17—30‴ lt.; nervo medio supra vix elevato, subtus prominente; venis plurimis, erecto-patulis, supra parum prominulis, subtus prominentibus, longiori a margine distantia ad nervum limbalem duplicem, exteriorem obsoletum anastomosantibus; venulis interjectis reticulatis, supra vix visibilibus, subtus prominulis. Paniculae 3-pliciter ramosae, 3½—6″ lg., brachiatae, ramis erecto-patulis, sparsifloris. Alabastra 1‴ lg., bractea oblonga, 3‴ lg., caduca fulta. Hypanthium supra germen 4-ovulatum valde productum, in calycem demum 4—5-partitum abiens, lobis inaequalibus, intus glabris. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Mart., Berol. et Vindob.) — Habitu maxime accedit ad *Myrciam pyramidatam.*

Habitat in prov. Bahia prope Ilheos: Luschnath n. 114., Mart. Hb. Fl. Br. n. 686. Pl. Hamadryas et Dryas.

4. MARLIEREA SUAVEOLENS Camb. glabra; foliis petiolatis, ellipticis, utrinque gradatim angustatis, apice abrupte longissime acuminatis, pellucido-punctatis; racemis axillaribus, folio triente v. dimidio brevioribus, paucifloris; alabastris bibracteolatis, obovatis, mucronulatis; lobis calycinis 4, ovatis, acutis, aequalibus; petalis nullis.

Marlierea suaveolens Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 270. t. 156.

Arbor parva, ramis pendulis. Folia opposita; petiolo 2‴ lg.; lamina 1½—2″ lg., 6—9‴ lt.; nervo medio subtus vix prominulo; venis subinconspicuis. Racemi ¾—1″ lg.; pedicellis 1—1½‴ lg. Alabastra 1‴ lg., bracteolis 2, subulatis stipata. Stamina calyce duplo longiora. Stylus staminibus paullo brevior. † — Affinis *M. Tovarensi Bg.*

Habitat in silvis primaevis prope Governo praedium, in prov. Rio de Janeiro: St. Hilaire. Pl. Dryas.

5. MARLIEREA CAPITATA Berg: ramulis foliisque novellis subtus minute sericeis; foliis petiolatis, membranaceis, ovali-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi acutis, adultis glabris, discoloribus, obsolete pellucido-punctatis, reticulato-penninerviis, duplicato-limbinerviis; capitulis terminalibus arctis; alabastro turbinato, extus strigoso-villoso, in lobos 4—5, irregulares rumpente; petalis nullis. ♄

Rami tenues, teretiusculi, superne compressi. Folia pallide viridia; petiolo 5—7‴ lg.; lamina 61—78‴ lg., 24—28‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis plurimis, tenuibus, erecto-patulis, utrinque prominulis; venulis interjectis reticulatis, utrinque parum prominulis. Capitula terminalia, 8‴ diametro. Hypanthium turbinatum, membranaceum, 3‴ lg., extus ferrugineo-adpresse villosum, intus glabrum, coloratum, supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in lobos 4—5 intus staminiferos irregulares disrumpens. Petala ad anthesin nulla. Stamina plurima 3‴ lg. Stylus 6‴ lg. (v. in hb. Kunth.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Gaudichaud. Pl. Dryas.

2. Flores petalis instructi.

6. MARLIEREA PARVIFOLIA Berg: ramulis minutissime puberulis; foliis petiolatis, coriaceis, ovatis v. oblongo-ovatis, e basi rotundata antrorsum sensim acutatis v. acuminatis, glabris, pellucido-punctatis, subaveniis; pedunculis axillaribus, 1-floris, glomeratis, petiolum aequantibus; floribus minimis; germine biloculari; calyce demum irregulariter rumpente; petalis 4.

Folium: Tabula nostra I. Fig. 10.

Rami teretes, dichotomi, tenues, glabri; ramuli compressi. Folia opposita, margine subrecurva, subtus fusco-punctata; petiolo 1—1⅓‴ lg.; lamina ½—1″ lg., ⅛—⅓″ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis tenuissimis, oculo nudo vix visibilibus. Pedunculi brevissimi. Alabastra obovata, ½‴ lg., bracteolis 2 minimis fulta. Germen 4-ovulatum. Calyx primum clausus. Petala 4, parva, rhombea, fimbriata. Stamina plurima, antheris subrotundis, dorsofixis, superne glandula terminatis. Stylus 1, stigma simplex. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in mediterraneis prov. Bahia: Blanchet n. 2919. Pl. Hamadryas.

7. MARLIEREA SESSILIFLORA Berg: ramulis foliisque novellis et alabastris pilis albis sericeo-villosis; foliis petiolatis, membranaceis, ovato-oblongis, basi acutis, apice longiuscule acuminatis, adultis glabris, pellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis; floribus axillaribus et subterminalibus, solitariis, sessilibus; alabastris ovalibus; germine biloculari; petalis 5, obovatis. ♄

Folium: Tabula nostra I. Fig. 12.

Rami teretes, glabri; ramuli compressi. Folia opposita, subtus fusco-glandulosa; petiolo 1‴ lg.; lamina 13—28‴ lg., 7—12‴ lt.; nervo medio utrinque elevato; venis tenuissimis, subpatulis, supra vix visibilibus, subtus venulisque interjectis tenuioribus, ramulosis parum prominulis. Alabastra clausa 3‴ lg. Germen 4-ovulatum. Petala ciliata, extus strigosa, 1‴ lg. (v. in hb. Vindob.) Flores nondum aperti, sed calyx interdum hians.

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Schott n. 3841. Pl. Dryas.

8. MARLIEREA SPRUCEANA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis et alabastris pilis alutaceis sericeo-strigosis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, oblongis, acuminatis, basi acutis, discoloribus, opacis, demum glabris, creberrime pellucido-punctatis, tenuiter venosis, duplicato-limbinerviis; cymis trichotomis, binis, in ramo brevissimo, terminali, aphyllo, folio fere duplo brevioribus; alabastris turbinatis; germine biloculari; calyce demum irregulariter 4-lobo; petalis 4, orbicularibus, ciliolatis, extus sericeis. ♄

Rami obtuse 4-goni, pallidi, glabri. Folia opposita, supra cano-virentia, subtus pallidiora; petiolo valido, canaliculato, 4‴ lg.; lamina 5½—6½″ lg., 22—27‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus incrassato; venis plurimis, tenuibus, subpatulis, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuissimis, ramulosis. Cymae bis trifidae, 4″ lg., rhachi compressa, ramis divaricatis, dichotomis, floribus in dichotomiis sessilibus, lateralibus brevissime pedicellatis. Alabastra clausa, vix apiculata, 2½‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum. Petala 1½‴ lt. Stamina petala aequantia. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Habitat secus Rio Negro, inter Barra et Barcellos, floret Novembri: Spruce n. 1505. Pl. Najas.

9. MARLIEREA ESTRELLENSIS Berg: glabra; foliis subsessilibus, coriaceis, lanceolato-oblongis, longiuscule acuminatis, basi subcordatis, nitidis, subtus subtilissime et crebro nigrescenti-, impellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis; racemis elongatis, subpaniculatis, subterminalibus, 2-nis, folio paullo brevioribus; alabastris globosis; germine biloculari; calyce demum 5-partito; petalis 5. ♄

Tabula nostra XIV.

Rami ferruginei, glabri, laeves, exophloeo delabente; ramuli subcompressi. Folia opposita, margine revoluta, superne raro et sparse elevato-punctata; petiolo incrassato, 1‴ lg.; lamina

43—67‴ lg., 15—23‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis supra impressis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Racemi 3—4″ lg., ramulis inferioribus 3-, rarius 5-floris, superioribus 1-floris; pedicellis tenuibus, 2—3‴ lg. Alabastra 2‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in silvis montium Serra d'Estrella prope Corrego Secco (Petropolin), floret Junio: Beyrich. Pl. Dryas.

10. MARLIEREA UMBRATICOLA Berg: ramulis foliisque novellis, racemis et alabastris minutissime brunneo-puberulis; foliis petiolatis, coriaceis, lanceolatis v. lanceolato-oblongis, basi acutis, apice sensim longissime et anguste acuminatis, mox glabris, nitidis, impunctatis, obsolete supra subimpresso-, subtus prominulo-venosis, limbinerviis; racemis gracilibus, 14—20-floris, e ramulo valde abbreviato, axillari 2—4-nis, folio brevioribus; alabastris globoso-obovatis, brevissime apiculatis; germine biloculari; petalis 2—3, spathulatis.

Eugenia squamata Willd. herb. n. 9501.

Myrtus umbraticola H. B. K. Nov. Gen. Am. VII. 258. DC. Prodr. III. 242.

Rami teretiusculi, exophloeo albescente lamellatim delapso laeves, cinnamomei, novelli compressi. Folia opposita, siccata supra fusco-atra, subtus pallidiora; petiolo 2—3‴ lg., exophloeo albido ut in ramis, soluto et partim delabente; lamina 36—52‴ lg., 11—16‴ lt.; nervo medio supra profunde impresso, subtus incrassato; venis plurimis, rectis, tenuissimis, subdivaricatis, supra impressis, subtus prominulis. Racemi 24—30‴ lg., floribus brevissime pedicellatis. Alabastra $^5/_4$‴ lg. (v. in hb. Willd.)

Habitat in umbrosis ad ripam fluminis Orinoco prope Maypures: de Humboldt et Bonpland. An in Brasilia confini? Pl. Najas.

11. MARLIEREA EXCORIATA Mart. ramulis foliisque novellis et paniculis pilis raris sparsisque obsitis, cito glabris; foliis petiolatis, rigide chartaceis, oblongis v. elliptico-oblongis, rarius lanceolato-oblongis, utrinque angustatis, basi acutis, apice leviter obtuse acuminatis v. acutatis, supra impresso-, subtus elevato-obscure pellucido-punctatis, demum opacis, tenuissime venosis, longiori a margine distantia limbinerviis; paniculis ex infimis 1—2 nodis ramulorum axillarium et subterminalium, oppositis; alabastris globosis, apiculatis; germine biloculari; calyce demum inaequaliter 4-, rarius 3- v. 5-lobo; petalis 1—3, ovatis; bacca globosa, 1—2-sperma, sepalis reflexis coronata. ♄ Variat:

α. latifolia *Berg*: foliis majoribus, elliptico-oblongis, longius petiolatis.

Folium: Tabula nostra I. Fig. 11.

Marlierea excoriata Mart. in Flora Bat. XX. Beibl. II. 88.

Arbor tenuis, 15-pedalis (frutex 6-pedalis, fide Sellow.); rami exophloeo ferrugineo, membranaceo delapso fusco-atri, novelli tenues, badii, glandulosi, compressi, basi floriferi, sub apice bifoliati. Folia opposita, siccata obscura, interdum supra partim albescentia; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 24—50‴ lg., 12—32‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente, apicem versus evanido; venis plurimis, tenuissimis, erecto-patulis, demum oblitteratis. Paniculae 14—32‴ lg., 2-, rarius 3-pliciter ramosae, pauciflorae, basi nudae. Alabastra 1‴ lg., glabra, bracteolis 2, minutis stipata. Germen 4-ovulatum. Calyx in lobos 4, subaequales, v. 3 v. 5 inaequales, $^3/_4$‴ lg. rumpens. Petala 1—3, minima, coriacea, glandulosa (nulla, Mart.). Bacca 4—4½‴ diametro, disco angusto, planiusculo, pallido et laciniis calycinis oblongis; obtusis, divaricatis, superne pallidis et cicatricibus staminum fere ad apicem obtectis coronata. Semen hippocrepicum, testa pallida, cartilaginea tectum. Embryo cotylis carnoso-foliaceis, magnis, valde contortuplicatis; rostello elongato. (v. florif. in hb. Mart. et Vindob., fructif. in hb. Berol.)

β. angustifolia *Berg*: foliis minoribus, oblongis v. lanceolato-oblongis, antrorsum saepe latioribus, brevius petiolatis.

Folia 21—31‴ lg., 7—12‴ lt., petiolo 1½—2‴ lg.; panicular 1—1½″ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in locis umbrosis montis Corcovado et alibi in nemoribus prov. Rio de Janeiro, floret Januario, fructificat Novembri: M. Hb. Fl. Br. n. 59., Sellow. Pl. Dryas.

12. MARLIEREA OBSCURA Berg: ramulis foliisque novellis subtus et paniculis longe strigosis, tandem glabratis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongo-lanceolatis v. oblongis, utrinque sensim angustatis, apice lineari-acuminatis, basi acutis, supra glabris, nitidis, subtus puberulis, creberrime nigrescenti-, impellucido-punctatis, venosis, sublongiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; paniculis ex infimis nodis ramorum novellorum, solitariis, oppositis, basi nudis; bacca subglobosa, 1-sperma, sepalis lanceolatis, acutiusculis, valde inaequalibus coronata.

Rami teretiusculi, novelli compressi. Folia opposita; petiolo 3—5‴ lg.; lamina 45—72‴ lg., 13—20‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis plurimis, tenuibus, erecto-patulis, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis vix visibilibus. Paniculae decompositae, 3—5″ lg. Bacca 5‴ diametro. Semen subreniforme, 3—4‴ lg., testa pallida, cartilaginea, nitida obtectum. Embryo cotylis amplis, foliaceis, contortuplicatis. (v. in hb. Berol.)

M. excoriatae, β. angustifoliae affinis, sed distincta: indumento; foliis angustioribus; paniculis et sepalis acutiusculis.

Habitat ad Presidio de S. Joâo-Baptista in prov. Minas Geraës: Sellow. Pl. Dryas.

13. MARLIEREA SCHOTTIANA Berg: glabra; foliis breviter petiolatis, chartaceis, lanceolatis v. oblongis, basi obtusis v. breviter acutis, apicem versus sensim angustatis longissimeque acuminatis, novellis pellucido-punctatis, adultis opacis, venosis, limbinerviis; floralibus et infimis ramuli cujusve multo minoribus; paniculis elongatis, strictis, laxifloris, apice et ramis racemosis, ex interioribus nodis ramorum annotinorum oriundis, foliis minutis fultis; alabastris globosis, demum in lobos 5 revolutos partitis; germine biloculari; petalis 3—4. ♄

Tabula nostra XV.

Rami teretes, exophloeo lamellatim soluto laevissimi, vitellini; novelli compressi, badii. Gemmae pilis raris sparsis obsitae. Folia subtus nigrescenti-punctata, floralia et infima ramuli cujusve multo minora; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 3½—7″ lg., 8—23‴ lt., fol. floralium 9—24‴ lg., 3—6‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuibus, erecto- v. subpatulis, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis reticulatis, in pagina inferiore foliorum summorum visibilibus, demum oblitteratis. Paniculae 4—9″ lg., compressae, badiae, ramis floribusque remotis. Alabastra 1½‴ diametro, ebracteolata. Germen 4-ovulatum. Lobi calycini 1—2‴ lg. Petala subrotunda, ½—1‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus staminibns paullo longior. (v. in hb. Vindob. et Mart.)

Habitat ad Tinguá prov. Rio de Janeiro: Schott, coll. n. 1042. Pl. Dryas.

14. MARLIEREA GRANDIFOLIA Berg: glaberrima; ramulis obtuse 4-gonis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, ovate oblongis v. lanceolatis, basi obtusis v. subcordatis, apicem versus sensim acuminatis, creberrime pellucido punctatis, subnitidis, tenuiter venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis immediate subterminalibus, 2-nis ideoque 4 terminalibus, foliis floralibus duplo longioribus, v. e ramo terminali abbreviato, binodi oriundis, 1-nis, oppositis, bractea foliacea stipatis, longe pedunculatis, strictis, pyramidatis, laxifloris, ramis racemosis floribusque omnibus pedicellatis; alabastris globosis, apiculatis, demum irregulariter 5-partitis; germine biloculari; petalis 5. ♄

Rami exophloeo membranaceo, fuscescenti delabente, fusci. Folia opposita, subterminalia floralia minora, siccata supra fusco-atra, subtus hepatica; petiolo 2‴ lg. crasso, epidermide solubili; lamina 6—9½″ lg., 22—36‴ lt., fol. floralium 3—4″ lg., 13—16‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis subpatulis, distantibus, tenuibus, supra planiusculis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Paniculae 8—10″ lg., pedicellis 3‴ lg. Alabastra 2‴ diametro. (v. in hb. Berol. et Mart.)

Habitat in Brasilia orientali: Sellow, Raben, in hb. Mart.

15. MARLIEREA GLABRA Camb. glabra; foliis breviter petiolatis, oblongis, utrinque gradatim angustatis, acuminatis, obsolete pellucido-punctatis; paniculis axillaribus et subterminalibus, multifloris; alabastris pedicellatis, sphaericis, mucronulatis; germine 3-loculari; lobis calycinis 4, inaequalibus; petalis 4.

Marlierea glabra Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 270.

Frutex 5—6-pedalis; rami teretiusculi. Folia opposita, margine revoluta; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 6—8″ lg., 1½—2″ lt.; nervo medio subtus prominente; venis vix manifestis. Paniculae 5—6″ lg., pedicellis filiformibus. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, subulatis, deciduis fulta. Germen apice glabriusculum, 6-ovulatum. Calyx lobis demum reflexis. Petala obovata, minima, erosa. Stamina calycem paullulum superantia. Stylus glabriusculus. †

Habitat in silvis primaevis montis Tijuca, haud longe ab urbe Rio de Janeiro: St. Hilaire. Pl. Dryas.

16. MARLIEREA ? RESUPINATA Berg: innovationibus velutinis; foliis brevissime petiolatis, resupinatis, oblongis, basi vix attenuata, cordata subamplexicaulibus, apice gradatim acuminatis, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis, floralibus et infimis ramuli cujusve multo minoribus, squamaceis, vaginatis; racemis subterminalibus, folio rameali multo brevioribus; floribus glomeratis; bacca globosa, 3-loculari, lobis calycinis 5, obtusis coronata. ♄

Myrtus resupinata Vell. Flor. Flum. V. t. 61. Textus p. 214.

Rami validi, exophloeo lamellatim delabente; ramuli paucinodes, basi squama vaginacea, oblonga, acuta, 2—3″ lg. obvoluti. Folia opposita, ½—1′ lg., 30—54‴ lt.; nervo medio incrassato; venis validis, erecto-patulis. Racemi (in icone tres, uno certe oblitterato) 3—4″ lg., bractea lanceolata, acuminata, 1½—2″ lg. fulti. Bacca 5‴ diametro. † — Species haec praeposita in Flora Fluminensi bene depicta certo ob habitum ad Marliéream pertinet et *M. Schottianae* affinis, sed alabastra non vidi.

Habitat in prov. Rio de Janeiro ad declivia montium prope scaturigines fluvii Taguahy, Sept. fructifera: Vell. Pl. Dryas.

17. MARLIEREA ? RUFA Berg: innovationibus rufo-hirsutis; foliis petiolatis, ovalibus v. ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice acuminatis, venosis, limbinerviis; paniculis subterminalibus, folium subaequantibus, saepe ad ramum apice foliatum, ad inferiores nodos racemis simplicibus instructum excrescentibus; alabastris globosis, demum 4—5-partitis. ♄

Myrtus rufa Vell. Flor. Flum. V. t. 75. Text. p. 217.

Folia opposita; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 12—20‴ lt. Paniculae decompositae, 3″ lg.; ramis racemosis; racemi 5—9-flori, 1—2″ lg. Alabastra 1½‴ diametro. † — *Marliereae excoriatae* affinis, indumento et inflorescentia distincta.

Habitat in fruticetis et campis mediterraneis prov. Rio de Janeiro: Vell. Pl. Dryas.

V. CALYPTRANTHES Swartz.

Calyptranthes *Swartz Pr. Fl. Ind. occ. 917. t. 15. St. Hilaire Pl. Us. Br. 14. DC. Prodr. III. 256. Cambess. in St. Hilaire Fl. Br. merid. II. 370.* — Chytraculia *et* Suzygium *P. Browne Jam. 239. 240.* — Chytralia *Adanson Fam. 80.* — Calyptranthus *Jussieu Dict. VI. 274.*

(Char. emend.) Alabastra clausa, ovoidea vel sphaerica, bracteolis 2, saepe caducis stipata. Hypanthium (calycis tubus auct.) supra germen valde productum, in calycem abiens. Germen inferum, 2—3-loculare, loculis 2-ovulatis. Ovula angulo interno loculorum affixa, collateralia, adscendentia. Calyx clausus, ante anthesin integerrimus, ad anthesin circumscissus et operculum laterale, demum deciduum constituens. Petala nulla v. 2—5, minima. Stamina plurima, cum petalis margini hypanthii libero inserta, perigyna; filamenta libera, filiformia, praefloratione incurva; antherae dorsofixae, ovales v. rotundae, superne glandula terminatae, introrsae, biloculares; loculis longitudinaliter dehiscentibus, marginibus explanatis; granula pollinis trigona, tripora. Carpophylla 2—3, tegmen germinis stylumque formantia. Stylus 1. Stigma terminale, simplex. Bacca margine libero tubuloso, truncato hypanthii, interdum et operculo coronata, 1—4-sperma. Semina subreniformia, testa pallida, cartilaginea obtecta. Embryo exalbuminosus; cotylis amplis foliaceis, contortuplicatis; rostello elongato, curvato.

Arbores, frutices, rarius suffrutices Americanae; foliis exstipulatis, oppositis, glandulosis, limbinerviis; pedunculis lateralibus v. axillaribus, 1—3-floris, racemosis v. cymoso-paniculatis.

1. Pedunculi paniculati v. racemosi.

1. CALYPTRANTHES AROMATICA St. Hil. glaberrima; foliis connatis, magnis, oblongo-ellipticis, utrinque angustatis, basi rotundatis, apice acutiusculis, venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, his geminis, elongatis; alabastris obovatis, sessilibus, ultimis ternis; germine 3-loculari; petalis 2—3, spathulatis, minimis.

Calyptranthes aromatica St. Hil. Pl. Us. Br. fasc. III. t. 14. DC. Prodr. III. 258. Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 268.

Frutex 8—9-pedalis. Folia 12—18″ lg., 4—6″ lt. Paniculae 5—6″ lg. Alabastra 2‴ lg., aromatica, *Caryophyllis similia*. Germen 6-ovulatum. †

Habitat in prov. Rio de Janeiro ad ripas fluvii Ytú prope coloniam Bemfica v. Joze Gonzalo ad viam Minarum nominatam Caminho da terra, floret Januario et Februario: St. Hil. Pl. Dryas.

2. CALYPTRANTHES CLUSIAEFOLIA Berg: ramulis foliisque junioribus, paniculis et alabastris pilis fulvis, demum expallentibus velutinis; foliis petiolatis, rigide coriaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, utrinque obtusis v. basi breviter acutis, supra puberulis, demum subglabratis, nitidis, impresso-, impellucido-punctatis, venosis, duplicato-limbinerviis; paniculis brachiatis, spurie axillaribus v. subterminalibus, folio brevioribus; alabastris obovatis, apice obtuse angustatis, operculo hemisphaerico, membranaceo; germine biloculari; petalis 2—3, parvis; bacca globosa, hypanthii tubo truncato coronata.

Myrcia clusiaefolia Miquel in Linnaea XXII. 533.

Folium: Tabula nostra II. Fig. 20.

Arbor. Rami teretes, dichotomi, exophloeo fusco-atro, lamellatim delapso laevissimi, pallide cinnamomei; ramuli tetragoni, fusco-atri, novelli compressi, 1-articulati, apice bifoliati. Folia opposita, siccata supra subaurantiaca; petiolo 3—5‴ lg., crasso; lamina 4—5½″ lg., 26—34‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus incrassato; venis plurimis, approximatis, subpatulis, rectis, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis, oblitteratis. Paniculae 3—4½″ lg., validae, compressae, e basi ramulorum subterminalium oppositae, solitariae, interdum subterminales, tripliciter ramosae. Alabastra 1½‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum. Petala obovata. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg., medio inflexus. Baccae (teste Miquelio) Pisi magnitudine. (v. in hb. Sonder. et Vindob.)

Habitat in prov. Minas Geraës: Dr. Widgren n. 536.; ad Caldas: Dr. Regnell II. n. 126., Helmreichen n. 77. Pl. Oreas.

3. CALYPTRANTHES WIDGRENIANA Berg: ramulis novellis paniculisque et floribus rufo-strigosis, demum glabris; foliis longe petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, basi acutis, apice obtusatis v. obtuse acuminatis, adultis glabris, utrinque minute impellucido-punctatis, reticulato-penninerviis, duplicato-limbinerviis; panicula terminali, brachiata, foliis duplo breviore; alabastris obovatis, mucronatis; germine biloculari; operculo conico. ♄

Rami graciles, tereti-compressi, laevissimi, albidi, novelli compressi. Folia opposita; petiolo 4—6‴ lg.; lamina 3½—5″ lg., 14—25‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis plurimis, tenuibus, subpatulis, rectis, supra obsoletis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, supra vix manifestis, subtus prominulis. Panicula solitaria (an semper?), 2″ lg., 3-pliciter ramosa. Alabastra ¾‴ lg. Germen 4-ovulatum. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Sonder.)

Ab *C. cuspidata Mart.* differt: nervatura foliorum et inflorescentia.

Habitat in prov. Minas Geraës: Dr. Widgren n. 537. Pl. Oreas.

4. CALYPTRANHES CUSPIDATA Mart. ramulis foliisque novellis subtus ad nervos, paniculis et alabastris rufo-strigosis; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, rarius oblongis, interdum obversis, basi obtusis v. acutis, apice plus minusve saepe abrupte acuminatis, discoloribus, junioribus obscure pellucido-punctatis, adultis opacis, glabris, subtus nigrescenti-glandulosis, reticulato-costatis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; paniculis diffusis, axillaribus et subterminalibus, saepe fasciculatis et a basi ramosis; alabastris obovatis, obtusis; germine biloculari; petalis 3, obovatis. ♄

Calyptranthes cuspidata Mart. herb. DC. Prodr. III. 258.

Rami rugosi, albidi; novelli compressi. Folia opposita, siccata supra atro- v. fusco-virentia, subtus hepatica; petiolo 4—6‴ lg.; lamina 45—75‴ lg., 18—31‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis validis, utroque latere circiter 10, ab invicem remotis, erecto-patulis, arcubus amplis unitis, ibidem extrorsum iterum ramosis et anastomosantibus. Paniculae 3—6″ lg., e ramulo saepissime perbrevi, interdum excrescente oriundae, 1—3-nae, interdum fasciculatae, 3-pliciter ramosae. Alabastra 1½‴ lg., operculo convexo, glandulis verrucoso. Germen 4-ovulatum. Petala ½—¾‴ lg., extus superne sericea. (v. in hb. Mart. et Sonder.)

Habitat in silvis udis primaevis ad ostium fluvii Rio dos Enganos in flumen Japurá prov. Rio Negro: M. Pl. Najas.

5. CALYPTRANTHES GLOMERATA Camb. ramulis pedunculisque et alabastris rubiginoso-tomentosis; foliis petiolatis, oblongis, obtuse acuminatis, basi angustatis, supra glabriusculis, subtus pallidis saepeque pube rara inspersis, junioribus pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus, 1—3-nis, multifloris, folio paullo brevioribus; floribus sessilibus, glomeratis; alabastris obovatis, obtusiusculis; petalis 3—4, minimis, obovatis.

Calyptranthes glomerata Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 268.

Arbor 30—35-pedalis; rami inferne denudati, teretes, superne sulcati. Folia opposita; petiolo 4‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 9—19‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis subtus prominulis. Alabastra 1½‴ lg., bracteolis 2, ovalis stipata. Fructus (teste Aug. de St. Hil.) pyriformis, nucis magnitudine, sapore insipido. Flores odorem Syringae redolent. †

Habitat in silvis caeduis prope parochiam Simão Pereira, prov. Minas Geraës, nec non ad oras stagni prope Sarapahu prov. S. Pauli, florens Decembri: St. Hil. Pl. Oreas.

6. CALYPTRANTHES ANCEPS Berg: glabriuscula; ramulis 1-articulatis, basi squamis lineari-lanceolatis, sessilibus donatis; foliis longiuscule petiolatis, demum chartaceis, elongate lanceolatis, elongato obtusiuscule acutatis, basi acutis, supra minute impresso- obsolete pellucido-punctatis, nitidis, creberrime tenuissimeque subreticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; paniculis ancipitibus, brachiatis, folio rameali 2-plo brevioribus, e basi ramorum annotinorum solitariis, oppositis, squama fultis; alabastris obovatis, cuspidatis; germine biloculari; petalis 3, parvis, spathulatis. ♄

Rami teretiusculi, exophloeo cinereo delapso badii; ramuli tereti-compressi, apice bifoliati, basi squamis ½—1″ lg., ¼—½‴ lt. instructi. Folia opposita, siccata fusca; petiolo 6‴ lg., demum incrassato; lamina 6—8½″ lg., 1½—2″ lt.; venis creberrimis, subpatulis venulisque tenuioribus, reticulatis utrinque parum prominulis. Paniculae 4″ lg., 3-pliciter compositae; ramis ancipitibus, divaricatis. Alabastra 2‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum. (v. in hb. Mart.)

Habitat ad Rio de Janeiro: M. Pl. Dryas.

7. CALYPTRANTHES BLANCHETIANA Berg: ramulis novellis foliisque subtus, paniculis et alabastris ferrugineo-velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, ovato-oblongis, obtusiuscule leviter acuminatis, basi acutis, margine revolutis, discoloribus, supra nitidis, cano-puberulis, mox glabris, subtilissime impresso-, impellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; paniculis terminalibus 4, validis, compressis, folio duplo brevioribus; floribus ultimis 3-nis, sessilibus; alabastris ovalibus, operculo conico, obtusiusculo; germine biloculari; petalis 1—3, irregularibus. ♄

Rami obtuse 4-goni, velutini. Folia opposita, subtus tenuissime velutina; petiolo crasso, 7—8‴ lg.; lamina 8½″ lg., 4¼″ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis plurimis, subpatulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. Paniculae 4½″ lg., 3-nodes, ramis 9-, 5- v. 3-floris. Alabastra 5‴ lg., utrinque attenuata, operculo hypanthium aequante; bracteolis stipantibus caducis. Petala 1‴ lt. Stamina 2‴ lg. Stylus stamina paullo superans. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Bahia: Blanchet n. 3114. Pl. Hamadryas.

8. CALYPTRANTHES OVALIFOLIA Camb. ramulis novellis foliisque subtus, pedunculis et alabastris rubiginoso-tomentosis; foliis brevissime petiolatis, ovatis, obtusis, supra nitidis et puberulis, impunctatis, venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus, oppositis, folio paullo longioribus, multifloris; floribus sessilibus; alabastris obovatis, mucronulatis; petalis spathulatis.

Calyptranthes ovalifolia Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 268.

Frutex 4-pedalis; rami teretes, glabrati, novelli sulcati. Folia opposita; petiolo crasso, vix 1‴ lg.; lamina 2″ lg., 12—14‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis vix manifestis. Rhachis paniculae angulata. Germen generis. Alabastra 2‴ lg. Operculum integerrimum, persistens. Petala 2 (5 ex Aug. de St. Hil.), spathulata, minima, glabra, decidua. Stamina 1½‴ lg. Stylus glabriusculus, stamina superans. (Camb.) †

Habitat in silvis caeduis prope vicum Itabira, prov. Minas Geraës, floret Februario: St. Hil. Pl. Oreas.

9. CALYPTRANTHES LORANTHIFOLIA DC. ramulis foliisque subtus, paniculis et alabastris sericeis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, obtusatis, impellucido-punctatis, supra glabris, venosis, limbinerviis; paniculis e basi ramulorum annotinorum, oppositis, solitariis; floribus ultimis ternis; bracteolis 2 apice connatis, caducis; alabastris obovatis, acutiusculis; germine biloculari; petalis 4. ♄

Myrtus loranthifolia Mart. herb.
Calyptranthes ? loranthifolia DC. Prodr. III. 258.

Rami nigrescentes, dichotomi; ramuli subcompressi. Folia opposita, siccata obscura; petiolo 1½‴ lg.; lamina 20—30‴ lg., 10—15‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis patentibus, distantibus, tenuissimis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. Paniculae 26—32‴ lg., 3-pliciter ramosae, ramis arrectis. Alabastra 1‴ lg. Germen 4-ovulatum. Petala 4, spathulata, ciliolata, ¼‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Habitat in campis ad Taubaté in prov. S. Pauli, floret Decembri: M. Pl. Oreas.

10. CALYPTRANTHES BRASILIENSIS Spreng. ramulis paniculisque rufo-sericeis; foliis petiolatis, coriaceis, ovalibus, ovatis v. ovato-oblongis, antrorsum gradatim angustatis, obtusatis, basi breviter acutis v. obtusis, subtilissime creberrimeque elevato-impellucido-punctatis, supra glabris, nitidis, tenuissime rugulosis, subtus albido-puberulis, serius subglabratis, limbinerviis, tenuiter venosis; paniculis decompositis, verticillastrum 4- v. 8-radiatum, axillarem et subterminalem mentientibus; floribus conglomeratis, sessilibus, ultimis 3-nis; alabastris parvis, obovatis; petalis 3—4, spathulatis; baccis globosis, hypanthio truncato coronatis, 1—4-spermis. ♄ Variat:

α. densa: ramis densis, confertis; foliis minoribus, plerumque ovatis, 18—25‴ lg., 7—14‴ lt.; petiolo 1—1½‴ lg.; paniculis 4—8-nis, brevioribus, 18—28‴ lg.

β. laxa: ramis laxis; foliis majoribus, plerumque ovato- v. ovali-oblongis, 26—42‴ lg., 14—20‴ lt.; petiolo 2—3‴ lg.; paniculis 4-nis, longioribus, 1½—4½″ lg.

Calyptranthes brasiliensis Spreng. Syst. II. 499. DC. Prodr. III. 258.

Rami dichotomi, subpatuli, ad nodos angulati; ramuli exophloeo delapso laeves, glabri. Folia opposita, summa saepe oblonga, margine recurva; nervo medio supra basin versus subimpresso, infra prominente; venis erecto-patulis, utroque latere 14—18, utrinque parum prominulis; venulis interjectis vix visibilibus. Paniculae ex infima basi ramuli novelli ad apicem bifoliati, axillaris v. subterminalis oriundae, geminae, oppositae v. quaternae approximate decussatae ideoque verticillastrum mentientes. Alabastra 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Baccae 2‴ diametro, 1—2-loculares, 1—4-spermae. Semina testa crustacea, laevissima, nitida, pallida obtecta. Embryo generis. (v. in hb. Berol.) — A *C. eriopoda* differt: foliis evidenter petiolatis, subtus albido-puberulis; paniculis folium stipans superantibus, verticillastrum 4—8-radiatum formantibus.

Habitat: α. in subturfosis prope Botafogo ad Rio de Janeiro, floret Martio; β. in campis ad urbem Vittoria: Sellow. Pl. Dryas.

11. CALYPTRANTHES POHLIANA Berg: glabra; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis v. oblongis, utrinque angustatis, basi acutis, apice obtuse acuminatis, supra glandulis creberrimis, impressis, pellucido-punctatis, subnitidis, subtus opacis, minute glandulosis, tenuiter venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus, 1—2-nis, terminalibus 2—4-nis, folio brevioribus, basi minute puberulis; alabastris obovatis, obtusis; operculo membranaceo, hemisphaerico; germine biloculari; petalis nullis. ♄

Folium: Tabula nostra I. Fig. 15.

Rami teretiusculi, dichotomi; ramuli tereti-compressi, novelli compressi, 1-, rarius 2-articulati. Folia opposita, siccata pallida; petiolo 2‴ lg.; lamina 18—38‴ lg., 8—15‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, suberecto-patulis, supra oblitteratis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Paniculae 1—2″ lg., 3-pliciter ramosae, e ramulis perbrevibus, aphyllis oriundae, basi bracteatae. Alabastra 1‴ lg. Germen 4-ovulatum. Stamina 2‴ lg. Stylus 2½‴ lg. (v. in hb. Vindob. Zuccar. et Mart.)

Maxime *C. lucidae Mart.* affinis, sed distincta: foliis rigidioribus, pallidioribus, *supra impresso-*, nec elevato-*punctatis;* venis angulum acutiorem formantibus, subtus manifestius prominulis; floribus paniculatis; alabastris obtusis.

Habitat ad Engenho da Donna Feliciana in prov. Goyaz: Pohl n. 1076. Pl. Oreas.

12. CALYPTRANTES MULTIFLORA Pöpp. ramulis petiolisque superioribus et paniculis pubescentibus; foliis petiolatis, membranaceis, rarius alternis, ovato-oblongis v. oblongis, plus minusve elongate acuminatis, basi acutis v. obtusis, glabris, utrinque minute vix pellucido-punctatis, tenuissime reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; paniculis subracemosis, gracilibus, axillaribus, folio brevioribus v. superioribus longioribus, solitariis v. e gemma axillari oriundis, 2—4-nis; ramis abbreviatis 3- v. 9-floris; alabastris obovatis, apiculatis, glabris; operculo hemisphaerico; germine biloculari; petalis 4, parvis, spathulatis.

Folium: Tabula nostra I. Fig. 16.

Calyptranthes multiflora Pöppig. herb. sine diagnosi.

Arbor mediocri altitudine, cortice cinnamomeo, laevissimo. Folia plerumque opposita, subtus pallidiora; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 1½—2½″ lg., 9—13‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis tenuissimis, patulis, adscendentibus,

supra vix manifestis, subtus venulisque tenuioribus, reticulatis parum prominulis. PANICULAE 10—30‴ lg., apice et in ramis 1—3‴ longis 3- v. 7-florae, flore in dichotomia sessili, floribus ultimis 3-nis, sessilibus. ALABASTRA 1‴ lg., operculo irregulariter rumpente. GERMEN 4-ovulatum. PETALA minima. STAMINA ½‴ lg. STYLUS 1‴ lg. (v. in hb. Berol. Vindob. et Monac.)

Habitat in silvis ad flumen Teffé prov. Solimoës, floret Octobri: Pöppig n. 2684.; nec non prope Barra do Rio Negro, prov. Pará, flore Septembri: R. Spruce. Pl. Najas.

13. CALYPTRANTHES AFFINIS BERG: ramulis paniculisque et germinibus sericeis; foliis petiolatis, chartaceis, obovato-oblongis, basi cuneatis, apice abrupte acuminatis, glabris, supra nitidis, minutissime creberrimeque impresso-, pellucido-punctatis, subtus opacis, tenuissime venosis, limbinerviis; paniculis ad apicem ramorum, bis geminis, multifloris, folio paullo brevioribus; alabastris obovatis, minutissime apiculatis; germine biloculari; operculo hemisphaerico, membranaceo; petalis nullis.

Calyptranthes lucida Mart. in Flora Ratisb. XX. Beibl. II. 87. partim.

FRUTEX. RAMI graciles, teretes, superne subcompressi, exophloeo albido delapso cinnamomei. FOLIA opposita, glandulis lente valida conspicuis; PETIOLO 2‴ lg.; lamina 4″ lg., 18‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus elevato; venis tenuissimis, erecto-patulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. PANICULAE 3½″ lg., 3-pliciter ramosae, geminatim e ramulis binis subterminalibus, perbrevibus, aphyllis oriundae et ideo 4-nae, rhachi compressa, pallida, sparse sericea. ALABASTRA 1‴ lg. GERMEN dense sericeum, 4-ovulatum. OPERCULUM fusco-punctatum. STAMINA 1‴ lg. STYLUS 2‴ lg. (v. in Mart. Herb. Fl. Br. n. 57.) — Diagnosis ex unico et etiam pauperculo determinata est specimine, quod tamen novam speciem haberi oportet. Ab *C. lucida Mart.* differt: indumento; foliis obversis, minutissime impresso-punctatis; paniculis multifloris; alabastris multo minoribus, basi sericeis; staminibus stylo duplo brevioribus.

Habitat in montibus Serra dos Orgâos, floret Martio. Pl. Dryas.

14. CALYPTRANTHES PULCHELLA DC. ramulis ancipitibus petiolisque novellis, inflorescentiis et germinibus sparse et adpresse rufo-pilosis, cito glabris; foliis breviter petiolatis, coriaceis, obovatis v. orbiculari-obovatis, apice rotundatis, obtusis v. obtusatis, basi cuneatis, utrinque elevato- v. supra impresso- primum pellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis; racemis subpaniculatis v. simplicibus, paucifloris, subterminalibus, 2—3-nis, rarius axillaribus, solitariis folium subaequantibus; alabastris obovatis, breviter apiculatis; germine biloculari; petalis nullis. ♄

α. CUNEATA *Bg.* arborescens; foliis obovato-oblongis, exacte cuneatis, petiolatis, apice rotundatis v. obtusis, utrinque elevato-punctatis; racemis 5—9-floris, saepius et axillaribus; alabastris parvis. (v. in hb. Mart. et Sonder.)

Calyptranthes pulchella DC. Prodr. III. 257.

β. LATIFOLIA *Bg.* foliis subsessilibus, obovatis v. orbiculari-obovatis, basi obsoletius cuneatis, utrinque elevato-punctatis; paniculis racemosis, subterminalibus, 2—3-nis; alabastris parvis.

Folium: Tabula nostra I. Fig. 19.

FRUTEX 8-pedalis, trichotomo- v. subdichotomo-ramosissimus; RAMI tereti-compressi, laeves, glabri, grisei. GEMMAE rufo-strigosae. FOLIA 9—16‴ lg., 8—12‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuissimis, erecto-patulis, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis sub lente vix visibilibus. PANICULAE 8—16‴ lg., decompositae, plurifloraе. ALABASTRA 1½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

γ. GRANDIFLORA *Bg.* foliis breviter petiolatis, obovatis, evidenter cuneatis, apice obtuse acutatis, supra impresso-, subtus obsolete elevato-glandulosis; paniculis racemosis, paucifloris; alabastris duplo majoribus. (v. in hb. Vindob.)

Haec praeposita varietas invenitur sub signatura, „*Calyptranthes rigida*, in Jamaica *indigena;* n. 837. Hooker“ in herbario Vindob., attamen dubito, num patria hujus plantae Jamaica sit; ab *Calyptranthe rigida Swartz* toto coelo differt.

Habitat α. in prov. Minas Geraës: M.; β. ad montes Serra de Antonio Pereira ejusdem provinciae: Sellow. Pl. Oreas.

15. CALYPTRANTHES NIGRICANS DC. ramis glabris; foliis breviter petiolatis, rigide coriaceis, obovatis v. obovato-oblongis, basi cuneatis, apice rotundatis, discoloribus, glabris, utrinque glandulis nigricantibus, impellucidis conspersis, supra subaveniis, subtus venosis, limbinerviis; paniculis terminalibus, 2—4-nis, e gemma oriundis, gracilibus, sericeis, folium subaequantibus; alabastris obovatis, mucronatis, glabris; germine biloculari; petalis 3, parvis.

Myrtus japurensis Mart. herb.
Calyptranthes nigricans DC. Prodr. III. 258.

FRUTEX. RAMI albidi, obsolete angulati, dichotomi; RAMULI compressi, novelli ad florendi tempus desunt. FOLIA opposita, siccata supra fusco-atra, subtus hepatica; PETIOLO 1‴ lg.; lamina 20—34‴ lg., 10—20‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, supra vix visibilibus, subtus venulisque tenuioribus, ramulosis prominulis. PANICULAE 2—3″ lg., decompositae, ramis abbreviatis 1—3—5-floris. ALABASTRA 1½‴ lg., siccata, nigra. GERMEN 4-ovulatum. PETALA obovata, ½‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat in silvis ad flumen Japurá prov. Rio Negro, floret Januario: M. Pl. Najas.

16. CALYPTRANTHES ERIOPODA DC. ramulis paniculisque, bracteis et alabastris pilis rufis, demum expallentibus strigoso-villosis; foliis subsessilibus, rigide coriaceis, ovatis, basi rotundatis, apice obtusatis, adultis supra laevigatis, nitidis, excepta basi glabris, impresso-, impellucido-punctatis, subtus hinc inde velutinis, elevato-glandulosis, venosis, limbinerviis; paniculis interdum racemosis, subterminalibus, 2—4-nis, folio brevioribus; alabastris ovalibus, obtusis, operculo hemisphaerico; germine biloculari; petalis 3—4, spathulatis, interdum ad calyptram connatis; bacca globosa, puberula, hypanthii margine libero, tubuloso coronata. ♄

Myrcia eriopoda Mart. herb.
Calyptranthes ? eriopoda DC. Prodr. III. 257.

RAMI dichotomi, teretes, exophloeo lamellatim delapso laeves, glabri, albidi; RAMULI compressi, novelli ad florendi tempus desunt. FOLIA 22—28‴ lg., 15—17‴ lt.; nervo medio supra basin versus impresso, subtus elevato; venis utroque latere circiter 15, tenuibus, rectis, subpatulis, supra oblitteratis, subtus prominulis. PANICULAE validae, compressae, 2—3-pliciter ramosae, ramis infimis interdum abbreviatis; floribus ultimis 2—3-nis, sessilibus. ALABASTRA 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, 1½″ lg. stipata. GERMEN 4-ovulatum. OPERCULUM convexum, longius persistens. PETALA ¼—½‴ lg., subcarnosa. STAMINA STYLUSque 1½‴ lg. BACCAE 2 ½‴ diametro, 1-spermae. EMBRYO generis. (v. in hb. Monac.) — Rami novelli (ut in plurimis Calyptranthis speciebus) 1-articulati, apice bifoliati, post florescentiam excrescunt, nam paniculae fructiferae ad florendi tempus adhuc praesentes (ab ill. Candolleo incaute axillares nominatae) e basi ramorum pristini anni evadunt et ita axillares mentiuntur. Haec praeposita species vera Calyptranthes est, cujus fructus ab eo Myrciae modo tubo truncato, fructum coronante distinguitur; quam ob rem signum rogationis ab ill. Candolleo huic speciei additum deleo.

Habitat in Brasilia orientali: M.

17. CALYPTRANTHES MACROPHYLLA Berg: ramulis novellis paniculisque et alabastris minute adpresseque puberulis; foliis petiolatis, coriaceis, ovate oblongo-lanceolatis v. ovate oblongis, e basi latiore obtusaque antrorsum gradatim acutatis, acuminatis, supra glabris, nitidis, laevigatis, impresso-, impellucido-punctatis, subtus tenuissime denseque sericeis, fusco-glandulosis, lineato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus, compressis, paucifloris, folio multo brevioribus; ramis 3—5-floris; floribus sessilibus; alabastris turbinato-obovatis, apiculatis, operculo hemisphaerico; germine biloculari; petalis nullis.

Folium: Tabula nostra I. Fig. 14.

Arbor alta. Rami tereti-compressi; ramuli compressi. Folia opposita, recentia aureo-micantia (Pöppig); petiolo canaliculato, 3—5‴ lg.; lamina 7½—10″ lg., 32—43‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis plurimis, rectis, divaricatis, tenuibus, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Paniculae 16—26‴ lg., subcymosae, 3-nodes. Alabastra 2‴ lg. Germen 4-ovulatum. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in silvis ad urbem Ega prov. Solimões, floret Octobri: Pöppig n. 2739. Pl. Najas.

18. CALYPTRANTHES POEPPIGIANA Berg: ramulis spicisque puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, basi breviter acutis, apice elongato-acuminatis, junioribus obsolete pellucido-punctatis, adultis opacis, glabris, subtus pallidis, tenuiter subreticulato-venosis, limbinerviis; spicis simplicibus v. basi glomeratis e gemmis brevissimis axillaribus et subterminalibus oriundis, 1—4-nis, folio brevioribus; alabastris glabris, ovalibus, obtusis, apiculatis, operculo planiusculo; germine biloculari; bacca globosa. ♄

Ramuli 4-goni, novelli compressi. Folia opposita, petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 26—36‴ lg., 8—14‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis subpatulis, utroque latere circiter 12, supra vix visibilibus, subtus venulisque tenuioribus, reticulatis parum prominulis. Spicae 1—1½″ lg.; nodis inferioribus saepe 3-, superioribus 1-floris. Alabastra 1‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum. Bacca 3‴ diametro. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in silvis ad urbem Ega prov. Solimões, floret Octobri: Pöppig. Pl. Najas.

19. CALYPTRANTHES SPRUCEANA Berg: glabra; foliis sessilibus, chartaceis, ovalibus, utrinque obtusis, supra subnitidis, creberrime minuteque pellucido-punctatis, tenuiter venosis, duplicato-limbinerviis; spicis axillaribus, 1—2-nis, 5—11-floris, folio subaequalibus v. brevioribus; alabastris globosis, sessilibus; germine biloculari; petalis nullis; bacca globosa. ♄

Rami obtuse 4-goni, albidi; novelli compressi, 1-articulati, apice bifoliati. Folia opposita, interdum subcordata, adulta rigidiora, subtus pallidiora, 1½—4″ lg., 14—30‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis tenuibus, plurimis, subpatulis, utrinque parum prominulis. Spicae e basi rami novelli oriundae, basi bractea minuta, caduca stipatae, spurie axillares 22—32‴ lg., apice 3-florae, floribus infimis 1—3nis, intermediis solitariis, oppositis. Alabastra 2½‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Stamina 4‴ lg. Stylus 5‴ lg. Bacca 4‴ diametro. (v. in hb. Monac.)

Habitat ad oram meridionalem fluminis Rio Negro usque ad concursum flum. Solimões, floret Majo: R. Spruce n. 1551. Pl. Najas.

2. Pedunculi cymosi.

20. CALYPTRANTHES LONGIFOLIA Berg: ramulis superne petiolisque junioribus, pedunculis et alabastris rufo-strigosis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, oblongo- v. obverse lanceolatis, anguste longeque acuminatis, basi gradatim cuneatis, utrinque glabris, sparse raroque obscure pellucido-punctatis, supra impresso-, subtus elevato-costatis, triplicato-limbinerviis; cymis axillaribus, folio 6-plo brevioribus, pedunculatis, plerumque 2-nis, 4—8-radiatis, radiis apice glomerato- 3—6-floris v. rarius glomerato-racemosis, paucifloris; floribus abortu dioecis; alabastris turbinatis, operculo conico apiculato; petalis nullis. ♄

Rami tereti-compressi, glabri; novelli compressi, internodio quovis squamis lanceolatis, obtusis, basi vaginantibus, oppositis, 8—12‴ lg. ad basin instructo. Folia opposita, subtus cinnamomea; petiolo crasso, 2—4‴ lg.; lamina 6—12″ lg., 1½—3″ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis utroque latere circiter 25, ab invicem remotis, patulis, supra impressis, subtus elevatis, iterata ramificatione ante marginem ad nervum limbalem triplicem sensim extrorsum tenuiorem arcuatim anastomosantibus; venulis interjectis tenuioribus, late reticulatis. Cymae basi bracteis lanceolatis, sessilibus, elongatis, 2—4-nis, 5—10‴ lg. fultae, rhachi 8—12‴ lg.; radii bracteis 2, lanceolatis, 3‴ lg. stipati, 5—14‴ lg.; glomeruli bracteis 1—1½‴ lg. fulti. Alabastra turbinata, 1‴ lg.

Habitat in silvis primaevis secundum fluvium Amazonum in prov. Solimões: Pöppig n. 2162. Pl. Najas.

21. CALYPTRANTHES CEPHALANTHA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, cymis et alabastris ferrugineo-strigosis, demum glabratis; foliis longiuscule petiolatis, ovali-oblongis, obtusatis v. obtuse leviter acuminatis, basi acutis, impellucido-punctatis, opacis, supra subaveniis, subtus tenuiter reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; pedunculis validis, compressis, 1—2-nis, e basi ramorum annotinorum, apice glomerato-9-floris; alabastris ovalibus, operculo irregulariter rumpente; germine biloculari; petalis 2—3, orbiculari-spathulatis. ♄

Rami tereti-compressi, exophloeo circumcirca lamellatim delapso laevissimi, fusci, ramuli badii, novelli 1—2-articulati, 2—4-foliati. Folia opposita, rarius sursum latiora; petiolo 3—5‴ lg.; lamina 2—3¼″ lg., ¾—1½″ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis erecto-patulis, supra oblitteratis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, tenuioribus, subtus prominulis. Pedunculi 9—11‴ lg., spurie axillares, folio duplo breviores, apice bibracteati, bracteis membranaceis, ovatis, extus strigosis, 3‴ lg. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, membranaceis, ovatis, basi connatis, extus strigosis, 2‴ lg. stipata. Germen 4-ovulatum, strigosum. Petala ¾‴ lt. Stamina 2—2½‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Schlechtendal.)

Affinis *C. variabili, C. melanocladae, C. brasiliensi,* sed distincta: foliis nec impresso-, nec elevato-glandulosis; pedunculis validis, compressis, apice glomerato-9-floris; floribus sessilibus.

Habitat in Brasilia: Franke.

22. CALYPTRANTHES CONCINNA DC. ramulis foliisque novellis, cymis et alabastris pilis albidis, demum brunneis strigosis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, oblongis v. elliptico-oblongis, utrinque sensim angustatis, basi cuneatis, apice obtuse leviterque acuminatis, discoloribus, supra creberrime impresso-, primo pellucido-punctatis, adultis opacis, glabris, subtus subtilissime sericeis, fusco-glandulosis, tenuissime venosis, limbinerviis; cymis

pedunculatis, spurie axillaribus, folio brevioribus, 5-, rarius 3-radiatis, ramis apice 1-, 3- v. 5-floris, floribus sessilibus; alabastris ovalibus, obtuse apiculatis, operculo convexo, reflexo; germine biloculari; petalis 3 v. 4, lanceolato-spathulatis. ♄

Calyptranthes concinna DC. Prodr. III. 258.

Rami dichotomi, teretes, laeves, glabri; ramuli compressi, novelli plerumque 2-, rarius 1-articulati, paribus foliorum 2, rarius 1 donatis. Folia opposita; petiolo $1\frac{1}{2}$—2‴ lg.; lamina 22—32‴ lg., 7—11‴ lt.; nervo medio supra angustissime impresso, subtus elevato; venis plurimis, tenuibus, erecto-patulis, utrinque vix prominulis. Cymae pedunculatae, e basi ramorum annotinorum, ex axillis foliorum summorum egredientium, solitariae, oppositae, 12—20‴ lg., potius 3-radiatae, ramis 2 lateralibus duplicatis, altero 1-, altero 3-floro, centrali reliquis longiore, 5-floro. Alabastra 1‴ lg. Germen 4-ovulatum. Petala $\frac{1}{2}$‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Mart.) — Ill. Candollkus inflorescentiam pessime descripsit.

Habitat in prov. Rio de Janeiro: M. Pl. Dryas.

23. CALYPTRANTHES PTEROPODA Berg: ramulis foliisque novellis subtus et cymis pilis raris, adpressis obtectis, cito glabris; foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, oblongis v. lanceolato-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi in petiolum attenuatis, pallide pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; cymis subterminalibus v. axillaribus, 1—2-nis, petiolum duplo superantibus, biternatis, rhachi compressa, lateribus alata; alabastris ovalibus, apiculatis; germine 2—3-loculari; operculo conico; petalis 2—3, parvis; bacca globosa, glabra, hypanthio tubuloso, truncato coronata, 1—5-sperma. ♄

Calyptranthes Widgreni Sond. in litteris.

Rami tenues, dichotomi, novelli 1-articulati, apice bifoliati, compressi, exalati. Folia opposita, novella membranacea; petiolo 3—5‴ lg.; lamina 23—40‴ lg., 11—$12\frac{1}{2}$‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, plurimis, subpatulis, supra vix manifestis, subtus prominulis. Cymae 9—13‴ lg., aut immediatae axillares, aut ex infimo nodo ramuli subterminalis novelli oriundae, basi bractea minuta fultae, rhachi basi attenuata, antrorsum dilatata, 1‴ lt., ramis bracteis ovatis, caducis stipatis. Alabastra $1\frac{1}{2}$‴ lg. Germen 4—6-ovulatum. Operculum membranaceum. Petala unguiculata, spathulata, ciliato-fimbriata, $\frac{1}{2}$‴ lg. Bacca 3‴ diametro. Embryo cotylis magnis, foliaceis, valde contortuplicatis, rostello elongato, inflexo. (v. in hb. Berol. et Sonder.)

Cymis alatis ab affinibus speciebus non difficile distinguitur.

Habitat in prov. Minas Geraës: Sellow, Dr. Widgren n. 549. Pl. Oreas.

24. CALYPTRANTHES MARTIUSIANA DC. (Charact. emend.) ramulis foliisque novellis subtus, cymis et alabastris ferrugineo-strigosis; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, obtusis v. basi acutis, supra glabris, nitidis, impresso-, impellucido-punctatis, reticulato-venosis, subtus opacis, elevato-glandulosis, demum glabris, costatis, duplicato-limbinerviis; cymis trichotomis, compressis, validis, axillaribus oppositis, subterminalibus 4, folio duplo brevioribus; floribus ultimis ternis, omnibus v. modo centrali sessilibus; bracteolis 2, subrotundis, concavis, membranaceis fultis; alabastris obovatis, obtusis, operculo subconico; germine biloculari; petalis 4, orbicularibus.

Tabula XVI. Folium: Tab. II. Fig. 21.

Calyptranthes Martiusiana DC. Prodr. III. 257.

Frutex 10-pedalis; rami exophloeo lamellatim soluto laeves, glabri, obtuse 4-goni; novelli compressi. Folia opposita, obscura, minora interdum oblonga; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 28—60‴ lg., 12—28‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis erecto-patulis, utrinque praesertim subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Cymae 2—3″ lg., bis v. triternatae, interdum divergentes; floribus in dichotomia sessilibus. Alabastra $2\frac{1}{2}$‴ lg., bracteolis 2‴ lg. stipata. Petala $\frac{1}{2}$‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus fere 4‴ lg. (v. in hb. Mart. Nees. Sonder. Vindob.)

Habitat in silvis primaevis ad viam Felisberti: M.; ad Ilheos et Cabo Frio: Pr. Max. de Neuwied; ad Tocaia: Schott n. 1039. 5837.; in prov. Rio de Janeiro, floret Januario — Martio. Pl. Dryas.

25. CALYPTRANTHES DICHOTOMA Cas. foliis petiolatis, coriaceis, late ellipticis, utrinque rotundatis, glabris, opacis, venosis, limbinerviis; cymis e basi ramulorum terminalium, trichotomis, compressis, puberulis; floribus apice pedicellorum ternis, approximatis; alabastris pube adpressa, subrufa villoso-tomentosis, bractea membranacea, integra, mox dirupta, caducissima obvolutis. ♄

Calyptranthes dichotoma Casaretto Decad. Nov. Stirp. Bras. V. 47.

Rami dichotomi. Folia opposita, margine subrevoluta; petiolo 3—4‴ lg.; lamina $2\frac{1}{2}$—$3\frac{1}{2}$″ lg., $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$″ lt.; venis parallelis, subtus prominulis. Cymae ter trifidae. (Casar.) †

Habitat in prov. S. Pauli: Pl. Oreas.

26. CALYPTRANTHES GRANDIFOLIA Berg: ramulis tetragonis, foliisque subtus et paniculis pubescentibus; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis v. oblongis, acuminatis, basi breviter acutis, discoloribus, subtilissime et creberrime obsolete pellucido-punctatis, supra parum nitidis, glabris, subtus opacis, venosis, 2—3-plicato-limbinerviis; paniculis cymosis, 2—3-pliciter ramosis, ex ima basi ramuli novelli subterminalis, bifolii oppositis ideoque geminis axillaribus, folio brevioribus; bacca globosa, hypanthio truncato coronata, pubescente, 1—2-sperma.

Frutex 12-pedalis, rami exophloeo fusco-atro, demum circumcirca soluto et delapso laeves, glabri, griseo-fuscescentes, dichotomi. Folia opposita, utrinque angustata, margine arguto planiuscula; petiolo 4—6‴ lg.; lamina 50—77‴ lg., 22—35‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis plurimis, tenuibus, erecto-patulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. Paniculae $3\frac{1}{2}$—4″ lg., rhachi compressa. Baccae 4‴ diametro, atropurpureae, sapore acidulo-aromatico, mesocarpio albo. Semina subreniformia, testa cartilaginea, atra, nitida instructa. Embryo rostello elongato, circumflexo; cotylis foliaceis, contortuplicatis, altera alteram amplectente, incumbentibus. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Sellow. Pl. Dryas.

27. CALYPTRANTHES CORDATA Berg: ramulis compressis, gemmis, foliis subtus paniculisque novellis dense ferrugineo-, sensim nigrescenti-tomentosis; foliis sessilibus, rigide coriaceis, orbiculari-ovatis v. ovalibus, obtusis, basi exacte cordatis, supra glabris, nitidis, impresso-, impellucido-punctatis, subtus tandem glabratis, reticulato-venosis, 2—3-pliciter limbinerviis; cymis axillaribus, plerumque geminis, biternatis, folio paullo longioribus; bacca globosa, 1—3-sperma. ♄

Rami compresso-teretiusculi, exophloeo delapso laevissimi; ramuli albidi, nigro-punctati. Folia opposita, margine planiuscula; lamina 20—30‴ lg., 16—25‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis plurimis, subdivaricatis, supra

impressis, subtus prominulis; venulis interjectis reticulatis. Cymae 2—3″ lg., ramulis infimis saepe 2-nis, rhachi ramulisque validis, compressis. Baccae 3—4‴ diametro, hypanthio truncato coronatae, ultimae ternae, sessiles. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

28. CALYPTRANTHES VARIABILIS Berg: ramulis, gemmis foliisque novellis subtus, cymis et alabastris ferrugineo-strigosis; foliis petiolatis, adultis rigidis, ovatis, ovato- v. ovali-oblongis, obtusatis v. leviter obtuse acuminatis, basi acutis, glabratis, supra subnitidis, impresso-, impellucido-punctatis, subtus elevato-punctatis, tenuiter subreticulato-venosis, sublongiori a margine distantia duplicato-limbinerviis; cymis ex ima basi ramorum annotinorum oriundis, oppositis, solitariis, 1—3-pliciter ternatis; alabastris globoso-obovatis, obtusis, bracteis 2, ovalibus, concavis inclusis, operculo membranaceo; germine 2 — 3-loculari; petalis 3—4, parvis; baccis globosis, 1—2-locularibus, 1 — 4-spermis, hypanthio tubuloso, truncato coronatis. ♄ Variat:

α. pulchella: foliis ovalibus, ovatis v. ovate oblongis, leviter obtuse acuminatis; cymis 3-floris, folio brevioribus.

Folia 17—24‴ lg., 7—16‴ lt.; cymae 6—12‴ lg.; bracteolae 1‴ lg.; alabastra 1½‴ lg.; germen biloculare, 4-ovulatum; petala 4, spathulata, ½—¾‴ lg. (v. in hb. Sonder.)

β. oblongata: foliis ovalibus v. suboblongis, obtusatis; cymis biternatis, 9-floris, folio brevioribus.

Rami dichotomi, tenues, laeves, albidi. Folia 16—30‴ lg., 7—15‴ lt.; petiolo 2‴ lg.; venis erecto-patulis. Cymae 8—15‴ lg., floribus ternis, sessilibus. Alabastra 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, 1‴ lg. fulta. Germen biloculare, 4-ovulatum. Petala 3—4, angusto spathulata, caduca. (v. in hb. Berol.)

γ. biparia: foliis adultis rigide coriaceis, ovato- v. ovali-oblongis, obtuse acutatis v. acuminatis; cymis 2 — 3-ternatis, folio brevioribus v. aequalibus, ramis lateralibus 2-natis.

Frutex v. arbuscula 15-pedalis, dichotomo-ramosa; ramis novellis pluriarticulatis, foliatis. Folia 16—26‴ lg., 8—16‴ lt.; petiolo 1—2‴ lg.; venis erecto-patulis. Cymae 9—21‴ lg., 9-multiflorae, rhachi valida, compressa. Alabastra 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, 1‴ lg. stipata. Germen 2-, rarius 3-loculare, 4—6-ovulatum. Petala 4, parva, spathulata. Baccae 2—3‴ diametro. (v. in hb. Berol.)

δ. rubella: foliis adultis rigide coriaceis, ovatis v. ovato-oblongis, apicem versus sensim angustatis, obtuse acutatis; cymis longissime pedunculatis, 2—3-ternatis, folio duplo longioribus.

Arbuscula dichotomo-ramosa; ramis annotinis rubellis, pluriarticulatis, foliatis. Folia 16—29‴ lg., 9—13‴ lt.; petiolo 1—2‴ lg.; venis suberecto-patulis. Cymae 2—4″ lg., rhachi valida, compressa, ramis primariis 3—4‴ lg. (v. in hb. Berol.)

ε. stricta: foliis adultis rigide coriaceis, ovato-oblongis, obtuse acutatis; cymis longe pedunculatis, triternatis, folio paullo longioribus.

Rami dichotomi, albidi, internodiis elongatis, strictis; ramuli annotini 1-articulati, bifoliati. Folia 18—30‴ lg., 9—14‴ lt.; petiolo 2—3‴ lg.; venis suberecto-patulis. Cymae 3—3½″ lg. Baccae 2‴ latae, 1—3 spermae. (v. in hb. Berol.)

Habitat: α. in prov. Minas Geraës: Dr. Widgren n. 1185; β., γ., ε. in prov. S. Pauli, inter Carambey et Castro: Sellow; δ. ad Itauaré in prov. Rio Grande do Sul: Sellow. Pl. Oreas, Napaea. Cravo do Campo, incolarum.

29. CALYPTRANTHES OVATA Berg: ramulis foliisque summis, cymis et baccis pilis rufis, demum canescentibus puberulis, tandem glabris; foliis breviter petiolatis, rigide coriaceis, ovatis v. ovato-oblongis, basi rotundatis, apicem versus sensim angustatis, obtusatis, supra impresso-, impellucido-punctatis, subaveniis, subtus tenuiter venosis, limbinerviis; cymis spurie axillaribus, folio longioribus, trichotomis, validis; baccis globosis, hypanthii tubo libero, truncato coronatis, 1-spermis. ♄

Folium: Tabula nostra I. Fig. 18.

Rami teretes, exophloeo delapso laeves, pallidi, dichotomi; ramuli compressi, novelli 1-articulati, apice bifoliati. Folia opposita, siccata cinnamomea, summa ramuli novelli basi breviter acuta; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 15—25‴ lg., 7—14‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, supra vix visibilibus, subtus prominulis. Cymae longe pedunculatae, 28—36‴ lg., e basi ramulorum 2-norum subterminalium, annotinorum oriundae, solitariae, oppositae, ter tripartitae, compressae. Baccae 2‴ diametro. Semen testa cartilaginea, brunnea, nitida instructum. Embryo cotylis foliaceis, contortuplicatis. (v. in hb. Vindob.)

Habitat inter Calumbáo et Barreiras in prov. Minas Geraës: Pohl n. 1088. Pl. Oreas.

30. CALYPTRANTHES MELANOCLADA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, cymis et alabastris pilis rufis, mox canis sericeo-strigosis; foliis longiuscule petiolatis, oblongis, angustato-obtusis, basi obtusis v. breviter acutis, supra puberulis, mox glabris, creberrime elevato-, impellucido-glandulosis, subtus minute cano-sericeis, demum glabris, tenuiter venosis, duplicato-limbinerviis; cymis multifloris, e basi ramorum annotinorum solitariis, oppositis, trichotomis, folio rameali paullo brevioribus; rhachi anceps; alabastris obovatis, apiculatis; germine biloculari; petalis 4, minimis, spathulatis. ♄

Rami teretiusculi; ramuli compressi, nigrescentes, novelli binodes, apice bifoliati v. plurinodes, foliati. Folia opposita, interdum ovali- v. subovato-oblonga; petiolo 3—5‴ lg.; lamina 2—4″ lg., 8—17‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, suberecto- v. erecto-patulis, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. Cymae 2—4″ lg., ter v. quater compositae; rhachi demum nigrescente; floribus ultimis ternis, sessilibus. Alabastra ⅝‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum. Petala ¼‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Vindob. et Mart.)

Habitat in pascuis ad Venda Cural falso, prope Real Fazenda S. Cruz, in prov. Rio de Janeiro, floret Februario: Pohl n. 1068. Pl. Dryas.

31. CALYPTRANTHES FASTIGIATA Berg: ramulis petiolisque, foliis novellis subtus, pedunculis et alabastris sericeis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, elliptico-oblongis, obtusiuscule acuminatis v. acutatis, basi acutis, supra subglabratis, opacis, creberrime elevato-, impellucido-punctatis, subtus tenuissime puberulis, sparsius fusco-glandulosis, tenuiter venosis, limbinerviis; cymis trichotomis, multifloris, spurie axillaribus geminis v. terminalibus 3—4-nis, folium subaequantibus; alabastris obovato-oblongis, obtuse apiculatis; germine biloculari; petalis 3—4 minimis. ♄

Rami teretiusculi, saepissime verticillati, glabri, laeves, novelli compressi, 1-articulati, bifoliati. Gemmae ferrugineo-strigosae. Folia opposita, margine cartilagineo planiuscula; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 20—44‴ lg., 9—15‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus prominente; venis tenuissimis, erecto-patulis,

utroque latere circiter 15; venulis tenuioribus, ramulosis, utrinque vix visibilibus. Cymae longe pedunculatae, 30—36‴ lg., 3—4-pliciter compositae, ex infima basi ramorum annotinorum oriundae, solitariae, oppositae v. immediate subterminales, rhachi ramisque compressis, ferrugineo-velutinis, indumento mox cinerascente; floribus ultimis ternis sessilibus. Alabastra minima, 1—¾‴ lg. Germen 4-ovulatum. Petala spathulata. Stamina fere 2‴ lg. Stylus 2½—3‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in prov. Minas Geraës: Claussen n. 2070.; nec non in prov. Rio de Janeiro: Mart. Herb. Fl. Br. 1237. Pl. Oreas, Dryas.

32. CALYPTRANTHES LANCEOLATA Berg: glabra; foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, elongate lanceolatis, longissime obtusiusculeque acutatis, basi acutis, supra nitidis; subtilissime impresso-, impellucido-punctatis, subtus opacis, sparse glandulosis, tenuissime venosis, limbinerviis; cymis subterminalibus, pauciforis, folio ⅓ brevioribus, trichotomis, rhachi plano-compressa; alabastris ovalibus, apiculatis; germine biloculari; petalis 3, parvis, spathulatis. ♄

Ramuli ancipites. Folia opposita, siccata obscura, subtus pallidiora; petiolo 5‴ lg.; lamina 32—62‴ lg., 8—13‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus elevato; venis tenuissimis, plurimis, subpatulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis, utrinque vix visibilibus. Cymae 22‴ lg., solitariae, oppositae, bractea lanceolata, 6‴ lg. stipatae. Alabastra 2‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, sericeum. Petala ½‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat in Brasilia: Pohl.

33. CALYPTRANTHES OBVERSA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, cymis et alabastris rufo- v. ochraceo-strigosis; foliis longe petiolatis, rigidis, obverse oblongis v. obovato-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi cuneatis, adultis glabris, supra subnitidis, impresso-, impellucido-punctatis, subtus nigrescenti-glandulosis, tenuiter venosis, limbinerviis; cymis trichotomis, e basi ramorum annotinorum, solitariis, oppositis, folio brevioribus; alabastris obovatis, subapiculatis; germine biloculari; petalis nullis; baccis globosis, hypanthii tubo coronatis. ♄

Rami teretes, laeves, glabri, albidi, dichotomi; ramuli compressi, novelli binodes, apice bifoliati. Folia opposita; petiolo 3—6‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 9—15‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus incrassato; venis tenuibus, suberecto-patulis, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis reticulatis, tenuioribus. Cymae ¾—2″ lg., validae, compressae, e ramulis subterminalibus oriundae, 2—3-ternatae, floribus sessilibus. Alabastra 1‴ lg., bracteolis 2, ovatis, 1‴ lg. stipata. Germen 4-ovulatum. Stamina 1‴ lg. Stylus 1½‴ lg. Bacca 1½‴ lt. (v. in hb. Mart.)

Habitat ad Mato de Peracicaba in prov. S. Pauli, floret Decembri: Mart. Herb. Fl. Br. n. 287. Pl. Oreas.

34. CALYPTRANTHES LUCIDA Mart. glaberrima; foliis petiolatis, membranaceis, oblongis v. elliptico-oblongis, utrinque angustatis, basi in petiolum attenuatis, apice obtusiuscule acuminatis, utrinque glandulis elevatis, creberrimis pallide pellucido-punctatis, supra subnitidis, subtus opacis, tenuiter venosis, limbinerviis; cymis trichotomis, spurie axillaribus et subterminalibus, folio brevioribus; alabastris obovatis, apiculatis, operculo membranaceo, hemisphaerico; germine biloculari; petalis nullis; baccis globosis, 1—2-spermis, hypanthii tubo truncato coronatis.

Calyptranthes lucida Mart. Herb. DC. Prodr. III. 258. Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 267. Mart. in Flora. Ratisb. XX. Beibl. II. 87. partim.

Arbor 20-pedalis (teste Martio) v. frutex 5—6-pedalis (teste Hilario). Rami teretiusculi, irregulariter dichotomi; ramuli tereti-compressi; novelli compressi, 1-articulati, apice bifoliati, steriles pluriarticulati, foliati. Folia opposita, siccata laete viridia; petiolo 2‴ lg. (4‴ lg. fide Camb.); lamina 30—38‴ lg., 9—14½‴ lt. (3—4″ lg., ¾—1½″ lt., fide Cambess.); nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis tenuissimis, erecto-patulis, utrinque parum prominulis. Cymae 1½—2½″ lg., ex infima basi ramulorum annotinorum (saepe oblitteratorum) solitariae, oppositae (ideo spurie axillares, geminae), ter tripartitae, ramo uno alterove geminato. Alabastra sessilia, 2‴ lg. (1‴ lg., fide Camb.). Germen 4-ovulatum. Stamina 2‴ lg. Stylus 2½—3‴ lg. Bacca 3‴ lg., 1—2-locularis. Seminis testa cartilaginea, pallida, nitida. Embryo generis. (v. in hb. Mart. et Sonder.) — Specimen fructiferum hujus speciei ab ill. Candolleo cum speciminibus *Automyrciae Camaraeana (Myrciae Camaraeanae DC.)* confusum et ad hanc speciem ductum erat. An specimina Goyazensia duplo longius petiolata ad speciem praepositam pertinent?

Habitat in silvis ad fluvium Itahype prope Almada et lacum Almadensem, in prov. Bahia, floret Decembri et Januario? M.; in campis prope Rancho do Guarda-Mor, in parte australi prov. Goyaz, floret Julio: St. Hilaire; in montibus Serra dos Orgãos, prov. Rio de Janeiro, floret Martio: Mart. Herb. Fl. Br. n. 57. partim. Pl. Vaga.

3. Flores conglomerati, sessiles v. subsessiles.

35. CALYPTRANTHES OBSCURA DC. glaberrima; foliis petiolatis, rigidis, ovali- v. ovate oblongis, sensim acute acuminatis, basi acutis, supra laevigatis, sparse impresso-, subtus elevato-glandulosis, utrinque nitidulis, tenuissime venosis, limbinerviis; floribus lateralibus et axillaribus, 2—5-nis, glomeratis; alabastris campanulato-obovatis, operculo subcartilagineo, planiusculo, apiculato, intus sericeo; germine biloculari. ♄

Calyptranthes obscura DC. Prodr. III. 257. nec Mart. in Flora Ratisb. XX. Beibl. II. 87.

Rami teretiusculi, pallidi, dichotomi, juniores compressi, badii, glandulosi. Folia opposita, siccata fuscescentia, hinc inde pellucido-punctata; petiolo 2‴ lg.; lamina 28—36‴ lg., 9—13‴ lt.; nervo medio supra basin versus prominente, subtus elevato; venis tenuissimis, erecto-patulis, supra vix visibilibus, subtus prominulis. Pedicelli vix ulli, bractea, ovata, acuta, ciliata, ½‴ lg. fulti. Alabastsa 3‴ lg., glabra, bracteolis 2, lanceolatis, carinatis, ¼‴ lg. stipata. Hypanthium supra germen 4-ovulatum valde productum. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Habitat in Minas Novas ad flumen Rio S. Francisco: M. Pl. Oreas.

36. CALYPTRANTHES TUBERCULATA Berg: ramulis petiolisque et costa media foliorum brunneo-pubescentibus; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, breviter acuminatis, basi acutis, adultis glabris, utrinque nitidulis et creberrime grosse glandulosis, tenuissime venosis, limbinerviis; floribus axillaribus, glomeratis, 2—8-nis; bacca globosa, verruculosa, tubo libero hypanthii truncato coronata. ♄

Calyptranthes obscura Mart. in Flora Ratisb. XX. Beibl. II. 87. nec DC. Prodr. III. 257.

Frutex ramosus, ramis obtuse 4-gonis, cinereis. Folia opposita, siccata hepatica, hinc inde pellucido-punctata; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 16—26‴ lg., 7—13‴ lt.; nervo medio utrinque parum elevato; venis tenuissimis, erecto-patulis, utrinque vix visibilibus. Flores glomerati. Bacca disperma, 5‴ diametro, edulis. (v. in hb. Mart.) — Differt ab *C. axillari:* foliis rigidioribus, medio (nec basi) latissimis, breviter acuminatis, basi acutis, utrinque grosse glandulosis; ab *C. obscura DC.:* indumento; foliis utrinque grosse glandulosis.

Habitat in maritimis ad Cabo Frio et ad litus maris, prope Capocabana, prov. Rio de Janeiro, floret Julio, frutificat Augusto: Luschnath n. 31. 32., Mart. Hb. Fl. Br. n. 56. Pl Dryas, Pitanga de Caçhorro incolarum.

37. CALYPTRANTHES AXILLARIS Berg: ramulis petiolisque brunneo-pubescentibus; foliis petiolatis, chartaceis, ovatis v. ovato-oblongis, recurvato-longe acuminatis, basi obtusis, junioribus subtus sparse pilosiusculis, demum glabris, utrinque nitidulis, creberrime minute glandulosis, tenuissime venosis, limbinerviis; floribus axillaribus, glomeratis, 2—8nis; alabastris cylindrico-turbinatis, operculo membranaceo, planiusculo, apiculato, intus sericeo; germine biloculari; petalis 4, parvis, rhombeo-spathulatis, ciliatis. ♄

Folium: Tabula nostra I. Fig. 17.

Rami teretiusculi, pallide fusci, glabri; ramuli compressi, nigrescenti-glandulosi. Folia opposita, siccata obscura, hinc inde pellucido-punctata; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 18—28‴ lg., 7—14‴ lt.; nervo medio utrinque vix elevato; venis tenuissimis, erecto-patulis, supra oblitteratis, subtus prominulis. Pedicelli vix ulli, bractea ovata, acuta, puberula, ciliata, ½‴ lg. fulti. Alabastra 2‴ lg., glabriuscula, bracteolis 2, ovatis, carinatis, ciliatis, ¼‴ lg. stipata. Hypanthium supra germen 4-ovulatum valde productum. Petala ¾‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Vindob. et Mart.)

Maxime affinis *C. obscurae DC.*, sed distincta: indumento; foliis magnis ovatis, exactius et recurvato-acuminatis, basi obtusis, utrinque creberrime elevato-punctatis; florum glomerulis axillaribus, plurifloris; alabastris minoribus, tenuioribus.

Habitat in arenosis ad Tocaia prov. Rio de Janeiro: Schott. Pl. Dryas.

38. CALYPTRANTHES MASCHALANTHA Berg: glabra; foliis petiolatis, rigidis, ovali-oblongis v. ovalibus, cuspidato-acuminatis, basi rotundata breviter acutis, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, supra nitidulis, tenuissime venosis, limbinerviis; floribus axillaribus, 2—6-nis, glomeratis; alabastris turbinatis, obtusis; operculo membranaceo, intus minutissime sericeo; germine biloculari; petalis 4, spathulatis, ciliolatis, parvis. ♄

Rami teretiusculi, albidi, superne compressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia opposita, siccata obscura, subtus pallidiora; petiolo 2‴ lg.; lamina 21—29‴ lg., 10—14‴ lt.; nervo medio utrinque prominente; venis tenuissimis, subpatulis, utrinque parum prominulis. Pedicelli ½‴ lg., compressi, validi, bractea ovata, acuta, ciliolata, minima fulti. Alabastra 2‴ lg., glandulosa, bracteolis 2, triangularibus, brevissimis stipata. Hypanthium supra germen 4-ovulatum valde productum, Petala ½‴ lg. Stamina fere 3‴ lg. Stylus stamina paullo superans. (v. in hb. Mart.)

Differt ab *C. tuberculata* et *C. axillari*: glabritie; foliis cuspidato-acuminatis; operculo obtuso; ab *C. obscura DC.*: foliis abrupte acuminatis, supra elevato-glandulosis; alabastris obtusis.

Habitat in Brasilia: Raben n. 428.

4. Pedunculi 1 — 3-flori.

39. CALYPTRANTHES TETRAPTERA Berg: glabra; ramulis suberoso-tetrapteris; foliis sessilibus, rigide coriaceis, orbicularibus v. orbiculari-ovalibus, utrinque obtusissimis, supra nitidis, impresso-, subtus elevato-, impellucido-punctatis, opacis, tenuissime venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, folio saepe longioribus, 1 — 3-floris; bacca subglobosa, hypanthio truncato coronata. ♄

Tabula nostra XVII.

Rami dichotomi, carinis suberosis delapsis compresso-teretiusculi, laeves, glabri. Folia opposita, interdum subsessilia et transversim orbiculari-oblonga, margine vix recurva, 9—16‴ lg., 7—17‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuissimis, subpatulis, utrinque haud manifestis. Pedunculi fructiferi 10—16‴ lg., compressi. Bacca 2½‴ diametro. (v. in hb. Berol. et Sonder.)

Habitat in prov. Minas Geraës: Sellow, Widgren. Pl. Oreas.

40. CALYPTRANTHES MUSCIFLORA Berg: ramulis subalato-ancipitibus vel marginato-tetragonis; foliis subsessilibus, linearibus, lanceolatis, oblongis v. oblongo-ovalibus, saepissime spathulatis, apice obtusis, basi cuneatis, adultis glabris, supra nitidis, creberrime impresso-, impellucido-punctatis, subtus elevato-glandulosis, aveniis v. tenuissime venosis; pedunculis gracilibus, axillaribus, solitariis v. geminis, 1—3-floris, basi bractea vaginacea, plus minusve elongata fultis, apice saepissime bibracteolatis; alabastris parvis, ovalibns, operculo conico, rostrato, membranaceo instructis; germine 2—3-loculari; baccis globosis, hypanthio truncato coronatis, 2—3-spermis. Variat:

α. obscura: ramulis 4-gonis, hinc inde pilis adpressis, albido-rubris glandulisque puniceis inspersis, mox glabris; foliis lanceolatis v. oblongis, 6—8‴ lg., 2—3‴ lt., apice attenuato-obtusis, novellis sparse pilosiusculis, subaveniis; pedunculis basi bractea vaginacea, parva, ¾‴ lg. fultis 1-floris; petalis 3—4, parvis, spathulatis. (v. in hb. Berol. et Spreng.)

Myrtus grammica Sprengel. Syst. II. 480. DC. Prodr. III. 241.

β. angustifolia: innovationibus pilosiusculis; ramulis marginato-4-gonis; foliis lineari- v. lanceolato-spathulatis, apice rotundatis, aveniis, 5—8‴ lg., 1¾—3‴ lt.; pedunculis 3—5‴ lg., bractea vaginacea, lineari-lanceolata, 1—3‴ lg. fultis, 1-floris; petalis nullis. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Folium: Tabula nostra I. Fig. 9.

γ. spathulata: innovationibus pilosiusculis; ramulis marginato-4-gonis; foliis lanceolato- v. oblongo-spathulatis, apice rotundatis, aveniis, 8—10‴ lg., 2—3‴ lt.; pedunculis bractea vaginacea, lanceolata, 3‴ lg. fultis, geminis 1-floris v. solitariis, 1—3-floris, 5—8‴ lg.; petalis nullis. (v. in hb. Berol. Monac. Vindob.)

Calyptranthes uniflora Spring. in Flora Ratisb. XX. Beibl. II. 87.

δ. triflora: innovationibus pilosiusculis; ramulis subalato-ancipitibus; foliis subpetiolatis, oblongo-spathulatis, apice rotundatis v. attenuato-obtusis, aveniis, 8 — 11‴ lg., 3 — 5‴ lt.; pedunculis 5—8‴ lg., bractea vaginacea, erecta, lanceolata, 1½—3‴ lg. fultis, solitariis, apice bibracteolatis, 3-floris; petalis nullis. (v. in hb. Berol.)

ε. venosa: innovationibus pilosiusculis; ramulis subalato-ancipitibus; foliis breviter petiolatis, ovali-oblongis, utrinque sensim attenuatis, apice obtusis, nec obversis, venosis, 12—16‴ lg., 5—7‴ lt.; pedunculis 6—11‴ lg., bractea vaginacea, erecta, lanceolata, 3‴ lg. fultis, solitariis v. geminis, 3-floris. (v. in hb. Berol.)

Folium: Tabula nostra I. Fig. 7.

Frutex ramosissimus, circiter 8-pedalis, dense foliatus, maxime variabilis; rami teretiusculi, laeves, glabri. Gemmae albido-rubro-strigosae. Folia opposita, chartacea, subsessilia v. breviter petiolata, margine vix recurva, novella glabra v. subtus pilis rufis strigosa, pellucido-punctata; nervo medio supra impresso, subtus prominente, apice furcatim evanido, venis nervoque limbali, excepta varietate venosa, sub lente vix visibilibus. Pedunculi filiformes, glabri v. glabriusculi. Alabastra parva, ½—1½‴ lg., muscorum frondosorum capsulae similia, utrinque attenuata, apice

rostrata, saepissime basin versus pilis raris, rufis, adpressis inspersa, bracteolis 2, subulatis v. subulato-spathulatis, $^1/_2$—$^3/_4$‴ lg., caducis stipata. Hypanthium supra germen 4—6-ovulatum productum. Calyx calyptratim tandem caducus. Petala 3—4, spathulata, parva, cum operculo caduca vel nulla. Stamina plurima; antheris subrotundis, dorso fixis, superne glandula instructis. Stylus 1, stigma simplex. Bacca globosa, 2‴ diametro, hypanthio truncato coronata, 2—3-sperma. Seminum testa membranacea. Embryo cotylis foliaceis, contortuplicatis.

Habitat: α. ad littora fluvii prope Sumidouro in montibus Serra dos Orgàos, floret Februario: Sellow; β. in acumine montis Itacolumi prov. Minas Geraës, floret Januario: Sellow, Schüch; γ. prope Cachoeiro do Campo, prov. Minarum: Mart. Herb. Fl. Br. n. 58.; ε. in montibus Serra do S. Antonio ejusdem provinciae: Sellow. Pl. Oreas, Dryas.

41. CALYPTRANTHES CAUDATA Gardn. glaberrima; foliis brevissime petiolatis, distichis, lanceolatis, longe obtuseque acuminatis; pellucido-punctatis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, folio duplo fere brevioribus; alabastris globosis, apiculatis.

Calyptranthes caudata Gardner in Hook. Lond. Journ. of Bot. IV. 102.

Frutex 4—5-pedalis, ramosissimus; ramuli angulati. Folia opposita, 15‴ lg., 4‴ lt. Petala linearia, alba. Stamina numerosissima. Stylus filiformis. (Gardn.) †

Habitat in montibus Serra dos Orgâos, in prov. Rio de Janeiro, floret Martio: Gardner n. 5715. Pl. Dryas.

† Species exclusae.

1. C. densa *DC. l. c. 257.* = *Aulomyrcia densa Bg.*
2. C. eugenioides *Camb. l. c. 267.* = *Mitranthes eugenioides Bg.*
3. C. ? lateriflora *DC. l. c. 258.* = *Rubachia lateriflora Bg.*
4. C. uniflora *Spring. Fl. XX. II. 87.* = *Calyptranthes musciflora, γ. spathulata Bg.*

VI. CALYPTROMYRCIA Berg.

Myrciae *species auctorum.*

Hypanthium (calycis tubus auct.) supra germen valde productum, in calycem abiens, basi bracteolis 2, caducis stipatum. Germen inferum, 3-, rarius 2-loculare; ovula in loculis bina, collateralia, angulo interno loculorum affixa. Calyx repandus, demum profundius obtusissime 5-, rarius 4-lobus. Petala 5, rarius 4, margini hypanthii libero inserta, decidua, exterius maximum, fornicatum, calyptrae instar secedens. Stamina creberrima, perigyna, cum petalis inserta; filamenta libera, praefloratione incurvata; antherae subrotundae, dorsofixae ibique glandula instructae, biloculares; loculis utroque latere longitudinaliter dehiscentibus et marginibus explanatis; granula pollinis lenticulari-trigona, trihila. Carpophylla 3, rarius 2, germinis verticem stylumque formantia. Stylus filiformis. Stigma simplex. Bacca disco concavo sepalisque margine laceris coronata, abortu 1-sperma. Semen testa cartilaginea, nitida obtectum, exalbuminosum. Embryo cotylis foliaceis, amplis, contortuplicatis; rostello elongato, curvato.

Frutices v. arbusculae Brasilienses; foliis oppositis, siccatis badiis, glandulosis, limbinerviis.

1. CALYPTROMYRCIA CORDATA Berg: glabra; foliis sessilibus, rigide chartaceis, ovato-oblongis, basi cordatis, apice sensim obtuse acuminatis, utrinque nitidis, subtus pallidioribus, nigrescenti-, impellucido-punctatis, reticulato-venosis, subduplicato-limbinerviis; paniculis subterminalibus, gracilibus, longe pedunculatis, folium subaequantibus, divaricato-ramosis, multifloris; germine triloculari; calyce 5-crenato. ♄

Rami tenues, teretes; ramuli tereti-compressi, badii, nitidi, novelli ad florendi tempus desunt. Gemmae sericeae. Folia 3—5$^1/_2$″ lg., 17‴—2″ lt., siccata supra badia, subtus hepatica; nervo supra vix prominente, subtus incrassato; venis plurimis, patulis, utrinque venulisque interjectis tenuioribus, reticulatis prominulis. Paniculae 5″ lg., badiae, nitidae; rhachi compressa; pedunculis pedicellisque et alabastris bracteis subulatis, minutis fultis. Alabastra turbinata, $^3/_4$‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat in silvis caeduis ad urbem Cachoeira, prov. Bahia, floret Decembri: M. Pl. Hamadryas.

2. CALYPTROMYRCIA ? EUGENIOIDES Berg: glabriuscula; foliis ovato-oblongis, breviter obtuseque acuminatis, basi rotundatis, pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio paullo brevioribus, multifloris; floribus subsessilibus; germine biloculari; lobis calycinis obtusis, reflexis. Variat:

α. glabra: foliis petiolatis, majoribus, minus acuminatis; paniculis floribusque glabris.

Arbor 12-pedalis; rami erecti, novelli angulati. Folia 4—6″ lg., 2—2$^3/_4$″ lt.: petiolo 3‴ lg.; minute puberulo; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis approximatis, subtus prominulis. Alabastra 1$^1/_4$‴ lg., bracteolis stipantibus caducis, floribus 5-, rarius 4-meris. Petala ovata, glabra, calycem paullulum superantia. Germen apice glabrum. †

β. puberula: foliis subsessilibus, minoribus, magis acuminatis; paniculis glanduloso-lepidotis; floribus puberulis. †

Myrcia eugenioides Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 216.

In pascuis prope Itambé in prov. Minas Geraës: Laruotte. Pl. Oreas.

3. CALYPTROMYRCIA COSTATA Berg: glabra; foliis petiolatis, membranaceis, ovato-oblongis, acutinscule acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, nitidis, creberrime elevato-, pellucido-punctatis, supra impresso-, subtus elevato-costatis, subbullatis, duplicato-limbinerviis; paniculis lateralibus et axillaribus, folio brevioribus, laxifloris; floribus omnibus pedicellatis; pedicellis alabastro brevioribus v. aequalibus; germine triloculari. ♄

Folium: Tabula nostra II. Fig. 22.

Rami graciles, teretes, exophloeo circumcirca soluto pallidi; ramuli compressi, badii, nitidi, glandulosi. Folia opposita, siccata rufa; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 48—68‴ lg., 16—25‴ lt.; nervo medio venisque rectis, distantibus, subpatulis, utroque latere circiter 15, supra valde impressis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae graciles, 1$^1/_2$—3″ lg., ex infimo nodo ramuli novelli laterales, basi nudae, superiores axillares, tripliciter ramosae; rhachi badia, compressa; ramis bracteatis, divaricatis. Alabastra obovata, 1‴ lg., bracteolis 2, lineari-lanceolatis, brevibus stipata. Germen 6-ovulatum. Calyx repandus, sub-5-lobus, ciliolatus. (v. in hb. Berol.)

Ab *Calyptrom. paniculata* differt: glabritie; foliis basi latioribus, obtusis, costatis; paniculis gracilibus, folio brevioribus; pedicellis alabastro brevioribus v. aequalibus; alabastris minoribus.

Habitat ad Praesidio de S. João Baptista in montibus Serra do Mar in prov. Minas Geraës: Sellow. Pl. Dryas.

4. CALYPTROMYRCIA PANICULATA Berg: ramulis foliisque novellis subtus pilosiusculis; foliis petiolatis, adultis chartaceis, elliptico-oblongis v. oblongis, in acumen lineare, obtusiusculum angustatis, basi acutis, nitidis, glandulis grossis, sparsis et aliis subtilissimis creberrimisque, primum pellucidis, demum opacis inspersis, adultis glabris, reticulato-penninerviis, longiori a margine distantia subarcuatim limbinerviis; paniculis brachiatis, axillaribus, folio longioribus, glabris; floribus omnibus pedicellatis; pedicellis alabastro duplo longioribus; germine triloculari; bacca globosa, disco coronata, 1—2-sperma. ♄

Rami teretiusculi, glabri, fusci; novelli compressi. Folia opposita, siccata rufa, juniora membranacea, supra glabra, margine subrecurvo; petiolo 4—6‴ lg.; lamina 23—70‴ lg., 8—24‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis distantibus, tenuibus, subpatulis, utroque latere 14—18, utrinque praesertim inferne prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Paniculae 2¾—6″ lg., tripliciter ramosae, laxae; rhachi compressa, fusca; ramis pedicellisque divaricatis v. reflexis. Alabastra obovata, ⅝‴ lg., glabra, bracteolis 2, subulatis, minimis, deciduis stipata. Germen 6-ovulatum. Calyx subrepandus, tandem profundius 5-lobus. Petala 5, glabra. Bacca glabra, 2½—3‴ diametro, disco concavo, marginato sepalisque minimis coronata. Semen testa cartilaginea, nitida obtectum. Embryo generis. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro, prope urbem Rio de Janeiro: Sellow; in silvis prope Mandiocca, fructificat Augusto: Beyrich. Pl. Dryas.

5. CALYPTROMYRCIA VENOSA Berg: glabra; foliis petiolatis, chartaceis, elliptico-oblongis, obtuse acuminatis, basi acutis, creberrime pellucido-punctatis, supra nitidis, venosis, limbinerviis; cymis axiliaribus et subterminalibus, 1—2-nis, folium subaequantibus; germine biloculari; calyce leviter 5-lobo. ♄

Rami teretes, laeves, pallidi; ramuli compressi. Gemmae sericeae. Folia opposita; petiolo 3‴ lg.; lamina 24—42‴ lg., 11—17‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis plurimis, tenuibus, subpatulis, utrinque parum prominulis, approximatis; venulis interjectis reticulatis. Cymae compressae, 30—42‴ lg. Alabastra obovata, glabra, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Hypanthium supra germen 4-ovulatum valde productum. Calyx tandem profundius partitus, lobis intus puberulis. Petala 5, subrotunda, ciliolata, ¾‴ lg. Stamina plurima. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

6. CALYPTROMYRCIA PUBERULA Berg: ramulis foliisque novellis et pedunculis pilis adpressis, brevibus conspersis; foliis petiolatis, membranaceis, ovate v. ovato-oblongis, anguste et obtusiuscule acuminatis, basi obtusis v. junioribus breviter acutis, utrinque creberrime elevatoque pellucido-punctatis, nitidis, adultis glabris, reticulato-penninerviis, duplicato-limbinerviis; cymis gracilibus, paucifloris, lateralibus et axillaribus, folio brevioribus; floribus in dichotomiis sessilibus; germine triloculari. ♄

Folium: Tabula nostra II. Fig. 23.

Rami teretes, tenues, exophloeo circumcirca soluto pallidi; ramuli brunnei, compressi. Folia opposita, siccata juniora rufa, adulta picea, vix pellucido-punctata, subchartacea, margine vix recurva; petiolo 3‴ lg.; lamina 32—42‴ lg., 11—15‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis plurimis tenuibus, subdivaricatis utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus reticulatis. Pedunculi 6—20‴ lg., inferiores ramuli novelli laterales, basi nudi, superiores axillares, compressi, aut cymoso-triflori v. sub his floribus 2-nis et racemoso-5-flori aut cymoso-3-radiati ramisque 3-floris 9-flori v. ramis dichotomis 21-flori. Alabastra turbinata, 1‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen glabrum, 6-ovulatum. Calyx primum leviter 5-lobus, tandem profundius partitus, ciliolatus, intus sericeus. Petala 5, subrotunda, ciliolata, extimum 1‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus staminibus longior. (v. in hb. Berol.)

A *Calyptromyrcia cymosa* differt: indumento; foliis basi latioribus, obtusis; venis subhorizontalibus; cymis haud supraaxillaribus; floribus minoribus.

Habitat ad urbem Mugi das Cruzes in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

7. CALYPTROMYRCIA CYMOSA Berg: glabra; foliis petiolatis, membranaceis, demum chartaceis, elliptico-oblongis v. oblongis, longe obtusiusculeque acuminatis, basi in petiolum attenuatis, creberrime densissimeque elevato-, pellucido-punctatis, utrinque nitidis, reticulato-penninerviis, arcuatim limbinerviis; cymis paucifloris, supraaxillaribus, divaricato-ramosis; floribus in dichotomiis sessilibus; germine triloculari; bacca ovali, 1-sperma, lobis calycinis obtusis coronata.

Tabula nostra XVIII.

α. major: foliis majoribus, plerisque membranaceis, omnibus pellucido-punctatis; cymis e nodo infimo rami novelli lateralibus longe pedunculatis.

Folia opposita; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 38—64‴ lg., 15—22‴ lt. Cymae 4″ lg. (v. in hb. Berol.)

β. minor: foliis minoribus, plerisque subcoriaceis, his impellucido-punctatis; cymis brevioribus, supraaxillaribus.

Folia opposita; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 20—50‴ lg., 9—18‴ lt. Cymae 18—28‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Frutex 15-pedalis; rami teretes, exophloeo soluto pallidi; ramuli compressi, badii, glabri. Gemmae sericeae. Folia siccata hepatica; nervo medio supra subsulcato, subtus prominente; venis tenuibus, subpatulis, primum utrinque parum prominulis, demum obsoletis. Cymae biternatae; rhachi compressa, badia. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, subulatis, caducis stipata. Germen 6-ovulatum. Calyx repandus, tandem profundius 5-fidus, intus sericeus. Petala 5, ovata, glabra, extimum 2‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus staminibus paullo longior. Bacca ovalis, 5—6‴ lg., 4—5‴ lt., disco concavo sepalisque brevibus, patentibus coronata. Semen testa membranacea obtectum. Embryo cotylis magnis, foliaceis, contortuplicatis; rostello elongato.

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

8. CALYPTROMYRCIA ELEGANS Berg: ramulis foliisque novellis ad petiolum, costam marginemque pilis rufis, adpressis inspersis; foliis petiolatis, rigidis, ovali-oblongis, utrinque gradatim angustatis, apice breviter obtuse acuminatis v. obtuse acutatis, basi acutis, novellis subtus nitidis, obscure pellucido-punctatis, adultis glabris, opacis, supra impresso-punctatis, utrinque reticulato-venosis, demum supra laevibus, subtus venosis, tandem supra impresso-venosis, sublongiori a margine distantia duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, gracilibus, pilosiusculis, bracteatis, folio longioribus, laxis; floribus ternis, centrali sessili; germine triloculari; bacca globosa, lobis calycinis parvis, rotundatis, intus puberulis, ciliolatis coronata, 1—4-sperma.

Myrtus elegans Mart. Herb.
Myrcia elegans DC. Prodr. III. 251.

Rami tereti-compressi, rimosi; novelli badii, compressi. Folia opposita, rarius obovata, obtusa, juniora sicca supra hepatica, subtus badia, adulta utrinque hepatica; petiolo $1\frac{1}{2}'''$ lg.; lamina 16—36''' lg., 6—14''' lt.; nervo supra plano, subtus elevato; venis subdivaricatis, tenuibus, demum supra oblitteratis, tandem impressis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, demum oblitteratis. Paniculae $2\frac{1}{2}$ — 6'' lg., badiae, tripliciter ramosae; ramis bractea lanceolata, ciliolata, subtus puberula fultis. Alabastra glabra, 1''' lg., bracteolis 2, $\frac{1}{2}'''$ lg., caducis stipata. Bacca 3 — 4''' diametro disco concavo sepalisve $\frac{1}{4}'''$ lg. coronata.

Habitat ad flumen Amazonum in prov. Pará: M.; in prov. Alagoas: Gardner n. 1299.; nec non in prov. Rio de Janeiro: Schüch n. 5880. Pl. Vaga.

9. CALYPTROMYRCIA SPIXIANA Berg: glabra; foliis petiolatis, obovato-oblongis, apice subito breviter obtuseque acuminatis v. rotundatis, basi cuneatis, novellis membranaceis, diaphanis, parce pellucido-punctatis, nitidis, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis, adultis chartaceis, opacis, oblitterato-venosis, supra impresso-punctatis; paniculis axillaribus, gracilibus, folio longioribus, laxis, ebracteatis; floribus ternis, centrali sessili; germine triloculari; lobis calycinis rotundatis, ciliolatis.

Myrcia Spixiana DC. Prodr. III. 251.

Rami teretes, superne compressi; novelli badii, apicem versus pilis raris, sparsis obsiti, mox glabri. Gemmae sericeae. Folia opposita, juniora supra badia, subtus pallidiora, adulta sicca supra hepatica; petiolo $1\frac{1}{2}$ —3''' lg., pilosiusculo, mox glabro; lamina 22—35''' lg., $9\frac{1}{2}$—17''' lt.; nervo medio supra parum prominente, medio sulcato, subtus elevato; venis tenuissimis, subpatulis, demum venulisque reticulatis oblitteratis. Paniculae 2—3'' lg., tripliciter ramosae, badiae; ramis ebracteatis. Alabastra 1''' lg.; bracteolis stipantibus caducis. Lobi calycini 5, breves. (v. in hb. Monac.) — Maxime affinis *C. eleganti* et forsan ejusdem varietas, distincta: glabritie fere omnium partium; foliis novellis membranaceis, diaphanis, obversis; paniculis ebracteatis.

Ad flumen Amazonum prov. Solimões: M. Pl. Najas.

VII. AULOMYRCIA Berg.

Myrciae *species auctor.*

Hypanthium (calycis tubus auct.) supra germen valde productum, in calycem abiens, sub eo haud constrictum, basi bracteolis 2, plerumque caducis stipatum, interdum circumscissum et deciduum. Germen 2—4-loculare, inferum; ovula in loculis bina, collateralia, angulo interno loculorum affixa. Lobi calycini 5, rarissime 3—4, in alabastro globo petalorum breviora, ex margine hypanthii libero oriundi, plerumque inaequales. Petala 5, rarissime 2, 3 v. 4, perigyna, margini libero hypanthii inserta, decidua. Stamina creberrima, ante petala inserta, perigyna; filamenta libera, filiformia, in alabastro introflexa, demum recta; antherae dorso supra basin affixae, ibique glandula instructae, ovales v. subrotundae, biloculares, longitudinaliter utroque latere dehiscentes, marginibus explanatis; granula pollinis trigona, tripora. Carpophylla 2—4, verticem germinis stylumque formantia. Stylus filiformis. Stigma simplex. Bacca disco concavo calyceque aut tubo hypanthii libero solum coronata, abortu 1—4-sperma. Semen obtusangulum v. subreniforme, testa cartilaginea, nitida, badia v. pallida, rarius membranacea instructum. Embryo exalbuminosus; cotylis foliaceis, amplis, contortuplicatis; rostello elongato, curvato.

Arbores v. frutices maxima pro parte in Brasilia crescentes; foliis plerumque oppositis, pellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis; pedunculis paniculatis v. cymosis, rarissime 1- pauciforis.

Nomen genericum e vocibus: *ἀυλός*, area, cavum et *Myrcia*, ob fructus disco concavo terminatos.

I. GERMEN BILOCULARE.

1. Pauciflorae. Pedunculi plerumque 1—3-flori, rarius 9—12-, rarissime 20-flori.

1. AULOMYRCIA LINEARIFOLIA Berg: caule apice puberulo; foliis sessilibus, linearibus, acutis, puberulis, subtus elevato-, impellucido-punctatis, adultis subglabratis, uninerviis; pedunculis puberulis, axillaribus, 1-floris, sursum gradatim brevioribus, summis vix ullis, omnibus ad paniculam terminalem, foliis abbreviatis intermixtam dispositis; germine biloculari; lobis calycinis 5, ovatis, subinaequalibus, 3 exterioribus acutiusculis, 2 interioribus obtusis, extus lanatis, intus glabriusculis.

Myrcia linearifolia Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 240. t. 148.

Caules ex eodem trunco hypogaeo plures, suffruticosi, adscendentes, 1—$1\frac{1}{2}$-pedales, ramosi, teretiusculi, exophloeo brunneo longitudinaliter rimoso, inferne glabrati. Folia 4—10''' lg., $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}'''$ lt. Pedunculi inferiores 4—3''' lg. Alabastra 2''' lg., pilis albidis lanata. Germen apice lanatum. Petala 5, lobis calycinis duplo longiora, subrotunda, extus lanata. Stamina petalis paullo longiora. Stylus stamina superans. †

Ad basin montium Serra das Caldas, prope aquas thermales, in parte australi prov. Goyaz, floret Augusto: St. Hil. Pl. Oreas.

2. AULOMYRCIA PINIFOLIA Berg: glabra; foliis sessilibus, linearibus, acutiusculis, elevato-, impellucido-punctatis, uninerviis; pedunculis axillaribus, filiformibus, inferioribus unifloris, folio brevioribus, superioribus saepe trifloris, folio longioribus, omnibus ad paniculam terminalem, brevem, laxiusculam, foliis abbreviatis intermixtam dispositis; germine biloculari; lobis calycinis ovatis, subinaequalibus, 2 majoribus obtusis, 3 brevioribus acutiusculis.

Myrcia pinifolia Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 239. t. 147.

Caules suffruticosi, ex eodem trunco hypogaeo, crasso, lignoso plures, adscendentes, diffusi, 3—8'' lg., simplices v. ramosi, debiles, teretiusculi, glandulosi. Folia opposita, 6—12''' lg., $\frac{3}{4}$—1''' lt. Alabastra 1''' lg., bracteolis 2, parvulis, subulatis stipata. Germen apice glabrum. Petala 5, subrotunda, concava, glabra, 1''' lg. Stamina 1''' lg. Stylus stamina paullulum superans, glaber. †

In sabulosis partis australis prov. Goyaz, loco alto dicto Chapadão et in montibus Serra das Caldas, prope aquas thermales, floret Junio et Augusto: St. Hilaire. Pl. Oreas.

3. AULOMYRCIA LARICINA Berg: ramosissima; ramis validis, diffusis; ramulis novellis albido-pubescentibus, v. valde contractis, apice fasciculo foliorum instructis v. parum excretis, foliis verticillatis, sparsis v. rarius oppositis donatis; foliis petiolatis, rigidis, linearibus, omnino convolutis, supra glabris, glandulosis, subtus villosis, obsolete uninerviis; pedunculis filiformibus, axillaribus, 1—3-carpicis, glabris, folium aequantibus v. duplo superantibus; germine biloculari; bacca subglobosa, 1—3-sperma, lobis calycinis ovatis, 3 minoribus acutiusculis, 2 majoribus obtusis, utrinque puberulis, coronata. ♄

Rami $2^1/_2$‴ diametro, exophloeo cinereo, rimoso tecti, glabri; ramuli indumento demum nigrescenti instructi. Folia 6—10‴ lg., $^1/_4$—$^1/_2$‴ lt., supra glaucescentia; petiolo $^1/_2$‴ lg., puberulo; nervo medio oblitterato. Pedunculi 9—15‴ lg., rufi. Bacca 3—4‴ diametro, disco concavo calyceque coronata. Semen compressum, reniforme, testa cartilaginea, nitida, fusca obtectum. Embryo generis. (v. in hb. Vindob.)

Differt ab *A. linearifolia* et *A. pinifolia*: caule haud suffruticoso; foliis fasciculatis, petiolatis; pedunculis non ad paniculam terminalem congestis.

Habitat in prov. Piauhy: Gardner n. 2875. Pl. Hamadryas.

4. AULOMYRCIA MONTANA Berg: ramulis pedunculisque nigrescenti-pubescentibus; foliis petiolatis, ovato-ellipticis, utrinque gradatim angustatis, obtusiusculis, pellucido-punctatis, junioribus puberulis, adultis glabratis, supra nitidis, reticulato-venosis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, folio paullo longioribus, apice ramosis, pauci-, saepe 3-floris; germine biloculari; lobis calycinis ovate lanceolatis, acutis, erectis, rufo-nigrescenti-pilosis.

Myrcia montana Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 232.

Frutex 4—6-pedalis, ramosissimus; rami densi, teretiusculi, subglabrati, novelli angulosi. Folia opposita, margine revoluta; petiolo 1‴ lg.; lamina 5—8‴ lg., $2^1/_2$—4‴ lt.; nervo subtus prominente; venis supra manifestis. Flores corymbum mentientes, bracteolis stipantibus caducis. Alabastra 2‴ lg. Germen apice pilosum. Petala 5, obovato-rotundata, concava, extus puberula, calyce paullo longiora. Stamina petalis duplo longiora. Stylus stamina paullo superans, pilosus. (Camb.) †

In montibus Serra da Ibitipoca et Serra do Papagaio prov. Minas Geraës, locis siccis et editis, floret Martio: St. Hil. Pl. Oreas.

5. AULOMYRCIA MYRTILLIFOLIA Berg: ramulis compressis petiolisque puberulis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, limbinerviis, ovalibus, utrinque obtusis, glabris, supra nitidis, novellis pellucido-punctatis, utrinque reticulato-venosis, adultis opacis, laevibus; cymis axillaribus, folio longioribus, glabris, trifidis, ramis aut omnibus trifloris aut lateralibus unifloris; germine biloculari; lobis calycinis ovato-rotundatis, ciliolatis, reflexis, deciduis; bacca globosa, glabra, 2—3-sperma, disco concavo terminata.

Myrtus myrtillifolia Mart. Herb.

Myrcia myrtillifolia DC. III. 250. Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 234.

Rami teretiusculi, glabri. Folia 3—8‴ lg., 3—5‴ lt., juniora saepe oblonga, adulta interdum basi subcordata; nervis primum praesertim supra prominulis, demum utrinque oblitteratis. Cymae $^1/_2$—1″ lg., rhachi gracili, compressa: floribus saepissime ternis, subsessilibus; centrali primum evoluto. Alabastra turbinata, glabra, 1‴ lg.; bracteolis stipantibus valde caducis. Germen loculis biovulatis, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini breves, intus puberuli. Petala 5, subrotunda, glabra, 1‴ lg. Stamina petala subaequantia. Stylus $1^1/_2$‴ lg., glaber. Fructus (teste Camb.) ribes rubri magnitudine. Seminis reniformi-ovoidei testa chartacea, albida, nitida. Embryo generis. (v. in hb. Monac.) — An species Hilariana eadem ac Martiana? non credo; sed specimen Hilarianum haud vidi.

Habitat in montibus prov. Bahia: M.; nec non in prov. Minas Geraës et Rio de Janeiro, fructificat Julio: St. Hilaire. Pl. Vaga.

6. AULOMYRCIA RAMULOSA Berg: ramulis, petiolis foliisque novellis nervo margineque puberulis; foliis breviter petiolatis, chartaceis v. adultis coriaceis, ovalibus v. ovatis, apice obtusis v. angustato-obtusis, basi acutis, obtusis v. subcordatis, adultis glabratis, pellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis; venis pellucidis; pedunculis axillaribus, folio brevioribus v. longioribus, filiformibus, racemoso 3—5-floris v. paniculatis pauciflоris; germine biloculari; calyce glabro, breviter obtuseque 5-dentato, demum circumscisso, lobis ovatis, reflexis, plus minusve ciliolatis; bacca globosa, 1—2-sperma, disco angusto, plano, orbiculari coronata. ♄

Myrtus virgultosa Mart. Herb. non Swartz.

Myrcia ramulosa DC. Prodr. III. 250. Mart. in Flora Ratisb. XX. Beibl. II. 81. — Variat:

α. triflora: foliis annuis, basi acutis, apice angustato-obtusis; pedunculis 3—5-floris, folio brevioribus.

Myrtus Selloi Sprengel Syst. II. 482. DC. l. c. 241.
Myrcia triflora Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 235.

Rami teretes, glabri, cinerei, exophloeo delapso badii, laeves; novelli compressi. Folia 4—12‴ lg., 2—7‴ lt.; petiolo $^1/_2$—$^3/_4$‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente: venis suberecto-patulis. Pedunculi 3—5-flori, interdum 1-flori, pedicelli $^1/_2$‴ lg. Alabastra 1‴ lg.; bracteolis stipantibus deciduis. (v. in hb. Berol. et Sprengel.)

β. pauciflora: ramulis basi squamatis; foliis annuis, basi acutis v. obtusiusculis, apice obtusis; pedunculis 3—7-floris, folio plerumque longioribus.

Folia 4—9‴ lg., 2—$5^1/_2$‴ lt.; pedunculi 7—12‴ lg. (v. in hb. Mart. Sonder. et Zuccar.)

γ. acutata: foliis annuis, basi obtusis v. acutis, apice acutis v. obtuse leviter acuminatis; pedunculis compressis, folio longioribus, racemosis v. paniculatis, 3—9-floris.

Folia 4—12‴ lg., 2—$7^1/_2$‴ lt.; pedunculi $^1/_2$—$1^1/_2$″ lg.; petala glabra, 1‴ lg.; stamina fere 3‴ lg.; stylus $2^1/_2$‴ lg. (v. in hb. Mart. Zuccar. et Sonder.)

δ. colorata: foliis biennibus, omnibus coriaceis, longius petiolatis, utrinque obtusis v. basi subcordatis aut rarius acutis; venis subtus coloratis; racemis 3—7-floris, folio longioribus.

Folia 4—11‴ lg., $2^1/_2$—7‴ lt.; petiolo 1‴ lg.; racemi 6—11‴ lg. (v. in hb. Berol.)

ε. subcordata: foliis biennibus, annotinis chartaceis, basi obtusis, apice angustato-obtusis, adultis coriaceis, basi cordatis; pedunculis folio plerumque longioribus, racemosis, 3—5-floris v. paniculatis, ramis infimis trifloris.

Rami teretiusculi, glabri; novelli compressi. Folia $7^1/_2$—13‴ lg., 5—8‴ lt., cujusve ramuli infima minuta; petiolo $^1/_2$—1‴ lg.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente: venis tenuibus, utroque latere 8—10, utrinque praesertim supra prominulis; venulis interjectis reticulatis, primum pellucidis, demum opacis. Pedunculi 6—13‴ lg. Alabastra turbinata, glabra, $^5/_4$‴ lg., bracteolis 2, subulatis, minimis, deciduis stipata. Germen 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Calyx demum ad verticem germinis circumscissus et deciduus, lobis inaequalibus, extus glabris, intus minute sericeis, 2 majoribus subpetaloideis, 3 reliquis brevibus, omnibus ad anthesin reflexis, vix ciliolatis. Petala 5,

subrotunda, alba, glabra, fere 1‴ lt. Stylus 1‴ lg., glaber. Bacca 2‴ lg. Semen testa cartilaginea, pallida obtectum. Embryo generis. (v. in hb. Berol. Mart. et Zuccar.)

2. panicularis: foliis biennibus, annotinis chartaceis, adultis coriaceis, omnibus longiuscule petiolatis, ovatis, basi obtusis v. acutis, apice angustato obtusis; paniculis 12—20-floris, folio longioribus, gracilibus.

Myrcia ramulosa, β. multiflora DC. l. c.

Folia 6—10‴ lg., 3—7‴ lt.; petiolo 1‴ lg.; paniculae 1—1½″ lg. (v. in hb. Mart. et Sonder.)

Habitat: α. in sepibus prov. Rio de Janeiro: Sellow, St. Hilaire, Gaudichaud; nec non in prov. S. Pauli: M.; β. in iisdem provinciis: M., Pohl; γ. in prov. Rio de Janeiro: Pohl; δ. in eadem provincia: Gaudichaud; ε. in nemorosis montis Corcovado prov. Rio de Janeiro, floret Octobri: Beyrich, Gomes, Schott n. 5876.; ζ. in prov. Rio de Janeiro: Schott n. 5882.; et in prov. S. Pauli: M. Pl. Dryas.

7. AULOMYRCIA MUGIENSIS Berg: ramulis novellis subtetragonis, sericeo-pubescentibus; foliis petiolatis, elliptico-obovatis, acuminatis, acutis, basin versus angustatis, ad nervum medium puberulis, pellucido-punctatis, reticulato-venosis; pedunculis filiformibus, puberulis, folio paullo longioribus, paucifloris; lobis calycinis deciduis; baccis globosis, glabris, 1—4-spermis.

Myrcia Mugiensis Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 234.

Frutex 4—5-pedalis, ramosus; rami teretes, glabrati. Folia opposita, margine revoluta, novella utrinque pube longiuscula, albida, laxa inspersa: petiolo 1‴ lg.; lamina 15—18‴ lg., 6—8‴ lt.; nervo subtus prominente; venis utrinque prominulis. Pedunculi saepius 3-, rarius 1-flori. Bacca ribes rubri magnitudine. Seminis subrotundi testa membranacea. Embryo rostello brevi, acutiusculo, dorso cotylae alterius incumbente; cotylis crassis, corrugato-contortuplicatis, imperfecte conferruminatis. (Camb.) † — Ab *A. myrtillifolia* et *A. debili* differt: foliis obovatis, acuminatis; ramulis novellis sericeis. (Camb.)

In silvis prope urbem Mugi das Cruzes in prov. S. Pauli, fructificat Majo: St. Hilaire. Pl. Oreas.

8. AULOMYRCIA CAPIVARHYENSIS Berg: ramulis foliisque novellis praesertim subtus, pedunculis bracteisque et alabastris pilis albidis lanato-hirsutis; foliis petiolatis, ovatis, basi rotundatis, acutis, subacuminatis, pellucido-punctatis, adultis supra subglabratis, subtus puberulis, reticulato-venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, brevissimis, paucifloris; germine biloculari; lobis calycinis 5, erectis, ovate lanceolatis, acutis, intus glabris. ♄

Myrcia capivarhyensis Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 236.

Rami teretes, subglabrati. Folia 18—30‴ lg., 9—16‴ lt., margine revoluta: petiolo 2‴ lg.; nervo subtus prominente; venis utrinque praesertim subtus prominulis. Pedunculi inferiores 5‴ lg., superiores subnulli et ideo flores in axillis supremis fasciculati. Alabastra sessilia, 2‴ lg., bracteolis 2, lineari-lanceolatis, acutis, 2‴ lg., supra glabris stipata. Germen apice glabrum. Petala 5 aut abortu 3—2, calycem vix superantia, rotunda, glabra. Stamina crebra, petalis triente longiora. Stylus stamina paullo superans, glaber. (Camb.) † — Ab *A. anomala* differt: forma foliorum, bracteolis et lobis calycinis. (Camb.)

In campis prope Capivarhy in prov. S. Pauli, floret Decembri: Pl. Oreas.

9. AULOMYRCIA SPHENOIDES Berg: ramulis novellis minute puberulis; foliis subsessilibus, coriaceis, glabris, obovato-oblongis, basi cuneatis, apice rotundatis, utrinque fusco-, impellucido-punctatis, discoloribus, supra nitidis, laevigatis, venosis, limbinerviis; paniculis e ramulo perbrevi, axillari v. laterali 2—4-nis, glabris, gracilibus, paucifloris; alabastris glabris; germine biloculari; lobis calycinis rotundatis, ciliolatis. ♄

Rami tortuosi, albidi; novelli compressi. Folia 6—11‴ lg., 3—6‴ lt., supra flavo-virentia, subtus fuscescentia; nervo medio venisque supra vix manifestis, subtus parum prominulis. Paniculae compressae, purpureae, 5—11‴ lg.; ramulis pedicellisque bractea minuta subulata fultis. Alabastra ¾‴ lg., bracteolis 2, subulatis, minimis, caducis stipata. Germen 4-ovulatum. Lobi 5 calycini brevissimi, coccinei. Petala 5, subrotunda, alba, ¾‴ lg. Stamina petala aequantia. Stylus 1‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad Soteropolin prov. Bahia: Blanchet. Pl. Hamadryas.

10. AULOMYRCIA RAMULIFLORA Berg: glabra; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, obtuse leviter acuminatis, rarius obtusis, basi acutis, utrinque creberrime elevato-, pellucido-punctatis, tenuiter venosis, limbinerviis; paniculis paucifloris, oppositis, ex inferioribus 1—2 nodis ramulorum novellorum axillarium et subterminalium, folio breviorum oriundis; floribus minimis, glabris; germine biloculari; lobis calycinis subrotundis, apice subtilissime ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi; ramuli compressi, glabri; novelli abbreviati, basi pilosiusculi, apice gemma et foliis minutis terminati. Folia opposita; petiolo 2‴ lg.; lamina 17—23‴ lg., 9—11‴ lt.; nervo medio utrinque elevato; venis tenuibus, subpatulis, utroque latere circiter 12, utrinque parum prominulis; venulis interjectis ramulosis oblitteratis. Paniculae 1″ lg. et ultra, decompositae, graciles, circiter 12-florae, bractea lanceolata, caduca (rarius superiores 2 folio minuto) fultae; ramis pedicellisque bracteatis. Alabastra obovata, minima, glabra, bracteolis 2, subulatis, ipso duplo brevioribus stipata. Hypanthium valde supra germen 4-ovulatum productum, in calycem obtuse 5-lobum abiens.

Habitat in prov. Bahia: Salzmann. Pl. Hamadryas.

11. AULOMYRCIA ? APIOCARPA Berg: innovationibus brunneo-tomentosis; foliis petiolatis, chartaceis, elliptico-oblongis v. oblongis, utrinque gradatim angustatis, acute acuminatis, basi acutis, obscure pellucido-punctatis, discoloribus, supra opacis, glabris, subtus puberulis, reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; pedunculis 1-carpicis v. bifidis, folio triplo brevioribus; bacca pyriformi, 4—5-sperma, lobis calycinis obtusis coronata.

Arbuscula; rami valde compressi, virides (Sellow), uniarticulati, bifoliati, puberuli. Folia opposita, margine planiuscula, supra nitida (Sellow), siccata supra fusco-virentia, subtus flavo-virentia; petiolo 4—5‴ lg.; lamina 52—72‴ lg., 17—32‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis distantibus, tenuibus, subpatulis, utroque latere circiter 15, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis, reticulatis, utrinque parum prominulis. Pedunculi compressi, validi, puberuli, 8—16‴ lg., e ramo terminali perbrevi oriundi simplices v. dupliciter ramosi, pedicellis 5—7‴ lg. Bacca 10‴ lg., 7‴ lt., puberula, disco concavo, glabro, late marginato ibique cicatricibus staminum ornato et puberulo sepalisque 5 subreflexis, fere 2‴ lg., intus puberulis et stylo 3‴ lg. coronata, immatura cinerea. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad montem Serra da Cubatâo in prov. S. Pauli, fructificat Majo et Junio: Sellow. Pl. Dryas.

12. AULOMYRCIA NEESIANA Berg: ramulis gemmisque et pedunculis floriferis brunneo-strigosis; foliis petiolatis, chartaceis, obovato-oblongis, basi cuneatis, supra medium dilatatis, breviter obtuse acuminatis, obscure pellucido-punctatis, novellis subtus pilis raris, sparsis obtectis, mox glabris, subtus costatis et reticulato-venosis, sublongiori a margine distantia limbinerviis; racemis 3—5-floris, axillaribus, folio multo brevioribus, pubescentibus; bacca ovato-globosa, puberula, 1—2-sperma, sepalis truncatis, extus puberulis, intus velutinis coronata. ♄

Myrtus Neesiana Mart. Herb.

Myrcia Neesiana DC. Prodr. III. 249.

Rami teretiusculi, cinerei; ramuli tetragoni, novelli compressi. Folia opposita; petiolo 3‴ lg.; lamina 42—60‴ lg., 15—22‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis patulis, distantibus, supra vix prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, supra vix manifestis, subtus prominulis. Racemi 7—18‴ lg. Alabastra cano-sericea, 1‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, 1—1½‴ lg. stipata. Germen biloculare, 4-ovulatum, disco velutino terminatum. Lobi calycini 5, quadranguli, serius parum excrescentes, ½‴ lg. Petala 5, oblonga, ⅝‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg. Bacca 4‴ lg., disco profunde concavo, velutino sepalisque coronata. (v. florif. et fructif. in hb. Mart.)

Habitat in silvis ad flumen Amazonum in prov. Solimões: M. Pl. Najas.

2. Cymosae. Inflorescentia exacte cymosa.

13. AULOMYRCIA RUFA Berg: ramulis, foliis adultis, cymis et alabastris glabris; foliis petiolatis, coriaceis, lanceolatis v. lanceolato-oblongis, utrinque angustatis, apice obtusiusculis v. obtusissime acuminatis, basi in petiolum attenuatis, discoloribus, novellis pellucido-punctatis, supra glabris, nitidis, subtus pilis raris, sparsis obtectis, cito glabris, tenuiter venosis, limbinerviis; cymis trichotomis, ex apicibus ramorum penultimorum, 4, rarius 2, folio brevioribus; germine biloculari; lobis calycinis exterioribus 3 minimis, dentiformibus, interioribus 2 majoribus, petaloideis, demum reflexis. ♄

Rami teretiusculi, laeves; ramuli fere plano-compressi. Folia opposita, siccata supra hepatica, subtus ferruginea; petiolo 2‴ lg.; lamina 23—32‴ lg., 6—10‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus prominente; venis tenuibus, plurimis, erecto-patulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis ramulosis, vix perspicuis. Cymae pedunculatae, 20—24‴ lg., 3—4-pliciter ternatae; rhachi compressa, badia; floribus omnibus pedicellatis. Alabastra turbinata, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Lobi calycini 5. Petala 5, orbicularia, glabra, grosse pellucido-punctata. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro, Sellow. Pl. Dryas.

14. AULOMYRCIA BLANCHETIANA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis et alabastris cano-velutinis; foliis petiolatis, rigide coriaceis, oblongis v. ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice obtusiusculis, basi acutis, adultis supra glabris, nitidis, elevato-, impellucido-punctatis, subtus postremo subglabratis, subtilissime reticulatis; cymis trichotomis, longe pedunculatis, axillaribus, solitariis, subterminalibus, 2—4-nis, folio longioribus; germine biloculari; calyce obtuse 5-lobo, utrinque puberulo. ♄

Rami teretiusculi, glabri, cinerei; ramuli compressi. Folia opposita, subtus pallidiora; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 20—27‴ lg., 6—9‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus elevato; venis venulisque reticulato-ramosissimis, utrinque vix prominulis, interstitiis angustis. Cymae bi- v. triternatae, 2—3″ lg., ramis saepe alternis, floribus ultimis ternis, sessilibus. Alabastra cylindrico-turbinata, ⅝‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, membranaceis, ⅛‴ lg. stipata. Hypanthium supra germen 4-ovulatum valde productum, in calycem 5-lobum abiens, lobis calycinis inaequalibus, brevibus, obtusis. Petala 5, subrotunda, extus puberula, fere 1‴ lt. Stamina 1‴ lg. Stylus stamina aequans. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Bahiensis: Blanchet n. 3391. Pl. Hamadryas.

15. AULOMYRCIA OBLONGATA Berg: glabra; foliis petiolatis, rigide chartaceis, oblongis v. oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis, apice acutato-obtusis, basi latiore acutis, discoloribus, utrinque creberrime elevato-, demum obscure pellucido-punctatis, tenuissime divaricato-venosis, sublongiori a margine distantia subarcuatim limbinerviis; paniculis cymosis, trichotomis, axillaribus, folio longioribus, multifloris; ramis ramulisque geminatis; germine biloculari; bacca globosa, lobis calycinis inaequalibus, rotundatis, ciliolatis, intus puberulis coronata.

Myrtus oblongata Mart. Herb.

Myrcia oblongata DC. Prodr. III. 251.

Rami teretes, novelli compressi, badii. Folia opposita, siccata supra hepatica, subtus pallidiora, juniora creberrime pellucido-punctata; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 24—50‴ lg., 8—17‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus elevato; venis creberrimis, subdivaricatis, utrinque vix manifestis. Paniculae 32—42‴ lg., compressae, badiae, quater trichotomae, fructiferae oligocarpicae. Alabastra turbinata, 1‴ lg., ultima 3-na, breviter petiolata; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi 5 calycini breves. Petala 5, subrotunda, extus dorso minute sericea, apice denticulata, vix ciliolata, ¾‴ lg. Stamina stylusque fere 2‴ lg. Bacca 4‴ diametro, disco concavo calyceque coronata. Seminis testa nitida. (v. florif. in hb. Vindob., fructif. in hb. Mart.)

Habitat in silvis prov. S. Pauli: M., Pohl n. 3871. Pl. Dryas.

16. AULOMYRCIA BREVIRAMIS Berg: ramulis, foliis novellis subtus, paniculis, alabastris subferrugineo-sericeis; foliis petiolatis, rigidis, oblongis v. ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice obtusis v. breviter obtuseque acuminatis, basi in petiolum attenuatis, superne glaberrimis, nitidis, subtus glaucis, pilosiusculis, fusco-, impellucido-punctatis, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; cymis subterminalibus, 2—4-nis, trichotomis, folio plerumque longioribus; germine biloculari; lobis calycinis minimis, subrotundis.

Frutex v. arbuscula 10—15-pedalis. Rami teretes, breves, saepe dichotomi, exophloeo delapso laeves, glabri; ramuli ex apicibus ramorum 2—4-ni, abbreviati, 2—3-nodes, superne vix compressi. Folia opposita; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 7—14‴ lt;; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis fere rectis, erecto-patulis, utroque latere circiter 18, utrinque venulisque reticulatis prominulis. Cymae pedunculatae, 2½—3½″ lg., 4-pliciter compositae; ramis infimis geminis. Alabastra turbinata, 1‴ lg., bracteolis stipantibus valde caducis. Germen 4-ovulatum. Lobi calycini 5. Petala 5, minima, suborbicularia, ciliolata. (v. in hb. Berol.)

Habitat in fruticetis ripariis prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

17. AULOMYRCIA BOMBYCINA Berg: glabra; foliis breviter petiolatis, coriaceis, elliptico-oblongis v. oblongis, utrinque sensim angustatis, apice obtusiusculis, basi acutis, utrinque nigrescenti-, pellucido-punctatis, supra subopacis, subtus bombycino-micantibus, tenuiter venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus, folio longioribus; bacca globosa, 1—2-sperma, lobis calycinis inaequalibus, brevibus, obtusis, patulis coronata.

Frutex; rami teretiusculi, nodosi, pallidi; novelli compressi. Folia opposita, pallida, margine recurva; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 19—34‴ lg., 8—13‴ lt.; nervo medio supra basin versus impresso, subtus elevato; venis plurimis, tenuissimis, subpatulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis vix visibilibus. Paniculae 2—3-pliciter ramosae, 2—3½″ lg., oligocarpicae.

Baccae 3—4‴ diametro, hypanthii margine tubuloso calyceque coronatae, dulces (Sellow). Lobi calycini inaequales, uno maximo ¾‴ lg. Seminis testa cartilaginea. Embryo generis. (v. in hb. Berol.)

Habitat in silvis ad Itacaquere et in fruticetis campestribus inter Porto Alegre et Rio Grande, fructificat Junio: Sellow. Pl. Napaea.

18. AULOMYRCIA CALYPTRANTHOIDES Berg: foliis novellis subtus paniculisque et alabastris ferrugineo-velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi acutis, supra glabris, nitidis, subtilissime et creberrime impresso- et obsolete pellucido-punctatis, subtus mox glabris, tenuiter reticulato-penninerviis, limbinerviis; cymis trichotomis, subterminalibus, 3—4-nis; germine biloculari; lobis calycinis brevissimis, subrotundis, inaequalibus. ♄

Rami tenues, glabri; ramuli ad apices saepe 4-natim congesti; novelli ad florendi tempus desunt. Folia opposita, margine vix recurva; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 29—35‴ lg., 12—15‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, plurimis, rectis, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Cymae triternatae, 26—30‴ lg., foliis longiores v. breviores, ramis divaricatis. Flores breviter pedicellati. Alabastra clavato-turbinata, 1½‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Hypanthium supra germen 4-ovulatum valde productum, in calycem 5-lobum abiens. Petala 5, subrotunda, 1‴ lt. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2½‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat prope urbem Jacobina prov. Bahiensis: Blanchet n. 3393. Pl. Hamadryas.

19. AULOMYRCIA STICTOPHYLLA Berg: ramulis foliisque novellis et paniculis sericeis, mox glabratis; foliis longe petiolatis, coriaceis, oppositis v. subobpositis, ovali-oblongis v. oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi acutis, subundulatis, discoloribus, grosse fuscoque pellucido-punctatis, nitidis, subtus pilosiusculis, pallidioribus, tenuissime venosis, limbinerviis; paniculis cymosis, axillaribus et subterminalibus, multifloris, ad corymbum terminalem, folia superantem congestis; floribus ultimis ternis, centrali sessili; germine puberulo, biloculari; lobis calycinis rotundatis, ciliolatis, tandem reflexis. ♄

Rami teretes, exophloeo delapso laeves, albidi; ramuli teretiusculi, virides (Sellow), siccati fusco-atri, superne compressi. Folia siccata supra hepatica, subtus ferruginea, margine praesertim basin versus recurva; petiolo 5—6‴ lg.; lamina 32—44‴ lg., 12—16‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, plurimis, approximatis, patulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis ramulosis. Paniculae 2½—3″ lg. Alabastra turbinata, basi pilosiuscula, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum. Lobi calycini 5, exteriores 3 minores, interiores 2 majores, subpetaloidei. Petala 5, subrotunda, concava, extus pilosiuscula, margine glabra, subtilissime crenulata, demum reflexa, 1½‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus brevissimus, 2‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro, floret Nov.: Sellow. Pl. Dryas.

20. AULOMYRCIA TENUIFOLIA Berg: ramulis cymisque minutissime puberulis; foliis petiolatis, demum chartaceis, oblongis, abrupte acuminatis, basi acutis, glabris, minutissime crebroque pellucido-punctatis, nitidulis, tenuissime reticulatis, duplicato-limbinerviis; cymis subterminalibus, 2—6, trichotomis, 3—4-radiatis, multifloris, folio duplo brevioribus; germine biloculari; lobis calycinis glabris, eciliatis, inaequalibus, exterioribus 3, minimis, dentiformibus, interioribus majoribus, rotundatis, petaloideis. ♄

Rami dichotomi, teretes, glabri, superne compressi. Folia opposita, juniora membranacea, subtus pallidiora; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 3½—5″ lg., 14—22‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus elevato; venis plurimis, tenuissimis, subpatulis venulisque interjectis tenuioribus, reticulatis utrinque prominulis. Cymae 1½—2½″ lg., tripliciter ramosae; floribus ultimis ternis, centrali sessili, lateralibus brevissime pedicellatis. Alabastra clavata, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum. Lobi calycini 5, intus minutissime sericei, majores ½‴ lg. Petala 5, subrotunda, ½‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg., glaber. (v. in hb. Schlechtend.)

Habitu accedit ad *A. lucidam*, sed distincta: indumento vix ullo; foliis tenuioribus, angustioribus, abrupte acuminatis, cymis 2—6, 3—4-radiatis; alabastris clavatis; germine biloculari, glabro.

Habitat in prov. Bahiensis: Blanchet n. 2321. Pl. Hamadryas.

21. AULOMYRCIA PULCHRA Berg: ramulis paniculisque brunneo-sericeis; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice obtusis v. breviter obtuse acuminatis, basi acutis, glabris, discoloribus, subtilissime et creberrime supra impresso-, subtus elevato-, impellucido-punctatis, supra nitidis, subtus opacis, glaucis, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis cymosis, subterminalibus, 4 rarius 3, folium subaequantibus; ramis 4-natim decussatis, binis brevioribus; germine biloculari; lobis calycinis obtusis, ciliolatis.

Folium: Tabula nostra II. Fig. 26.

Arbor 30-pedalis; rami teretiusculi; ramuli compresso-teretiusculi, laeves, glabri; novelli compressi. Folia opposita, novella ad florendi tempus desunt; petiolo 3‴ lg.; lamina 29—42‴ lg., 12—19‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, infra elevato; venis tenuibus, utrinque parum prominulis, erecto-patulis, rectis, plurimis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Paniculae 2—2½″ lg., 3—4-pliciter ramosae; floribus ultimis ternis, sessilibus. Alabastra glabriuscula, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus valde caducis. Germen 4-ovulatum. Lobi calycini 5, 3 exteriores minimi, 2 interiores majores, colorati, ½‴ lg. Petala 5, subrotunda, alba, 1‴ lg., minute puberula. Stamina petalis paullo longiora. Stylus staminibus paullo longior. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

22. AULOMYRCIA LINEATA Berg: glabra; foliis petiolatis, chartaceis, demum rigidis, ovato-oblongis, rarius ovatis, obtuse acuminatis, basi rotundatis v. breviter acutis, discoloribus, creberrime pellucido-punctatis, supra nitidis, tenuissime lineato-venosis, limbinerviis; cymis trichotomis, ad ramos novellos plus minusve abbreviatos axillares et subterminales oppositis; floribus ultimis ternis, sessilibus; germine biloculari; lobis calycinis minutis, obtusis, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi; ramuli valde compressi, glandulosi. Folia opposita, margine recurva, siccata supra hepatica, subtus livida; petiolo 2‴ lg.; lamina 40—60‴ lg., 22—26‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato, glanduloso; venis densissimis, subdivaricatis, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Cymae 20—34‴ lg., rhachi valde compressa. Alabastra 1½‴ lg., bracteolis stipantibus valde caducis. Germen 4-ovulatum. Calycis laciniae 5, intus minute puberulae, demum reflexae. Petala 5, extus puberula. (v. in hb. Berol.)

Habitat in silvis montis prope Praya dos Flamingos, Sebastianopoli, prov. Rio de Janeiro. flor. Septembri: Beyrich. Pl. Dryas.

23. AULOMYRCIA SUBAVENIA Berg: ramulis foliisque novellis subtus cymisque et alabastris ferrugineo-strigosis; foliis petiolatis, coriaceis, ovalibus, obtusiusculis, basi acutis, impunctatis, adultis supra glabris, nitidis, subtus subglabratis, vix venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus v. subterminalibus, plerumque cymoso-3-floris, folio brevioribus; floribus sessilibus; germine biloculari; lobis calycinis brevibus, latis, obtusis, demum oblitteratis.

Frutex 8-pedalis; rami teretes, laeves; novelli compressi. Folia opposita, novella superne albido-puberula, subtus pallidiora; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 9—14‴ lg., 6—9‴ lt.; nervo medio subtus prominente; venis erecto-patulis, supra haud visibilibus, subtus vix manifestis. Pedunculi compressi, 5—16‴ lg., rarissime sub cyma triflora pedunculis brevibus, oppositis, 1- v. 3-floris aucti cymoso-5- v. 9-flori, tunc folio longiores. Alabastra turbinata, 1½‴ lg., bracteolis 2, oblongis, 1‴ lg., caducis stipata. Hypanthium supra germen 4-ovulatum valde productum, in calycem 5-lobum abiens. Petala 5, subrotunda, extus sericea, ciliolata, 1‴ lt. Stamina petalis subaequalia. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad ripas prope Timbopeva in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

24. AULOMYRCIA SUPRAAXILLARIS Berg: ramulis cymisque et alabastris brunneo-sericeis; foliis petiolatis, coriaceis, orbiculari-ovalibus v. ovalibus, obtusis v. rotundatis, basi acutiusculis v. obtusis, novellis utrinque minute sericeis, obscure pellucido-punctatis, adultis subglabratis, supra nitidis, tenuissime venosis, limbinerviis; cymis compressis, triternatis, supraaxillaribus et subterminalibus, folio longioribus; floribus ultimis ternis, sessilibus; germine biloculari; lobis calycinis minutis, obtusis, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi; ramuli compressi. Folia opposita, rarius ovata, margine recurva, adulta supra impresso-, subtus elevato-, impellucido-punctata, ibidem opaca; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 13—18‴ lg., 8—11‴ lt.; nervo mediò supra vix impresso, subtus elevato; venis erecto-patulis, utrinque vix manifestis. Cymae 20—26‴ lg., ramis ramulisque infimis geminis. Alabastra cylindrico-turbinata, 1‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Hypanthium supra germen 4-ovulatum valde productum, in calycem 5-lobum abiens, lobis minutis, inaequalibus, ovatis. Petala 5, suborbicularia, extus dorso sericea, haud ciliata, ¾‴ lt. Stamina 1½‴ lg. Stylus staminibus paullo longior. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat prope urbem Jacobina prov. Bahia: Blanchet n. 3368. Pl. Hamadryas.

25. AULOMYRCIA DENSA Berg: ramulis bicarinatis foliisque et cymis novellis pilis rufescentibus sericeo-strigosis, demum glabris; foliis petiolatis, rigidis, ovalibus, utrinque angustatis, basi acutis, apice obtusatis v. leviter obtuse acuminatis, discoloribus, supra minutissime impresso-punctatis, subtus glandulis elevatis, primum pellucidis, demum opacis, oculo nudo manifestis inspersis, tenuiter venosis, limbinerviis; cymis trichotomis, densifloris, folio longioribus; germine biloculari; bacca globosa 2—4-sperma, tubo hypanthii sepalisque minimis, obtusis coronata. ♄

Myrtus densa Mart. Herb.
Calyptranthes densa DC. Prodr. III. 257.

Rami teretiusculi, albidi; ramuli bicarinati, tetragono-ancipites; novelli compressi. Folia lamina 9—18‴ lg., 4—10‴ lt.; petiolo 1½‴ lg.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, suberecto-patulis, utrinque parum prominulis. Cymae 12—26‴ lg., compressae, fastigiatae, ter v. quater trichotomae. Germen 4-ovulatum. Baccae 3‴ diametro, 1—2-loculares, 2—4-spermae, tubo elongato hypanthii sepalisque partim deciduis, interdum persistentibus coronatae. Semina testa pallida, nitida, cartilaginea obtecta. Embryo cotylis foliaceis, in genere angustis, convolutis. (v. in hb. Mart. et Sonder.) — Illustr. Candolleus praepositam hanc veram Aulomyrceae speciem ob calycis tubum truncatum baccam coronantem ad Calyptranthem duxerat et embryonem pseudomonocotyleum nominaverat; sed lobi calycini 5 distincti manifeste distinguendi sunt et embryo fructus maturi cotylis foliaceis, contortuplicatis donatus est. — *Aulomyrcia supraaxillaris* in provincia Bahia indigena, habitu valde accedit ad hanc speciem, sed differt: indumento densiore; foliis apice rotundatis v. obtusis, basi saepe praesertim inferioribus obtusis, supra haud impresso-punctatis; cymis supraaxillaribus et subterminalibus; ramis infimis geminatis.

Habitat in prov. Minas Geraës, fructificans Januario et Februario: M.; an etiam in virgultetis densis montanis ad Montem Sanctum, in prov. Bahia; secundum signaturam ab Illustr. de Martio exemplari Sonderiano additam! Pl. Hamadryas.

26. AULOMYRCIA MUTABILIS Berg: ramulis, foliis novellis, paniculis, floribus densissime rufo-tomentosis; foliis petiolatis, coriaceis, ovato-oblongis, brevissime obtuse acuminatis, basi rotundatis, vetulis discoloribus, superne nitidis, nervo medio excepto glaberrimis, subtilissime creberrimeque impresso-punctatis, inferne pilis rufescenti-canis tomentosis, partim glabratis ibidemque glandulis sparsis, elevatis, opacis inspersis, tenuiter reticulato-venosis, limbinerviis; cymis biternatis, plerumque 2-nis, axillaribus, folio brevioribus; germine biloculari; lobis calycinis brevibus, ovatis, obtusis.

Frutex 6—10-pedalis; rami tortuosi, saepissime dichotomi, interdum verticillati, teretiusculi, glabri, cortice griseo obtecti; novelli 1-articulati, sub apice bifoliati. Folia opposita, siccata superne atrovirentia, subtu stomento detrito pallida; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 20—33‴ lg., 10—16½‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis tenuibus, subpatulis, utroque latere circiter 20 venulisque interjectis reticulatis supra sulcatis, subtus prominulis. Cymae 14—18‴ lg., ex axillis summis rami penultimi, plerumque 3-nodes; ramis apice plerumque 3-, raris 5-floris. Alabastra turbinato-cylindrica, 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, 1‴ lg., caducis stipata. Germen 4-ovulatum. (v. in hb. Berol.)

Habitat in montibus Serra do Lenheiro prov. Minas Geraës, floret Augusto: Sellow. Pl. Oreas.

27. AULOMYRCIA WIDGRENIANA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, cymis et alabastris pilis testaceis, demum brunneis velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, ovato oblongis, basi obtusis, apicem versus sensim angustatis, obtuse acutatis, novellis supra puberulis, demum utrinque glabris, supra nitidis, impresso-, impellucido-punctatis, subtus subelevato-glandulosis, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; cymis validis, multifloris, pyramidatis, trichotomis, e basi ramorum annotinorum subterminalium oppositis, spurie axillaribus; ramis ramulisque lateralibus, geminatis; germine biloculari; lobis calycinis minimis, obtusis, utrinque velutinis. ♄

Rami teretiusculi, exophloeo lamellatim delapso laevissimi glabri, novelli compressi. Folia opposita, subtus pallidiora; petiolo 2‴ lg.; lamina 25—30‴ lg., 11—14‴ lt.; nervo medio supra basin versus impresso, subtus elevato; venis subpatulis venulisque interjectis reticulatis supra oblitteratis, subtus prominulis. Paniculae 3½″ lg., spurie axillares, compressae; floribus ultimis 3-nis, sessilibus. Alabastra cylindrico-turbinata, ¾‴ lg. Hypanthium supra germen 4-ovulatum valde productum, intus glabrum. Lobi calycini demum reflexi. Petala 5, alba, orbicularia, extus dorso rufo-sericea, ½‴ lg. Stamina duplo longiora. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Sonder.)

Habitat in prov. Minas Geraës: Dr. Widgren n. 545. Pl. Oreas.

28. AULOMYRCIA ACRANTHA Berg: glabriuscula; foliis breviter petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice obtusiusculis, basi in petiolum attenuatis, adultis glaberrimis, supra splendentibus, subtus vix nitidis, fusco-, impellucido-punctatis, venosis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; cymis trichotomis, terminalibus; bacca subgloboso-ovata, calyce obtusiuscule 5-lobo coronata, 1-sperma.

Arbuscula 12-pedalis; rami teretiusculi, superne compressi, subtilissime sericei, cito glabri. Gemmae brunneae, sericeae. Folia opposita, interdum obversa, rarius apice rotundata, siccata supra glaucescentia, subtus fuscescentia; petiolo 2‴ lg.; lamina 18—37‴ lg., 9½—16½‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuibus, distantibus, erecto- v. subpatulis, utroque latere circiter 10, utrinque parum prominulis; venulis interjectis vix visibilibus. Cymae 20—30‴ lg., ex superioribus 2 nodis ramulorum oppositae, basi nudae v. foliis minutis fultae, ad corymbum terminalem, folia egredientem dispositae, compressae, 3-pliciter compositae, glabrae. Baccae 2—3‴ lg,, pyriformes, atropurpureae (Sellow), glabrae, disco concavo, glabro dentibusque calycinis latis, brevibus, acutiusculis v. obtusiusculis, intus pilosiusculis, ciliolatis, demum conniventibus coronatae.

Ab *A. obovata* differt: forma et nervatura foliorum, inflorescentia et fructu.

Habitat ad ripas prope Santo-Antonio-da-Patrulha in prov. Rio Grande do Sul, fructificat Aprili: Sellow. Pl. Napaea.

3. Paniculatae. Folia rigida, obscure v. impellucido-punctata. Paniculae axillares et subterminales, pyramidatae. Germen biloculare.

29. AULOMYRCIA ACUTATA Berg: glaberrima; foliis petiolatis, chartaceis, oblongo-lanceolatis v. lanceolato-oblongis, longe et acute acuminatis, basi subcuneatis, margine cartilagineo-subundulatis, superne nitidis, minute impresso-, vix pellucido-punctatis, inferne glandulis minimis, creberrimis, fuscis inspersis, tenuissime venosis, arcuatim limbinerviis; paniculis axillaribus, gracilibus, folio paullo longioribus; bacca globosa, calyce 5-dentato coronata, 1—2-sperma.

Frutex 8—10-pedalis, ramosissimus; rami teretiusculi, laeves; ramuli compressi. Gemmae glabrae. Folia opposita, interdum lanceolata; petiolo 1½‴ lg.; lamina 18—32‴ lg., 5—9‴ lt.; nervo medio supra impresso, infra prominente; venis tenuissimis, erecto-patulis, utroque latere 10—12, vix manifestis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, pellucidis. Paniculae 2—3″ lg., 2—3-pliciter ramosae, rhachi filiformi, compressa. Baccae 1—2-loculares, 1—2-spermae, 1½—2‴ diametro, dentibus 5 calycinis brevibus, acutis, reflexis discoque concavo coronatae. Embryo generis. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad Freguezia Bertioga, in prov. Minas Geraës, fructificat Decembri: Sellow. Pl. Oreas.

30. AULOMYRCIA ? BELLA Berg: ramulis sulcato-angulosis, rufescenti-dense puberulis; foliis breviter petiolatis, ovatis v. ovato-oblongis, acutiusculis, obsolete pellucido-punctatis, supra glabriusculis, subtus lutescenti-pubescentibus, reticulato-venosis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio triente v. duplo longioribus, lutescenti- v. rufescenti-puberulis; germine biloculari; lobis calycinis brevibus, ovatis, obtusiusculis, erectis, intus glabriusculis, extus lutescenti-puberulis.

Myrcia bella Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 231.

Frutex 2—6-pedalis; rami teretes, subglabrati. Folia opposita, margine revoluta; petiolo 1‴ lg.; lamina 9—15‴ lg., 4—6‴ lt.; nervo subtus prominulo; venis vix manifestis. Alabastra 1½‴ lg., lutescenti-puberula, bracteolis 2, lanceolatis, acutis, 1‴ lg. stipata, sessilia v. breviter pedicellata. Germen apice puberulum. Petala 5, rotundata, concava, extus puberula, intus glabriuscula staminibusque calyce duplo longiora. Stylus stamina paullulum superans. (Camb.) †

Prope Pouso Alto in prov. S. Pauli, ad fines prov. Minas Geraës, floret Septembri: St. Hilaire. Pl. Oreas.

31. AULOMYRCIA POHLIANA Berg: ramulis foliisque novellis, paniculis alabastrisque pilis cano-rufescentibus strigosis; foliis petiolatis, coriaceis, obovato-oblongis, basi acutis, apice rotundatis, adultis glabris, subtus fusco-, impellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus, folio longioribus, interdum foliatis, multifloris; germine biloculari; lobis calycinis rotundatis, utrinque puberulis. ♄

Rami tereti-tetragoni, glabri; novelli compressi. Folia opposita, interdum elliptico- v. lanceolato-oblonga, utrinque angustata, margine recurva; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 9—20‴ lg., 5—9‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Paniculae 2—4½″ lg., 3-pliciter ramosae; ramis basi nudis v. foliis minutis fultis. Alabastra turbinata, 1½‴ lg., bracteolis lanceolatis, ½‴ lg., caducis stipata. Germen albido-strigosum, 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5, ½‴ lg. Petala 5, subrotunda, glabra, 1‴ lg. Stamina petala aequantia. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Vindob. Berol. et Mart.)

Ab *A. rufipede* differt: foliis obversis, impellucido-punctatis; germine biloculari, strigoso; lobis calycinis obtusis.

Habitat inter Calumbáo et Barreiras in prov. Minas Geraës: Pohl n. 1080. Pl. Oreas.

32. AULOMYRCIA DICTYOPHYLLA Berg: ramulis foliisque novellis ad marginem nervumque medium pilosiusculis; foliis brevissime petiolatis, coriaceis, ovalibus, ovali-oblongis v. oblongis, utrinque angustatis, obtusis v. saepissime basi acutis, utrinque creberrime glandulosis et elevato-reticulatis, limbinerviis, junioribus pellucido-punctatis, adultis glabris; paniculis terminalibus solitariis, axillaribus 1-, rarius 2-nis, folio longioribus, glabris, apice ramisque infimis 3-floris; flore centrali sessili; germine 2-loculari; bacca globosa, 1—2-sperma, glabra; lobis calycinis rotundatis, ciliolatis coronata. ♄

Rami graciles, exophloeo secedente glabri, superne compressi. Folia 4—13‴ lg., 2—5‴ lt., infima saepe minima; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis venulisque reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae 9—16‴ lg., terminalis e pedunculis axillaribus, inferioribus racemosis, superioribus 3—1-floris formata. Alabastra obovata, glabra, 1½‴ lg., bracteolis 2, linearibus, ciliolatis, caducis stipata. Germen 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi 5 calycini breves, subaequales. Petala 5, rotundata, glabra. Stylus 1½‴ lg. Bacca saepe depresso-globosa, 3‴ diametro. Seminis plano-compressi, subreniformis testa cartilaginea, pallida, nitida. Embryo generis. (v. in hb. Vindobon.)

Habitat ad Cachoeira do campo in prov. Minas Geraës: Pohl n. 2146. Pl. Oreas.

33. AULOMYRCIA PUBIFLORA Berg: ramulis paniculisque pilis albido-rubrescentibus, demum brunneis strigoso-sericeis; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice obtusis, basi acutis, discoloribus, novellis utrinque raro puberulis, adultis glabris, supra impresso-, impellucido-punctatis, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus et subtermina-

libus, folio saepe duplo longioribus, compressis, multifloris; ramis et alabastris tubuloso-turbinatis rufescenti-villosis; germine biloculari; lobis calycinis minutis, obtusis. ♄

Myrcia pubiflora DC. Prodr. III. 249.

Rami exophloeo fusco-atro, lamellatim delapso laeves, pallidi, teretisubtetragoni, nodosi; novelli compressi. Folia opposita, interdum lanceolata, supra atrovirentia, subtus fusca; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 27—32‴ lg., 10—15‴ lt.; nervo supra impresso, subtus elevato; venis erecto-patulis, tenuibus venulisque reticulatis utrinque prominulis, demum supra oblitteratis. Paniculae 3 — 4½″ lg., rhachi valida, compressa, tripliciter ramosa; ramis infimis geminis. Alabastra sessilia, 1‴ lg., bracteolis oblongis, ¾‴ lg., ciliatis fulta. Germen 4-ovulatum. (v. in hb. Mon. et Vindob.)

Habitat in montosis ad Serra do Chumbo: Pohl n. 3295.; et Serro Frio prov. Minas Geraës, floret Majo: M. Pl. Oreas.

34. AULOMYRCIA HIRTIFLORA Berg: ramulis paniculisque et alabastris canescenti-lanatis; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice breviter obtuseque acuminatis, basi subtruncatis, pellucido-punctatis, novellis subtus puberulis, adultis glabris, nitidis, utrinque ramosissime reticulato-penninerviis, sublongiori a margine distantia duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, elongatis, racemosis, folio longioribus; germine biloculari; lobis calycinis ovate lanceolatis, acutis, extus lanatis, intus glabris.

Myrcia hirtiflora DC. Prodr. III. 249.

Rami superne tetragoni, glabri; novelli compressi. Folia opposita, oleoso-nitentia, viridia; petiolo 2‴ lg.; lamina 40—44″ lg., 16—18″ lt.; nervo medio supra vix prominente, subtus elevato; venis plurimis, erecto-patulis, adscendentibus, supra vix prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis pellucidis, reticulato-ramosissimis, utrinque parum prominulis. Paniculae 3—5″ lg. et ultra, pauciramosae, apicem versus spiciformes, bracteatae, ramis infimis elongatis, spicatis, inferioribus abbreviatis, intermediis ad fasciculos contractis, ramis floribusque basi bractea lanceolata fultis. Alabastra cylindrica, 1½‴ lg., bracteolis 2, linearibus, caducis stipata, sessilia. Germen 4-ovulatum. Lobi calycini inaequales, majores ¾‴ lg., 5to minimo dentiformi. Petala 5, glabra. (v. in hb. Monac.)

In monte alto Serra dos Lages prov. Bahia: M. Pl. Oreas.

35. AULOMYRCIA COLLINA Berg: ramulis, gemmis, petiolis foliisque novellis et paniculis floribusque pilis adpressis strigulosis; foliis petiolatis, pergamaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis apice obtusis v. leviter obtuse acuminatis, basi subcuneatis, adultis supra nitidis, glaberrimis, impresso-, impellucido-punctatis, subtus glabratis, pallidioribus, nigrescenti-glandulosis, tenuiter reticulato-venosis, subarcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis infimis lateralibus, basi nudis, reliquis axillaribus et subterminalibus, folio brevioribus; lobis calycinis 3—5 ovatis, obtusis, fimbriato-ciliatis.

Myrtus collina Mart. Herb.

Eugenia collina DC. Prodr. III. 281.

Rami teretiusculi, exophloeo soluto laeves, pallide cinerei, novelli brunnei, compressi. Folia opposita; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 17—30‴ lg., 6 — 13‴ lt., siccata supra fusco-atra, interdum obovato-oblonga, margine fuscescenti-limbato, pellucido; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, utroque latere circiter 12 venulisque interjectis tenuioribus ramulosis supra vix manifestis subtus prominulis. Paniculae ¾—1½″ lg., infimae e basi ramuli novelli, spurie extraaxillares, superiores interdum deficientes, compressae plerumque decompositae, ramis infimis divaricatis, 3 — 7-floris. Alabastra turbinata, 1½‴ lg., bracteolis stipantibus deciduis. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum productum ibique intus puberulum, in calycem 3- v. 5-lobum abiens, lobis utrinque sericeis, ½‴ lg. Petala 3—5, subrotunda, extus sericea, ciliolata, 1‴ lt. Stamina petalis paullo longiora. Stylus ¾—1½‴ lg. (v. in hb. Berol. Mart. Spreng. et Vindob.)

Habitat in collibus ex montium tractu in prov. Rio de Janeiro decurrentibus: M., Mikan, Sellow. Pl. Dryas.

36. AULOMYRCIA ANDROMEDOIDES Berg: ramulis foliisque subtus, paniculis et alabastris rubiginoso-tomentosis; foliis in petiolum attenuatis, obovato-oblongis, apice rotundatis, junioribus supra puberulis, pellucido-punctatis, adultis supra glabratis et nitidis, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio triente v. duplo longioribus; germine biloculari; bacca obovata, puberula, 1 — 2-sperma, lobis calycinis brevibus, ovatis, acutiusculis, erectis, utrinque tomentosis coronata. ♄

Myrcia andromedoides Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 232.

Rami teretiusculi, glabrati. Folia opposita, adulta subtus saepe albido-tomentosa, subimpunctata; petiolo 1‴ lg.; lamina 9 — 15‴ lg., 4—7‴ lt.; nervo subtus prominulo; venis subtus vix manifestis, supra reticulatis. Flores in ramulis sessiles v. breviter pedicellati, bracteolis stipantibus deciduis. Germen apice tomentosum. Lobi calycini 5, ¾‴ lg. Petala 5, obovato-rotundata, concava, glabra, 1½‴ lg. Stamina petalis paullo longiora. Stylus stamina paullo superans. Bacca 2½—3‴ lg., nigra. Seminis testa membranacea. Embryo generis. (Camb.) †

In dumetis sabulosis, vulgo Carrascos, montis Serra Negra, prov. Minas Geraës, fructificat Martio: St. Hilaire. Pl. Oreas.

37. AULOMYRCIA RUBELLA Berg: ramis glabriusculis; foliis brevissime petiolatis, ellipticis, interdum ovatis v. obovatis, obtusis, basi attenuatis, glabris, sub lente utrinque glandulis inspersis, venosis, limbinerviis; paniculis folio duplo longioribus, multifloris; floribus pedicellatis; germine glanduloso-lepidoto, biloculari; lobis calycinis ovato-rotundis, subaequalibus, demum reflexis.

Myrcia rubella Camb. in St. Hilaire Fl. Br. merid. II. 227. t. 144.

Frutex ½ — 2-pedalis, ramosus; rami glabri, glandulosi, inferne teretes et grisei, superne obsolete sulcati. Folia opposita, utrinque gradatim angustata, apice rotundata, subopaca; petiolo ½—1‴ lg., crassiusculo; lamina 1—2″ lg., 6—12‴ lt.; nervo medio subtus prominente; venis venulisque reticulatis utrinque prominulis. Paniculae axillares et subterminales. Flores laxi, pedicellati; pedicelli filiformes, rubelli. Alabastra 1″ lg., bracteolis 2, lineari-subulatis, 1‴ lg., glabris stipati, sub calyce haud constricta. Calycis lobi 5 primum erecti. Petala 5, calyce duplo longiora, obovato-rotundata, concava, pellucido-punctata, glabra, demum reflexa. Stamina petalis paullo breviora. Stylus stamina aequans. † Variat:

α. glabra: ramis glabris; lobis calycinis eciliatis.

β. puberula: ramis rubellis, apice puberulis; lobis calycinis ciliatis.

Habitat: α. in campis partis australis prov. Goyaz, floret Augusto; β. in montibus vulgo Serra dos Pyreneos ejusdem prov., floret Junio: St. Hilaire. Pl. Oreas. Pitanga miuda incolarum.

38. AULOMYRCIA CAMBESSEDEANA Berg: glabra; foliis petiolatis, obovatis, cuneatis, apice rotundatis, subopacis, venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, multifloris, folio paullo longioribus; germine biloculari; calycis glabri lobis rotundatis, inaequalibus, demum reflexis.

Myrcia exsucca Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 226. nec DC.

Frutex magnus; rami teretes, novelli sulcato-angulosi. Folia opposita, margine revoluta, subtus pallida; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 2—2½″ lg., 12—15‴ lt.; nervo supra impresso, subtus prominente; venis utrinque prominulis. Paniculae laxiflorae. Alabastra 1‴ lg., bracteolis 2, linearibus, deciduis stipata. Germen 4-ovulatum, apice glabrum. Petala 5, sepalis duplo longiora, obovato-rotundata, concava, glabra, demum reflexa. Stamina petala superantia. Stylus stamina paullo superans. (Camb.) †

In dumetis, vulgo Carrascos, montis Serra Negra: St. Hilaire; nec non in pascuis montis Serra do Caraça prov. Minas Geraës: Laruotte; floret Martio. Pl. Oreas.

39. AULOMYRCIA CORYMBOSA Berg: ramulis paniculisque rarissime sparsissimeque pilosiusculis; foliis petiolatis, chartaceis, ovato- v. ovali-oblongis, basi breviter acutis, apice obtusiuscule acuminatis, glabris, impellucido-punctatis, subnitidis, subtus reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis gracilibus, divaricatis, multifloris, ex infimo nodo ramuli annotini, terminalis, sub apice bifoliati oppositis, basi bractea fultis v. nudis, ceterum ebracteatis; alabastris minutis, glabris; germine biloculari; lobis calycinis brevissimis, ciliolatis, 3 minoribus acutis, 2 majoribus obtusis. ♄

Myrcia corymbosa DC. Prodr. III. 252.

Rami teretiusculi, exophloeo soluto badii; ramuli compressi. Folia opposita, siccata badia; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 29—48‴ lg., 4—17‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis subpatulis, tenuibus, supra demum oblitteratis, subtus venulisque reticulatis prominulis. Paniculae 1—2½″ lg., badiae. Alabastra ¾‴ lg., bracteolis stipantibus valde caducis. (v. in hb. Monac.) — Differt ab *A. lauriflora:* foliis nec obversis, nec basi angustatis, sed longius acuminatis, haud impresso-punctatis.

Habitat ad flumen Rio Japurá, prov. Solimões: M. Pl. Najas.

40. AULOMYRCIA AMAZONICA Berg: ramulis paniculisque adpresse brunneo-pubescentibus; foliis petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis v. oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi acutis, glabris, nitidis, obscure pellucido-punctatis, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus, folio brevioribus; bacca subglobosa, 1—4-sperma, glabra, lobis calycinis 5, brevissimis, patentibus coronata.

Myrtus amazonica Mart. Herb.

Myrcia amazonica DC. Prodr. III. 250.

Arbor 40-pedalis; rami teretiusculi, laeves, glabri; ramuli subtetragoni. Folia opposita, siccata supra fusco-atra, subtus hepatica; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 25—39‴ lg., 8—16‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus prominente; venis plurimis, tenuibus, subpatulis venulisque reticulatis, tenuioribus supra parum manifestis, subtus prominulis. Paniculae 20—30‴ lg., decompositae. Baccae depresso-globosae, v. 2-, 3-, 4-sulcatae, 3—4‴ diametro, disco angusto, concavo sepalisque ¼‴ lg. coronatae. Semen varie compressum, reniforme, testa pallida, nitida, cartilaginea obtectum. Embryo generis. (v. in hb. Monac.)

Habitat in ripa fluminis Amazonas: M. Pl. Najas.

41. AULOMYRCIA MACROCARPA Berg: glabra; foliis breviter petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice leviter obtuse acuminatis, basi breviter acutis, novellis utrinque pilis raris, sparsis obtectis, mox glabris, obscure et parce pellucido-punctatis, supra lucidis, tenuiter reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis lateralibus, 3-pliciter ramosis; bacca depresso-globosa lobis calycinis brevibus, obtusis coronata, disperma. ♄

Myrcia macrocarpa DC. Prodr. III. 249.

Rami tereti-compressi, albidi, glabri, novelli ad fructescentiae tempus desunt. Folia opposita; petiolo 2‴ lg.; lamina 3—4″ lg., 13—20‴ lt.; nervo medio supra parum prominente, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis venulisque reticulatis utrinque parum prominulis. Paniculae 3—4″ lg., glabrae, verrucosae, ex nodis ramorum, basi nudae. Bacca 8‴ lata, disco concavo calyceque coronata. Semen 5‴ latum, reniforme, testa cartilaginea, pallida, lucida obtectum. (v. fructif. in hb. Monac.)

Habitat in monte Fermozo prov. Rio de Janeiro, fructificat Decembri: M. Pl. Dryas.

42. AULOMYRCIA PARAENSIS Berg: innovationibus albido-villosis; foliis petiolatis, rigide coriaceis, ovate v. ovato-oblongis, longiuscule et recurvato-acuminatis, basi obtusatis v. breviter acutis, discoloribus, mox glabris, supra et novellis obsolete impresso-punctatis obsoleteque impresso-venosis, sublongiori a margine distantia limbinerviis, subtus obsoletissime reticulato-venosis, minute fusco-glandulosis; paniculis pyramidatis, multifloris, ex infimis nodis ramorum novellorum abbreviatorum; floribus minimis, glabris; germine biloculari; lobis calycinis brevissimis, rotundatis, ciliolatis. ♄

Rami tereti-4-goni, exophloeo atro delapso cano-rufi; ramuli compressi, picei; novelli 2—4‴ lg., gemma terminati, albido-adpresse villosi. Folia opposita, supra hepatica, subtus fuscescentia; petiolo 2—2½‴ lg.; lamina 22—32‴ lg., 8—13‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis tenuissimis, subpatulis, supra impressis, subtus oblitteratis; venulis interjectis reticulatis, supra haud visibilibus, subtus parum prominulis, demum obsoletis. Paniculae 1½—2½″ lg., 3-pliciter ramosae; rhachi compressa, pilosiuscula. Alabastra cylindrico-turbinata, ½‴ lg., bracteolis subulatis, caducis stipata. Germen 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5. Petala 5, subrotunda, glabra, reflexa, ½‴ lt. Stamina stylusque 1‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Maxime affinis *A. Hostmannianae, A. Spruceanae* et *A. Mathewsianae,* sed distincta: foliis ovato- v. ovate oblongis, longiuscule recurvato-acuminatis, ab initio rigidis et supra impresso-punctatis impressoque venosis, glabriusculis, nec primum chartaceis, utrinque elevato-reticulatis; paniculis e ramis novellis perbrevibus, gemma terminatis; floribus minimis glabris.

Habitat in vicinia urbis Santarem, prov. Pará, floret Augusto: R. Spruce n. 824. (Myrcia, 13.) Pl. Najas.

43. AULOMYRCIA SPRUCEANA Berg: ramulis foliisque novellis et paniculis adpresse pilosis; foliis petiolatis, coriaceis, ovato-oblongis, basi obtusis, apice obtuse leviterque acuminatis, junioribus obsolete pellucido-punctatis, utrinque elevato-reticulatis, arcuatim duplicato-limbinerviis, adultis discoloribus, glabris, supra impresso-punctatis impressoque venosis, subtus minute fusco-glandulosis; paniculis pyramidatis, amplis, multifloris, ex infimo nodo ramuli novelli oriundis, oppositis, bractea foliacea fultis; germine biloculari, glabro; lobis calycinis brevibus, inaequalibus, obtusis, ciliolatis, extus glabris, intus sericeis, demum reflexis. ♄

Rami obtuse 4-goni, exophloeo badio delapso glabri, furfuraceo-rufi; novelli compressi, brunnei. Folia opposita, juniora concoloria, siccata, obscura, utrinque pilis raris sparsisque obsita, nitidula, adulta rigidiora, supra hepatica, subtus rufa; petiolo canaliculato, demum glabro, 2—2½‴ lg.; lamina 2—4″ lg., 11—21‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis patulis, utrinque prominentibus, demum supra impressis; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis, demum utrinque praesertim supra oblitteratis. Paniculae 3—7″ lg., compressae, 3—4-pliciter ramosae. Alabastra turbinata, glabra, ¾‴ lg., bracteolis

stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5, maximum $^1/_4$‴ lg. Petala 5, subrotunda, glabra, reflexa, $^3/_4$‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus glaber, 2‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Maxime affinis *A. Mathewsianae*, sed distincta: foliis obtusius acuminatis, adultis discoloribus, impresso-punctatis; germine glabro; lobis calycinis obtusis; ab *A. Hostmanniana* differt: foliis ovato-, nec ovali-oblongis, basi obtusis, demum supra exacte impresso-punctatis.

Habitat in vicinia urbis Barra do Rio Negro in prov. do alto Amazonas, floret Aprili: R. Spruce. (Myrcia, 16.) Pl. Najas.

44. AULOMYRCIA CUPREA Berg: ramulis foliisque subtus, paniculis et alabastris pilis cupreis, demum expallentibus dense et nitide sericeis; foliis longiuscule petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis v. oblongis, utrinque angustatis, apice obtusiuscule acuminatis, discoloribus, supra cano-sericeis, demum subglabratis, subimpresso-, impellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; paniculis subterminalibus et axillaribus, 1—2-nis, racemosis v. cymosis, folium subaequantibus; germine biloculari; lobis calycinis brevibus, ovatis, acutiusculis, utrinque sericeis. ♄

Ramuli compressi. Folia siccata supra fusco-atra; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 20—32‴ lg., 8—13‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, supra demum impressis, subtus prominulis. Paniculae 12—26″ lg., racemosae, laxiflorae, ramis infimis abbreviatis, paucifloris, rarius cymosae. Alabastra cylindrico-turbinata, 1‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco tubuloso-concavo, glabro terminatum. Lobi 5 calycini subaequales. Petala 5, rotunda, extus minutissime sericea. Stylus glaber, $1^1/_2$‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in littore fluminis Amazonas prope Colares, floret Majo: Pöppig n. 2937. Pl. Najas.

45. AULOMYRCIA DETERGENS Berg: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis et germinibus rubiginoso-puberulis; foliis petiolatis, coriaceis, ovato-oblongis, apice recurvatis, obtuse acuminatis, basi acutis, adultis glabris, supra nitidis, impresso-, impellucido-punctatis, obsolete venosis, subtus reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, multifloris, pyramidatis; germine biloculari; lobis calycinis inaequalibus, reflexis, utrinque puberulis, ciliolatis, exterioribus minutis, acutis, interioribus majoribus, ovatis, obtusis. ♄ Variat:

α. dives: paniculis axillaribus et subterminalibus, acutis, ad thyrsum terminalem, foliis longiorem dispositis.

Rami glabri; ramuli compressi. Folia subtus pallidiora; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 26—37‴ lg., 10—18‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis, supra vix manifestis, subtus venulisque reticulatis prominulis. Paniculae 3—4″ lg., 3—4-pliciter ramosae, interdum geminae v. ex infimo nodo ramuli bifolii axillares, solitariae, tunc basi nudae. Alabastra obovata, 1‴ lg., puberula, bracteolis stipantibus caducis. Hypanthium supra germen 4-ovulatum, vertice glabrum productum, in calycem inaequaliter 5-lobum abiens, lobis 2 interioribus majoribus, fere $^1/_2$‴ lg. Petala 5, subrotunda, minute ciliolata, $^3/_4$‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus 2‴ lg., glaber. (v. in hb. Berol.)

β. depauperata: paniculis axillaribus v. lateralibus, abbreviatis, rufo-velutinis 15—18‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Myrcia detergens Miq. in Linnaea XXII. 795.

Habitat prope urbem Jacobina, in provincia Bahia: Blanchet α. n. 3442., β. n. 3585. Pl. Oreas.

46. AULOMYRCIA POLYMORPHA Berg: ramulis paniculisque ferrugineo-velutinis; foliis breviter petiolatis v. subsessilibus, adultis coriaceis, rotundo-ovatis, ovatis v. oblongo-ovatis, basi obtusis v. breviter acutis, apicem versus gradatim obtuse acutatis v. acuminatis, rarius obtusis, novellis pellucido-punctatis, pilis raris, sparsis obsitis, adultis glabris, opacis, caerulescenti-fuscis, supra obsolete venosis, subtus manifestius reticulato-venosis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; paniculis multifloris, ex infimis nodis ramuli novelli plus minusve contracti, terminalis, rarius axillaris, basi bractea fultis v. nudis, saepissime fasciculatis; floribus minutis; germine biloculari; lobis calycinis valde inaequalibus, reflexis, ciliolatis, 2 majoribus subpetaloideis, rotundatis, 5to minimo acutiusculo; staminibus paucis. Variat:

α. duriuscula: foliis breviter petiolatis, rotundo-ovatis, basi rotundatis, apicem versus obtuse angustatis v. leviter acuminatis, rarius obtusis, novellis ciliatis; paniculis abbreviatis, densis, folio paullo longioribus.

Myrcia duriuscula DC. Prodr. III. 253.

Petiolus 1—2‴ lg.; lamina folii 19—23‴ lg., $8^1/_2$—20‴ lt.; venis demum supra impressis; paniculae 14—19″ lg.; alabastra $^3/_4$‴ lg. (v. in hb. Mart.)

β. lasiopus: foliis brevissime petiolatis, ovatis v. oblongo-ovatis, basi subcordatis, rotundatis v. breviter acutis, apicem versus angustatis et leviter obtuse acuminatis, supra saepissime creberrime elevatoque glandulosis, novellis subciliatis; paniculis elongatis v. abbreviatis, folio triente longioribus.

Eugenia Lasiopus Mart. Herb.
Myrcia Lasiopus DC. Prodr. III. 253.

Petiolus $^1/_2$—1‴ lg.; lamina folii 15—36‴ lg., 8—21‴ lt.; venis tandem parum impressis; paniculae 30—48‴ lg.; alabastra $^1/_2$‴ lg. (v. in hb. Mart. et Schlechtend.)

γ. leucophloea: ramis tenuibus, albis; foliis petiolatis, ovato-oblongis, basi obtusis v. breviter acutis, apicem versus gradatim angustatis, obtuse leviter acuminatis; paniculis abbreviatis, densifloris, folio brevioribus.

Myrtus leucophloea Mart. Herb.
Myrcia leucophloea DC. Prodr. III. 247.

Petiolus 1—2‴ lg., lamina folii 31—54‴ lg., 13—21‴ lt., nervo medio supra sulcato, venis tandem supra impressis; paniculae 1—$2^1/_2$‴ lg.; alabastra $^1/_2$‴ lg.

δ. decorticans: foliis breviter petiolatis, ovato-oblongis, basi obtusis v. breviter acutis, apicem versus gradatim angustatis, obtuse leviter acuminatis, novellis ciliolatis; paniculis elongatis, folio triente longioribus. (v. in hb. Mart.)

Myrtus decorticans Mart. Herb.
Myrcia decorticans DC. Prodr. III. 252.

Rami teretiusculi, laeves, albidi, glabri; novelli compressi. Folia novella chartacea, subglabrata, utrinque reticulato-venosa, elevato-punctata; petiolo 2‴ lg.; lamina 32—42‴ lg., 16—19‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, subpatulis, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis utrinque vix visibilibus. Paniculae 3—4″ lg., tripliciter ramosae, laxiflorae. Alabastra 1‴ lg., glabra; bracteolis stipantibus caducis. Germen loculis biovulatis. Lobi calycini majores $^1/_2$‴ lg. Petala 5, subrotunda v. obovata, apice denticulata v. ciliolata, $^3/_4$‴ lg. Stamina 2‴ lg., circiter 20. Stylus $2^1/_2$‴ lg.

Habitat: α. in interioribus prov. Bahia; β. in desertis prope S. Anna das Queimadas: M.: et in collibus ejusdem provinciae: Salzmann; nec non in campis prov. Minas Geraës: M.; γ. in silvis ad Sincorà prov. Bahiensis, floret Novembri; δ. in collibus silvaticis ad Cachoeira ejusd. prov., floret Decembri — Januario: M. Pl. Hamadryas.

4. Perforatae. Folia plerumque membranacea, demum chartacea, creberrime pellucido-punctata. Paniculae axillares et subterminales. Germen biloculare.

47. AULOMYRCIA PERTUSA Berg: gemmis foliisque novellis subtus et germinibus cano-sericeis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, oblongo-lanceolatis, basi obtusis, apicem versus gradatim angustatis, acute acuminatis, pellucido-punctatis, supra nitidis, impresso-, plicato-costatis, tenuiter reticulatis, limbinerviis, marginem versus bullatis, subtus pallidioribus, approximato-, elevato-costatis; paniculis axillaribus et subterminalibus, verrucosis, puberulis, folio brevioribus, paucifloris; germine biloculari; lobis calycinis brevissimis, rotundatis, puberulis, ciliolatis. ♄

Myrcia pertusa DC. Prodr. III. 251.

Rami subtetragoni, albidi, creberrime fusco-punctati; novelli compressi, verrucosi, pilosiusculi. Folia petiolo 1‴ lg.; lamina 26—54‴ lg., 8—16‴ lt.; nervo medio venisque erecto-patulis, supra valde impressis, subtus elevatis; venulis interjectis tenuissimis, reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae 1½—2″ lg., 2—3-pliciter ramosae; ramis bractea lanceolato-lineari, acuta fultis. Alabastra 1½‴ lg., bracteolis 2, linearibus, ¾—1‴ lg. stipata. Germen 4-ovulatum. (v. in hb. Monac.)

Habitat in silvis ripariis ad urbem Ega prov. do alto Amazonas: M. Pl. Najas.

48. AULOMYRCIA COSTATA Berg: ramulis petiolisque novellis paniculis et alabastris minutissime puberulis; foliis petiolatis, membranaceis, lanceolatis v. oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis, basi acutis, apicem versus gradatim obtusiuscule acuminatis, glabris, crebro pellucido-punctatis, opacis, remote supra impresso-costatis, tenuiter reticulatis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, summis folio longioribus, inferioribus brevioribus, strictis, multifloris; germine biloculari; lobis calycinis brevibus, rotundatis, puberulis, ciliolatis. ♄

Folium: Tabula nostra II. Fig. 36.

Rami tenues, stricti, novelli compressi, parum glandulosi. Folia pallide cano-virentia; petiolo 2‴ lg., setis stipularibus aucto; lamina 24—54‴ lg., 6—13‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis patulis v. subdivaricatis supra subimpressis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae 2—4-pliciter ramosae, 3—4″ lg., bracteis caducis. Alabastra 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco sericeo, concavo terminatum. Lobi calycini 5, majores ½‴ lg. Petala 5, subrotunda, dorso minute sericea, ciliolata, 1½‴ lg. Stamina 2—3‴ lg. Stylus stamina aequans. (v. in hb. Vindob. Berol. et Zuccar.)

Maxime affinis *A. pertusae*, sed diversa: glandulis obsoletis in ramulis et paniculis; foliis membranaceis, basi acutis, opacis, remote vix plicato-costatis; paniculis elongatis, strictis, summis folio longioribus.

Habitat in Brasilia meridionali: Pohl n. 1090.

?

49. AULOMYRCIA GAROPABENSIS Berg: ramis glabratis; foliis petiolatis, ellipticis, utrinque gradatim angustatis, raro obovato-ellipticis, supra glabriusculis, subtus puberulis, pellucido-punctatis, venosis; paniculis axillaribus, folium aequantibus vel superantibus, paucifloris, puberulis; bacca globosa, glabra, 1-sperma, lobis calycinis, ovato-rotundatis, erectis, puberulis coronata.

Myrcia Garopabensis Camb. in St. Hilaire Fl. Br. merid. II. 232.

Frutex 8-pedalis; rami teretes, novelli subtetragoni. Folia margine revoluta; petiolo 1‴ lg.; lamina 10—14‴ lg., 4—6‴ lt.; nervo subtus prominulo, venis vix manifestis. Bacca ribe rubro paullo major, nigra, nitida. Semen globosum, testa membranacea obtectum. Embryo generis. (Camb.) † — Ab *A. microcarpa* differt: foliis minus elongatis, paniculis paucifloris, minus ramosis, fructibus duplo majoribus, seminibus rufescentibus, nec brunneis. (Camb.)

Prope Armaçao de Garopába in prov. S. Catharinae, fructificat Majo: St. Hilaire. Pl. Napaea.

50. AULOMYRCIA BUXIFOLIA Berg: ramulis novellis paniculisque plus minusve pubescentibus; foliis breviter petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis v. ovalibus, utrinque obtusis, novellis subtus pilis adpressis obtectis, mox glabris, creberrime pellucido-punctatis, supra nitidis, tenuiter reticulato-venosis, sublongiori a margine distantia limbinerviis, paniculis axillaribus, folio longioribus v. lateralibus; floribus glabris; germine biloculari, lobis calycinis brevibus rotundatis, intus sericeis, ciliolatis. ♄ Variat:

α. elliptica: indumento pubescente, patente; foliis ovali-oblongis; paniculis elongatis, plurifloris.

Rami teretiusculi, exophloeo delapso rufi, glabri; ramuli subtetragoni, novelli brunnei. Folia basi saepe oblique truncata, subtus pallida; petiolo ½—¾‴ lg.; lamina 5—15‴ lg., 2½—7½‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis tenuibus, suberecto-patulis venulisque interjectis, tenuioribus, reticulatis utrinque prominulis. Paniculae 1—2″ lg., graciles, floribus omnibus pedicellatis, glabris. Alabastra 1½‴ lg., bracteolis 2, linearibus, apice ciliatis, ½‴ lg. stipata. Germen 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5, patuli. Petala 5, subrotunda, glabra, 1‴ lg. Stamina petala subaequantia. Stylus ¾‴ lg. (v. in hb. Mart.)

β. ovalis: indumento puberulo, subadpresso; foliis ovalibus, discoloribus; paniculis abbreviatis, paucifloris.

Folium: Tabula nostra II. Fig. 32.

Folia 4—11‴ lg., 2½—7‴ lt., supra atrovirentia, subtus fere aurea. Paniculae 8—13‴ lg. Alabastra 1‴ lg.; flores minores. (v. in hb. Zuccar. et Vindob.)

Differt ab *A. caerulescenti:* foliis brevius petiolatis, coriaceis, basi obtusis v. oblique truncatis, reticulato-venosis; lobis calycinis intus sericeis; ab *A. fusco-punctata:* indumento; foliis brevius petiolatis, basi obtusis; lobis calycinis ciliolatis.

Habitat in montibus Serra do Sucuriuh in Minas Novas: Pohl n. 1087., Sellow. Pl. Oreas.

51. AULOMYRCIA CAERULESCENS Berg: ramulis foliisque novellis et paniculis pubescentibus; foliis oppositis, rarius alternis, novellis membranaceis, ciliatis, adultis rigide chartaceis, glabris, ovali-oblongis, utrinque sensim angustatis, apice obtusis, basi in petiolum attenuatis, demum supra creberrime impresso-, pellucido-punctatis, discoloribus, venosis, limbinerviis; paniculis v. racemis axillaribus, folio longioribus, paucifloris; germine biloculari; lobis calycinis brevibus, rotundatis, ciliolatis, glabris. ♄

Rami teretiusculi, tenues, exophloeo delapso laeves, glabri; novelli compressi. Folia perennantia, siccata supra caerulescentia, laevigata, subtus fuscescentia; petiolo 1‴ lg.; lamina 9—25‴ lg., 4—13‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis ramulosis, subtus vix visibilibus. Paniculae racemosae, oppositae, 8—20‴ lg., in summis foliorum axillis immediate axillares, interdum geminae, in reliquis axillis ex ramulis novellis oriundae, tunc folio minuto fultae v. basi nudae. Alabastra turbinata, ¾‴ lg., bracteolis 2, subulatis, ciliatis, minimis, caducis stipata. Germinis loculi biovulati. Lobi 5 calycini erecti, tum reflexi. Petala 5, subrotunda, glabra, ¾‴ lg. Stamina ¾‴ lg. Stylus 1‴ lg. (v. in hb. Mart. et Vindob.)

Ab *A. Garopabensi* et *A. microcarpa* differt: calycibus glabris; ab *A. sphaerocarpa:* foliis angustato-obtusis; ab *A. alternifolia:* foliis nec emarginatis, rarius alternis.

Habitat ad praedium Jozé Gonzales in Minis Novis: Pohl n. 1028. 1081.: et in prov. Rio de Janeiro: Sevelow, Schott, Helmreichen. Pl. Oreas, Dryas.

52. AULOMYRCIA OVALIFOLIA Berg: ramulis paniculisque compressis, subtilissime puberulis; foliis petiolatis, adultis coriaceis, ovalibus v. oblongo-ovalibus, utrinque angustatis, apice breviter obtuseque acuminatis, basi acutis, demum glabris, utrinque minute fuscescenti-, vix v. impellucido-punctatis, supra nitidis, tenuiter venosis, sublongiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; paniculis depauperatis, lateralibus et axillaribus, folio longioribus; bacca globosa, glabra, 1—2-sperma, lobis calycinis brevibus, obtusis coronata.

Frutex 10-pedalis, rami teretiusculi, glabri. Folia subtus pallidiora, margine revoluta; petiolo $1^1/_2'''$ lg.; lamina 9—18‴ lg., 5—11‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis tenuibus, plurimis, approximatis, erecto-patulis, utrinque venulisque reticulatis, tenuioribus parum prominulis. Paniculae decompositae, 1—3″ lg., laterales ex infimo nodo ramuli annotini oriundae, basi nudae et axillares. Bacca 3‴ diametro, disco concavo, puberulo calyceque coronata. Semen testa cartilaginea, pallida, nitida obtectum. Embryo generis. (v. in hb. Berol.)

Ab *A. sphaerocarpa* differt: foliis rigidioribus, latioribus, vix v. impellucido-punctatis.

Frequens ad Porto-Alegre in prov. Rio Grande do Sul, fructificat Majo: Sellow. Pl. Napaea.

53. AULOMYRCIA MICROCARPA Berg: ramulis foliisque et paniculis brunneo-puberulis; foliis petiolatis, oblongis, utrinque gradatim angustatis, pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus, 1—2-nis, folio duplo longioribus; bacca globosa, glabra, 1—2-sperma, sepalis ovato-rotundatis, erectis, puberulis coronata.

Myrcia microcarpa Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 232.

Frutex $2^1/_2$-pedalis; rami teretes, subglabrati; novelli tetragoni. Folia 10—20‴ lg., 4—7‴ lt., margine revoluta; petiolo 2‴ lg.; nervo subtus prominulo; venis vix manifestis. Bacca ribe rubro minor, nitida, nigra. Seminis testa membranacea. Embryo generis. (Camb.) †

In campis prope Capivary in prov. S. Pauli, fructificat Decembri: St. Hilaire. Pl. Dryas.

54. AULOMYRCIA GLAUCESCENS Berg: ramulis foliisque novellis subtus et paniculis minute puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, ovalibus, utrinque angustatis, basi acutis, apice elongate obtuse acuminatis, glaucescentibus, glabris, creberrime obscure pellucido-punctatis, demum obsolete venosis, longiori a margine distantia limbinerviis; paniculis multifloris, folio longioribus, ad apicem ramorum paniculam amplam, foliis intermixtam formantibus; floribus glabris; germine biloculari; lobis calycinis brevissimis, rotundatis, eciliatis. Variat:

α. grandifolia: foliis majoribus, longius acuminatis; paniculа universali manifesta.

Frutex. Rami teretiusculi, glabri, rugosi; novelli compressi. Folia supra laevigata, subtus opaca; petiolo $1^1/_2$—2‴ lg.; lamina 1—2″ lg., 8—12‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis tenuissimis, erecto-patulis, utrinque venulisque reticulatis prominulis, mox oblitteratis. Paniculae ex ramis novellis oriundae, inferiores basi nudae, superiores axillares et subterminales, 1—3″ lg., 4-pliciter compositae, compressae. Alabastra glabra, $^3/_4'''$ lg.; bracteis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5. Petala 5, subrotunda, glabra, $^3/_4'''$ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus 1‴ lg. (v. in hb. Mart. Sonder. et Vindob.)

β. parvifolia: foliis minoribus, brevius acuminatis; paniculis ex infimis nodis ramulorum oriundis.

Folia 10—15‴ lg., 6—10‴ lt.; paniculae $1^1/_2$—3″ lg. (v. in hb. Berol. et Mart.)

Habitat: α. in prov. Rio de Janeiro: Pr. Neuwied, Schüch; β. ibidem: Houllet; et in insula S. Catharinae: Gaudichaud. Pl. Dryas.

55. AULOMYRCIA DIAPHANA Berg: glabra; foliis petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis, in acumen elongatum, lineare, obtusiusculum v. acutum attenuatis, basi acutis, sparse minuteque pellucido-punctatis, tenuiter reticulato-penninerviis, arcuatim duplicato-limbinerviis; venis venulisque pellucidis; paniculis subterminalibus 2—4, gracilibus, paucifloris, folio brevioribus v. longioribus; germine glabro, biloculari; lobis calycinis obtusis, ciliolatis, extus glabris, intus sericeis, demum reflexis. ♄

Ramosissima, dense foliosa, innovationibus ad florendi tempus deficientibus. Rami teretiusculi; ramuli compressi. Folia petiolo $1^1/_2'''$ lg.; lamina 16—23‴ lg., 9—11‴ lt.; nervo medio utrinque elevato; venis venulisque reticulatis, utrinque parum manifestis. Hypanthium supra germen 4-ovulatum valde productum. Lobi 5 calycini subrotundi. Petala 5, orbicularia, glabra, $^5/_4'''$ lg. Stylus basi puberulus, 2‴ lg., in floribus defloratis adhuc praesens. (v. in hb. Berol.)

Ab *A. ellipticifolia* differt: glabritie; foliis elongato-acuminatis, sparse punctatis; sepalis intus sericeis.

Habitat ad villam Ypanema in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

56. AULOMYRCIA POLYANTHA Berg: ramulis novellis pilis raris, sparsis obtectis; foliis petiolatis, membranaceis v. coriaceis, ovato-oblongis, basi obtusis, apicem versus recurvatis, obtuse longiuscule acuminatis, supra nitidis, utrinque glabris, creberrime impresso-, pellucido- v. impellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis 2—8-nis, aggregatis, e ramis perbrevibus, axillaribus v. subterminalibus oriundis, basi bractea fultis, glabris; floribus glabris; germine biloculari; lobis calycinis brevibus, rotundatis, ciliolatis. ♄ Variat:

α. coriacea: foliis coriaceis, obsolete pellucido-punctatis; paniculis congestis; floribus majoribus.

Myrtus polyantha Mart. Herb.
Myrcia polyantha DC. Prodr. III. 252. nec 255.

Rami obsolete 4-goni, exphloeo secedente delapso rufi; novelli mox glabri. Folia novella viridia, subtus pallidiora, adulta fuscescentia, impellucido-punctata; petiolo $1^1/_2'''$ lg.; lamina 1—$2^1/_4$″ lg., 7—12‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis tenuibus, patulis, utrinque venulisque reticulatis parum prominulis, demum oblitteratis. Paniculae oppositae, decompositae, 7—22‴ lg., basi bractea ovata, strigosa, $^1/_2$—$^3/_4'''$ lg. fultae, e rhachi brevissima, interdum ad ramum foliatum excrescente oriundae. Alabastra turbinata, 1‴ lg., bracteolis 2, linearibus, $^1/_2'''$ lg., caducis stipata. Germen 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Calyx demum circulariter circumscissus, lobis 5, intus sericeis. Petala 5, subrotunda, glabra, $^3/_4'''$ lg. Stamina $^5/_4'''$ lg. Stylus medio inflexus, $1^1/_2'''$ lg. (v. in hb. Monac., Zuccar. et Sonder.)

β. membranacea: foliis membranaceis, creberrime pellucido-punctatis; paniculis congestis v. ad basin ramulorum annotinorum oppositis; floribus majoribus. (v. in hb. Mart.)

γ. parviflora: foliis membranaceis, creberrime pellucido-punctatis; paniculis supradecompositis, lateralibus, rarius axillaribus; floribus minimis.

Folia petiolo 2‴ lg.; lamina 18—32‴ lg., 9—14‴ lt. Paniculae 2—2¾″ lg. Alabastra ⅓—½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Bahia: α. et β. in campestribus apricis supra granitiden, prope S. Anna in desertis, floret Januario: M.; γ. inter urbes Vittoria et Bahia: Sellow. Pl. Hamadryas.

57. AULOMYRCIA PERFORATA Berg: ramulis foliisque novellis ad petiolum nervumque medium subtus et marginem pubescentibus; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis, obtuse acutatis v. leviter acuminatis, basi acutis, glabris, subtus glaucis, creberrime pellucido-punctatis, tenuiter reticulato-venosis, demum obsolete venosis, longiori a margine distantia limbinerviis; paniculis elongatis, strictis, puberulis, folio longioribus; floribus glabris; germine biloculari; lobis calycinis rotundatis, ciliolatis.

Frutex 10—15-pedalis; rami obsolete tetragoni; novelli compressi. Folia lamina 20—30‴ lg., 8—11‴ lt.; petiolo 2—3‴ lg.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuissimis; erecto-patulis venulisque interjectis reticulatis utrinque parum prominulis, demum oblitteratis. Paniculae 3-pliciter ramosae, 2—3½″ lg., laterales basi nudae v. bractea fultae et subterminales. Flores ultimi terni; centrali sessili, lateralibus pedicellatis. Alabastra 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5, glabri. Petala 5, subrotunda, glabra, 1‴ lg. Stamina stylusque petala subaequantia. (v. in hb. Berol.)

Differt ab *A. glauca:* foliis creberrime pellucido-punctatis, acuminatis; paniculis folium excedentibus; hypanthiis utrinque glabris; ab *A. elliptica:* foliis longius petiolatis, rigidioribus, subtus glaucescentibus, obtusioribus; paniculis elongatis, strictis.

Habitat in prov. S. Pauli et Rio Grande do Sul, nec non in civitate Montevideo, floret Octobri: Sellow. Pl. Oreas et Napaea.

58. AULOMYRCIA CAMARAEANA Berg: glabra; foliis longiusculo petiolatis, adultis, coriaceis, ovato-oblongis, apicem versus recurvatis, obtuse lateque leviter acuminatis, basi breviter acutis ibique margine revolutis, creberrime pellucido-punctatis, supra nitidulis, vix venosis, sublongiori a margine distantia limbinerviis, subtus pallidioribus; paniculis rarius subaxillaribus, saepissime in ramo novello lateralibus; bacca globosa, lobis calycinis brevissimis, obtusissimis, patentibus discoque coronata, 1—3-sperma. ♄

Myrtus Camaraeana Mart. Herb.
Myrcia Camaraeana DC. Prodr. III. 251.

Rami teretiusculi, exophloeo secedente; ramuli compressi, pallidi, fusco-glandulosi. Folia juniora chartacea, omnia supra obscure viridia laevigata, subtus pallidiora, opaca, acumine lato, rotundato plus minusve elongato; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 1½—2½″ lg., 8—14‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis tenuissimis, erecto-patulis, distantibus, utrinque vix manifestis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, supra haud visibilibus, subtus sub lente conspicuis. Paniculae 1½—2½″ lg., 3-pliciter ramosae, ex infimis nodis ramuli annotini, interdum valde abbreviati, axillaris, basi nudae, rhachi ramisque divaricatis, compressis. Bacca 2‴ diametro, disco angusto, prominente calyceque minutissimo coronata. (v. in hb. Mart.)

Habitat in silvulis amoenis prope Va. de Cachoeira ad Engenho da Ponte, nec non in interioribus prov. Bahiensis: M. Pl. Hamadryas.

59. AULOMYRCIA CAESIA Berg: ramulis foliisque novellis ad nervum et marginem pubescentibus; foliis longe petiolatis, membranaceis, ovalibus v. ovato-oblongis, obtuse acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, glaucescentibus, glabris, creberrime pellucido-punctatis, reticulato-venosis, demum venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis lateralibus, basi nudis v. bractea fultis, gracilibus; germine biloculari; lobis calycinis membranaceis, brevibus, obtusis, ciliolatis. ♄

Rami teretes, exophloeo delapso glabri, rufi; ramuli tenues, compressi, novelli subochraceo-pubescentes. Folia pallida; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 16—26‴ lg., 6—12‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis venulisque reticulatis, utrinque parum prominulis, tandem supra oblitteratis. Paniculae glabrae, divaricato- 2—3-pliciter ramosae, ex infimis nodis rami novelli, 1½—2″ lg. Alabastra 1‴ lg., bracteolis 2, minimis, ciliatis, valde caducis stipata. Germen 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi 5 calycini reflexi, intus basin versus pilosiusculi. Petala 5, subrotunda, glabra, ¾‴ lg. Stamina stylusque 1‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Differt ab reliquis hujus sectionis speciebus: foliis longe petiolatis, tenuissimis, glaucescentibus, elongate obtuseque acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis; paniculis lateralibus gracilibus.

Habitat in prov. Piauhy: Gardner n. 2607. Pl. Hamadryas.

60. AULOMYRCIA GLAUCA Berg: ramulis paniculisque sulcato-angulosis et alabastris puberulis; foliis petiolatis, coriaceis, oblongis, utrinque angustatis, obtusis, glabris, opacis, glaucis, venosis; paniculis axillaribus, 1—2-nis, folium subaequantibus; germine biloculari; lobis calycinis 5, rotundatis, subaequalibus, ciliatis, erectis, intus dense pubescentibus.

Myrcia glauca Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 228. t. 145.

Frutex 4-pedalis, erectus, ramosus; rami teretiusculi, glabri. Folia 2″ lg., 9‴ lt.; petiolo 2‴ lg.; nervo medio subtus prominulo; venis vix manifestis. Alabastra 1‴ lg., bracteis 2, lanceolatis, acutis, 1½‴ lg. stipata. Germen apice glabrum. Petala 5, rotundata, concava, puberula, ciliolata, staminibusque sepala paullulum superantia. Stylus staminibus paullulum longior. (Camb.) †

In dumetis ad rivulos prope urbem Villa do Fanado, in parte prov. Minas Geraës, dicta Minas Novas, floret Majo: St. Hilaire. Pl. Oreas.

61. AULOMYRCIA PANICULARIS Berg: ramulis paniculisque, petiolis nervoque medio subtus foliorum superiorum minutissime puberulis; foliis breviter petiolatis, adultis coriaceis, ovalibus, utrinque angustatis, basi in petiolum attenuatis ibique revolutis, apice leviter obtuse acuminatis, concoloribus, glabris, utrinque nitidulis tenuiterque reticulato-venosis, sublongiori a margine distantia duplicato-limbinerviis, creberrime demum subimpellucido-punctatis; paniculis validis, longe pedunculatis, compressis, folio 2—3-plo longioribus, ramosissimis, multifloris; floribus glabris; germine biloculari; lobis calycinis brevissimis, latis, subtriangularibus, subinaequalibus, glabris. ♄

Rami compressiusculi, fusci; ramuli valde compressi. Folia utrinque viridia, superiora creberrime pellucido-punctata; petiolo vix 1‴ lg.; lamina 14—26‴ lg., 8—13½‴ lt.; nervo medio supra basin versus subimpresso, subtus prominente; venis subpatulis, approximatis, tenuissimis venulisque reticulatis utrinque prominulis. Paniculae 3—5″ lg., valde compressae, 4—5-pliciter ramosae; rhachi communi ad ramificationem infimam usque longitudine foliorum. Alabastra obovata, ¾‴ lg., omnia pedicellata; bracteolis stipantibus valde caducis. Germen 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5, in alabastro margine albo-colorati, majores fere ¼‴ lg. Petala 5, suborbicularia, glabra, apice denticulata, ¾‴ lt. Stamina petala subaequantia. Stylus ¾‴ lg., glaber. (v. in hb. Berol.)

Differt ab *A. Camaraeana:* foliis brevius petiolatis, ovalibus, haud apicem versus recurvatis, reticulato-venosis, utrinque nitidulis, concoloribus; paniculis axillaribus, elongatis, ramosissimis.

Habitat ad S. Anna prov. Rio de Janeiro, floret Decembri: Beyrich. Pl. Dryas.

62. AULOMYRCIA GOYAZENSIS Berg: glabra; foliis breviter petiolatis, membranaceis, demum subchartaceis, oblongis v. elliptico-oblongis, utrinque angustato-obtusis, creberrime pellucido-punctatis, subtus pallidioribus, reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis 1—2-nis, lateralibus v. axillaribus, folio longioribus, strictis, multifloris; germine biloculari; lobis calycinis rotundatis, eciliatis, extus glabris, intus minute sericeis. ♄

Rami teretiusculi, novelli compressi. Folia opposita, interdum alterna; petiolo $^1/_2$—1‴ lg.; lamina 1—2″ lg., $^1/_2$—1″ lt.; nervo medio supra vix prominente, subtus elevato; venis venulisque reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae 2—3″ lg. Alabastra obovata, glabra, fere 2‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi 5 calycini breves. Petala 5, suborbicularia, glabra, 1‴ lg. Stamina $1^1/_2$‴ lg. Stylus fere 2‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Differt ab *A. perforata* et *sphaerocarpa:* glabritie; foliis tenuioribus, latioribus, utrinque angustato-obtusis, viridibus; calyce eciliato.

Habitat in prov. Goyaz: Sellow, Gardner n. 3184. Pl. Oreas.

63. AULOMYRCIA SPHAEROCARPA Berg: ramulis paniculisque puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, demum rigidioribus, lanceolatis, oblongis v. elliptico-oblongis, utrinque angustatis, apice obtuse v. obtusiuscule acuminatis, basi acutis, rarius obtusis, novellis ciliatis, demum glaberrimis, creberrime pellucido-punctatis, subconcoloribus, utrinque tenuiter reticulato-venosis, saepe duplicato-limbinerviis; pedunculis paniculatis, rarius racemosis v. 3-floris, lateralibus et axillaribus, plerumque folio longioribus; germine biloculari, glabro; bacca globosa, 1—4-sperma, lobis calycinis inaequalibus rotundatis, ciliolatis, intus sericeis coronata. — Species maxime polymorpha, variat:

α. gracilis *Bg.* foliis parvis, elliptico-oblongis, basi in petiolum attenuatis, apice breviter obtusiuscule v. obtuse leviter acuminatis.

Myrcia sphaerocarpa DC. Prodr. III. 251.
Myrcia glauca Miq. in Linnaea XXII. 543.

Frutex 10-pedalis, ramosissimus; rami teretiusculi, rugosi, glabri, novelli compressi. Folia subtus pallidiora, nec glauca, novella subtus puberula; petiolo $1^1/_2$—2‴ lg.; lamina 7—14‴ lg., $3^1/_2$—7‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, venulisque tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis, demum supra oblitteratis. Paniculae plus minusve compositae, interdum geminae, 1—2″ lg. Alabastra $^5/_4$‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen undique glabrum, 4-ovulatum. Lobi 5 calycini demum reflexi. Petala 5, subrotunda, glabra, 1‴ lg. Stamina petalis paullulum longiora. Stylus $1^1/_2$‴ lg. Bacca glabra, margine libero hypanthii lobisque calycinis coronata, 2—3‴ diametro. Semina angulata, subreniformia, testa cartilaginea, pallida obtecta. Embryo generis. (v. in hb. Berol. Mart. Monac. Sonder. et Vind.) — Specimina Pohliana foliis rigidioribus obscurioribusque et paniculis magis coarctatis ab Sellowianis differunt.

β. arborescens *Bg.* foliis parvis, ovatis v. ovato-oblongis, leviter obtuse acuminatis, basi obtusis.

Arbuscula 10-pedalis; ramis laevissimis, albidis v. partim rufis; ramulis puberulis. Folia petiolo 1—2‴ lg.; lamina 10—20‴ lg., $^1/_2$—1″ lt. Paniculae 1—3″ lg. (v. in hb. Berol.)

γ. intermedia *Bg.* foliis majoribus, lanceolatis, oblongis v. elliptico-oblongis, basi in petiolum angustatis, apice longiuscule obtusiusculeque v. acutiuscule acuminatis.

Folium: Tabula nostra II. Fig. 40.

Myrcia ellipticifolia Cambess. in St. Hil. Fl. Bras. merid. II. 224.

Frutex ramosus, 4-10-pedalis. Folia siccata viridia, nec glauca; petiolo $1^1/_2$—2‴ lg.; lamina 16—31‴ lg., 4—12‴ lt. Pedunculi racemosi v. paniculati, 1—3″ lg. (v. florif. in hb. Berol.)

δ. obtusata *Bg.* foliis majoribus, ovali-oblongis, basi in petiolum angustatis, apice obtuse angustatis v. late obtuseque plus minusve acuminatis.

Caulis frutescens v. arborescens, ramulis minute puberulis. Gemmae sericeo-strigosae. Folia viridia; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 10—28‴ lg., 4—13‴ lt. Paniculae 1—$2^1/_2$″ lg. Bacca 3‴ diametro. (v. in hb. Berol.)

ε. pauciflora *Bg.* ramulis petiolisque pubescentibus; foliis majoribus, ovate v. ovato-oblongis, elongate lateque obtuse acuminatis, basi breviter acutis; racemis 3—7-floris, folio 3—4-plo brevioribus.

Rami exophloeo albido delapso rufi. Folia petiolo 1‴ lg.; lamina 13—21‴ lg., 5—9‴ lt. Racemi 4—9‴ lg. (v. florif. in hb. Berol.)

ζ. complicata *Bg.* ramulis, petiolis pedunculisque sparse pilosis; foliis complicatis, ovato-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi breviter acutis; paniculis saepe geminis, pyramidatis, folio longioribus.

Ramuli laevissimi. Folia petiolo pubescente, 2‴ lg.; lamina 18—28‴ lg., 7—12‴ lt. Paniculae 1—$3^1/_2$″ lg. (v. in hb. Vindob.)

η. ovata *Bg.* ramulis foliisque pubescentibus, ovatis, obtuse recurvato-acuminatis, basi obtusis; paniculis basi pilosiusculis, folio longioribus.

Folia petiolo 2‴ lg.; lamina $1^1/_2$—2″ lg., 10—16‴ lt.; paniculae 14—26‴ lg. (v. florif. in hb. Vindob.)

A. caesia, glauca, glaucescens, perforata differunt ab specie praeposita: foliis glaucis; *A. goyazensis* et *A. multiflora:* glabritie ramulorum et inflorescentia, sepalis eciliatis diversae sunt; *A. diaphana:* glabritie, foliis lineari-acuminatis, sparse pellucido-punctatis, diaphano-venosis; *A. panicularis* differt: paniculis validis, ramosissimis; sepalis eciliatis; *A. Camaraeana* differt: glabritie, foliis longius petiolatis, adultis coriaceis, vix venosis; *A. ovalifolia:* foliis adultis coriaceis, utrinque aequaliter acuminatis, vix pellucido-punctatis, tenuissime venosis; *A. polyantha:* foliis supra impresso-punctatis; paniculis 2—8-nis, aggregatis.

Habitat: α. in vicinia urbis Santarem, prov. Pará, floret Martio: R. Spruce n. 822. (Myrcia 11.); in silvis caeduis prope Soteropolin et alibi prov. Bahia, fructificat Decembri: M.; ad Engenho do Padre Luiz Faria prov. Minas Geraës: Pohl n. 1089.; in prov. Minas Geraës: Dr. Regnell I. n. 138.; nec non in prov. Rio Grande do Sul: Sellow; et in Montevideo: Sellow; β. in prov. Rio Grande do Sul nec non in Montevideo: Sellow; γ. ad flumen Parahyba in prov. Rio de Janeiro, nec non in pascuis prope urbem S. Pauli: St. Hilaire; et ad urbem Castro in prov. S. Pauli, floret Novembri: Sellow; δ. ad villam Ypanema in eadem prov.: Sellow: ε. in prov. Céará: Gardner n. 1622.; ζ. ibidem: Gardner n. 1616.; η. in vicinia Santarem, prov. Pará, floret Augusto: R. Spruce n. 823. (Myrcia 12.); et in prov. Céará: Gardner n. 1620. Pl. Vaga.

64. AULOMYRCIA PALLIDA Berg: glabra; foliis subsessilibus, chartaceis, oblongo-ovalibus v. ovali-oblongis, interdum obversis, basin versus sensim angustatis, subcordato-truncatis, apice rotundatis v. rarius angustato-obtusis, pallidis, creberrime pellucido-punctatis, utrinque prominulo-reticulatis, sublongiore a margine distantia limbinerviis; paniculis gracilibus, axillaribus, folio longioribus, divaricato-ramosis, laxifloris; floribus ultimis ternis, centrali sessili v. subsessili; germine biloculari; lobis calycinis rotundatis, ciliolatis. ♄

Folium: Tabula nostra II. Fig. 37.

Rami incrassati, albidi, cortice crasso, intus brunneo obtecti, ligno rufescenti donati; ramuli exophloeo lamellatim secedente induti; novelli compressi, pallidi. Folia 17—28‴ lg., 9—13‴ lt.,

rarius ovato-oblonga; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato, apice haud excurrente, sed furcatim diviso; venis gracilibus, erecto-patulis, ante marginem arcuatim unitis venulisque interjectis reticulatis utrinque prominulis. Paniculae decompositae, 2—3″ lg., apice et ramis inferioribus 3-, rarius 5-floris, reliquis 1-floris, bractea oblonga, decidua fultis. Alabastra 1½‴ lg., obovata; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5, utrinque glabri, breves. Petala 5, rotunda, glabra, denticulata, 1½‴ lg. Stamina petala aequantia. Stylus staminibus paullo longior, glaber. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Ab *A. elaeodendra* differt: foliis subsessilibus, basi subcordato-truncatis apice obtusis; paniculis gracilioribus; floribus longius pedicellatis.

Habitat ad Arrayal Porto Real, in prov. Goyaz: Pohl n. 1061. Pl. Oreas.

5. Lateriflorae. Indumentum plus minusve canescenti-villosum. Folia juniora saepissime membranacea, demum rigidiora, minute v. impellucido-punctata. Paniculae ex ramis novellis, inferiores basi nudae v. bractea fultae, superiores saepe axillares. Alabastra cano-villosa, cylindrica v. clavata, minima. Germen biloculare.

65. AULOMYRCIA PIAUHIENSIS Berg: ramulis foliisque novellis, racemis et alabastris canescenti villosis; foliis petiolatis, annuis, ad florendi tempus haud adultis, membranaceis, ovato-oblongis, acuminatis, basi obtusis, minutissime pellucido-punctatis, venosis; racemis paucifloris, inferioribus bractea suffultis v. basi nudis, superioribus axillaribus, folio longioribus, erectis, demum pendulis; germine biloculari; lobis calycinis inaequalibus, extus strigosis, intus glabris, 2 exterioribus minoribus, acutiusculis, reliquis ovatis, obtusis. ♄

Rami graciles, teretiusculi, exophloeo delapso glabri; novelli compressi, basi squamis imbricatis instructi. Folia adulta ad florendi tempus desunt, novella tenuia, diaphana, pellucido-reticulata; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 5—14‴ lg., 2—5‴ lt. Racemi una cum foliis e gemma tegmentis obtecta egredientes, 1—2″ lg., graciles, apicem versus 5—7-floris; floribus breviter pedicellatis, bractea subulata, caduca stipatis. Alabastra obovata, 1‴ lg. Germen 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi 5 calycini membranacei, demum reflexi. Petala 5, rotundata, glabra, ciliolata, 1‴ lg. Stylus 2‴ lg., glaber. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in prov. Piauhy: Gardner n. 2611. Pl. Hamadryas.

66. AULOMYRCIA AUREO-LANATA Berg: ramulis, foliis ad marginem, nervum medium petiolumque, racemis alabastrisque pilis crispulis, aureis, intermixtis canis sublanatis; foliis petiolatis, annuis, rigidis, obverse oblongis, utrinque angustato-obtusis v. summis cuneatis, utrinque pilis raris aureis, crispulis inspersis et fusco-, impellucido-punctatis, tenuiter supra demum impresso-, subtus parum elevato-, reticulato-venosis, sublongiore a margine distantia subarcuatim limbinerviis; racemis simplicibus v. simpliciter paniculatis, paucifloris, ex infimis 1—2-nodis ramorum annotinorum, basi nudis v. squama fultis; germine biloculari; lobis calycinis membranaceis, deltoideis, acutiusculis, ciliatis, reflexis. ♄

Myrcia pilosa DC. Prodr. III. 253. pro parte.

Rami teretes, exophloeo lamellatim delapso rubiginosi, glabri; novelli compressi. Folia luteo-virentia, summa pallide pellucido-punctata; petiolo 2—2½‴ lg.; lamina 11—19‴ lg., 5—6‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis arrectis, supra parum prominulis, demum impressis, subtus prominentibus; venulisque interjectis pellucidis, reticulatis, supra vix manifestis, demum impressis, subtus prominulis. Racemi 8—24‴ lg., 3-flori aut simpliciter paniculati, pauciflori. Alabastra 1½‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, canescenti-villosum, supra disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini ¾‴ lg., inaequales, quinto obtuso. (v. in hb. Monac. et Sonder.) — Ab omnibus affinibus speciebus differt: indumento proprio; racemis simplicibus v. simpliciter paniculatis.

Habitat in Brasiliae mediterraneis: M.

67. AULOMYRCIA LANCEA Berg: ramulis foliisque utrinque et racemis pubescentibus; foliis petiolatis, oppositis, rarius alternis, membranaceis, elliptico-oblongis, apice acutis v. obtuse acuminatis, basi angustato-truncatis v. subcordatis, margine limbato ciliatis, creberrime pallideque pellucido-punctatis, reticulato-penninerviis, arcuatim duplicato-limbinerviis; racemis gracilibus, axillaribus et lateralibus, 3—5-floris, folio multo longioribus; germine biloculari; lobis calycinis reflexis, obtusis, extrorsum margineque villosis, introrsum glabris. ♄ Variat: ramis elongatis et abbreviatis.

Rami teretes, glabri, superne obsolete 4-goni. Folia laete viridia, supra medium saepe dilatata, margine planiuscula; petiolo 1½‴ lg.; lamina 11—17½‴ lg., 5—9‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis suberecto-patulis, utroque latere circiter 8, tenuibus, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Racemi 2—3″ lg., ex inferioribus nodis ramorum novellorum, basi foliis minutis fulti v. axillares. Hypanthium campanulatum, utrinque patentim villosum, supra germen 4-ovulatum productum. Lobi calycini 5, oblongo-ovales. Petala 5, orbicularia, pellucido-punctata, ciliolata, 1‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg., basi puberulus. (v. in hb. Berol. Vind. et Mart.)

Habitat in montibus Serra d'Açurua, prov. Bahia: Blanchet n. 2786. Pl. Oreas.

68. AULOMYRCIA GAUDICHAUDIANA Berg: ramulis petiolisque junioribus, racemis et alabastris cano-subvillosis; foliis biennibus, petiolatis, membranaceis, demum chartaceis, oblongis, margine recurvis, longiuscule acuminatis, basi breviter acutis, sparse pilosis, demum glabris, supra minute impresso-, pellucido-punctatis, nitidis, tenuissime primum diaphano-reticulatis, limbinerviis; racemis subpaniculatis, lateralibus et axillaribus, floriferis densifloris, folio duplo longioribus; germine biloculari; bacca globosa, sericea, 1-sperma, lobis calycinis erectis, inaequalibus, brevibus, acutis, utrinque puberulis coronata. ♄

Rami teretiusculi, glabri; ramuli compressi. Folia petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 18—28‴ lg., 5—9‴ lt.; nervo medio utrinque prominente; venis tenuissimis, erecto-patulis venulisque interjectis tenuioribus, reticulatis utrinque parum prominulis, demum obliteratis. Racemus florifer ½—1″ lg., fructifer —2″ lg. Alabastra cylindrica, ½—¾‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, fuscis, membranaceis, germine longioribus stipata. Hypanthium supra germen 4-ovulatum productum. Lobi 5 calycini lanceolati, intimo obtusiusculo, ¼—⅜‴ lg. Petala 5, orbicularia, ciliolata, ½‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus 2‴ lg. Bacca 2‴ diametro, disco concavo terminata. Seminis testa cartilaginea, fusca. Embryo cotylis foliaceis, valde contortuplicatis. (v. in hb. Kunth.)

Maxime affinis *A. racemosae*, sed distincta: foliis oblongis, medio, nec basi latissimis, basi acutis; lobis calycinis acutis, erectis; petalis staminibus duplo brevioribus.

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Gaudichaud n. 755. 758. Pl. Dryas.

69. AULOMYRCIA RACEMOSA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, racemis et alabastris cano-villosis; foliis biennibus, petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi obtusis, rarius obtusatis, supra puberulis, demum glabris, nitidis, minute impresso-, pellucido-punctatis, utrinque tenuis-

sime pellucido-reticulatis, sublongiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; racemis simplicibus v. simpliciter paniculatis, densifloris, folio brevioribus; germine biloculari; lobis calycinis ovatis, obtusiusculis, inaequalibus, utrinque villosis, ciliatis; bacca globosa, puberula, calyce patente coronata. ♄

Myrcia Maragnana Mart. Herb. Fl. Bras. n. 36. Flora Ratisb. XX. Beibl. II. 81., nec DC. l. c. 249.

Rami teretiusculi, tenues, glabri; novelli compressi. Folia viridia; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 18—32‴ lg., 6—13‴ lt.; nervo medio utrinque prominente; venis erecto-patulis, tenuibus venulisque reticulatis, tenuioribus, utrinque parum prominulis, pellucidis. Racemi 6—12‴ lg., inferiores laterales, basi nudi, superiores axillares, basin versus interdum ramo instructi. Alabastra $^5/_4$‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi 5 calycini breves. Petala 5, subrotunda, extus puberula, ciliolata, fere 1‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus 2‴ lg. Bacca $2^1/_2$‴ diametro. (v. in hb. Mart. Berol. et Vind.) — Ab *A. Maragnana* differt: foliis ovato-, nec elliptico-oblongis, chartaceis, basi obtusis, minute pellucido-punctatis, supra reticulatis; racemis lateralibus et axillaribus; bacca puberula; ab *A. capivaryensi:* foliis longiuscule petiolatis, obsoletius reticulatis; racemis simplicibus v. subpaniculatis; lobis calycinis ovatis, utrinque villosis.

Habitat ad Ilha do Governador in sinu fluminensi, floret Octobri: M. Herb. Fl. Br. n. 36.; nec non aliis locis prov. Rio de Janeiro: Pohl n. 1091. Pl. Dryas.

70. AULOMYRCIA UNDULATA Berg: ramulis foliisque junioribus subtus et gemmis puberulis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, obovato-oblongis, cuneatis, apice obtusis v. obtuse acutatis, undulatis, nitidis, demum glabris, pallide pellucido-punctatis, utrinque reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis cymosis, gracilibus, lateralibus, glabris; bacca globosa, disperma, glabra, disco concavo calyceque obtuse 5-lobo, glabro, patente coronata.

Frutex 10-pedalis v. arbuscula parva, ramosissima; rami teretiusculi, glabri; ramuli abbreviati, compressi. Folia margine cartilagineo recurva; petiolo 1—$1^1/_2$‴ lg.; lamina 14—18‴ lg., 6—7‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis suberecto-patulis, tenuibus, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Paniculae 13—18‴ lg., decompositae, glabrae, ex infimis nodis ramuli novelli, basi nudae v. bractea fultae. Bacca 2‴ diametro, atropurpurea. Semina angulata, testa cartilaginea, nitida obtecta. Embryo generis. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad Lages, ad fines prov. Rio Grande do Sul et S. Catharinae, fructificat Februario: Sellow. Pl. Napaea.

71. AULOMYRCIA ACUTIFOLIA Berg: ramulis puberulis v. albo-villosis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis v. lanceolatis, basi acutis, rarius obtusiusculis, apice acutatis v. acuminatis, ciliatis, petiolo nervoque medio subtus villosis, ceterum glabris, discoloribus, subtus minute impellucido-punctatis et tenuiter reticulato-venosis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; venis venulisque impellucidis; paniculis lateralibus et axillaribus, folio longioribus, pilosiusculis, mox glabris; floribus glabris; germine biloculari; lobis calycinis ovatis, obtusis, ciliolatis, reflexis. ♄ Variat:

α. villosa: ramulis paniculisque albo-villosis, foliis breviter petiolatis.

Rami teretiusculi, exopbloeo secedente, novelli compressi. Folia subtus pallida, margine incurva, supra saepe laevigata; petiolo 1‴ lg.; lamina 17—24‴ lg., 4—8‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, snbpatulis, supra vix manifestis, subtus venulisque reticulatis, tenuioribus parum prominulis. Paniculae 12—28‴ lg., axillares v. infimae squama albo-villosa fultae, compressae, graciles. Alabastra obovata, pedicellata, 1‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Petala reflexa, rotunda, vix ciliolata, 1‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus fere 2‴ lg. (v. in hb. Berol.)

β. pubescens: ramulis paniculisque minute puberulis; foliis longius petiolatis.

Folia 16—28‴ lg., 4—9‴ lt.; petiolo $1^1/_2$—2‴ lg, Paniculae 2—4‴ lg. (v. in hb. Vindob. Mart. et Zuccar.)

Habitat: α. ad urbem Barbacena, prov. Minas Geraës: Sellow; β. ad praedium Jozé Gonzales in ejusdem provinciae parte dicta Minas Novas: Pohl n. 1070. Pl. Oreas.

72. AULOMYRCIA LARUOTTEANA Berg: ramulis foliisque novellis, petiolo nervoque medio subtus et margine subvillosis v. glabriusculis; foliis petiolatis, oppositis v. subalternis, chartaceis, ovali-oblongis v. oblongis, rarius obovato-oblongis, obtuse acuminatis, basi obtusissima subtruncatis v. fere subcordatis, adultis glabris, reticulato-venosis, sublongiore a margine distantia limbinerviis; venis venulisque pellucidis; paniculis lateralibus et axillaribus, folio longioribus, 1—2-nis, compressis, multifloris; floribus glabris; germine biloculari; lobis calycinis obtusis, reflexis, ciliolatis. ♄ Variat:

α. genuina: ramulis foliisque novellis ad petiolum, marginem et nervum medium villosis; foliis breviter petiolatis, adultis coriaceis, cordatis, glabris, pellucido-punctatis; paniculis inferioribus ramuli cujusve novelli squama albo-villosa fultis v. nudis, summis axillaribus.

Myrcia Laruotteana Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 223.

Folia $1^1/_2$—2″ lg., 7—17‴ lt.; petiolo $^1/_2$‴ lg.; paniculae 2—3″ lg. (v. in hb. Berol. et Mart.)

β. membranacea: ramulis glabris; foliis longiuscule petiolatis, membranaceis, ciliatis nervoque medio subtus villosis, minute pellucido-punctatis; paniculis gracilibus, inferioribus squama albo-villosa fultis v. nudis, summis axillaribus.

Frutex 6—8-pedalis; folia 13—27‴ lg., 8—13‴ lt.; petiolo 2—3‴ lg.; paniculae 2—3″ lg. (v. in hb. Sonder. et Mart.)

γ. glabriuscula *Camb.* ramis foliisque glabriusculis; foliis pellucido-punctatis.

Myrcia Laruotteana, β. glabriuscula Camb. l. c.

δ. punctata: arbuscula tortuosa, ramosissima; ramulis glabris; foliis novellis petiolisque vix ciliatis, adultis undulatis, supra sparse impresso-, vix pellucido-punctatis; paniculis infimis squama ciliata fultis v. nudis, superioribns axillaribus. Variat: foliis brevius v. longius petiolatis, angustioribus v. latioribus; paniculis gracilibus, paucifloris v. validis, multifloris, saepe geminis. (v. in hb. Berol. et Sonder.)

ε. impunctata *Camb.* ramulis foliisque novellis ad marginem et nervum medium pilis raris inspersis, mox glabris; foliis breviter petiolatis, impunctatis; paniculis validis, infimis squama villosa fultis, superioribus axillaribus.

Myrcia Laruotteana, γ. impunctata Camb. l. c.

Folia $1^1/_2$—3″ lg., 7—16‴ lt.; petiolo 1‴ lg.; paniculae 2—3″ altae. (v. in hb. Berol.)

ζ. opaca: arborescens; ramulis glabris; petiolis foliisque novellis ciliatis, mox glabris; foliis impunctatis v. saepe supra raro et subtilissime impresso-punctatis; paniculis infimis squama involuta, puberula fultis, superioribus axillaribus. (v. in hb. Berol.)

Arbuscula circiter 20-pedalis; rami teretiusculi, exophloeo soluto brunnei; ramuli cinerei, novelli pallidi, compressi, laevigati. Gemmae albo-strigosae. Folia petiolo $^1/_2$—1‴ lg.; lamina 12—19‴ lg., 7—10‴ lt., subtus pallida; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, supra vix manifestis, subtus demum prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, primum coloratis, subtus prominulis, pellucidis. Paniculae $1^1/_2$—$2^1/_2$″ lg., graciles, compressae, laevigatae, 2—3-pliciter ramosae, ramis saepe alternis, infimis interdum bracteatis. Flores laxi, omnes pedicellati, glabri. Alabastra obovata, glabra, 1‴ lg., bracteolis 2, subulatis, caducis stipata. Germen 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5, rotundati, ciliolati. Petala 5, subrotunda, glabra, 1‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus $1^1/_2$‴ lg.

η. peruviana: ramulis petiolisque puberulis; foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, superioribus oblongis, basi acutis, inferioribus ovato-oblongis, basi obtusis v. subcordatis, recurvato-obtuse acuminatis v. acutatis, junioribus ciliatis et ad nervum subtus villosis, mox glabris, pellucido-punctatis; paniculis basi puberulis, ex infimis 1—3 nodis ramuli novelli, superioribus axillaribus. (v. in hb. Berol.)

Myrtus fragrans Herb. Flor. Peruvian.

Obs. Odore *Myrti Tabasci* simillimo planta haec gaudet. (Ruiz.)

Polymorpha species habitat:** α. in pascuis prope Corrego das Pombas, nec non prope Bora et in aliis prov. Minas Geraës locis, floret Sept.: Sellow, Laruotte, Claussen; β. in arenosis ad Rio Belmonte: Princ. Neuwied: γ. ad rivulum prope tugurium vulgo Sitio do Riacho in parte australi prov. Goyaz, proxima prov. Minas Geraës, floret Septembri: St. Hilaire; δ. in prov. Minas Geraës: Dr. Widgren n. 552., Dr. Regnell I. 137., sub sign.* Myrciae laxiflorae Camb. Miq.; *et ad Caldas ejusdem prov.: Regnell. II. n. 121., sub sign.* Myrc. exsuccae DC.? *Miquel; ad Capoês et Taimbes, floret Octobri: Sellow; ε. ad viam prope praedium vulgo Fazenda d'Araracuara in parte septentrionali prov. S. Pauli, proxima prov. Minas Geraës, nec non ad rivulum prope villam Ubá, floret Octobri: St. Hilaire, Sellow; ζ. in fruticetis ripariis ad Vargem do Carmo et Paula Grassa, floret Octobri: Sellow; η. ad Macoxa in Peruvia, ubi* Cocacoca incolarum: *Ruiz. Pl. Oreas.

73. AULOMYRCIA SPATHULATA Berg: ramulis, petiolis, foliis subtus paniculisque ochraceo-velutinis; foliis petiolatis, annuis, rigidis, obovato-oblongis v. obverse oblongis, cuneatis, basi acutis v. oblique truncatis, apice angustato-obtusis v. acutiusculis, supra tenuiter impresso-reticulatis, obsolete haud impresso-, pellucido-punctatis, minute puberulis, subtus costatis, reticulatis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis ramuli cujusve infimis basi nudis v. deficientibus, superioribus axillaribus, folio longioribus; bacca globosa, puberula, 1—2-sperma, lobis calycinis lanceolatis, acutiusculis, ciliatis coronata. ♄

Rami teretes, glabri, novelli compressi. Folia petiolo $1^1/_2$—2‴ lg.; lamina 14—26‴ lg., 6—12‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis suberecto-patulis. Paniculae 2-pliciter ramosae. Bacca 2‴ diametro, lobis calycinis 5, patentibus coronata. Seminis testa cartilaginea. (v. in hb. Berol.)

Differt ab *A. aureo-lanata:* indumento; foliis subtus costatis; paniculis saepissime axillaribus; lobis cal. lanceolatis; ab *A. caracasana:* indumento; lobis calycinis lanceolatis; ab *A. alloiota:* indumento; foliis supra impresso-reticulatis; paniculis folio longioribus; lobis calycinis lanceolatis, acutiusculis.

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Sellow; nec non in campis ad Pantago prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Dryas.

74. AULOMYRCIA ALLOIOTA Berg: ramulis foliisque subtus, petiolis, paniculis alabastrisque dense albido-puberulis; foliis breviter petiolatis, annuis, chartaceis, ovalibus, ovali-oblongis v. obovato-oblongis, basi acute v. oblique truncatis v. cuneatis, apice angustato-obtusis v. brevissime lateque acuminatis, supra minute et sparse puberulis, ciliatis, utrinque elevato-reticulatis, subtus costatis, pallide v. obsolete haud impresso-, pellucido-punctatis, longiore a margine distantia arcuatim limbinerviis; paniculis laxifloris, solitariis, ex nodis infimis 1—3 ramorum annotinorum, inferioribus basi nudis v. bractea fultis, superioribus axillaribus, folium subaequantibus; germine biloculari; lobis calycinis obtusis, reflexis, inaequalibus, ciliatis. ♄ Variat:

α. cuneata: ramis tenuibus; foliis obverse v. subobovato-oblongis, submembranaceis, basi acutis, apice angustato-obtusis, pallide pellucido-punctatis; paniculis decompositis, lateralibus et axillaribus; lobis calycinis 2 minoribus deltoideis, 3 majoribus ovato-oblongis, 2 interioribus saepe petaloideis, obtusis.

Folium: Tabula nostra II. Fig. 28.

Folia 17—35‴ lg., $8^1/_2$—17‴ lt.; petiolo 2—3‴ lt.; venis subpatulis; paniculae 2—$3^1/_4$″ lg. (v. in hb. Mart. et Zuccar.)

β. subcordata: arborescens; ramis incrassatis; foliis ovatis oblongo-obovatis v. obovato-oblongis, basi oblique truncatis v. subcordatis, apice acutis; paniculis simplicibus, paucifloris, summis axillaribus, folio longioribus; lobis calycinis 2 brevioribus acutis, 3 majoribus obtusis.

Myrtus pilosa Mart. Herb. pro parte.
Myrcia pilosa DC. Prodr. III. 253. pro parte.

Folia 15—28‴ lg., 9—13‴ lt.; petiolo 2—3‴ lg.; venis subpatulis; paniculae 16—24″ lg.; alabastra $1^1/_2$‴ lg.; lobi calycini majores $^3/_4$‴ lg.; stylus 3‴ lg. — Arbor 10—12-pedalis, trunco torto, ramis patentibus (Mart.). (v. in hb. Mart.)

γ. obovata: ramis tenuibus; foliis obovatis v. obovato-oblongis, basi oblique truncatis, apice rotundata breviter acuminatis v. acutatis, subtus costatis; paniculis lateralibus basi nudis et axillaribus folium aequantibus; lobis calycinis obtusiusculis; petalis apice vix ciliolatis.

Folia 31—36‴ lg., 19—21‴ lt.; petiolo 2‴ lg.; venis erecto-patulis; paniculae 3—4″ lg. (v. in hb. Mart.)

δ. ovalis: fruticosa; ramis tenuibus; foliis ovalibus v. ovali-oblongis, ntrinque angustatis, obtusis v. acutis, supra sublaevibus, subtus costatis, albido-velutinis; racemis simplicibus v. simpliciter paniculatis, lateralibus basi nudis, axillaribus folio brevioribus.

Folia 26—34‴ lg., 11—20‴ lt.; petiolo 2‴ lg.; venis erecto-patulis; racemi $1^1/_2$—2″ lg.; lobi calycini valde inaequales, 2 breviores lanceolati, obtusiusculi, 3 interiores ovati, obtusi; petala 5, rotundata, 1‴ lg., apice pilis 3 ciliolata. (v. in hb. Sonder.)

ε. pyramidalis: foliis subsessilibus, obovato-oblongis, rigidis, basi oblique truncatis v. subsessilibus, apice acutatis v. leviter acuminatis; paniculis pyramidatis, elongatis, polycarpicis, superioribus axillaribus, folio duplo longioribus.

Folia 1—2″ lg., 7—14‴ lt.; paniculae 4—6″ lg. (v. in hb. Vindob.)

Polymorpha species, sed ad affinibus satis distincta, differt ab *A. aureo-lanata, A. longipede* et *A. prunifolia:* foliis supra haud impresso-punctatis; ab *A. confusa:* indumento, foliis longius petiolatis, basi haud exacte cordatis, tenuioribus; venis angulum obtusiorem formantibus; sepalis obtusis; ab *A. caracasana:* foliis majoribus, subtus costatis; paniculis laxifloris; ab *A. lanuginosa:* ramis haud bifariam villosis; foliis petiolatis; ab *A. leucantha:* indumento; foliis annuis, chartaceis.

***Habitat:** α. in prov. Goyaz: Mart. Herb. Fl. Br. n. 1231., Pohl n. 1069., Gardner n. 1613. 3188.; β. in prov. Minas Geraës ad Riberaô de S. Catharina: Pohl n. 5777.; γ. ad Congonhas do Campo in prov. Minarum: Stephan, Claussen; δ. in insula St. Domingo; ε. ad villam Cavalcante in prov. Goyaz: Pohl n. 5765. Pl. Oreas.*

75. AULOMYRCIA ROSULANS Berg: ramulis, nervis foliorum juniorum, paniculis alabastrisque pallide villosis; foliis breviter petiolatis, oppositis v. ternis, saepissime ad apices ramorum rosulatis, annuis, rigidis, oblongo-obovatis v. obovato-oblongis, basi subcuneatis, oblique truncatis, apice angustato-obtusis v. leviter brevissimeque acuminatis, junioribus supra puberulis, demum glabratis, impresso-, obsolete v. impellucido-punctatis, tenuiter saepissime demum impresso-, reticulato-venosis, subtus velutinis, demum subglabratis, costatis et reticulatis, longissima a margine distantia arcuatim limbinerviis; paniculis laxifloris, solitariis, ex infimis 2—3 nodis ramorum annotinorum, inferioribus basi nudis, superioribus axillaribus, saepe folio longioribus; germine biloculari; lobis calycinis membranaceis, deltoideis, exterioribus acutiusculis, reflexis, ciliatis; bacca globosa, calyce coronata. ♄

Myrcia ? pilosa DC. Prodr. III. 253. pro parte.

Rami teretiusculi, exophloeo lamellatim delapso rubiginosi, mox cinerei. Folia 1½—3″ lg., 7—17‴ lt.; petiolo 1—1½‴ lg.; nervo medio supra plano, subtus elevato; venis suberecto- v. subpatulis venulisque supra vix manifestis, subtus prominentibus. Paniculae 1—3″ lg. Lobi calycini interiores ovati v. oblongi. Petala 5, denticulata. Baccae puberulae, saepissime insectorum ictu deformatae. (v. in hb. Vindob. Mart. Berol. et Sonder.) — Differt ab *A. aureo-lanata:* indumento; foliis latioribus, haud fusco-punctatis; ab *A. longipede:* foliis breviter petiolatis; ab *A. prunifolia:* foliis minoribus, tenuioribus, obversis, impellucido-punctatis; ab *A. caracasana, A. confusa, A. lanuginosa* et *A. alloiota:* foliis supra impresso-punctatis. — Ill. Miquelius in Linnaea XXII. 796. specimina Blanchetiana hujus speciei ad *Myrc. puberulam Camb.* ducit, ab qua specie valde differunt.

Habitat in Guyana anglica: Schomburgk n. 732.; in Brasiliae prov. Piauhiensi: Gardn. n. 2613.; in campis aridis ad fluvium Rio S. Francisco, prope villam Joazeiro, in parte boreali prov. Bahiae: M.; et ad villam Jacobina ejusdem prov.: Blanchet n. 3369.; nec non in deserti versus Chapada do Paranan altis, apricis, ventosis prov. Minas Geraës et Goyaz: M., Sellow. Pl. Vaga.

76. AULOMYRCIA LEUCANTHA Berg: ramulis, foliis subtus, paniculis, bracteis, alabastris dense tomentoso-villosis pilis brevioribus lutescentibus v. ochraceis et longioribus albis; foliis petiolatis, biennibus, coriaceis, oblongo-ovatis v. subobovatis, acutis v. breviter acuminatis, basi obtusis v. subcuneatis, discoloribus, obsolete haud impresso-, pellucido-punctatis, supra glabratis, nitidis, subtus postremo subglabratis, reticulato-costatis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis ad ramos novellos, inferioribus bracteis foliaceis fultis, superioribus axillaribus, folio brevioribus; germine biloculari; lobis calycinis reflexis, oblongo-lanceolatis, 5-to maximo obtusiusculo, reliquis acutis; petalis ciliolatis; bacca globosa, subpuberula, calyce connivente coronata, 1—2-sperma. ♄

Rami teretes, exophloeo delapso badii, laeves. Folia margine recurva, juniora supra sparse pilosiuscula; petiolo 2—4‴ lg.; lamina 12—27‴ lg., 11—17‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis erecto-patulis, utroque latere 11—14 venulisque interjectis tenuioribus, reticulatis utrinque prominulis. Paniculae decompositae, 1—2″ lg.; ramis infimis divaricatis. Alabastra turbinata, 1½‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 1‴ lg. fulta. Hypanthium supra germen 4-ovulatum, vertice conice elongatum valde productum ibique intus glabrum, in calycem 5-fidum abiens, lobis valde inaequalibus, extus margineque tomentosis, intus glabris, longioribus ¾‴ lg. Petala 5, rotundo-ovata, concava, glabra, 1½‴ lg. Stylus 3‴ lg. Baccae 3—4‴ diametro. (v. in hb. Berol.)

Ab *A. prunifolia* differt: indumento; foliis biennibus, rarius obovatis, acutioribus; lobis calycinis oblongis; petalis ciliolatis; ab *A. capivaryensi:* inflorescentia; petalis ciliolatis; ab *A. longipede:* foliis brevius petiolatis, biennibus.

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

77. AULOMYRCIA PUBERULA Berg: ramulis sulcato-angulosis paniculisque griseo-puberulis; foliis petiolatis, obovato-oblongis v. oblongis, breviter acuminatis, basi angustatis, supra subglabratis, subtus puberulis, pallidis, opacis, venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, ramosis, multifloris, folio triente longioribus; bacca globosa, pubescenti, 1—4-sperma, sepalis ovatis, acutiusculis, ciliolatis, inaequalibus coronata.

Myrcia puberula Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 227.

Frutex magnus; rami teretes, subglabrati. Folia lamina 2—3″ lg., 9—14‴ lt.; petiolo 3—4‴ lg.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis supra vix manifestis, subtus prominulis. Bacca rube nigro paullo minor, laevis, nigra. Seminis testa coriacea. Embryo generis. (Camb.) † — *A. Cambessedeanae* affinis, sed distincta: indumento; foliis acuminatis; sepalis acutis, ciliatis. (Camb.)

Prope Capivary prov. S. Pauli, fructif. Decembri: St. Hilaire. Pl. Oreas.

78. AULOMYRCIA LONGIPES Berg: ramulis, petiolis foliisque adultis subtus, paniculis, alabastris tenuiter ochraceo-tomentosis; foliis annuis, longe petiolatis, coriaceis, obverse v. obovato-oblongis, brevissime lateque acuminatis v. angustato-obtusis, basi cuneatis, supra sub lente sparse puberulis, ciliatis, impresso-, pallide v. vix pellucido-punctatis, supra plus minusve reticulato-venosis, subtus costatis et reticulatis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; paniculis densifloris, 1—2-nis, inferioribus basi nudis, superioribus axillaribus; germine biloculari; lobis calycinis obtusatis v. obtusis, intus glabris, extus tomentosis. ♄

Myrcia prunifolia Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 218. nec DC. Variat:

α. spathulata: foliis obverse oblongis, apice angustato-obtusis; paniculis densifloris, 1—2-nis, superioribus saepe axillaribus.

Foliam: Tabula nostra II. Fig. 24.

Arbor 15-pedalis. Folia petiolo 5—6‴ lg.; lamina 3—4″ lg., 15—16‴ lt.; venis subpatentibus, adscendentibus, longe ante marginem excurrentibus, arcubus amplis anastomosantibus. Paniculae 3—4″ lg. Alabastra 1½‴ lg. (v. in hb. Mart. et Berol.)

β. obovata: foliis obovato-oblongis, interdum obovatis, brevissime acuminatis; paniculis densifloris, solitariis, inferioribus basi nudis, summis saepe axillaribus.

Myrcia floribunda Miquel in Linnaea XXII. 534.

Arbuscula v. frutex 10—15-pedalis. Folia petiolo 6—8‴ lg.; lamina 1½—4¼″ lg., 8—21‴ lt. Paniculae 2—4″ lg. Alabastra 1½‴ lg. Petala 5, rotundata, 1‴ lg., glabra. Bacca 4‴ diametro. (v. in hb. Mart. Berol. et Sonder.)

γ. latifolia: robustior; foliis obovato-oblongis, majoribus, crassius petiolatis, basi subcuneatis apice obtusis; paniculis laxifloris, solitariis, basi nudis.

Folia petiolo 5—6‴ lg.; lamina 3—4½″ lg., 24—29‴ lt. Paniculae 1½—5′ lg. (v. in hb. Sonder.)

Habitat: α. in prov. Minas Geraës, ad Engenho do Padre Luiz Faria: Pohl n. 228.; prope Congonhas do Campo: Claussen n. 310. 531. 600. 1531.; in prov. S. Pauli, prope Ypanema, fructificat Decembri: Sellow; β. in campis prov. Pernambuco: Pohl; in prov. Minas Geraës, ad villam Caldas: Dr. Regnell II. n. 125., Dr. Widgren; prope viculum Coraçâo de Jesu in parte deserta: St. Hilaire, Sellow; ad Ponte d'Erva: Pohl n. 306.; ad Cidade de Minas Novas: Pohl n. 3380.; nec non in prov. S. Pauli prope praedium Fazenda das Lages: St. Hilaire, Sellow; et prope officinam ferri Ypanema: Sellow; γ. in prov. Minas Geraës: Dr. Widgren n. 547. Pl. Oreas.

79. AULOMYRCIA CURATELLAEFOLIA Berg: ramulis, petiolis nervoque medio foliorum subtus, paniculis bracteisque et alabastris plus minusve albido-villosis; foliis breviter petiolatis, annuis, chartaceis, obovatis v. obovato-oblongis, basi cuneatis v. oblique truncatis, apice rotundatis v. obtusis, supra minute puberulis, impresso-, obsolete pellucido-punctatis, obsolete venosis v. junioribus reticulatis, ciliatis, subtus subpubescentibus, fusco-punctatis, costatis, reticulatis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; paniculis 1—2-nis, basi nudis v. bractea foliacea fultis; germine biloculari, lobis calycinis reflexis, ciliatis, exterioribus minoribus ovatis, interioribus rotundatis, omnibus obtusis.
Variat:

α. grandifolia: foliis majoribus; paniculis laxifloris, basi nudis, saepissime geminis.

Myrtus curatellaefolia Mart. Herb.
Myrcia curatellaefolia DC. Prodr. III. 253.

Arbor parva. Folia petiolo 2‴ lg.; lamina 30—43‴ lg., 18—26‴ lt.; venis patentibus. Paniculae 3—4″ lg. Alabastra sericea, 2‴ lg., bracteolis 2, linearibus, pilosis, 1½‴ lg. stipata. Lobi 5 calycini sericei, intus glabri. Petala 5, rotunda, extus subsericea, eciliata, 1‴ lt. Stylus basi puberulus. (v. in hb. Monac. et Berol.) — Specimen ab Ill. Candolleo in herbario Martiano visum et descriptum valde incompletum inflorescentia laterali instructum est ut in affinibus speciebus.

β. parvifolia: foliis duplo minoribus; paniculis densifloris, solitariis, bractea foliacea fultis.

Rami teretes, exophloeo cinereo delapso rubiginosi; novelli compressi. Folia petiolo 2—3‴ lg.; lamina 12—24‴ lg., 8—12‴ lt. Paniculae 2½—3½″ lg. Alabastra sericea, 1½‴ lg. Lobi 5 calycini intus glabri. Petala 5, rotunda, extus parum sericea, eciliata, 1‴ lt. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat: α. ad fluvium Parahyba prope villam Taubaté, in prov. S. Pauli: M., Sellow; β. in silvaticis Guyanae anglicae, floret Aprili: Rich. Schomburgk n. 1246., Rob. Schomburgk n. 945.; nec non in prov. Goyaz: Gardner n. 1015.; et ad amnem Rio das Pedras in prov. Minas Geraës: Sellow. Pl. Vaga.

80. AULOMYRCIA PRUNIFOLIA Berg: ramulis novellis paniculisque et germinibus albido-villosis; foliis annuis, subsessilibus v. breviter petiolatis, ovalibus v. ovali-oblongis, utrinque angustatis, basi truncatis, apice obtusis v. leviter obtuse acuminatis, rarius obversis, junioribus membranaceis, utrinque sparse pilosiusculis, adultis chartaceis, glabris, supra crebro impresso-, pellucido-punctatis et obsolete reticulato-venosis, subtus costatis et reticulatis; longissima a margine distantia arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis oppositis, ex infimis 1—3 nodis ramorum annotinorum, basi nudis v. squama fultis; germine biloculari; lobis calycinis membranaceis, acutiusculis, ciliolatis, inaequalibus, reflexis; bacca globosa, calyce coronata. Variat:

α. brevipes: foliis subsessilibus.

Myrtus prunifolia Mart. Herb.
Myrcia prunifolia DC. Prodr. III. 253. excl. var. γ.; nec Cambessedes.

Folium: Tabula nostra II. Fig. 25.

Rami teretes, exophloeo cinereo delapso badii; ramuli compressi, glabri; novelli villosi, basi squamis villosis, deciduis instructi. Folia in eodem ramo elliptica et obovato-oblonga; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 27—48‴ lg., 13—26‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis distantibus, suberecto- v. subpatulis, supra vix manifestis, subtus elevatis, ante marginem in arcubus amplis anastomosantibus, nec marginem versus longe excurrentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque parum prominulis. Paniculae 2—3-pliciter ramosae; ramis divaricatis, laxifloris, 2—3″ lg. Alabastra 1‴ lg. Baccae 3‴ lg., saepe insectorum ictu deformatae. (v. in hb. Mart. et Sonder.)

β. longipes: foliis breviter petiolatis. (v. in hb. Vindob.)

Habitat: α. in silvis prope Camamú prov. Bahiensis, floret Novembri: M., Salzmann; nec non in prov. Minas Geraës: M.; β. ad Ceará: Gardner n. 1614. Pl. Hamadryas.

81. AULOMYRCIA BULLATA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, petiolo nervoque, paniculis alabastrisque albido-tomentosis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, ovalibus, utrinque obtusis v. apice breviter lateque obtuse acuminatis, adultis convexis, margine revolutis, supra glabris, nitidis, pallide pellucido-punctatis, subtus subglabratis, plicato-costatis, minute reticulatis, duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio longioribus, strictis, recurvato- v. reflexo-ramosis; germine biloculari; lobis calycinis triangularibus, acutiusculis, extus villosis, intus glabris.

Frutex. Rami tereti-compressi, glabri; novelli compressi. Folia supra prasina, medio plicato-impressa, subtus obscuriora, adulta bullata; petiolo 1½—3‴ lg.; lamina 1½—3″ lg., 1—2″ lt.; nervo medio utrinque villoso, tandem subglabrato, supra parum elevato, subtus elevato; venis erecto-patulis, adscendentibus, tenuibus, supra plicato-impressis, subtus carinatis; venulis interjectis tenuioribus, utrinque parum prominulis, reticulato-ramosissimis. Paniculae 2½—3½″ lg., decompositae; ramis racemosis, infimis elongatis, reliquis abbreviatis. Alabastra urceolata, villosissima, 1½‴ lg., bracteolis 2, linearibus, stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5, breves. Petala 5, subrotunda, glabra, ½‴ lata. Stamina 1‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in prov. Bahiensi: Blanchet n. 3112., Luschnath n. 110. Pl. Hamadryas.

82. AULOMYRCIA CONFUSA Berg: ramulis paniculisque villosis; foliis biennibus, subsessilibus, coriaceis, basi cordatis, subrotundis, apice obtusissimis v. ovatis, apice leviter obtuse acuminatis, novellis supra sparse puberulis, subtus praesertim ad nervos pubescentibus, ciliatis, adultis supra glabris, subtus subglabratis, pellucido-punctatis (glandulis supra haud impressis), supra reticulato-venosis, subtus costatis et reticulatis, longissima a margine distantia arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis oppositis, lateralibus; bacca globosa, lobis calycinis acutiusculis, demum deciduis coronata. ♄

Myrcia prunifolia, var. γ. ovata DC. Prodr. III. 253.

Rami teretes, exophloeo lamellatim delapso rubiginosi, novelli compressi, brunneo-pubescentes. Folia 27—37‴ lg., 14—24‴ lt.; petiolo in foliis annotinis vix ullo, in adultis 1‴ lg.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato, brunneo-pubescente; venis subpatentibus venulisque reticulatis, supra parum prominulis, subtus prominentibus. Paniculae oppositae, e ramo adulto, basi nudae, 4″ lg. Baccae 2‴ diametro. (v. in hb. Monac.) — Differt ab *A. prunifolia:* foliis biennibus, coriaceis, basi cordatis, supra haud impresso-punctatis, sed elevato-reticulatis; venis angulum acutiorem formantibus; paniculis haud ex ramo novello oriundis.

Habitat ad flumen S. Francisci in desertis prov. Minas Geraës: M. Pl. Hamadryas.

83. AULOMYRCIA ANOMALA Berg: ramulis annotinis foliisque novellis subtus et petiolo bracteisque subtus, paniculis et alabastris ochraceo-villosissimis; foliis petiolatis, novellis tenuibus, supra ochraceo-velutinis, utrinque acutis, adultis coriaceis, ovato-oblongis, basi obtusis, apice acuminatis, discoloribus, supra nitidis, glabris, subtus minute impellucido-punctatis, reticulato-costatis, longiori a margine distantia late arcuatim limbinerviis; paniculis lateralibus et axillaribus, coaetaneis, densis, multifloris; germine biloculari; lobis calycinis minutis. ♄

Rami 3‴ diametro, exophloeo cinereo delapso rubiginosi, glabri; novelli elongati, multinodes, basi tegmentis instructi. Folia novella una cum paniculis egredientia, parva, lanceolata 1″ lg., 3‴ lt., adulta 4½—5″ lg., 25—31‴ lt., supra obscura, subtus pallidiora; petiolo 5‴ lg.; nervo medio supra plano, subtus incrassato; venis suberecto-patulis, distantibus, supra impressis, subtus elevatis, longiori a margine distantia arcuatim conjunctis ibique extrorsum iterum ramosis et anastomosantibus; venulis interjectis reticulatis, tenuioribus, supra impressis, subtus prominulis. Paniculae in inferioribus 3—6 nodis laterales, bracteis suffultae v. basi nudae, in 3—4 superioribus axillares, folio breviores. Alabastra minutissima, ½‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat ad praedium Fazenda do Padre Correa, in Serra dos Orgaôs prov. Rio de Janeiro: Pohl n. 65. Pl. Dryas.

84. AULOMYRCIA MICROPETALA Berg: ramulis, petiolis nervisque subtus paniculisque et alabastris indumento cano, demum nigrescente strigoso-villosis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, basi obtusis, apice breviter acuminatis, junioribus utrinque pubescentibus, sparse et pallide pellucido-punctatis, adultis supra glabris, nitidis, impresso-, subtus elevato-costatis, reticulatis, duplicato-limbinerviis; paniculis lateralibus, oppositis, squama fultis, folio duplo brevioribus; germine biloculari; lobis calycinis ovatis, obtusiusculis, extus villosis, intus glabris.

Eugenia micropetala Mart. in Flora Ratisb. XXIV. Beibl. II. 108.

Arbuscula 15-pedalis. Rami teretiusculi; ramuli basi tegmentis lanceolatis, cuspidatis, 4-fariam imbricatis instructi. Folia lamina 5½—12″ lg. et ultra, 2½—4¾″ lt.; petiolo crasso, 1—3‴ lg.; nervo medio supra elevato, subtus incrassato; venis plurimis, erecto-patulis, supra impressis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, subtus prominulis. Paniculae 2½—4″ lg., divaricato-ramosae, squama lanceolata, cuspidata, 6—12‴ lg. fultae, e ramulo novello laterales v. eodem contracto spurie axillares. Flores in glomerulos subglobosos, sursum approximatos congesti, parvi. Alabastra cylindrica, 1‴ lg., bracteolis 2, lanceolato-linearibus, ciliatis, ¾‴ lg. stipata. Germen 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5, breves. Petala 5, ovalia, glabra, denticulata, ¾‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Berol. Mart. Vindob. hb. Fl. Br. n. 685.)

Habitat in silvis umbrosis prov. Ilheos, floret Januario: M. Pl. Dryas.

85. AULOMYRCIA GRANDIFOLIA Berg: ramulis paniculisque et germinibus dense adpresseque puberulis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, ovali- v. suboblongis, breviter obtuseque acuminatis, basi breviter acutis, utrinque pilis raris, brevissimis inspersis, crebro pellucido-punctatis, supra nitidulis, subtus opacis, reticulato-costatis, arcuatim triplicato-limbinerviis; paniculis aut immediate aut in ramulo perbrevi, aphyllo subterminalibus vel lateralibus, folio brevioribus; germine biloculari; lobis calycinis brevibus, rotundatis, inaequalibus, pilosiusculis, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi, glabri, cinerei; ramuli compressi. Folia subtus pallidiora, margine plana, novella ad florendi tempus desunt; petiolo valido, 3—4‴ lg.; lamina 4—8″ lg., 1½—3¼″ lt.; nervo medio supra plano, subtus incrassato; venis distantibus, subpatulis, utroque latere circiter 15, supra vix elevatis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae 2—4″ lg., interdum ex nodis aphyllis ramorum oriundae; ramulis pedicellisque bractea ovate oblonga, strigosa fultis. Alabastra cylindrico-turbinata, ¼‴ lg., bracteolis 2, ovate lanceolatis, ¼‴ lg., strigosis, deciduis stipata. Germen albido-strigosum, 4-ovulatum. Lobi calycini 5, majores ¼‴ lg. Petala 5, subrotunda, vix ciliolata. (v. in hb. Monac.)

Habitat prope Barra do Rio Negro in prov. do alto Amazonas, floret Octobri: R. Spruce. Pl. Najas.

6. Grandifoliae. Folia in genere maxima, plerumque chartacea. Paniculae validae, multiflorae, axillares et subterminales. Germen biloculare.

86. AULOMYRCIA EUMECEPHYLLA Berg: ramulis crassis, superne alabastrisque subtomentosis; foliis breviter petiolatis, pergamaceis, confertis, ternis v. subalternis, lanceolatis, basi subcordatis, apice gradatim acutatis, utrinque glaberrimis, nitidis, impresso-, impellucido-punctatis, reticulato-venosis, triplicato-limbinerviis; paniculis subterminalibus, ternis, multifloris, folio longioribus, fastigiatis, bracteatis; germine biloculari; lobis calycinis rotundatis.

Arbuscula 10-pedalis. Folia petiolo crasso, rugoso, 4—6‴ lg., 2‴ diametro; lamina 5—12″ lg., 1—2½″ lt.; nervo medio supra parum prominente, subtus magis elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, adscendentibus, utroque latere 26—30, utrinque parum prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque parum prominulis. Paniculae rhachis 3½″ lg., compressa, valida, fuscescenti-strigosa, haud excurrens, coma bractearum terminata tripliciter ramosa, ramis primariis 10—12″ lg., suberecto-patulis, sparsis aut ternis, basi bractea oblonga, cuspidata, ferrugineo-strigosa, 8‴ lg. fultis. Alabastra 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, cuspidatis, 1‴ lg. stipata. Germen 4-ovulatum. Petala 5, rotundata, alba. (v. florif. in hb. Berol.)

Ab *Myrcia longifolia DC.* differt: foliis lanceolatis, haud cuspidatis; indumento subtomentoso v. strigoso.

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

87. AULOMYRCIA INSULARIS Berg: ramulis novellis, gemmis, petiolis superioribus, bracteis subtus, paniculis ad basin dense squamulis ochraceis velutinis; foliis petiolatis, oblongis v. lanceolato-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi acutis, junioribus membranaceis, utrinque hirtis, creberrime elevato-, pellucido-punctatis, adultis subcoriaceis, glabris, nitidis, reticulato-venosis, longiori a margine distantia duplicato-limbinerviis; paniculis pyramidatis, ramosissimis, densifloris, axillaribus et subterminalibus, bracteis foliaceis fultis et ad corymbum terminalem congestis; germine biloculari; lobis calycinis rotundatis, minute ciliolatis, intus sericeis. Variat:

α. opaca, foliis basi breviter acutis, validioribus, adultis impellucido-punctatis; panicula terminali, ampla, composita.

Myrcia insularis Gardner in Hook. Lond. Journ. of Bot. I. 536.

Arbuscula 6—8-pedalis; rami obtuse tetragoni, glabri; novelli compressi. Folia petiolo incrassato, 4—9‴ lg.; lamina 4½—9½″ lg., 15—38‴ lt.; nervo medio supra parum elevato, subtus incrassato; venis utroque latere 15—16, utrinque praesertim inferne prominentibus; venulis reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae 4—6″ lg., ramosissimae, multiflorae; ramulis racemosis; floribus subsessilibus. Alabastra turbinata, glabra, 1‴ lg.; bracteolis 2, subulatis, ½‴ lg. stipata. Germen loculis biovulatis. Lobi 5 calycini breves, inaequales, demum reflexi. Petala 5, subrotunda, ecilinta, 1‴ lt. Stamina 1‴ lg. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Mart. et Vindob.)

β. punctata: foliis basi elongato-attenuatis, pellucido punctalis; paniculis axillaribus.

Folia lamina 28—60‴ lg., 11—27‴ lt. Paniculae 5″ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat: α. in prov. Rio de Janeiro, floret Septembri: Sellow, Princ. de Neuwied, Schüch n. 5839.; in Ilha do Governador, floret Novembri: Gardner n. 202.; β. Gardner n. 1016. Pl. Dryas.

88. AULOMYRCIA HOLOSERICEA Berg: ramulis, petiolis paniculisque et germinibus densissime brunneo-velutinis; foliis petiolatis, chartaceis, obverse lanceolato-oblongis v. oblongis, supra medium dilatatis, apice subito anguste et acutissime acuminatis, basi sensim cuneatis, ciliolatis, obscure pellucido-punctatis, nitidis, utrinque pilis sparsis, brevissimis inspersis, reticulato-costatis, sublongiore a margine distantia arcuatim limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, plerumque 2-nis, amplis, multifloris, folio brevioribus; floribus abortu diclinis; germine biloculari; sepalis latissimis, brevissimis, subtruncatis, utrinque puberulis, ciliolatis. ♄

Ramuli compressi. Folia siccata badia, diaphana, subtus pallidiora, margine planiuscula; petiolo 5—6‴ lg.; lamina 6½—9¼″ lg., 26—34‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato, tomentoso; venis erecto-patulis, ab invicem remotis, adscendentibus, utroque latere circiter 15, supra prominulis, subtus elevatis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae 2½—5″ lg., compressae, tripliciter ramosae, ramis divaricatis. Alabastra subglobosa, 2‴ lt.; bracteolis stipantibus caducis. Flos masculus hypanthio campanulato, utrinque sericeo, supra germen minimum, 4-ovulatum valde producto instructus. Lobi calycini 5. Petala 5, subrotunda, concava, extus sericea, margine crenulata, haud ciliata, fere 3‴ longa. Stamina 3‴ lg., antheris oblongis. Stylus brevis. Feminam non vidi. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in Maynas: Pöppig n. 2217. Pl. Najas.

89. AULOMYRCIA MACROPHYLLA Berg: ramulis paniculisque et germinibus brevissime brunneo-sericeis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, ovate v. ovato-oblongis, sensim acute acuminatis, basi in petiolum attenuatis, supra glabris, nitidis, subtus opacis, brevissime cano-, demum brunneo-sericeis, postremo glabratis, costatis, obsolete reticulatis, margini proxime limbinerviis; paniculis axillaribus et terminalibus, validis, multifloris; germine biloculari; lobis calycinis rotundatis, ciliolatis. ♄

Rami compressi, glabri; innovationibus cano-sericeis. Folia siccata supra atro-fusca, margine vix recurva; petiolo 3‴ lg.; lamina 4½—9″ lg., 1½—3½″ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis erecto-patulis, distantibus, supra subimpressis, subtus elevatis, apicem versus saepe furcatis; venulis interjectis tenuibus, utrinque prominulis, supra anguste, subtus amplo reticulatis. Paniculae 3—4″ lg., 3—4-pliciter ramosae, compressae, inferiores folio longiores, superiores breviores, floribus ultimis ternis, centrali sessili, lateralibus saepissime pedicellatis. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco concavo, velutino obtectum. Lobi calycini 5, lati, obtusissimi, inaequales, utrinque sericei, demum patentes. Petala 5, subrotundata, sericea, ciliolata. (v. in hb. Mart.)

Habitat in silvis ad flumen Rio Negro in prov. Amazonum superiore, floret Octobri: M. Pl. Najas.

90. AULOMYRCIA EGENSIS Berg: ramulis foliisque junioribus subtus, petiolis, paniculis baccisque junioribus gilvo-pubescentibus; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis v. oblongis, acuminatis, basi acutis, discoloribus, obsoletissime obscureque pellucido-punctatis, supra splendentibus, glabris, subimpresso-venosis, subtus opacis, strigulosis, costatis, limbinerviis; paniculis simplicibus, axillaribus, folio longioribus; bacca globosa, lobis calycinis brevibus, obtusis coronata, disperma.

Frutex. Rami tereti-4-goni, laeves, glabri; ramuli compressi. Folia siccata supra plumbea, laevigata, sub lente rugulosa, subtus gilva; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 1½—7″ lg., 13—32‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis plurimis, subpatulis, supra subimpressis, subtus elevatis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, supra haud visibilibus, subtus prominulis. Paniculae 3½—5″ lg., subramosae, oligocarpicae. Bacca purpurea, 5‴ diametro, disco concavo, angusto terminata. Semen compressum, reniforme, testa badia, cartilaginea obtectum. Embryo cotylis foliaceis, contortuplicatis. (v. fructif. in hb. Vindob.)

Habitat in silvis ad villam Ega prov. Solimoês, fructificat Septembri: Pöppig n. 2551. Pl. Najas.

7. Cordatae. Folia cordata v. subcordata. Germen bi-, rarissime triloculare.

91. AULOMYRCIA IMBRICATA Berg: ramis foliosis, novellis foliisque novellis subtus villosis; foliis sparsis, summis interdum oppositis, sessilibus, imbricatis, coriaceis, cordatis, novellis ciliatis, mox glabris, utrinque creberrime fusco-, obsolete pellucido-punctatis, elevato-, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; racemis simplicibus v. subpaniculatis, axillaribus, folio multo longioribus, ad apices ramorum paniculam terminalem, foliis intermixtam formantibus; germine biloculari; lobis calycinis rotundatis, glabris v. ciliolatis, demum reflexis. Variat:

α. microphylla: ramosissima; foliis ovatis, apicem versus gradatim obtuse angustatis; pedunculis inferioribus 3-, rarius 7-floris, summis saepe 1-floris, folio 2—3-plo longioribus.

Myrtus racemulosa Mart. Herb.
Myrcia racemulosa DC. Prodr. III. 254.

Folia 1½—4‴ lg., 1½—3½‴ lt.; pedunculi 4—8‴ lg.; alabastra 1‴ lg. (v. in hb. Monac.)

β. rotundifolia: ramosa; foliis orbicularibus v. ovatis, apice rotundatis v. obtusis; racemis 5—7-floris, folio 3—4-plo longioribus.

Folia 3—6‴ lg., 3—6‴ lt.; racemi 8—14‴ lg. (v. in hb. Monac.

γ. intermedia: ramosa; foliis ovatis, rarius orbicularibus, obtusis v. rotundatis; racemis simplicibus v. paniculatis, folio 4-plo longioribus.

Myrtus racemulosa Mart. Herb.
Myrcia racemulosa DC. l. c. 254.

Folia 2½—6‴ lg., 2½—5‴ lt.; racemi 6—18‴ lg.; alabastra 1‴ lg. (v. in hb. Monac.)

δ. scutulifera: subsimplex; ramis strictis; foliis ovato-oblongis, apicem versus sensim angustatis, obtusis; racemis simplicibus v. saepius paniculatis, plurifloris, folio 4- v. multiplo longioribus.

Myrtus scutulifera Mart. Herb.
Myrcia scutulifera DC. l. c. 254.
Myrcia imbricata Gardn. in Fielding. Sert. Plant. 75. c. ic.

Rami pedales, tenues, densissime foliosi, simplices v. apice partiti, novelli rubentes. Folia 4—8‴ lg., 3—4‴ lt., summa interdum opposita; nervis utrinque prominulis. Panicula universalis 3½—4″ lg., partialis 1—2″ lg., purpurea, compressa, puberula, mox glabra, apice ramisque infimis 3-floris, his rarius iterum ramosis, reliquis 1-floris. Alabastra 1½‴ lg., glabra, obovata, purpurea; bracteolis 2, linearibus, ½‴ lg., caducis stipata. Germen 4-ovulatum. Lobi calycini 5, rotundati, glabri, ½‴ lg. (ciliolati Gardn.). Petala 5, rotundata, glabra, 1‴ lt., denticulata, extus rosea (extus puberula Gardn.). Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Monac. et Vindob.)

Habitat in campis prov. Minas Geraës: M.; nec non in montibus Serra dos Araras ejusd. prov. et prov. Goyax: Gardn. Pl. Oreas.

92. AULOMYRCIA DIMORPHA Berg: ramulis foliisque novellis ad marginem et costam subtus paniculisque pilis albis, sparsis villosis; foliis sessilibus v. breviter petiolatis, oppositis, ternis v. rarius alternis, ramorum hornotinorum membranaceis, oblongis v. ovali-oblongis, impunctatis, ciliatis, nervo venisque reticulatis pellucidis, ramorum vetustiorum coriaceis, glabris, rotundo-ellipticis v. ovatis, basi cordatis, apice obtusis v. obtusatis, supra nitidis, sparse impresso-glandulosis, subtus opacis, crebro fuscescenti-, impellucido-punctatis, tenuiter reticulatis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis cymosis, gracilibus, e ramulis annuis, superioribus axillaribus, folio duplo longioribus; floribus minimis, omnibus pedicellatis; germine bilocnlari; lobis calycinis brevissimis, obtusinsculis, ciliatis. ♄

Caulis ramique teretes, exophloeo delapso laeves; ramuli tetragoni. Folia saepe partim v. ad apicem usque per paria connata, novella siccata obscura, adulta pallida, margine plana; petiolo ad 1‴ lg.; lamina 9—28‴ lg., 7—16‴ lt;; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis tenuibus, subdivaricatis, supra planis, subtus prominulis; venulis interjectis reticulatis, superne impressis; interstitiis angustis. Paniculae pedunculatae, 10—30‴ lg., tripliciter ramosae, inferiores foliis minutis fultae; rhachi compressa, ramis pedicellisque bracteatis; bracteis lineari-spathulatis, villosis, inferioribus 1‴ lg., deciduis. Alabastra obovata, glabra, ½‴ lg.; bracteolis 2, linearibus, caducis stipata. Germen 4-ovulatum. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad urbem Barbacena prov. Minarum: Sellow. Pl. Oreas.

93. AULOMYRCIA ATRO-PILOSA Berg: ramulis, petiolis foliisque novellis margine nervoque medio subtus nigrescenti-villosis; foliis subsessilibus, oppositis v. alternis, cordatis, acutis v. acuminatis, adultis glaberrimis, nitidis, obscure pellucido-punctatis, utrinque reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; capitulis axillaribus, 5—8-floris, folio brevioribus, rhachi compressa, glabra; germine glabro, biloculari; sepalis lanceolatis, acutis, patulis, longe ciliatis. ♄

Rami subtetragoni, stricti, exophloeo delapso glabri. Folia 15—20‴ lg., 8—15‴ lt., sursum gradatim minora; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis erecto-patulis, utroque latere 10—12 venulisque interjectis reticulatis utrinque prominentibus. Capitula pedunculata, 4—8‴ lg., axillaria, in ramulis lateralibus folio minuto, villosissimo fulta. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, linearibus, acutis, 1½—2‴ lg., longe ciliatis stipata. Germen 4-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Sepala 5, membranacea, 1½‴ lg., in alabastro patula, demum reflexa. Petala 5, obovata, eciliata, 1½‴ lg. Stamina circiter 20, 3‴ lg. Stylus stamina aequans. (v. in hb. Berol.)

A. montana differt: foliis petiolatis, ovato-ellipticis, utrinque gradatim angustatis, obtusiusculis; pedunculis folio paullo longioribus, nigrescenti-pubescentibus.

Habitat ad S. Ignacio prov. Paraná: Sellow. Pl. Napaea.

94. AULOMYRCIA NIGRICANS Berg: ramis foliisque novellis margine nervoque subtus paniculisque pilis canis, demum nigricantibus, tandem atris villosis; foliis subsessilibus, coriaceis, ovato-oblongis, basi cordatis, apicem versus gradatim obtusiuscule acutatis, apiculatis, novellis subtus sparse villosis, supra pilis raris, brevibus inspersis, adultis glabris, nitidis, supra elevato-, impellucido-punctatis, utrinque elevato-, reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; racemis simplicibus v. simpliciter paniculatis, paucifloris, axillaribus v. squama fultis, folio longioribus; alabastris glabris; germine biloculari; lobis calycinis ovatis, obtusis, reflexis, ciliatis. ♄

Rami stricti, subsimplices, inferne tetragono-ancipites, exophloeo lamellatim delapso glabri, laeves, superne compressi. Folia 8—26‴ lg., 5—14‴ lt.; nervo supra vix elevato, subtus elevato; venis venulisque reticulatis, utrinque prominentibus. Racemi 10—18‴ lg.; ramis infimis plerumque racemosis. Alabastra obovata, 1‴ lg.; bracteolis 2, filiformibus, ½‴ lg., caducis stipata. Germen 4-ovulatum. Lobi calycini ½‴ lg. Petala 5, subrotunda, ¾‴ lg. Stamina stylusque petala paullo superantia. (v. in hb. Mart.)

Maxime affinis *A. atro-pilosae* et *montanae*. *A. atro-pilosa* differt: inflorescentia glabra, capitata; lobis calycinis lanceolatis, acutis; *A. montana* differt: foliis petiolatis, nec cordatis, nec pellucido-punctatis; lobis calycinis ovate lanceolatis, rufo-nigrescenti-pilosis.

Habitat ad Congonhas do Campos prov. Minarum: Dr. Stephan. Pl. Oreas.

95. AULOMYRCIA LANUGINOSA Berg: ramulis bifariam pilosis; gemmis foliisque inferioribus ramorum annotinorum subtus pilis longis, sparsis, albis lanuginosis; foliis subsessilibus, breviter acutiuscule acuminatis v. acutatis, basi cordatis v. subcordatis, sparse supra haud impresso-, pellucido-punctatis, reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis, novellis superioribus membranaceis, rarius subchartaceis, oblongo-ellipticis, supra glabris, subtus opacis, costa margineque albo-lanuginosis, adultis rigidioribus, subcoriaceis, ovatis v. subrotundis, glabris, supra lucidis, subtus nitidis; paniculis gracilibus, glabris, inferioribus lateralibus, superioribus axillaribus, folium subaequantibus; floribus omnibus pedicellatis; germine glabro, biloculari; lobis calycinis inaequalibus, ovato-oblongis, obtusiusculis, antrorsum longe ciliatis, reflexis. ♄

Rami laevissimi, glabri; ramuli compressi. Folia interdum oblongo-obovata, tunc basi subcuneata, apicem ramuli versus sensim glabriora, novella 14—24‴ lg., 8—14‴ lt., adulta 34—36‴ lg., 21—22‴ lt.; petiolo ¼—½‴ lg.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis erecto-patulis, utroque latere circiter 13, utrinque praesertim subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae decompositae, laxiflorae 16—30‴ lg., inferiores squamis brevibus, albo-lanuginosis v. foliis parvis fultae. Alabastra obovata, glabra, 1½‴ lg., bracteolis 2, linearibus, ciliatis, 1‴ lg., caducis stipata. Germen glabrum, 4-ovulatum. Lobi calycini 5, majores 1‴ lg. Petala 5, obovata, ciliolata, 1½‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus 2½—3‴ lg., longius persistens. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Schüch. Pl. Dryas.

96. AULOMYRCIA DEALBATA Berg: ramulis paniculisque compressis, rore glaucescenti indutis, glabris v. pilosiusculis; foliis subsessilibus, oppositis, rigide coriaceis, ovatis v. ovato-oblongis, basi cordatis, apicem versus gradatim acutatis, glabris, pallidis, fusco-, impellucido-punctatis, utrinque elevato-, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio subaequalibus v. longioribus; germine biloculari; lobis calycinis ciliolatis. ♄

Myrtus dealbata Mart. Herb.

Myrcia dealbata DC. Prodr. III. 254. Variat:

α. glaucescens: glabra; ramulis, paniculis, nervis subtus glaucescenti-pruinosis; foliis ovatis; paniculis saepe geminis, bracteatis, folio duplo longioribus, ramis infimis geminis; floribus glabris; lobis calycinis patentibus, deltoideis, acutiusculis, carinatis.

Folia ½—1½″ lg.; paniculae 2—4½″ lg.; germen glabrum, disco lato, puberulo terminatum; lobi calycini 1‴ lt., ¾‴ lg.; petala 5, subrotunda, 2‴ lg., ciliolata; stamina 4‴ lg.; stylus 3‴ lg. (v. in hb. Mart.)

β. PALLIDA: ramulis paniculisque vix glaucescentibus, pilis raris, sparsis obsitis; foliis ovato-oblongis; paniculis folium subaequantibus, decompositis, solitariis; ramis inferioribus trifloris, flore centrali sessili; germine sericeo; lobis calycinis rotundatis.

RAMI teretiusculi, rimosi. FOLIA 12—30‴ lg., 11—18‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus elevato; venis subpatulis venulisque reticulato-ramosissimis utrinque prominulis. PANICULAE 20—33‴ lg. ALABASTRA 2‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. GERMEN sericeum, 4-ovulatum, disco puberulo terminatum. LOBI calycini ¾‴ lg. PETALA 5, suborbicularia, extus pubescentia, ciliolata, 2‴ lg. STAMINA 1½‴ lg. STYLUS staminibus paullo longior. (v. in hb. Monac.)

Habitat: α. in campis mediterraneis prov. Minas Geraës: β. in parte ejusdem provinciae, dicta Minas Novas: M. Pl. Oreas.

II. GERMEN TRI — QUADRILOCULARE.

1. CORDATAE. Folia cordata vel subcordata.

97. AULOMYRCIA NIVEA BERG: ramulis foliisque novellis supra laxius, subtus densius pedunculisque, alabastris et bracteis albo-villosis v. tomentosis; foliis sessilibus, ternis, sparsis v. rarius oppositis, coriaceis, linearibus — lanceolatis, acutatis v. acutissimis, margine revolutis, demum saepe convolutis, adultis basi plus minusve cordatis, supra glabris, nitidis, subimpresso-, impellucido-punctatis, subtus demum albo- v. nigrescenti-velutinis, aveniis; pedunculis axillaribus inferioribus 1-floris, folio saepe brevioribus, superioribus 3—5-floris, folio triente v. duplo longioribus, ad paniculam terminalem, magnam, foliosam confertis; germine 3—4-loculari; lobis calycinis lanceolatis, acutis, utrinque villosis. Variat:

α. ANDROMEDAEFOLIA: indumento densius intricato; foliis lanceolatis, acutiusculis. (v. in hb. Vindob. et Berol.)

Myrcia nivea Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 238. tab. 146.

FRUTICULUS 2-pedalis, ramosus; RAMI teretiusculi, nigrescenti- v. cano-velutini. FOLIA crassa, subtus tomento demum saepe nigrescente obtecta, ½—1″ lg., 1½—3‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato. ALABASTRA 2‴ lg., bracteolis 2, lineari-subulatis, 2‴ lg. stipata. GERMEN apice glabriusculum, 6—8-ovulatum. LOBI 5 calycini utrinque velutini, 1‴ lg. PETALA 5, rotunda, concava, glabra, 2‴ lg. STAMINA petalis paullo breviora. STYLUS petala aequans, glaber.

β. ROSMARINIFOLIA: indumento villosissimo; foliis linearibus v. lanceolato-linearibus, junioribus acutissimis, adultis basi vix cordatis. (v. in hb. Vindob. et Mart.)

RAMI teretes, exophloeo lamellatim secedente glabri; RAMULI compressi. FOLIA 6—13‴ lg., 1—2‴ lt.; nervo utrinque elevato. PEDUNCULI 8—14‴ lg., rarius 2—3-flori. ALABASTRA 2″ lg., bracteolis 2, linearibus, 3½—4‴ lg. stipata. GERMEN triloculare, 6-ovulatum. SEPALA 1½‴ lg., in alabastro erecta, globo petalorum longiora. PETALA 5, subrotunda, apice erosula, ciliolata, 2″ lg. STAMINA STYLUSque petala aequantia.

Habitat in dumetis vulgo Carrascos, prope praedium Fazenda do Riberão in Minas Novas, floret Majo: St. Hilaire; nec non ad praedium Fazenda de Mathias Vieira in prov. Minarum: Pohl n. 1093.; et aliis locis: Helmreichen, Vauthier. Pl. Oreas.

98. AULOMYRCIA CARDIOPHYLLA BERG: ramulis foliisque novellis subtus et paniculis villosis; foliis subsessilibus, coriaceis, cordatis, obtuse breviter acuminatis, discoloribus, nitidis, superne glabris, subtus tandem glabratis, utrinque elevato- et grosse glandulosis, obscure pellucido-punctatis, reticulatis, duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus, saepe geminis, folio duplo longioribus; floribus glabriusculis; germine triloculari. ♄ Variat:

α. LAXIFLORA: paniculis laxifloris; floribus minoribus; lobis calycinis ovatis, convexis, acutis.

RAMI teretes, rimosi; RAMULI stricti, saepe elongati, 1—1½′ lg., rufi, tetragono-compressi. FOLIA siccata superne atrovirentia, subtus rufa, 9—12‴ lg., 8—9‴ lt.; nervo medio utrinque praesertim inferne elevato; venis subpatulis venulisque reticulatis utrinque prominulis, areolis angustis, 1-glandulosis. PANICULAE 8—18‴ lg., 2—3-pliciter ramosae; ramulis ultimis trifloris, flore centrali sessili, lateralibus pedicellatis. ALABASTRA obovata, glabra, sub calyce constricta, ⅝‴ lg., bracteolis 2, lineari-lanceolatis, pilosis, 1‴ lg., caducis stipata. GERMEN 6-ovulatum. SEPALA 5, ciliolata, in alabastro globum petalorum aequantia. (v. in hb. Berol.)

β. DENSIFLORA: paniculis densifloris; floribus majoribus sub calyce vix constrictis; lobis calycinis latis, brevibus, rotundatis.

FOLIA imbricatim adpressa, 4—9‴ lg., 3½—8½‴ lt. PANICULAE 1—1½″ lg., ramis bracteatis. ALABASTRA 1½‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, ciliatis, 1‴ lg. stipata. GERMEN 6-ovulatum, disco medio concavo, glabro, velutino, marginato terminatum. LOBI calycini 5, extus glabri, intus sericei. PETALA 5, subrotunda, ciliolata, 1‴ lg. STAMINA 1½‴ lg. STYLUS 2‴ lg. (v. in hb. Vindob. et Berol.)

Habitat: α. in montibus Serra de S. Antonio prov. Minas Geraës: Sellow; β. Pohl n. 1072. Pl. Oreas.

99. AULOMYRCIA HYPERICOIDES BERG: caule simplici, superne paniculisque et alabastris puberulis; foliis sessilibus, erectis, cauli adpressis, cordato-ovatis, apice angustatis, acutiusculis, subopacis, glabris, venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibns, folio paullo longioribns, paucifloris; germine triloculari; lobis calycinis ovato-rotundatis, demum reflexis, intus albo-tomentosis.

Myrcia hypericoides Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 227.

FRUTEX. CAULIS 1—2-pedalis, rubellus, inferne teres, glaber, superne subangulosus. FOLIA 8—12‴ lg., 5—10‴ lt., basi obsolete cordata; nervo subtus prominulo; venis vix manifestis. FLORES pedicellati, bracteolis 2, lineari-subulatis, 1‴ lg. stipati. ALABASTRA 1‴ lg. GERMEN apice disco concavo, albo-tomentoso obtectum, loculis biovulatis. LOBI calycini subaequales. PETALA 5, lobis calycinis duplo longiora, obovato-rotundata, extus puberula. STAMINA petalis paullulum longiora. STYLUS stamina subaequans, glaber. (Camb.) † — *A. rubellae* maxime affinis. (Camb.)

In campis prope Campo Alegre in desertis prov. Minas Geraës, floret Majo: St. Hilaire. Pl. Hamadryas.

100. AULOMYRCIA SUBCORDATA BERG: ramulis foliisque novellis subtus paniculisque novellis brunneo-velutinis, mox glabris; foliis sessilibus, rigide coriaceis, rotundo-ovalibus, basi cordatis, apice obtusis, discoloribus, supra subnitidis, impresso-, impellucido-punctatis, utrinque elevato-, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; cymis trichotomis, terminalibus, 3—4-nis, validis, folio longioribus; bacca globosa, tubo liberò hypanthii lobisque calycinis brevibus, latis, obtusis coronata, 1-sperma. ♄

Myrcia subcordata DC. Prodr. III. 253.

RAMI dichotomi, superne compressi. FOLIA 13—19‴ lg., 10½—16‴ lt., supra hepatica, subtus flavescentia; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis subpatulis venulisque reticulatis supra prominulis subtus prominentibus. CYMAE 28—32‴ lg., tripliciter ternatae, una alterave ad ramum bifoliatum, apice floriferum excrescente. BACCA 3‴ diametro. SEMEN nitidum. (v. in hb. Monac.)

Habitat in prov. Minas Geraës: M. Pl. Oreas.

101. AULOMYRCIA DEBILIS Berg: ramulis novellis sulcato-angulosis, puberulis; foliis subsessilibus, ovatis v. ovato-oblongis, basi saepe subcordatis, acutiusculis, pellucido-punctatis, supra glabris, subtus ad nervum puberulis, pallidis, supra reticulato-venosis; paniculis axillaribus, folio paullo brevioribus, glabriusculis, paucifloris; bacca globosa, glabra, 2-sperma, lobis calycinis ovatis, obtusis, demum deciduis coronata.

Myrcia debilis Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 234.

Frutex 7—8-pedalis; caulis debilis; rami teretes, glabrati. Folia 10—20‴ lg., 6—10‴ lt., margine revoluta; nervo subtus prominente; venis vix manifestis. Bacca ribis rubri magnitudine. Seminis subrotundi testa membranacea. Embryo rostello brevi, acutiusculo; cotylis magnis, crassis, corrugato-contortuplicatis, imperfecte conferruminatis. (Camb.) †
Ab *A. myrtillifolia* differt: foliis subsessilibus, basi subcordatis; seminibus haud reniformi-ovoideis. (Camb.)

In silvis primaevis prope praedium Itajurú, haud longe a vico S. Miguel de Mato dentro, in prov. Minarum, fructificat Januario: St. Hilaire. Pl. Oreas.

102. AULOMYRCIA ALBO-TOMENTOSA Berg: ramis foliisque subtus, paniculis alabastrisque et baccis velutino-tomentosis; foliis sessilibus v. breviter petiolatis, coriaceis, cordato-ovatis v. ovatis, apicem versus sensim acutatis, obtusiusculis v. retusis, supra nitidis, demum subglabratis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio longioribus, plurifloris; germine 2—3-loculari; sepalis ovatis, erectis; bacca globosa, 1—2-sperma, calyce coronata. Variat:

α. rubrescens *Berg:* indumento rufescenti-cano, tandem nigrescenti; foliis sessilibus, cordatis, apice leviter retusis, impellucido-punctatis; paniculis terminalibus amplis, axillaribus multo majoribus; germine triloculari; sepalis obtusiusculis; petalis glabris.

Myrtus albo-tomentosa Mart. Herb.
Myrcia albo-tomentosa DC. Prodr. III. 254.

Frutex. Rami vetustiores tomento nigrescenti obtecti, tandem exophloeo delapso glabri; novelli brunnei. Folia 8—15‴ lg., 7—13‴ lt., supra pilis albis, sparsis obtecta; nervo utrinque prominente; venis supra parum prominulis, subtus inconspicuis. Panicula terminalis 3″ lg.; ramis bracteatis, infimis bis-, superioribus simpliciter bifidis; floribus in dichotomiis sessilibus. Alabastra turbinata, 2‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 1½—2‴ lg., deciduis stipata. Germen 6-ovulatum. Sepala ¾‴ lg., utrinque velutina. Petala 5, subrotunda, 2‴ lg. Stamina petalis paullo longiora. Stylus stamina paullo superans, glaber. (v. fl. in hb. Mart.)

β. lutescens *Berg:* indumento lutescenti-albido; caule 4—6-pedali; foliis sessilibus, cordatis, acutiusculis, pellucido-punctatis; germine biloculari; sepalis obtusis, intus glabriusculis; petalis extus tomentosis.

Myrcia albo-tomentosa α. Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 236.

Folia 1—2″ lg., 8—14‴ lt. †

γ. nivea *Camb.* indumento niveo-tomentoso; caule 2—2½-pedali; foliis subsessilibus, basi non cordatis.

Myrcia albo-tomentosa β. Camb. l. c. 237.

Folia minora quam in varietate β.; flores triente breviores quam in var. β.; baccae 3‴ diametro; seminis globosi testa membranacea, nitida; embryo generis. †

δ. humilis *Camb.* indumento laxo, albido; caule 1—1½-pedali, gracili; foliis breviter petiolatis, ovatis v. ovato-oblongis; sepalis acutiusculis. †

Myrcia albo-tomentosa γ. Camb. l. c. 237.

Nascitur: α. in campis versus fluvium S. Francisci, in parte prov. Minas Geraës dicta Sertam: M.; β. in campis partis australis prov. Goyaz, floret Septembri: St. Hilaire; γ. prope praedium vulgo Fazenda de Joaquim Alves, in parte australi prov. Goyaz, floret fructificatque Augusto: St. Hilaire; δ. prope Riberão Frio, in parte australi ejusdem prov., floret Junio: St. Hilaire. Pl. Hamadryas.

103. AULOMYRCIA RETICULOSA Berg: ramulis petiolisque et paniculis laxe tomentosis; foliis breviter petiolatis, rigidis, ovatis v. ovato-oblongis, basi subcordatis, apice obtusis v. leviter obtuse acuminatis, utrinque grosse elevato-, pellucido-punctatis, supra splendentibus, subtus subnitidis, pilosiusculis, demum glabris, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus, folium subaequantibus; germine triloculari, glabro; sepalis rotundatis, subaequalibus, extus glabris, intus puberulis, ciliolatis. ♄

Myrcia reticulosa Miq. in Linnaea XXII. 793.

Rami exophloeo delapso glabri, novelli compressi, rufi, glandulosi. Folia lamina 20—27‴ lg., 11—15‴ lt.; petiolo 1—1½‴ lg.; nervo medio supra vix impresso, subtus incrassato, tomentoso, demum glabro; venis subpatulis venulisque reticulatis utrinque prominulis. Paniculae 2″ lg., tripliciter ramosae, floribus ultimis 3-nis, centrali sessili. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum, disco medio concavo, glabro terminatum. Lobi 5 calycini glandulosi, breves. Petala 5, rotunda, concava, glabra, 1½‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus staminibus paullo longior. (v. in hb. Berol.)

Habitat prope villam Jacobina, in prov. Bahiensi: Blanchet n. 3728. Pl. Hamadryas.

104. AULOMYRCIA VARIABILIS Berg: ramis gracilibus; ramulis foliisque utrinque et paniculis rore cyaneo pruinosis, glabris; foliis sessilibus, semiamplexicaulibus, oppositis, coriaceis, cordatis, nitidis, subtus nigrescenti-, impellucido-punctatis, utrinque elevato-, reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus, gracilibus, folio 2—3-plo longioribus, laxifloris; germine triloculari; bacca globosa, 1—2-sperma, lobis calycinis latis, brevibus, ciliolatis, extus glabris, intus sericeis coronata.

Myrtus variabilis Mart. Herb.
Myrcia variabilis DC. Prodr. III. 254. Variat:

α. ovatifolia *(Mart. Herb.)*: foliis oblongo-ovatis, cordatis, apicem versus gradatim acutatis, acutiusculis v. obtusiusculis.

Folia 12—26‴ lg., 8—15‴ lt. (v. fruct. in hb. Monac.)

β. intermedia *(Mart. Herb.)*: foliis ovatis, cordatis, obtusiusculis.

Rami stricti, badii; ramuli compressi. Folia 9—20‴ lg., 8—15‴ lt., sursum sensim minora; nervo supra parum-, subtus magis elevato; venis subpatulis venulisque reticulatis utrinque elevatis. Paniculae 1½—3″ lg., 2—3-pliciter ramosae; ramis bracteis deciduis fultis. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, linearibus, ½‴ lg., ciliatis stipata, glabra. Germen 6-ovulatum. Lobi calycini 5 rotundati, ¾‴ lati. Petala 5, subrotunda, apice parum ciliolata, 1½‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus staminibus paullo longior. Bacca glabra, 3‴ diametro, disco concavo, glabro lobisque calycinis patulis, intus ferrugineo-sericeis coronata. Testa seminis pallida, nitida, chartacea. Embryo generis. (v. florif. in hb. Mart., fructif. in hb. Berol.) — Habitu valde ad *Campomanesiam cyaneam* accedit.

γ. nummularia *(Mart. Herb.)*: foliis suborbicularibus, cordatis, apice interdum retusis.

Folia 8—15‴ lg., 9—16‴ lt.; paniculae 3—4″ lg. (v. florif. in hb. Mart.)

Habitat in prov. Minarum: M.; nec non prope Capivary prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

2. AMETHYSTINAE. Rami valde incrassati, cortice crasso, suberoso obtecti; ramuli, folia et pedunculi rore amethystino plus minusve induta. Folia non cordata. Germen 3-loculare, 6-ovulatum.

105. AULOMYRCIA OVALIS BERG: glabra, ramis crassis; foliis sessilibus, coriaceis, ovalibus, utrinque obtusis, apice retusis, discoloribus, glaberrimis, obscure pellucido-punctatis, supra lucidis, subtus nitidis, venosis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; cymis folium subaequantibus, trifidis; ramis trifloris; flore in dichotomia sessili, lateralibus pedicellatis; germine triloculari; lobis calycinis latis, obtusis, extus glabris, albociliatis, intus albo-sericeis. ♄

RAMI 4‴ diametro, cortice suberoso, rimoso obtecti; RAMULI tenues; novelli compressi, pallidi, fusco-glandulosi, pilis paucis obsiti, mox glaberrimi. GEMMAE albo-sericeae. FOLIA 9—19‴ lg., 7—13‴ lt., siccata supra olivacea, subtus pallida, fusco-punctata; nervo medio supra parum, subtus magis elevato; venis utroque latere circiter 10, subdivaricatis, tenuibus, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. CYMAE 13—16‴ lg.; rhachi ramisque compressis, glandulosis, his bracteatis. ALABASTRA 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus linearibus, caducis. GERMEN 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5, breves, ¾‴ lati. PETALA 5, subrotunda, glabra, denticulata, grosse punctata, 1½‴ lg. STAMINA petala subaequantia. STYLUS 2‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Maxime ad *A. variabilem* accedit, sed distincta: absentia pruinae cyaneae; ramis crassis; foliis pellucido-punctatis; cymis folium aequantibus, 9-floris; flore centrali sessili; lobis calycinis intus albo-sericeis; ab *A. amethystina* et *A. trifolia* differt: absentia pruinae cyaneae; foliis oppositis, lucidis; cymis 9-floris; flore centrali sessili; lobis calycinis intus albo-sericeis, exacte ciliatis.

Habitat in prov. Minarum: Pohl n. 1038., Vauthier, Claussen. Pl. Oreas.

106. AULOMYRCIA TRIFOLIA BERG: glabra, rore amethystino induta; foliis sessilibus, coriaceis, ternis, rarius sparsis, oblongis v. lanceolato-oblongis, antrorsum acutatis et apiculatis v. obtusiusculis, basi subtruncato-cuneatis, margine argute limbatis, utrinque glaucis, supra nitidis, glandulis raris, impressis, impellucidis inspersis, tenuiter venosis, limbinerviis; paniculis gracilibus, axillaribus, decompositis, folio longioribus; bacca subglobosa, lobis calycinis brevibus, ovatis, obtusis coronata, 1—2-sperma. ♄

RAMI incrassati, foliati, exophloeo lacero obtecti; RAMULI graciles, trigoni v. compressi, nitidi, purpurei, fusco-glandulosi. GEMMAE ferrugineo-tomentosae. FOLIA 28—39‴ lg., 9—13‴ lt.; nervo medio utrinque praesertim inferne prominente; venis plurimis, tenuibus, erecto-patulis, primo utrinque prominentibus, demum supra impressis, subtus obtectis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. PANICULAE 3—4½″ lg.; rhachi filiformi; pedunculis divaricatis. BACCA 4‴ diametro, disco valde concavo calyceque coronata. EMBRYO generis. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad Pompeo in parte occidentali prov. Minas Geraës: Sellow. Pl. Hamadryas.

107. AULOMYRCIA INTERMEDIA BERG: glabra; innovationibus rore amethystino indutis; ramis crassis; foliis subsessilibus, ternis, rigidis, ovali-oblongis, apice angustato-obtusis, basi annotinis acutis, adultis obtusis, margine argute limbatis, supra demum impresso-, subtus nigrescenti-, impellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus, decompositis, folio longioribus; germine triloculari; lobis calycinis rotundatis, ciliolatis, intus sericeis. ♄

Folium: Tabula nostra II. Fig. 27.

RAMI adulti incrassati, aphylli, cortice crasso, suberoso obtecti; RAMULI tenues, adulti exophloeo secedente, juniores angulati, purpurei, glandulosi. FOLIA 12—22‴ lg., 6—10‴ lt.; nervis utrinque prominentibus, serius supra interdum impressis; venis erecto- v. subpatulis. PANICULAE 2—3″ lg., infimae bractea fultae; floribus ultimis ternis, centrali plerumque sessili, lateralibus pedicellatis. ALABASTRA turbinata, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. GERMEN 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini ¾‴ lt. PETALA 5, subrotunda, ciliolata, 1½‴ lg. STAMINA petala subaequantia. STYLUS 2½‴ lg., glaber. (v. in hb. Vindob. et Mart.)

A. trifolia differt: foliis oblongis v. lanceolato-oblongis, acutatis; *A. amethystina* differt: foliis rotundo-ovalibus v. ovalibus, utrinque obtusis v. retusis.

Habitat ad Formiga Oliveira et Rio de S. Francisci et Paranahyba in prov. Goyaz: Pohl n. 1030. et 1036. Pl. Hamadryas.

108. AULOMYRCIA AMETHYSTINA BERG: glabra; ramis crassis; ramulis, foliis paniculisque et alabastris glandulosis rore-que amethystino plus minusve indutis; foliis subsessilibus, ternis v. quaternis, rarius alternis v. oppositis, rigidis, orbiculari-ovalibus, ovalibus v. ovali-oblongis, utrinque obtusis v. retusis, opacis v. partim nitidis, pellucido-punctatis, utrinque reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis racemosis, laxifloris axillaribus, folio duplo longioribus, cernuis; germine triloculari; baccis subgloboso-pyriformibus, calyce obtusissime 5-dentato, ciliolato coronatis, 1-spermis. ♄ Variat:

α. PULCHRA: rore intense amethystino v. cyaneo; foliis orbiculari-ovalibus v. ovalibus, utrinque elevato-reticulatis; paniculis elongatis, laxifloris.

RAMI antepenultimi serioribus multo crassiores, 4—5‴ diametro, cortice incrassato, lacero obtecti, novelli angulati, badii, ⅓—½‴ lati. FOLIA interdum obovata, basi subcordata, rarissime obtusiuscula, subtus fusco-punctata, 1—2″ lg., 9—16‴ lt.; nervo medio venisque subpatulis, utroque latere 10—12, utrinque prominentibus; venulis interjectis subreticulatis, utrinque prominulis. PANICULAE 2½—4½‴ lg.; rhachi gracili, compressa; ramis inferioribus racemosis, superioribus 1-floris, bracteis lineari-lanceolatis, obtusis, margine involutis, caducis fultis. ALABASTRA turbinata, 2‴ lg., bracteolis 2, linearibus, ciliatis, 1‴ lg., caducis stipata. HYPANTHIUM supra germen 6-ovulatum valde productum, in calycem 5-dentatum abiens; dentes calycini lati, breves. PETALA 5, subrotunda, subtilissime ciliolata, 1‴ lt. STAMINA petala aequantia. STYLUS staminibus paullo longior. BACCA 3—5‴ lg. SEMEN testa submembranacea obtectum. EMBRYO generis. (v. in hb. Berol.)

β. DEALBATA: foliis solum rore pallide amethystino indutis, ovalibus v. ovali-oblongis, adultis supra grosse impresso-punctatis; venis supra obtectis; paniculis brevioribus, densioribus.

FOLIA 12—23‴ lg., 7—12½‴ lt. PANICULAE 1—2¾″ lg. ALABASTRA 1‴ lg. (v. florif. in hb. Vindob. et Mart.)

Ab *A. variabili* differt: ramis crassis; foliis saepissime 3—4-nis, utrinque obtusis v. basi angustatis; paniculis racemosis, cernuis; baccis globoso-pyriformibus; testa seminis submembranacea.

Habitat: α. ad praedium Olho-d'Agua prope vicum Contendas in desertis prov. Minarum: Sellow; β. ad villam S. Joâo d'El Rey prov. ejusdem: Pohl n. 1073. Pl. Oreas — Hamadryas.

3. RUGOSAE. Folia rigida, rugosa v. elevato-reticulata. GERMEN 3—4-, rarissime 2-loculare.

109. AULOMYRCIA RETICULATA BERG: ramulis foliisque novellis ad nervum medium et subtus, pedunculis et alabastris dense ochraceo-velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, lanceolato- v. ovali-oblongis, utrinque angustatis, basi acutis, apice obtusis,

discoloribus, supra glabris, elevato-, demum impresso-, haud v. vix pellucido-punctatis, demum nitidis, utrinque reticulatis, limbinerviis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, paucifloris v. cymosis; germine 2—3-loculari; lobis calycinis ovatis, obtusiusculis, utrinque velutinis. Variat:

α. PAUCIFLORA: foliis adultis supra impresso-reticulatis, subtus subglabratis; pedunculis racemoso 3- v. pauci-, rarius 1-floris, folio subbrevioribus.

FRUTEX 15-pedalis; RAMI teretes, subdichotomi, laeves, glabri; novelli compressi. FOLIA siccata novella supra atroviolacea, adulta utrinque pallida, indumento expallente, demum oblitterato; PETIOLO 2‴ lg.; lamina 14—26‴ lg., 5—10‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis erecto-patulis venulisque reticulatis supra prominulis, demum impressis, subtus ob tomentum obsoletioribus. PEDUNCULI 1″ lg., summi 1-flori. ALABASTRA obovata, ⅝‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. GERMEN 4—6-ovulatum, disco concavo, glabro, margine lato, velutino obtectum. LOBI 5 calycini ovato-oblongi. PETALA 5, subrotunda, extus puberula, ciliolata, concava, 1½‴ lg. STAMINA 2‴ lg. STYLUS ad medium pilosus, 2½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

β. DIVES: foliis adultis elevato-reticulatis, subtus tomento nigrescenti obtectis; paniculis cymosis, plurifloris, folio duplo longioribus.

CAULIS ramosissimus. FOLIA 8—14‴ lg., 3—5‴ lt. CYMAE 3-fidae, ramis 3-floris v. PANICULAE apice et ramis infimis 3-florae, flore centrali sessili, lateralibus breviter pedicellatis, pedunculatae, 1—2″ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat: α. ad Itanaré prov. Rio Grande do Sul: Sellow; β. in Brasiliae loco incerto. Pl. Napaea.

110. AULOMYRCIA VENULOSA BERG: ramulis, foliis subtus, paniculis, baccis junioribus cano-, brunneo- v. rufo- tenuiter velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, oblongis, obovato- v. elliptico-oblongis, utrinque angustatis, apice acutato-obtusis, obtusis v. retusis, basi cuneatis v. breviter acutis, adultis supra saepe impresso-punctatis, nitidis, glabris, utrinque elevato-reticulatis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio longioribus, 1—2-nis; germine triloculari; bacca globosa, lobis calycinis rotundatis, ciliolatis, intus velutinis coronata. ♄ Variat:

α. PARVIFOLIA: indumento cano; foliis minoribus, basi cuneatis, impellucido-punctatis, supra exacte reticulatis; paniculis solitariis; baccis verrucosis.

Myrcia venulosa DC. Prodr. III. 250.

FOLIA PETIOLO 1½—2‴ lg., lamina 16—24‴ lg. PANICULAE 15—28‴ lg. BACCA 3‴ diametro. (v. in hb. Monac.).

β. CAPOEIRENSIS: ramis paniculisque brunneo-velutinis; foliis majoribus, basi obtusiusculis v. breviter acutis, obscure pellucido-punctatis, supra demum oblitterato-reticulatis; paniculis 2-nis; baccis glandulosis.

Myrcia venulosa, β. capoeirensis DC. l. c. 250.

FOLIA PETIOLO 2‴ lg.; lamina 21—32‴ lg., 8—12‴ lt. PANICULAE 14—34‴ lg. BACCA 8‴ diametro. (v. in hb. Monac.)

γ. RUFA *Bg.* ramulis foliisque novellis subtus, paniculis alabastrisque rufo- brevissime densissimeque velutinis, tomento demum expallente; foliis obovato-, rarius ovali-oblongis, rotundatis et retusis, rarius angustato-obtusis, nec impresso, nec pellucido-punctatis, supra demum oblitterato-reticulatis; paniculis solitariis.

RAMI teretiusculi, glabri, rugosi, superne compressi. FOLIA 1—1½′ lg., 6—9‴ lt.; PETIOLO 2‴ lg.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis subpatulis, sublongiori a margine distantia subarcuatim unitis. PANICULA 22‴ lg.; floribus conglomeratis. GERMEN 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. LOBI calycini 5, ovati, obtusi, inaequales, utrinque velutini. PETALA 5, subrotunda, glabra, 1‴ lg. STAMINA 1‴ lg.; filamentis purpureis. STYLUS 2‴ lg., basi puberulus. (v. in hb. Zuccar.)

Habitat: α. in prov. S. Pauli; β. in Capoeira, i. e. silva secundaria, post primaevam caesam enata, prope urbem d'Ouro preto, prov. Minarum: M.; γ. in prov. Rio de Janeiro: Schüch. Pl. Oreas. Dryas.

111. AULOMYRCIA LAUREOLA BERG: ramulis, gemmis, petiolis, nervo foliorum novellorum, paniculis, alabastris dense ochraceo-tomentosis; foliis petiolatis, coriaceis, oblongis v. obovate oblongis, obtusis, basi cuneatis, novellis superne elevato-, impellucido-punctatis, puberulis, mox glabris, nitidis, subtus ochraceo-velutinis, tandem glabratis, reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, folio longioribus; germine 3-loculari; lobis calycinis obtusiusculis, extus glabriusculis, ciliolatis, intus velutinis.

FRUTEX 10-pedalis; RAMI teretiusculi, glabri. FOLIA margine recurva; PETIOLO 2‴ lg.; lamina 15—30‴ lg., 5—10‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis erecto-patulis, tenuibus utroque latere circiter 12, utrinque prominulis. PANICULAE pyramidatae, decompositae, 15—30‴ lg. ALABASTRA pyriformia, parum sub calyce constricta, 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. GERMEN velutinum, 6-ovulatum, disco concavo, velutino terminatum. LOBI calycini 5. PETALA 5, subrotunda, extus sericea, ciliolata, 1½‴ lt. STAMINA 1½‴ lg. STYLUS basi sericeus, 2½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Ab *A. ochracea* differt: foliis latioribus; paniculis magis compositis; ab *A. rugosa:* foliis basi acutis, impellucido-punctatis; ab *A. venulosa:* foliis majoribus, subtus glabratis.

Habitat ad rivos montium porphyreorum prope villam Castro in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

112. AULOMYRCIA RUGOSA BERG: ramulis paniculisque compressis foliisque novellis subtus et alabastris ochraceo-velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, ovato- v. ovate oblongis, antrorsum sensim angustatis, apice obtusiusculis, basi obtusis, supra glabris, nitidis, impresso- et obsolete pellucido-punctatis, subtus tandem glabratis, opacis, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus, 1—2-nis, folio paullo longioribus; germine triloculari; bacca globosa, lobis calycinis brevibus, acutis coronata, 1—6-sperma, velutina.

FRUTEX. RAMI teretiusculi, glabri. FOLIA PETIOLO 1½—2‴ lg; lamina 12—27‴ lg., 7—10‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis, supra impressis, demum oblitteratis, subtus prominulis; venulis interjectis reticulatis. PANICULAE 18—28‴ lg., 2—3-pliciter ramosae, ramis infimis saepe bracteis foliaceis fultae. GERMEN basi bracteolis 2, lanceolatis, deciduis stipatum, 6-ovulatum, disco concavo, tomentoso terminatum. CALYX 5-dentatus, dentibus brevibus, triangularibus, acutiusculis, utrinque velutinis. STYLUS basi puberulus, 3‴ lg. BACCA 3—4‴ diametro. SEMEN hippocrepicum, 3‴ lg., testa cartilaginea, fusca obtectum. EMBRYO generis. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

113. AULOMYRCIA SONDERIANA BERG: ramulis, petiolis paniculisque ochraceo-velutinis, tomento demum expallente; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis v. oblongis, utrinque angustatis, basi acutis v. obtusiusculis, apice angustato-obtusis, discoloribus, novellis utrinque sparse puberulis, ibidem elevato-reticulatis, sublongiori a margine distantia limbinerviis, grosse et obscure

pellucido-punctatis, adultis glabris, supra nitidis, oblitterato-nervosis, subtus reticulato-venosis; paniculis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, folio longioribus; germine glabro, triloculari; lobis calycinis ovatis, obtusis, extus glabriusculis, intus velutinis, ciliatis. ♄

Rami tereti-compressi, glabri; novelli compressi. Folia petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 14—28‴ lg., 6—12‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis subpatulis, supra parum, subtus magis prominulis; venulis interjectis reticulatis, supra magis, subtus parum prominulis, omnibus demum supra oblitteratis. Paniculae 1½—3″ lg., 2—3-pliciter ramosae. Alabastra obovata, glabra v. glabriuscula, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibns valde caducis. Germen 6-ovulatum, disco concavo, medio glabro, margine velutino coronatum. Lobi calycini 5, patentes, ½—¾‴ lg. Petala 5, ovali-subrotunda, ciliolata, 1¾‴ lg. Stamina 2½—3‴ lg. Stylus basi strigosus, stamina aequans. (v. in hb. Sonder. sub nomine *Myrciae rubellae Miq.*)

A. Castrensis differt: foliis novellis puberulis, haud elevato-punctatis, et adultis reticulatis; paniculis bracteatis; petalis glabris; *A. rugosa* differt: foliis subtus velutinis, basi ovatis, supra impresso-punctatis; alabastris velutinis; lobis calycinis acutis; *A. Laureola* differt: foliis subtus alabastrisque velutinis; foliis basi cuneatis, impellucido-punctafis; *A. Klotzschiana* differt: foliis et adultis utrinque reticulatis; alabastris dense tomentosis; *A. venulosa* foliis subtus velutinis, vix pellucido-punctatis et adultis reticulatis, germinibus baccisque velutinis distincta est; *A. rubella (Myrcia rubella Camb.)* toto coelo diversa, ad sectionem aliam pertinet.

Habitat in prov. Minarum: Dr. Regnell I. n. 134., Dr. Widgren n. 544. Pl. Oreas.

114. AULOMYRCIA CASTRENSIS Berg: ramulis, gemmis petiolisque foliorum novellorum et paniculis ochraceo-tomentosis; foliis petiolatis, coriaceis, elliptico-oblongis, utrinque sensim angustatis et obtusiusculis, novellis ciliatis, supra glabris, opacis, tandem nitidis, subtus pilis raris, sparsis puberulis, opacis, mox glabris, utrinque glandulis elevatis, grossis pellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus, folio longioribus; germine glabro, triloculari; lobis calycinis obtusiusculis, ciliatis, extus glabris, intus velutinis.

Arbuscula, ramis teretiusculis, laevibus, glabris. Folia petiolo 2‴ lg.; lamina 14—23‴ lg., 7—11½‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, subpatulis venulisque reticulatis utrinque prominulis. Paniculae 24—32‴ lg., 2—3-pliciter ramosae; ramis bracteatis; floribus ultimis ternis, centrali sessili, lateralibus pedicellatis. Alabastra turbinata, glabra, 1½‴ lg., bracteolis 2, linearibus, ciliatis, 1‴ lg. stipata. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Calyx 5-dentatus. Petala 5, obovata, glabra, eciliata, pellucido-punctata, 2‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus glaber, 2½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Differt ab *A. Laureola* et *A. rugosa:* foliis pellucido-punctatis, basi obtusiusculis, subtus haud velutinis; germine glabro, basi bibracteolato.

Habitat ad villam Castro in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

115. AULOMYRCIA KLOTZSCHIANA Berg: ramulis petiolisque junioribus et alabastris ferrugineo- v. cano-velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, ovato- v. ovali-oblongis, utrinque obtusis v. apice angustato-obtusis, supra nitidis, novellis utrinque minute puberulis, adultis glabris, discoloribus, grosse et obscure pellucido-punctatis, elevato-reticulatis, longiori a margine distantia arcuatim subduplicato-limbinerviis; cymis v. paniculis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, densifloris, floribus in dichotomia sessilibus; germine 3—4-loculari, velutino; lobis calycinis ovatis, obtusis, utrinque velutinis. ♄ Variat:

α. depauperata: foliis et adultis supra elevato-reticulatis; cymis v. paniculis paucifloris, folio brevioribus.

Folium: Tabula nostra II. Fig. 35.

Rami tereti-compressi, rugosi; novelli compressi. Folia petiolo 3—4‴ lg.; lamina 1½—4″ lg., 10—21‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis subpatulis venulisqne reticulatis utrinque prominulis. Cymae 1—2″ lg. Alabastra cylindrico-turbinata, 2‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, 1½‴ lg. stipata. Germen 6—8-ovulatum. Lobi calycini 5, ½‴ lg. Petala 5, subrotunda, glabra, 1‴ lg. Stamina petalis duplo longiora. Stylus longitudine staminum. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

β. multiflora: foliis adultis apice acutioribus, supra impresso-reticulatis; paniculis multifloris, folio longioribus.

Folia 16—38‴ lg., 8—18‴ lt.; paniculae 2—4″ lg., ramis infimis saepe geminis. (v. in hb. Vindob.)

Differt haec praeposita species ab *A. Castrensi:* foliis haud elevato-glandulosis, novellis utrinque puberulis; paniculis laxifloris; germine velutino; ab *A. Sonderiana:* foliis adultis utrinque elevato- v. supra impresso-reticulatis; paniculis densifloris; germine velutino.

Habitat in prov. Minarum: α. prope Guarda-Mór ad Rio Maranhão: Pohl n. 1046.; nec non in desertis: Pohl n. 631.; β. in desertis: Pohl n. 630. Pl. Hamadryas.

116. AULOMYRCIA FENZLIANA Berg: ramulis foliisque novellis ochraceo-strigosis; foliis petiolatis, ellipticis v. elliptico-oblongis, utrinque angustatis, basi in petiolum attenuatis, apice plus minusve obtusiuscule acuminatis, discoloribus, obscure pellucido-punctatis v. adultis impunctatis, supra splendentibus, manifeste, subtus tenuissime reticulatis, duplicato-limbinerviis; paniculis paucifloris, glabris, axillaribus, folium subaequantibus; floribus glabris, ultimis ternis, centrali sessili; germine triloculari; lobis calycinis latis, brevibus, obtusis, ciliolatis, intus sericeis. ♄

Myrcia sphaerocarpa Gardner in Hook. Lond. Journ. II. 352., nec. DC.

Rami teretes, cinerei; ramuli compressi, sericei. Folia supra atrovirentia, subtus fuscescentia; petiolo 2—2½‴ lg.; lamina 12—21‴ lg., 6—10‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis subpatulis venulisque interjectis reticulatis supra prominentibus, medio sulcatis, subtus parum prominulis. Paniculae 15—21‴ lg. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum, disco concavo, medio glabro, margine lato, velutino obtectum. Lobi 5 calycini subaequales, extus glabri. Petala 5, subrotunda, ciliolata, glabra, 1½‴ lg. Stamina stylusque basi sericeus, 2½‴ lg. (v. in hb. Vindob.) — Maxime affinis *A. aethusae*, sed diversa: foliis minoribus, basi angustatis; paniculis glabris, solitariis; germine glabro. — Ill. Gardnerus speciem hanc praepositam ad *Myrciam sphaerocarpam DC.* ducit, ab qua maxime differt.

Habitat in Brasilia: Gardner n. 413.

117. AULOMYRCIA AETHUSA Berg: ramulis foliisque novellis subtus dense ferrugineo-strigosis; foliis petiolatis, ovatis v. ovato-oblongis, obtuse acuminatis, basi rotundatis, discoloribus, novellis supra puberulis, costa margineque velutinis, grosse et obscure pellucido-punctatis, adultis glabris, supra maxime splendentibus, subtus parum nitidis, utrinque elevato-reticulatis, duplicato-limbinerviis; cymis trichotomis, sericeis, axillaribus 2-nis v. terminalibus 3-nis, folium subaequantibus; floribus ultimis ternis, centrali sessili; germine sericeo, triloculari; lobis calycinis rotundatis, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi, glabri. Folia margine vix recurva, siccata supra atrovirentia, subtus fusca; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 25—32‴ lg., 14—16‴ lt.; nervo medio supra parum prominulo,

colorato, subtus elevato; venis plurimis, subpatulis venulisque reticulatis utrinque prominulis. Cymae tripliciter compositae, 2—3″ lg., badiae, sparse sericeae, verrucoso-glandulosae; flores laterales pedicellati, pedicellis flore centrali duplo longioribus. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, subulatis, ¾‴ lg., caducis stipata. Hypanthium supra germen 6-ovulatum productum, in calycem 5-lobum abiens, lobis alabastro incumbentibus. (v. in hb. Berol.)

Species haec *A. Gaudichaudianae* maxime affinis, differt: foliis exacte ovatis; floribus in dichotomia sessilibus.

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Sellow. Pl. Dryas.

118. AULOMYRCIA BAHIENSIS Berg: innovationibus ochraceo-strigosis; foliis petiolatis, chartaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, utrinque angustatis, obtuse breviter acuminatis, basi acutis, grosse elevato-, pellucido-punctatis, supra excepta costa glabris, nitidulis, subtus pilis sparsis rarisque obsitis, utrinque tenuiter, sed exacte elevato-reticulatis, arcuatim 2—3-plicato-limbinerviis; paniculis cymosis glabriusculis, paucifloris, axillaribus et subterminalibus, folium subaequantibus; floribus in dichotomiis sessilibus; germine glabro, triloculari; lobis calycinis latis, brevibus, rotundatis, extus glabris, intus margineque velutinis. ♄

Rami obtusanguli, glabri; novelli compressi, pilis ochraceis, adpressis inspersi. Folia biennia, obscure atro-virentia; petiolo 3—5‴ lg., ochraceo-pubescente, demum glabro; lamina 1½—3″ lg., 10—20‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato, strigoso; venis tenuibus, plurimis, erecto-patulis venulisque interjectis tenuioribus, reticulatis utrinque prominulis, in foliis annotinis diaphanis. Paniculae 1½—2½″ lg., 2—3-nodes, 13- v. 15-florae; rhachi gracili, compressa, glabra, ad nodos pilosa; ramis divaricatis, oppositis, 3—6‴ lg., apice trifloris; pedicellis 1—2‴ lg.; rarius cymae 3-fidae, 9-florae. Alabastra globoso-obovata, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum, disco concavo, medio glabro, margine lato, velutino obtectum. Lobi calycini 5, majores ½‴ lg. Petala 5, rotunda, fusco-glandulosa, ciliata, 1½‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 2½‴ lg., basi puberulus. (v. in hb. Schlechtend.)

Habitat in Bahia. Pl. Hamadryas.

119. AULOMYRCIA GRANDIFLORA Berg: ramulis, gemmis, petiolis superioribus, paniculis, alabastris ochraceo-velutinis; foliis petiolatis, subcoriaceis, rotundo-ovatis, ovatis v. ovato-oblongis, breviter obtuseque acuminatis, basi rotundata in petiolum attenuatis, superioribus obscure pellucido-punctatis, supra glabris, nitidis, reticulatis, subtus puberulis, opacis, reticulato-costatis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio longioribus; germine triloculari; lobis calycinis latis, obtusis, utrinque velutinis. ♄

Rami tetragoni, novelli compressi. Folia margine recurva, inferiora impunctata, glabrata, novella ad florendi tempus desunt; petiolo canaliculato, 4—6‴ lg.; lamina 3—6″ lg., 2—4″ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis subpatulis, adscendentibus, utroque latere 15—18, supra impressis, subtus valde prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, praesertim supra prominulis, reticulatis. Paniculae tripliciter ramosae, 3½—6″ lg. Alabastra turbinata, 4‴ lg., bracteolis 2, oblongo-lanceolatis, 1½‴ lg., caducis stipata. Flores 8‴ diametro. Germen 6-ovulatum, disco concavo, tomentoso terminatum. Calyx 5-lobus, demum explanatus. Petala 5, subrotunda, concava, extus velutina, eciliata, 3‴ lt. Stamina purpurea, numerosissima, siccata fusco-atra, 4‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad Rio das Pedras in prov. Minarum: Sellow. Pl. Oreas.

4. Paniculatae. Indumentum haud rufo-hirsutum. Folia plerumque membranacea v. chartacea, sparse v. obscure pellucido-punctata. Paniculae axillares et subterminales. Germen triloculare.

120. AULOMYRCIA PRUINOSA Berg: innovationibus pilosiusculis; foliis petiolatis, demum rigidis, oblongis v. oblongo-lanceolatis, obtuse acuminatis, basi acutis, nitidis, novellis sparse supra impresso-, pellucido-punctatis, adultis glabris, tenuissime supra impresso-, subtus prominulo-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus, folio longioribus, glauco-pruinosis, glabris; germine triloculari, glabro; lobis calycinis inaequalibus, brevissimis, rotundatis, concavis, ciliolatis. ♄

Rami graciles, stricti, elongati, obtuse 4-goni, glabri; novelli compressi, glauco-pruinosi, superne pilis adpressis inspersi. Folia siccata supra atro-fusca, subtus hepatica, juniora hinc inde pilis brevibus rarisque inspersa, adulta opaca; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 18—28‴ lg., 5½—10‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuissimis, patulis, supra vix visibilibus, demum impressis, subtus prominulis, demum oblitteratis. Paniculae ex inferioribus axillis rami novelli, circiter 3″ lg., 3—4-pliciter ramosae; floribus ultimis ternis, lateralibus subsessilibus. Alabastra cylindrico-turbinata, 1‴ lg.; bracteolis 2, subulatis, caducis stipata. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5, majores ¼‴ lg. Petala 5, suborbicularia, concava, glabra, denticulata, eciliata, ¾‴ lg. Stamina stylusque 1‴ lg. (v. in hb. Monac. sub n. 314.)

Habitat in vicinia urbis Santarem prov. Paraënsis: R. Spruce (Myrcia 5.). Pl. Najas.

121. AULOMYRCIA LAXIFLORA Berg: glabra; foliis petiolatis, oblongis v. ellipticis, utrinque gradatim angustatis, longe et acute acuminatis v. acutis, junioribus pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; paniculis laxifloris, axillaribus, folio paullo brevioribus v. longioribus; germine triloculari; lobis calycinis 5, ovato-rotundatis, obtusiusculis, ciliolatis, erectis, intus sericeis.

Myrcia laxiflora Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 228.
Variat:

α. angustifolia: foliis oblongis, acuminatis.

Frutex erectus; rami teretiusculi, novelli sulcato-angulati. Folia 2½—3½″ lg., 1—1½″ lt.; petiolo 3—5‴ lg.; nervo medio subtus prominulo; venis vix manifestis. Alabastra 1‴ lg., bracteolis 2 linearibus, acutis, 1—1½‴ lg. stipata. Germen apice glabrum. Petala 5, ovato-rotundata, concava, ciliolata, 1½‴ lg. Stamina petalis triente longiora. Stylus stamina paullulum superans, glaber. (Camb.) †

β. latifolia: foliis ellipticis, acutis v. brevissime acuminatis. †

Nascitur α. in silvis primaevis ad ripas fluminis Parahyba in prov. Rio de Janeiro, floret Februario; β. prope villam Mugi das Cruzes in prov. S. Pauli, floret Martio: St. Hilaire. Pl. Dryas.

122. AULOMYRCIA LAURIFLORA Berg: ramulis foliisque novellis ad petiolum et nervum medium subtus paniculisque ad rhachim communem pilis sparsis, rufis strigosis; foliis petiolatis, subobovato-oblongis, utrinque v. saepius omnino basin versus angustatis ibique acutis, apicem versus recurvatis, rotundatis v. obtuse leviter v. vix acuminatis, novellis chartaceis, nitidis, utrinque impresso-, vix pellucido-punctatis et elevato-, reticulato-venosis, limbinerviis, adultis rigidis, opacis, glabris, obsolete venosis; paniculis ex inferioribus nodis ramulorum, basi bractea fultis v. nudis, rarius axillaribus; floribus glabriusculis; germine triloculari; lobis calycinis brevibus, latis, obtusis, ciliatis, extus glabris, intus puberulis.

Myrtus lauriflora Mart. Herb.
Myrcia lauriflora DC. Prodr. III. 252.

Frutex. Rami teretes, rimosi; ramuli badii, nigrescenti-glandulosi. Folia novella badia, adulta pallide hepatica; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 21—32‴ lg., 7—15‴ lt.; nervo utrinque prominente; venis subpatulis, utrinque prominulis, tandem oblitteratis. Paniculae 1—3″ lg., 2—4-pliciter ramosae; ramis bractea suffultis; floribus ultimis ternis, centrali sessili, lateralibus breviter pedicellatis. Alabastra 1‴ lg., turbinata; bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum. Lobi calycini ¼‴ lg., demum patentes. Petala 5, subrotunda, ¾‴ lg., glabra. Stamina petalis aequalia. Stylus ⅝‴ lg. (v. in hb. Mon.) — Ab *A. eleganti* differt: foliis saepissime obversis, recurvatis, simpliciter limbinerviis, haud impresso-venosis.

Habitat ad flumen Amazonum: M. Pl. Najas.

123. AULOMYRCIA LEUCADENDRON Berg: ramulis foliisque novellis subtus pilis cano-pubescentibus strigoso-sericeis; foliis petiolatis, membranaceis, tandem chartaceis, elliptico-oblongis v. oblongis, utrinque gradatim angustatis, apice obtusiuscule acuminatis, basi acutis, pellucido-punctatis, utrinque puberulis, tandem glabris, tenuiter venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folium subaequantibus, puberulis; germine triloculari; lobis calycinis inaequalibus, reflexis, latis, brevibus, ciliolatis.

Myrtus Leucadendron Mart. Herb.

Myrcia Leucadendron DC. Prodr. III. 251.

Arbor 30-pedalis, cortice ramorum albo; rami teretiusculi, glabri, laeves; novelli compressi. Folia novella utrinque fusco-punctata, adulta laevia, supra atrovirentia; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 18—30‴ lg., 7—12‴ lt.; nervo utrinque prominente; venis tenuissimis, erecto-patulis, utrinque prominulis, tandem subtus oblitteratis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Paniculae 14—21‴ lg., graciles, 2—3-pliciter ramosae; floribus ultimis ternis, centrali sessili. Alabastra glabra, 1‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum. Lobi calycini intus puberuli. Petala rotunda, ¾‴ lg. Stamina ¾‴ lg. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Monac.) — Habitu accedit ad *A. Schrankianam*, sed differt: indumento, foliis semper oppositis, majoribus magis acuminatis, paniculis folium aequantibus; floribus duplo minoribus.

Habitat in Brasilia: M.

124. AULOMYRCIA BIMARGINATA Berg: ramulis foliisque novellis subtus paniculisque pilis raris, sparsis obsitis, mox glabris; foliis petiolatis, interdum alternis, coriaceis, oblongis, utrinque sensim angustatis, apice leviter obtuse acuminatis v. obtusis, basi obtusiusculis, discoloribus, supra saepe impresso-, pellucido-punctatis, opacis, subtus fusco-glandulosis, utrinque elevato-, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis, margine extimo arguto; paniculis axillaribus et subterminalibus, folium subaequantibus; floribus glabris, ultimis ternis, centrali sessili; germine triloculari; lobis calycinis latis, rotundatis, ciliatis, intus sericeis.

Folium: Tabula nostra II. Fig. 38.

Frutex. Rami teretiusculi, glabri; novelli compressi. Folia supra virescentia, fusco-maculata v. partim fuscescentia, adulta impresso-punctata, subtus fuscescentia; petiolo 2‴ lg.; lamina 1½—2½″ lg., 8—11‴ lt.; nervo medio supra vix prominente, subtus elevato; venis subdivaricatis, utrinque parum prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis; nervo limbali interiore arcuato, exteriore recto, in marginem argutum explanato. Paniculae 2—3″ lg., infimae bractea fultae, reliquae axillares, folio longiores v. breviores, decompositae, ramis pedicellisque saepe bracteatis. Alabastra turbinata, 1½‴ lg., bracteolis 2, subulatis, ½‴ lg. stipata. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5, ¾—1‴ lt. Petala 5, rotunda, glabra, 1‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat ad Piedade prov. Minarum: Pohl 1031. Pl. Oreas.

125. AULOMYRCIA BOTRYS Berg: innovationibus strigosis; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, obtusatis v. leviter obtuse acuminatis, basi in petiolum attenuatis, discoloribus, glabris, obscure pellucido-punctatis, supra subnitidis, subtus fusco-glandulosis, tenuiter subreticulato-venosis, subduplicato-limbinerviis; racemis subterminalibus et lateralibus, 5—7-floris, gracilibus, glabris; flore terminali saepissime sessili; germine triloculari, glabro; lobis calycinis subaequalibus, brevibus, rotundatis, convexis, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi, albidi, laeves, glabri; ramuli compressi, novelli brunneo-strigosi. Folia siccata supra atrovirentia, subtus fusca; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 10—17‴ lg., 6—9‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente, utrinque puberulo, mox glabro; venis tenuissimis, plurimis, erecto-patulis venulisque interjectis ramulosis utrinque prominulis. Racemi 9—16‴ lg.; pedicellis 2—3‴ lg., bracteis subulatis, ½‴ lg., deciduis fultis. Alabastra obovata, glabra, 1½‴ lg.; bracteolis 2, subulatis, ½‴ lg., deciduis stipata. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi 5 calycini extus glabri, intus sericei, subinaequales. Petala 5, glabra, eciliata, 1‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Schlechtend.)

Habitat in Brasilia, loco natali non indicato.

126. AULOMYRCIA NIGRO-PUNCTATA Berg: ramulis paniculisque et foliis novellis subtus pubescentibus; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, angustato-obtusis, retusis, basi obtusis, discoloribus, adultis glabris, utrinque nigro-glandulosis, obscure pellucido-punctatis, elevato-', reticulato-penninerviis, sublongiori a margine distantia limbinerviis; paniculis axillaribus, plurifloris, folio multo longioribus; germine triloculari; lobis calycinis brevibus, rotundatis, ciliolatis. ♄

Rami glabri; novelli compressi. Folia biennia, supra atrovirentia, subtus fuscata; petiolo 2—2½‴ lg.; lamina 20—30‴ lg., 8—16‴ lt.; nervo medio supra prominulo, subtus prominente; venis erecto- v. subpatulis, utrinque venulisque subreticulatis prominulis. Paniculae in ramulis novellis axillares, 1½—2½″ lg., folio parvo fultae, tripliciter ramosae; floribus ultimis 3-nis, centrali sessili, lateralibus pedicellatis. Alabastra turbinata, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum. Petala 5, rotunda, glabra. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat ad Rio de Janeiro prope Fazenda Lopez: Pohl n. 1039. Pl. Dryas.

5. Thyrsiflorae. Panicula terminalis solitaria. Germen 3—4-loculare.

127. AULOMYRCIA SALZMANNI Berg: innovationibus pilosiusculis; foliis petiolatis, chartaceis, demum rigidis, obovatis, obovato-oblongis v. ovalibus, apice rotundatis, retusis, basi acutis, glabris, nitidis, annotinis pellucido-punctatis, utrinque tenuiter subreticulato-venosis, subarcuatim limbinerviis; panicula solitaria, terminali, divaricato-ramosa, bracteata, multiflora, glabra; floribus in dichotomiis sessilibus; germine triloculari; lobis calycinis latis, brevibus, rotundatis, extus glabris, intus sericeis, ciliolatis. ♄

Rami obtuse 4-goni, badii; ramuli compressi, purpurei, nitidi, glabri. Folia siccata badia, margine plana, subtus fusco-glandulosa; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 12—28‴ lg., 6—16‴ lt.; nervo medio utrinque praesertim subtus prominente; venis tenuibus, erecto- v. subpatulis, utrinque venulisque tenuioribus, ramulosis prominulis, interdum subtus demum oblitteratis. Panicula 1½—2½″ lg., compressa, purpurea, glabra, nitida, 3—4-pliciter ramosa; ramis inferioribus bractea foliacea, ovali-oblonga, ciliata, costa pilosa, 2—3‴ lg. fultis. Alabastra obovata, glabra, 1‴ lg.;

bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum, defloratum globosum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5, $^1/_4$''' lg. Petala 5, subrotunda, 1''' lg. Stamina $1^1/_2$''' lg. Stylus fere 2''' lg. (v. in hb. Schlechtend. et Sonder.)

Ab affinibus speciebus panicula terminali solitaria differt.

Habitat in convallibus prov. Bahiensis: Salzmann. Pl. Hamadryas.

6. Cymosae. Folia certe adulta coriacea, plerumque obscure v. impellucido-punctata. Inflorescentia exacte cymosa. Germen 2—4-loculare.

128. AULOMYRCIA OBTECTA Berg: ramulis, petiolis foliisque novellis subtus et paniculis pilosiusculis; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis v. oblongo-ovalibus, utrinque angustatis, obtuse subacuminatis v. acutatis, basi cuneatis, novellis pellucido-punctatis, adultis glabris, nitidis, superne laevigatis, aveniis, elevato-punctatis, subtus venosis, limbinerviis; cymis axillaribus et subterminalibus, folium superantibus et subaequantibus; germine 2—4-loculari; lobis calycinis ovatis, ciliolatis, extus glabris, intus puberulis, exterioribus acutis, interioribus obtusis.

Arbuscula 10-pedalis et ultra; rami stricti, teretes, glabri. Gemmae sericeae. Folia interdum obversa et subretusa, novella membranacea, adulta rigide coriacea, epidermide inferiore partim soluta; petiolo 1—3''' lg.; lamina 13—22''' lg., 7—10''' lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, supra haud visibilibus, subtus prominulis; venulis interjectis subtus obtectis. Paniculae cymosae, 10—30''' lg., compressae, 2—3-ternatae, ad apices ramorum saepe corymbum terminalem, foliatum formantes, inferiores basi saepe nudae; floribus ultimis ternis, centrali sessili, lateralibus pedicellatis. Alabastra obovata, $1^1/_2$''' lg., glabriuscula, bracteolis 2, linearibus, 1''' lg., caducis stipata. Germen 2—4-, plerumque 3-loculare, 4—8-, plerumque 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5, breves. Petala 5, subrotunda, 1''' lg. Stamina $1^1/_2$''' lg. Stylus glaber, 2''' lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in campis et fruticetis ripariis prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

129. AULOMYRCIA FRAGILIS Berg: ramulis pedunculisque pilis raris inspersis; foliis petiolatis, obovato-oblongis v. oblongo-obovatis, apice rotundatis v. subretusis, basi cuneatis, utrinque glaberrimis, nigrescenti-, impellucido-punctatis, junioribus chartaceis, discoloribus, supra nitidis, subtus opacis, sub lente rugulosis, adultis crassis, coriaceis, concoloribus, nitidis, laevigatis, oblitterato-venosis et limbinerviis; cymis axillaribus et subterminalibus, folio longioribus; floribus minimis, ultimis ternis, centrali sessili, lateralibus pedicellatis; germine triloculari; lobis calycinis rotundatis, ciliatis, extus glabris, intus sericeis.

Arbuscula 12—18-pedalis; rami teretes, glabri; ramuli compressi, badii, glandulosi. Gemmae albido-sericeae. Folia siccata juniora supra badia, subtus albido-fuscescentia, adulta cano-virentia; petiolo $1^1/_2$—2''' lg.; lamina 15—25''' lg., 8—11''' lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuissimis, subpatulis, demum obtectis et oblitteratis. Cymae trichotomae, ad ramulos novellos oriundae, graciles, 10—24''' lg., infimae saepe bracteis fultae. Alabastra $^1/_2$''' lg., bracteolis 2, lineari-subulatis, brevibus stipata. Germen 6-ovulatum, disco concavo terminatum. Lobi calycini 5, breves. Petala 5, subrotunda, concava. Stylus fere 2''' lg.

Ab *A. obtecta* differt: foliis glabris, novellis discoloribus, impellucido-punctatis, subtus opacis, sub lente rugulosis. — Ill. Miquelius specimen Blanchetianum ad Cambessedei *Myrciam rubellam* (*Aulomyrciam rubellam Bg.*) duxerat, ab qua specie toto coelo differt, ut etiam *Aulomyrcia Sonderiana* ab illo auctore ad eandem Cambessedeanam speciem ducta et ab *A. rubella* et ab *A. fragili* ita discrepat, ut tres citatae species ad tres diversas sectiones pertineant.

Habitat ad urbem Jacobina prov. Bahiensis: Blanchet n. 3587.; et in Capoês ejusd. prov., floret Novembri: Sellow. Pl. Hamadryas.

130. AULOMYRCIA BICARINATA Berg: glabra; ramulis ancipitibus; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice obtusis, basi acutis, subtilissime creberrimeque supra impresso-, subtus elevato-, impellucido-punctatis, supra nitidis, subtus opacis, glaucis, obsolete venosis, limbinerviis; cymis trichotomis, axillaribus plerumque 2-nis et subterminalibus 2—5-nis, folium subaequantibus; radiis infimis solitariis; germine 2—3-loculari; lobis calycinis valde inaequalibus, obtusis, intus minute puberulis.

Frutex 10-pedalis; rami erecti, teretiusculi, nodosi, cinerei; ramuli glandulosi. Folia patula; petiolo 3''' lg.; lamina 17—32''' lg., 7—13''' lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis, vix manifestis; venulis interjectis ramulosis, oblitteratis. Cymae 18—30''' lg., compressae, 3—4-pliciter compositae; floribus centralibus sessilibus, lateralibus pedicellatis. Alabastra turbinata, $1^1/_2$''' lg., bracteolis 2, subulatis, brevissimis, valde caducis stipata. Germen 4—6-ovulatum. Lobi calycini 5, 2 interiores majores $^1/_2$''' lg. Petala 5, subrotunda, 1''' lg. Stamina petalis paullo longiora. Stylus stamina aequans. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Brasilia meridionali, floret Novembri: Sellow.

131. AULOMYRCIA CLAUSSENIANA Berg: ramulis foliisque novellis paniculisque puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, obovato- v. obverse oblongis, longiuscule obtusiusculeque acuminatis, basi cuneatis, discoloribus, pellucido-punctatis, opacis, supra glabris, subtus glabratis, obsolete venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus v. subterminalibus, folio brevioribus, cymoso-paniculatis plurifloris v. racemosis paucifloris, floribus glabris, ultimis ternis, centrali sessili; germine triloculari; lobis calycinis latis, brevibus, rotundatis, ciliolatis, intus sericeis. ♄

Rami teretiusculi, glabri, novelli compressi. Folia siccata supra atrovirentia, subtus fuscescentia, supra medium dilatata; petiolo 2—3''' lg.; lamina 10—30''' lg., 5—10''' lt.; nervo medio supra prominulo, subtus prominente; venis tenuissimis, subpatulis, supra vix manifestis, subtus parum prominulis; venulis reticulatis, vix visibilibus. Paniculae $^1/_2$—$1^1/_2$'' lg., 12—30-florae v. racemi 5—9-flori. Alabastra turbinata, 1''' lg., bracteolis 2, subulatis, minimis, deciduis stipata. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini reflexi. Petala 5, subrotunda, $^3/_4$''' lt. Stamina $^3/_4$''' lg. Stylus $1^1/_2$''' lg. (v. in hb. Berol. et Mart.)

Habitat in prov. Minarum: Claussen n. 532.; et Rio de Janeiro, in M. Serra de Tinguá: Schott n. 1032. Pl. Oreas.

132. AULOMYRCIA LUCIDA Berg: ramulis novellis, gemmis, petiolis, costis mediis foliorum juniorum ferrugineo-tomentosis; foliis petiolatis, coriaceis, ovato-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi breviter acutis, discoloribus, adultis excepto nervo glabris, supra splendentibus, reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis subterminalibus 4, folio brevioribus, puberulis; germine triloculari, sericeo; calyce obtuse 5-lobo, ciliolato. ♄
Variat:

α. parvifolia: foliis minoribus, pellucido-punctatis; paniculis decompositis.

Ramuli compressi. Folia supra atrovirentia, novella subtus sericea; petiolo 2‴ lg.; nervo medio supra parum elevato, subtus prominente; venis subpatulis venulisque reticulatis utrinque prominulis. Paniculae graciles, 16—21‴ lg., decompositae; ramis infimis geminis. Alabastra obovata, 1‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum. Calyx breviter 5-lobus, intus sericeus. Petala 5, subrotunda, glabra, eciliata. Stylus sericeus. (v. in hb. Berol.)

β. grandifolia: foliis duplo majoribus, adultis impellucido-punctatis; paniculis supradecompositis.

Folia petiolo 3‴ lg.; lamina 4—5″ lg., 16—24‴ lt. Paniculae ¾ — 3″ lg., in ramulis axillaribus et subterminalibus aphyllis 4-nae; ramis geminatis. (v. in hb. Vindob. et Berol.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: α. ad urbem: Gaudichaud; β. ad montem Serra de Tinguá: Schott n. 1027. Pl. Dryas.

133. AULOMYRCIA GLABRA Berg: glaberrima; foliis petiolatis, coriaceis, ovalibus, oblongo-ovalibus v. ovali-oblongis, obtusis, retusis v. rarius brevissime obtuse acuminatis, basi subacutis, obscure pellucido-punctatis, discoloribus, nitidis, venosis, subarcuatim duplicato-limbinerviis; corymbis cymosis subterminalibus, 2—4-nis, multifloris, folio plerumque longioribus; germine 3-, rarius 4-loculari; lobis calycinis rotundatis, minutis, ciliolatis.

Arbor 20-pedalis; ramuli compressi, badii, glandulosi. Folia interdum obovato-oblonga, margine recurva, siccata supra atrovirentia, subtus ferruginea; petiolo 1—3‴ lg.; lamina 20—38‴ lg., 10—20‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, erecto- v. subpatulis, rectis, utroque latere circiter 15, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulato-ramulosis. Corymbi 20—40‴ lg., effusi, 3—5-pliciter ramosi, rhachi ramisque compressis, badiis, glandulosis; floribus ultimis ternis, centrali sessili, lateralibus pedicellatis. Alabastra turbinata, 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, brevissimis, caducis fulta. Germen 6—8-ovulatum. Lobi 5 calycini inaequales, intus minute puberuli. Petala 5, subrotunda, ciliolata, 1‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in fruticetis prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

7. Coriaceae. Folia rigide coriacea, crassa, suborbicularia, obovata, ovalia, rarius ovali-oblonga, saepissime impellucido-punctata. Paniculae axillares et subterminales, rarissime abortu terminales. Germen 3-, rarissime 2-loculare.

134. AULOMYRCIA NIGRESCENS Berg: ramulis novellis pilosiusculis, mox glabris; foliis petiolatis, rigide coriaceis, ovali- v. suboblongis, utrinque angustatis, basi acutis, apice obtuse breviterque acuminatis, glabris, supra nitidis, aveniis, subtus minute glandulosis, obsoletissime subreticulato-venosis, limbinerviis; petiolo albido, epidermide transversim demum secedente ruguloso; paniculis terminalibus, solitariis v. subterminalibus 2—6, his e ramulis perbrevibus oriundis, bractea suffultis, folio longioribus; germine 2—3-loculari; lobis calycinis inaequalibus, brevissimis, rotundatis, extus glabris, intus sericeis, ciliolatis, deciduis; bacca depresso-globosa, 1—2-sperma, margine libero hypanthii coronata. ♄ Variat:

α. angustifolia: foliis suboblongis, impellucido-punctatis; panicula terminali solitaria, folio paullo longiore, pilosiuscula.

Myrtus nigrescens Mart. Herb.

Myrcia nigrescens DC. Prodr. III. 246.

Rami teretes, exophloeo soluto laeves, albidi; ramuli compressi, pallide badii. Folia crassa, plana, siccata nigrescentia, minute rugulosa; petiolo albido, 1½—2‴ lg.; lamina 17—34‴ lg., 6—14‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis subpatulis, tenuissimis, vix visibilibus. Paniculae 2—4″ lg., compressae. Alabastra turbinata, glabra, 1‴ lg.; bracteolis 2, ovatis, minimis stipata. Germen 4—6-ovulatum, vertice glabrum. Lobi calycini 5. Petala 5, rotundata, minute ciliolata, 1‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus stamina aequans. (v. in hb. Monac.)

β. dives: foliis suboblongis, annotinis pellucido-punctatis; panicula terminali elongata, foliis duplo longiore, glabriuscula.

Rami graciles. Folia petiolo 1—2‴ lg.; lamina 20—28‴ lg., 8—13‴ lt. Panicula 4″ lg.; ramis distantibus, divaricatis, laxifloris. (v. in hb. Monac.)

γ. latifolia: foliis ovali-oblongis, impellucido-punctatis; paniculis subterminalibus, 2—6, folium subaequantibus, glabris.

Rami validiores. Folia petiolo 2‴ lg.; lamina 18—28‴ lg., 9—15‴ lt. Paniculae 1—2″ lg. Bacca 4‴ diametro. (v. in hb. Monac.)

Habitat: α. in silvis ad flumen Amazonum: M.; β. prope Barra do Rio Negro prov. do alto Amazonas, floret Decembri — Martio: R. Spruce n. 1171. (Myrcia 15.); γ. in vicinia ejusdem loci, floret Decembri — Martio: R. Spruce n. 1171.; fructificat Aprili: R. Spruce n. 1316. (Myrcia 15.). Pl. Najas.

135. AULOMYRCIA ALAGOENSIS Berg: glabra; foliis petiolatis, rigide chartaceis, ovali-oblongis, angustato-obtusis, retusis, basi acutis, subnitidis, concoloribus, utrinque sparse elevato-, impellucido-punctatis, tenuiter reticulato-venosis, limbinerviis; cymis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, trichotomis, folio longioribus; germine triloculari; lobis calycinis inaequalibus, rotundatis, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi, albidi; novelli compressi, purpuroi. Gemmae sericeae. Folia siccata utrinque hepatica; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 12—26‴ lg., 5—12‴ lt.; nervo medio utrinque elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, utrinque venulisque tenuioribus, reticulatis, prominulis. Cymae 2—3-ternatae, compressae, badiae, 15—26‴ lg. Alabastra turbinata, ¾‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum. Petala 5, subrotunda, minute ciliolata, 1‴ lt. Stamina petala subaequantia. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in prov. Alagoas: Gardner n. 1299. Pl. Hamadryas.

136. AULOMYRCIA MARAGNANA Berg: ramulis paniculisque minute puberulis; foliis petiolatis, rigide coriaceis, elliptico-oblongis v. oblongis, utrinque angustatis, apice leviter obtuseque acuminatis, basi acutis, adultis glabris, supra grosse impresso-, impellucido-punctatis, supra subaveniis, subtus reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis ad apicem rami aggregatis; bacca globosa, 2—3-sperma, glabra; lobis calycinis minimis, rotundatis, patentibus coronata.

Myrtus Maragnana Mart. Herb.

Myrcia Maragnana DC. Prodr. III. 249., nec Mart. Herb. Flor. Bras.

Rami tereti-tetragoni, laeves, glabri. Folia siccata fusco-atra; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 26—33‴ lg., 9—13‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis erecto-patulis venulisque supra oblitteratis, subtus prominulis. Paniculae 1—2″ lg., corymbosim dispositae. Bacca 3‴ diametro, disco angusto, concavo lobisque calycinis intus sericeis coronata. Seminis reniformis testa laevis, pallida, nitida, cartilaginea. (v. fr. in hb. Monac.)

Habitat in prov. Maranhão: M. Pl. Najas.

137. AULOMYRCIA MANSONI Berg: ramulis foliisque novellis ad petiolum et costam pilosiusculis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, ovalibus v. oblongo-ovalibus, utrinque rotundatis v. apice retusis, glabris, discoloribus, supra nitidis, grosse sparseque pellucido-punctatis, subtus glandulosis, tenuiter venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, folio duplo longioribus, bracteatis, ad corymbum terminalem, foliis intermixtum dispositis; germine triloculari, glabro; lobis calycinis rotundatis, ciliolatis, intus sericeis.

Fruticulus ramosus; rami purpurei, glandulosi, glabri, exophloeo fissili obtecti; novelli compressi. Folia interdum obovata, margine vix recurva, siccata supra cano-virentia, subimpresso-glandulosa, subtus cinnamomea, glandulis fuscis, elevatis inspersa; petiolo 1‴ lg.; lamina 16—18‴ lg., 9—10½‴ lt.; nervo medio utrinque elevato, saepe pilosiusculo; venis tenuibus, erecto-patulis, utroque latere sub-10, utrinque parum prominulis; venulis interjectis ramulosis, utrinque vix manifestis. Paniculae 2—3-pliciter ramosae, purpureae, 3″ lg., inferiores ramuli cujusve folio minuto fultae; ramis bracteatis; floribus ultimis ternis, centrali sessili, lateralibus pedicellatis. Alabastra campanulata, nitida, glabra, 1‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabriusculo terminatum. Lobi calycini 5, subaequales. Petala 5, subrotunda, extus sparse sericea, eciliata, 1‴ fere lata. Stamina petalis paullo breviora. Stylus stamina aequans. (v. in hb. Berol.)

Maxime affinis *A. rubellae*, sed differt: foliis minoribus, basi rotundatis, grosse pellucido-punctatis; germine triloculari.

Habitat prope urbem Cuyabá in prov. Matto Grosso, floret Novembri: Manso et Lhotzky n. 46. Pl. Oreas.

138. AULOMYRCIA ALTERNIFOLIA Berg: ramulis petiolisque novellis minute sparseque pilosiusculis; foliis oppositis et alternis, breviter petiolatis, coriaceis, obovato-oblongis, basi cuneatis, apice rotundatis, retusis, discoloribus, glabris, utrinque fuscescenti-, novellis pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis, venis demum oblitteratis; paniculis axillaribus, folio longioribus, paucifloris, apice et ramis infimis trifloris, flore centrali sessili; germine triloculari; lobis calycinis rotundatis, glabris, ciliatis, intus sericeis. ♄

Myrcia alternifolia Miquel in Linnaea XXII. 534.

Rami tenues, teretiusculi, superne angulati. Folia margine recurva, supra atro-virentia, subtus pallida; petiolo 1‴ lg.; lamina 6—12‴ lg., 3—6½‴ lt.; nervo medio utrinque prominente; venis tenuibus, utrinque prominulis, mox praesertim supra oblitteratis. Paniculae 15—17‴ lg., compressae, glabrae, punctatae, ramis intermediis 1-floris. Alabastra ¾‴ lg., glabra; bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5, concavi, majores ¾‴ lt. Petala 5, subrotunda, glabra, 1‴ lt. Stamina petala aequantia. Stylus staminibus brevior. (v. in hb. Sonder.)

Habitat ad Caldas in prov. Minarum: Regnell I. n. 139. Pl. Oreas.

139. AULOMYRCIA ATROVIRENS Berg: ramulis foliisque novellis margine nervoque et medio paniculis brunneo-pubescentibus; foliis petiolatis, coriaceis, obovato-oblongis, basi acutis, apice obtusis v. rotundatis, retusis, junioribus subreticulato-venosis, limbinerviis, adultis glabris, discoloribus, supra nitidis, impresso-, vix pellucido-punctatis, vix venosis, subtus elevato-punctatis, subaveniis; paniculis axillaribus et subterminalibus, saepe geminis, folium aequantibus v. superantibus; floribus glabris; germine triloculari; lobis calycinis rotundatis, ciliolatis, intus sericeis. ♄

Rami teretiusculi, novelli compressi. Folia adulta supra atrovirentia, subtus fuscescentia; petiolo 2‴ lg.; lamina 1—2″ lg., 6—14‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis erecto- v. subpatulis, tenuibus, utrinque parum prominulis, demum oblitteratis; venulis interjectis reticulatis, vix prominulis, demum haud visibilibus. Paniculae tripliciter ramosae, floribus ultimis 3-nis, centrali sessili, lateralibus pedicellatis. Alabastra turbinata, 1‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5, ½‴ lt. Petala 5, subrotunda, glabra. Stamina 1‴ lg. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Ab *A. obovata* differt: indumento; foliis angustioribus, vix pellucido-punctatis, limbinerviis.

Habitat in prov. Minarum: Pohl n. 1060. Pl. Oreas.

140. AULOMYRCIA OBOVATA Berg: glabra; foliis petiolatis, rigide coriaceis, obovatis v. junioribus oblongo-obovatis, apice rotundatis v. retusis, basi cuneatis, discoloribus, supra nitidis, fusco-, pellucido-punctatis, subtus glaucis, elevato-glandulosis, venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis cymosis, axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, folio longioribus, ad corymbum terminalem, foliatum dispositis; germine triloculari; bacca globosa, calyce obtuse 5-lobo, inflexo, ciliolato coronata, 1—4-sperma.

Tabula nostra II. Fig. 39. (folium) et Tab. XIX.

Eugenia crassifolia Miq. in Linnaea XIX. 439., nec DC.

Arbuscula 10—20-pedalis; rami teretiusculi, superne compressi, glandulosi. Gemmae pilosiusculae. Folia interdum obovato-rotunda, supra laete viridia, siccata saepe atrovirentia, subtus cinnamomea; petiolo 1—3‴ lg.; lamina 12—29‴ lg., 8—22‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, subpatulis, utroque latere circiter 10, supra vix manifestis, subtus parum prominulis; venulis interjectis ramulosis, vix visibilibus. Paniculae 1½—4″ lg., ad corymbum amplum congestae, 3—4-pliciter ramosae; rhachi compressa; ramis infimis saepe 2-nis. Alabastra turbinata, glabra, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Hypanthium supra germen 6-ovulatum valde productum, in calycem 5-lobum abiens, lobis brevissimis, rotundatis, intus puberulis. Petala 5, subrotunda, glabra, eciliata, 1‴ lt. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg. Bacca atropurpurea, dulcacida (Sellow), 3‴ diametro, disco concavo calyceque coronata. Semen angulatum, viride (Sellow), testa cartilaginea, pallida, pellucida instructum. Embryo generis. (v. in hb. Berol. et Mart.)

A. pallenti valde affinis, sed differt: foliis petiolatis, obovatis, cuneatis, apice rotundatis, discoloribus; paniculis folio multo longioribus, corymbum terminalem formantibus; lobis calycinis demum inflexis; testa seminis angulati cartilaginea, nec membranacea. — Vera *Aulomyrcia*, nec *Eugenia*, ut Miquelius incaute vidit.

Habitat in prov. Minarum: Claussen n. 1326.; in monte Serra do Caraça: Sellow; ad urbem Barbacena: Pohl n. 1037. Pl. Oreas.

141. AULOMYRCIA PALLENS Berg: ramulis glabris v. pilosiusculis; foliis subsessilibus v. breviter petiolatis, coriaceis, ovalibus v. ovatis, utrinque obtusis, apice saepe retusis, glabris, glaucis, pellucido-punctatis, subreticulato-venosis, sublongiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, brachiatis, folio paullo longioribus; germine triloculari, glabro; bacca globosa, lobis calycinis rotundatis, ciliolatis, extus glabris, intus sericeis, reflexis, demum erectis coronata, 2—3-sperma. Variat:

α. ovalis: ramulis pilosiusculis; foliis subsessilibus, reticulato-venosis; paniculis folio paullo longioribus.

Myrcia torta Mart. Herb.
Myrcia pallens DC. Prodr. III. 252.

Arbor torta, 10-pedalis (Mart.); rami teretiusculi, rimosi; novelli compressi, pallidi, glandulosi. Folia pallida, margine recurva, utrinque fusco-punctata; petiolo ½—1‴ lg.; lamina 9—17‴ lg., 6½—12‴ lt.; nervo medio utrinque prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, utroque latere 10—12, utrinque prominulis; venulis interjectis reticulatis, utrinque parum prominulis. Paniculae 1—2″ lg., decompositae, compressae, glabrae, punctatae; ramis divaricatis, inferioribus 3-floris, flore centrali sessili, superioribus 1-floris. Alabastra turbinata, glabra, 1‴ lg.; bracteolis 2, subulatis, ½‴ lg., deciduis stipata. Hypanthium supra germen 6-ovulatum valde productum, in calycem 5-lobum abiens. Petala 5, subrotunda, glabra, erosula, ¾‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus in floribus defloratis fere 2‴ lg., glaber. (v. in hb. Monac.)

β. ovata: ramulis glaberrimis; foliis subsessilibus, ovatis, saepe acutis, vis venosis; paniculis folio multo longioribus.

Myrcia pallens DC. (Mart. Herb.)

Folia 7—15‴ lg., 5—8‴ lt. (v. in hb. Mart.)

γ. petiolaris: ramulis glabris; foliis petiolatis, ovatis, rarius obovatis, venosis; paniculis folio paullo longioribus. †

Myrcia pallens DC. l. c. Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 222.

Nascitur in interioribus regionibus prov. Minarum: M., Laruotte. Pl. Hamadryas.

142. AULOMYRCIA POEPPIGIANA Berg: ramulis novellis ochraceo-strigosis; foliis petiolatis, coriaceis, rotundo-ovalibus v. ovalibus, obtusis v. brevissime obtuseque acuminatis, basi breviter acutis, glabris, supra impresso-, impellucido-punctatis, tenuiter venosis, limbinerviis; paniculis lateralibus v. spurie terminalibus, basi nudis; germine triloculari; bacca subglobosa, 1—2-sperma, glabra, lobis calycinis brevibus, obtusis, patentibus coronata. ♄

Rami teretiusculi, glabri. Folia siccata hepatica, margine basin versus recurva, juniora subtus pilosiuscula; petiolo 2‴ lg.; lamina 17—29‴ lg., 9½—19‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuissimis, subpatulis, utroque latere 10—12, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis vix visibilibus. Paniculae subcompressae, glabrae, interdum 2-nae, fere 3″ lg., tripliciter ramosae, ex infimo nodo ramulorum annotinorum, interdum valde abbreviatorum itaque spurie terminales, basi nudae v. bractea minuta fultae. Alabastra obovata, glabra, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum, sub calyce constrictum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi 5 calycini ovati, ciliolati, intus puberuli. Petala 5, subrotunda, glabra, ciliolata. Bacca 2‴ lt. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in silvis densis ad urbem Ega prov. do alto Amazonas: Pöppig n. 2834. Pl. Najas.

143. AULOMYRCIA ROTUNDIFOLIA Berg: glabra; foliis petiolatis, coriaceis, orbicularibus, rarius ovalibus, utrinque obtusis, margine revolutis, supra impresso-, subtus elevato-, impellucido-punctatis, obsolete venosis, sublongiori a margine distantia limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio duplo longioribus, ad corymbum terminalem, foliis intermixtum dispositis; floribus ultimis ternis, centrali sessili; germine triloculari; lobis calycinis rotundatis, ciliolatis, intus sericeis, extus glabris. ♄

Rami teretiusculi, cinerei; ramuli compressi; novelli purpurei. Folia sursum et deorsum sensim minora, apice interdum retusa, siccata cuprea, subtus pallidiora; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 6—15‴ lg., 6—15‴ lt.; nervo medio utrinque prominente; venis utroque latere 6—8, subdivaricatis, vix manifestis. Paniculae 16—28‴ lg., compressae, divaricato- 3-pliciter ramosae. Flores (omnino deflorati adsunt) 1‴ lg. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi 5 calycini breves, inaequales. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in prov. Alagoas: Gardner n. 1300. Pl. Hamadryas.

8. Tomentosae. Ramuli, folia subtus, paniculae, alabastra tomentosa. Folia saepe alterna v. verticillata, coriacea, impellucido-punctata. Paniculae axillares et subterminales. Germen 3—4-loculare.

144. AULOMYRCIA SUBALPESTRIS Berg: ramulis, foliis subtus paniculisque tomento rufo, demum expallente et cinerascente, brevissimo velutinis; foliis petiolatis, sparsis, rigide coriaceis, ovali- v. subovato-oblongis, utrinque obtusis, apice subretusis, discoloribus, utrinque elevato-, impellucido-punctatis, supra glabris, nitidis, obsolete venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio longioribus, ad apicem rami paniculam terminalem, foliis intermixtam, amplam formantibus; bacca globosa, glabra, disperma, lobis calycinis brevibus, obtusis, conniventibus, puberulis coronata.

Myrtus subalpestris Mart. Herb.
Myrcia subalpestris DC. Prodr. III. 250.

Fruticulus tripedalis; rami inferne teretes, superne angulati. Folia apicem rami versus sensim minora, interdum apicem versus angustata, subtus sub tomento glandulosa; petiolo 3‴ lg.; lamina 7—26‴ lg., 3—11‴ lt.; nervo medio supra vix elevato, subtus prominente; venis tenuibus, subdivaricatis, utrinque vix manifestis. Paniculae 1—2¼″ lg., 2—3-pliciter ramosae. Bacca 3‴ diametro, disco concavo calyceque coronata. (v. in hb. Monac.)

Crescit in prov. Minarum: M. Pl. Oreas.

145. AULOMYRCIA SUBVERTICILLARIS Berg: ramulis foliisque subtus et paniculis dense rufo- v. brunneo-velutinis, tomento demum expallente, postremo evanido; foliis petiolatis, rigidis, ternis, alternis v. oppositis, elliptico-oblongis, oblongis v. lanceolato-oblongis, obtusis v. retusis, basi acutis, discoloribus, supra impresso-, impellucido-punctatis, mox glabris, opacis, subtus postremo glabris, nitidis, tenuissime venosis, limbinerviis; paniculis cymosis, axillaribus, folio plerumque longioribus, paucifloris; floribus ultimis ternis, sessilibus; germine triloculari; lobis calycinis rotundatis, margine et intus tomentellis. ♄ Variat:

α. rufa: humilior; tomento rufo, serius expallente; foliis majoribus, elliptico-oblongis, supra nigro-punctatis.

Caulis arboreus 10-pedalis. Folia petiolo 3—4‴ lg.; lamina 19—34‴ lg., 8—13‴ lt. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

β. incanescens: altior; tomento brunneo, citius expallente et evanido; foliis minoribus, oblongis v. lanceolato-oblongis.

Arbor 20-pedalis, tortuosa; coma densa, ramosissima; rami crassiusculi, rimosi; novelli subtetragoni. Folia margine vix recurva, subtus elevato-punctata; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 16—24‴ lg., 5—8‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuissimis, subpatulis, utroque latere 18—20, utrinque vix prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Paniculae 1—3″ lg., plerumque alternae, rarius subterminales, decompositae; ramulis plerumque alternis. Alabastra turbinata, glabra, 1‴ lg.; bracteolis 2, ovatis, brevibus, caducis stipata. Lobi 5 calycini brevissimi. Petala 5, subrotunda, eciliata, 1‴ lg. Stamina ½‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Berol.)

γ. angustifolia: altior; tomento rufo, tandem expallente, dein evanido; foliis minoribus, lanceolato-oblongis v. lanceolatis.

Folia petiolo 2—3‴ lg.; lamina 1—2″ lg., 3—7‴ lt. (v. in Mart. Herb. Fl. Bras.)

Habitat in montibus Serra S. Martha in prov. Goyaz: Sellow; nec non in monte Serra do Caraça prov. Minarum, floret Novembri: Sellow; aliisque locis ejusd. prov.: Claussen n. 1313., Gardn. n. 4664., Mart. Herb. Fl. Br. n. 1232. Pl. Oreas.

146. AULOMYRCIA LINGUAEFORMIS Berg: ramulis incrassatis foliisque subtus, petiolis paniculisque densissime albido-velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, ternis v. sparsis, obverse oblongis, apice rotundatis, basin versus angustatis, discoloribus, supra exceptis nervis velutinis glabriusculis, nitidis, impresso-, impellucido-punctatis, reticulato-venosis, subrugosis, arcuatim limbinerviis; paniculis subterminalibus, 3-nis, folio subbrevioribus; germine triloculari; lobis calycinis rotundatis, extus puberulis, intus rufescenti-velutinis. ♄

Rami exophloeo crasso, velutino, lamellatim delapso glabri, laeves, rufi. Folia supra glaucescentia; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 28—41‴ lg., 13—14½‴ lt.; nervo medio supra vix elevato, subtus incrassato; venis subdivaricatis, supra plicato-impressis, subtus prominentibus; venulis interjectis supra impressis, subtus prominulis. Paniculae tripliciter ramosae, validae, pallide rufescenti-velutinae, 3½″ lg. Alabastra obovata, glabriuscula, 2‴ lg.; bracteolis 2, linearibus, velutinis, ½‴ lg., caducis stipata. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini subaequales, ½‴ lg., ¾‴ lt. Petala 5, subrotunda, ciliolata, ⅝‴ lg. Stamina petala subaequantia. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Vindob. et Zuccar.)

Ab *A. comosa* differt: indumento; foliis basi acutis; inflorescentia; ab *A. pachyclada:* indumento; foliis apice rotundatis nervaturaque foliorum; sed ambabus speciebus maxime affinis.

Habitat ad Porto Real in prov. Goyaz: Pohl n. 1065. Pl. Oreas.

147. AULOMYRCIA CRASSICAULIS Berg: ramulis foliisque subtus, paniculis et alabastris albo-tomentosis; foliis breviter petiolatis, obovatis v. ellipticis, obtusis, pellucido-punctatis, supra nitidis, puberulis, venosis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio paullo longioribus, multifloris; germine triloculari; lobis calycinis rotundatis, erectis.

Myrcia crassicaulis Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 223.

Frutex 4—5-pedalis, caule crasso, tortuoso; rami subglabrati. Folia 14—22‴ lg., 8—14‴ lt., rarius ovata et basi subcordata, adulta tandem subglabrata; petiolo 1‴ lg.; nervo medio subtus prominente; venis vix manifestis. Alabastra sessilia, 1½‴ lg.; bracteolis 2, parvulis, linearibus, acutis, ciliatis, deciduis stipata. Germen apice glabrum. Sepala 5, inaequalia. Petala 5, rotundata, concava, reflexa, glabra, ¾‴ lg. Stamina petalis paullo longiora. Stylus stamina paullo superans. (Camb.) †

In campis prope pagum Coraçâo de Jesus, in parte occidentali et deserta prov. Minarum, quam vocant Sertam, floret Septembri: St. Hilaire. Pl. Hamadryas.

148. AULOMYRCIA CHRYSOPHYLLA Berg: ramulis foliisque subtus, paniculis et alabastris pilis cupreis, demum expallentibus nitide sericeis; foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, demum rigidis, ovato- v. ovali-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi obtusis, discoloribus, junioribus pellucido-punctatis, supra sparse cano-sericeis, demum subglabratis, nitidis, impresso-glandulosis, subreticulato-venosis, limbinerviis, demum subaveniis, subtus venosis; paniculis subterminalibus et axillaribus, 1—2-nis, multifloris, folium subaequantibus; germine 3—4-loculari; lobis calycinis brevibus, subaequalibus, rotundatis. ♄

Rami teretiusculi, glabri, cinerei; novelli compressi. Folia siccata supra cano-virentia, subtus tandem cano-sericea; petiolo 4‴ lg.; lamina 1½—3″ lg., 10—16‴ lt.; nervo medio supra parum impresso, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis, utrinque prominentibus, demum supra oblitteratis, nec impressis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, supra prominulis, demum oblitteratis. Paniculae pyramidatae, tripliciter ramosae, 15—28‴ lg. Alabastra 1‴ lg.; bracteolis 2, linearibus, ½‴ lg., deciduis stipata. Germen 6—8-ovulatum. Lobi 5 calycini utrinque sericei. Petala 5, subrotunda, ¾‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Maxime affinis *A. cupreae,* sed distincta: foliis tenuioribus, basi obtusis, junioribus pellucido-punctatis, adultis supra laevigatis, exacte impresso-punctatis, aveniis, nec impresso-venosis; paniculis supradecompositis, multifloris; germine 3—4-, nec 2-loculari; lobis calycinis rotundatis nec acutiusculis.

Habitat ad Caripi, juxta Pará, floret Augusto: R. Spruce, n. 445. Pl. Najas.

149. AULOMYRCIA THYRSIFLORA Berg: caule, foliis bracteisque subtus, paniculis et alabastris dense ochraceo-tomentosis, tomento tandem aerugineo; foliis breviter petiolatis v. subsessilibus, sparsis v. ternis, rarius oppositis, coriaceis, sursum sensim minoribus, elliptico-oblongis, rarius oblongo-ellipticis, utrinque angustatis, apice obtusiusculis v. acutis, basi inferioribus obtusis, superioribus acutis, obscure pellucido-punctatis, discoloribus, supra puberulis, nitidis et reticulato-venosis, limbinerviis; panicula solitaria, terminali, thyrsoidea, elongata, stricta, multiflora, rarius axillari; ramis inferioribus axillaribus, superioribus bracteatis, omnibus abbreviatis; germine 3—4-loculari; lobis calycinis deltoideis, acutiusculis, persistentibus. Variat:

α. petiolaris: foliis majoribus, basi attenuatis, breviter petiolatis, apice obtusiusculis; thyrso terminali.

Caulis suffruticosus, superne irregulariter angulatus. Folia lamina 49—53‴ lg., 22—25‴ lt.; petiolo 2—3‴ lg.; nervo supra prominente, subtus incrassato; venis utroque latere sub-15, utrinque praesertim subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Panicula 11¼″ lg., tripliciter ramosa, ramis superioribus ramulisque et pedicellis bractea fultis. Alabastra turbinata, 2‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 1½‴ lg. stipata. Germen 4-loculare, 8-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini utrinque velutini, patuli, ½‴ lg., ¾‴ lt. Petala 5, subrotunda, extus sericea, apice denticulata, 1½‴ lg. Stamina petalis paullulum longiora. Stylus glaber, 3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

β. genuina: caules plures ex eodem trunco subterraneo 8—18″ longi, simplices; foliis minoribus, subsessilibus, inferioribus basi obtusis, omnibus apice acutis; thyrso terminali.

Folia inferiora 36—48‴ lg., 16—20‴ lt.; thyrsus saepe pedalis et ultra. (v. in hb. Mart., Berol. et Vindob.)

γ. lateriflora: foliis subsessilibus, basi attenuatis, apice obtusiusculis v. acutis; paniculis in intermediis nodis axillaribus, folio longioribus v. brevioribus.

Folia 26—42‴ lg., 8—17‴ lt.; paniculae 1½—3′ lg. (v. in hb. Mart.)

δ. obtusifolia: foliis breviter petiolatis, oblongo-ellipticis, apice rotundatis, basi breviter acutis; thyrsi subterminales, gemini.

Folia 28‴ lg., 16‴ lt.; thyrsi 4—5″ lg. (v. in hb. Monac.)

Myrcia vestita, β. DC. Prodr. III. 248.

Species variabilis ab *A. vestita* et *A. corymbosa* haud difficile inflorescentia discernenda, praeterea differt ab *A. vestita:* foliis inferioribus basi et saepe apice obtusis, pellucido-punctatis; ab *A. corymbosa:* foliis haud obovatis; sepalis persistentibus.

Habitat: α. in prov. Minarum: Sellow; β. et γ. in altis ad Cachoeira do Campo ejusd. prov., floret Aprili: Claussen; ad Fazenda Bom Retiro: Pohl n. 1049., et ad Rancho de Francisco da Paula: Pohl n. 5761.; δ. prope pagum Chapada, in parte provinciae ejusdem dicta Distrito dos Diamantes: M. Pl. Oreas.

150. AULOMYRCIA CORYMBIFLORA Berg: ramis, gemmis, foliis bracteisque subtus, paniculis et alabastris densissime ferrugineo-tomentosis; foliis subsessilibus, sparsis v. ternis, rarius oppositis, coriaceis, obovatis v. obovato-oblongis, apice rotundatis v. rarius truncatis, brevissime acute acuminatis, basi cuneatis, obscure pellucido-punctatis, discoloribus, supra puberulis, nitidis et reticulato-venosis, limbinerviis; panicula solitaria, terminali, corymbosa, multiflora; ramis bracteatis, inferioribus elongatis; germine triloculari; lobis calycinis obtusiusculis, deciduis. ♄

Myrcia vestita, β. *obtusifolia Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 221., nec DC.*

Caulis 3—4-pedalis, superne angulatus. Folia 24—42″ lg. 13—21‴ lt., sursum sensim minora; petiolo vix ullo; nervo supra planiusculo, subtus elevato; venis subpatulis, supra venulisque reticulatis prominulis, subtus vix conspicuis. Panicula 5—9″ lg., tripliciter ramosa. Alabastra cylindrico-turbinata, fere 2‴ lg.; bracteolis 2, oblongis, 1‴ lg. stipata. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini brevissimi. Petala 5, obovata, glabra, $1\frac{1}{2}$‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus brevis, 1‴ lg. (v. in hb. Berol.) — Vera species, ab *A. vestita*, cui habitu et inflorescentia affinis, distincta: foliis obovatis, pellucido-punctatis; sepalis obtusiusculis, *deciduis;* stylo brevi.

In monte vulgo Serra de Curumatahi in prov. Minarum, floret Januario, St. Hilaire, Sellow. Pl. Oreas.

151. AULOMYRCIA VESTITA Berg: caule, gemmis, foliis bracteisque subtus, paniculis, alabastris densissime cano- v. brunneo-tomentosis; foliis subsessilibus, sparsis, rarius oppositis, coriaceis, ellipticis v. oblongis, utrinque acutis, discoloribus, supra puberulis, nitidis, grosse impellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis; panicula solitaria, terminali, corymbosa, multiflora; ramis bracteatis, inferioribus elongatis; germine triloculari; bacca ovoideo-globosa, 1-sperma, lobis calycinis ovatis, acutis, erectis coronata. Variat:

α. parvifolia: foliis minoribus, supra pubescentibus, subtus cano-tomentosis; inflorescentia exacte corymbosa.

Myrtus vestita Mart. Herb.
Myrcia vestita α. *DC. Prodr. III. 248.*

Suffrutex; caules ex eodem trunco hypogaeo plures, simplices, 1—$2\frac{1}{2}$-pedales, erecti, inferne teretiusculi, superne angulosi. Tomentum canum v. rufescenti-canum. Folia petiolo vix ullo; lamina 22—28‴ lg., 10—14‴ lt.; nervo supra planiusculo, subtus elevato; venis subpatulis, utrinque prominulis; venulis reticulatis, supra visibilibus. Panicula 5′ lg. Alabastra turbinata, sessilia, $2\frac{1}{4}$‴ lg.; bracteolis 2, linearibus, 1‴ lg. stipata. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5, triangulares, acuti, utrinque velutini, $\frac{1}{2}$‴ lg., persistentes. Petala 5, subrotunda, extus puberula, $1\frac{1}{2}$‴ lg. Stamina fere 3‴ lg. Stylus 4‴ lg., glaber. (v. fruct. in hb. Mon.)

β. grandifolia: foliis majoribus, supra puberulis, dein glabratis, subtus brunneo- v. ochraceo-tomentosis; corymbo subthyrsoideo, amplo.

Myrcia vestita, α. *Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 221.*

Folia 3—5″ lg., 2—$2\frac{1}{2}$″ lt. Panicula 4—9″ lg. Bacca (teste Cambess.) ribis rubri magnitudine. Seminis ovoidei testa membranacea. Embryo generis. (v. florif. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat: α. in campis editis ferruginosis prov. Minarum: M.; β. in eadem provincia haud infrequens: St. Hilaire; floret Aprili — Septembri; ad Rio S. Marcos in provincia Goyaz: Pohl n. 1001. Pl. Oreas.

9. Rufipedes. Indumentum rufo-strigosum v. velutinum. Folia rigide chartacea v. coriacea, interdum alterna v. verticillata, adulta plerumque impellucido-punctata, subtus non tomentosa. Paniculae axillares et subterminales. Germen triloculare.

152. AULOMYRCIA CAMPESTRIS Berg: ramulis paniculisque, foliis novellis ad petiolum subtusque ad nervum, bracteis alabastrisque rufo- v. brunneo-velutinis; foliis breviter petiolatis, ternis, alternis v. oppositis, rigide coriaceis, oblongis v. lanceolatis, basi obtusis, apicem versus gradatim acutatis, margine revolutis, impellucido-punctatis, novellis utrinque rufescenti-puberulis, adultis subglabratis, supra aveniis, subtus venosis, limbinerviis; paniculis cymosis axillaribus v. subterminalibus, folio multo longioribus; ad apicem ramorum corymbum multiflorum terminalem, foliis intermixtum formantibus; germine velutino, triloculari; lobis calycinis ovatis, concavis, acutiusculis. ♄ Variat:

α. rufa: indumento rufo-velutino, denso; foliis oblongis, floribus ultimis ternis, sessilibus.

Myrtus campestris Mart. Herb.
Myrcia campestris DC. Prodr. III. 247.

Rami teretiusculi, exophloeo longitudinaliter secedente; ramuli subtetragoni. Folia 8—15‴ lg., 3—5‴ lt.; petiolo $\frac{1}{2}$—1‴ lg.; nervo supra prominulo, subtus prominente; venis tenuibus, patulis, supra haud manifestis, subtus parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, vix visibilibus. Paniculae 12—30‴ lg., inferiores corymbosae, tripliciter ramosae, summae breviores, ad cymas bis trifidas redactae, ramis bracteatis, floribus ultimis ternis, sessilibus. Alabastra $1\frac{1}{2}$‴ lg., bracteolis 2, linearibus, $1\frac{1}{2}$‴ lg. stipata. Germen loculis biovulatis. Lobi calycini subaequales, quinto majore obtusiusculo. Petala 5, subrotunda, apice denticulata, dorso vix puberula, 1‴ lg. Stamina $1\frac{1}{2}$‴ lg. Stylus fere 3‴ lg. (v. in hb. Monac.)

β. brunnea: indumento strigoso-pubescente, brunneo; foliis lanceolatis v. lineari-lanceolatis; floribus ultimis ternis, omnibus v. modo lateralibus pedicellatis.

Folia 7—13‴ lg., $1\frac{1}{2}$—3‴ lt. Cymae 3-florae aut 3-partitae, ramis 3-floris, aut paniculares 15-florae, 1—2″ lg. Alabastra brunneo-puberula. (v. in hb. Vindob.) — Species haec praeposita ab *A. rufipede* satis distincta: foliis crassioribus, brevius petiolatis, angustioribus, basi obtusis, apice acutis, opacis, supra aveniis; bracteolis hypanthis praesentibus; germine velutino.

Habitat: α. in campis prov. Minarum: M.; β. ad Engenho do Mato in eadem prov.: Pohl n. 5769. Pl. Hamadryas.

153. AULOMYRCIA CRASSIFOLIA Berg: ramulis foliisque novellis supra ad marginem et costam, paniculis alabastrisque rufo-tomentosis; foliis ternis, quinis v. sparsis, rigide coriaceis, sessilibus, ovali-oblongis, obtusis, basi subcordatis, convexis, margine revolutis v. convolutis, impellucido-punctatis, novellis venosis, arcuatim limbinerviis, adultis supra subglabratis, aveniis, subtus excepto nervo glabriusculis, obsolete venosis; racemis simplicibus v. paniculatis, axillaribus, folio longioribus, ad apices ramulorum oriundis; germine triloculari; lobis calycinis ovatis, obtusis, ciliatis. ♄

Rami teretiusculi, exophloeo lamellatim soluto laeves. Folia 4—13‴ lg., 3—8‴ lt., crassa, siccata fusca; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuibus, utrinque prominulis, demum supra oblitteratis. Racemi 9-flori, v. paniculae simplices, 9—22‴ lg. Alabastra turbinata, fere 2‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 1‴ lg. stipata. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi 5 calycini utrinque rufo-sericei, 2 minores, obtusiusculi, 3 majores obtusi. Petala 5, subrotunda, extus dorso rufo-puberula, 1‴ lt. Stamina stylusque $1\frac{1}{2}$‴ lg. (v. in hb. Vind.)

Habitat inter Viera do Mattos et Calumbâo prov. Minarum: Pohl n. 1075. Pl. Oreas.

154. AULOMYRCIA CASSINOIDES Berg: ramulis foliisque novellis, pedunculis bracteisque et alabastris rufescenti- v. brunneo-velutinis; foliis petiolatis, rigide coriaceis, ternis, sparsis v. rarius oppositis, ovali-oblongis, rarius oblongis v. ovatis, utrinque obtusis v. obtuse angustatis, impellucido-punctatis, adultis plus minusve glabratis, supra demum nitidis, reticulato-venosis, demum obsolete venosis, sublongiori a margine distantia limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio longioribus, saepissime ad ramum fructiferum foliis minutis donatum excrescentibus; germine triloculari; bacca globosa, glandulosa, puberula, 2—3-sperma, lobis calycinis obtusis, conniventibus, pubescentibus coronata. ♄

Myrcia cassinoides DC. Prodr. III. 249. Variat:

α. velutina: indumento dense velutino, foliis supra demum glabratis, creberrime minuteque elevato-punctulatis, subtus postremo subglabratis.

Folia novella subrufescentia; petiolo 1‴ lg.; lamina 14—20‴ lg., 7—12‴ lt. Paniculae 24—28‴ lg., vel in ramum 3—4′ lg., foliis sparsis, 4—9‴ lg., 1½—5‴ lt. donatum excrescentes, pedunculis axillaribus, 4—22‴ lg., 1- v. oligocarpicis. Baccae 4‴ diametro, puberulae. (Specimen genuinum ab Ill. Candolleo in prodromo descriptum, v. in hb. Monac. et Sonder.)

β. glabrata: indumento laxiore; foliis utrinque mox glabratis, supra impresso-, subtus elevato- fuscoque punctatis.

Folia novella ochracea; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 16—26‴ lg., 6—11‴ lt. Paniculae floriferae circiter 1″ lg., decompositae, ramis bracteatis, 3-floris, flore centrali sessili, lateralibus pedicellatis. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, pubescentibus, ½‴ lg., caducis stipata. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5, breves, obtusi, utrinque pubescentes, ciliati. Petala 5, orbicularia, ciliolata, 1‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 2‴ lg. Rami fructiferi 2—3″ lg., foliis 4—10‴ lg., 2—4‴ lt. obsiti, pedunculis axillaribus, 13—17‴ lg., racemosis. Baccae subglobosae, glabriusculae, 3‴ lg., calyce discoque concavo coronatae. (v. in hb. Monac.)

Habitat ad flumen Rio S. Francisci prov. Minarum: M. Pl. Hamadryas.

155. AULOMYRCIA ELAEODENDRA Berg: ramulis petiolisque rufescenti-tomentosis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis v. oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis, basi acutis, apice acutato-obtusis v. obtusis, pellucido-punctatis, novellis puberulis, mox glabris, supra nitidis, subtus pallidis, fusco-punctatis, utrinque elevato-, reticulato-venosis, limbinerviis; racemis simplicibus v. simpliciter paniculatis, axillaribus et subterminalibus, folio brevioribus, rufescenti-pubescentibus; germine triloculari; lobis calycinis brevibus, latis, obtusis.

Myrcia elaeodendra DC. Prodr. III. 250.

Arbor 15—20-pedalis; rami rimosi; novelli compresso-4-goni. Folia lamina 21—35‴ lg., 9—13‴ lt.; petiolo 1½—2‴ lg.; nervo medio supra plano, subtus elevato; venis tenuibus, patulis, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Racemi 18—32‴ lg.; ramis aut omnibus 1-floris aut 3-floris; flore centrali sessili. Alabastra minute puberula, 2‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen loculis biovulatis. Lobi 5 calycini inaequales, majores ¾‴ lt. Petala 5, suborbicularia, ciliolata, 1‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Habitat in Vão do Paranan, in confinio prov. Minarum et Goyazanae, in campis „Taboleiro“ consitis et in silvis „Catingas“, Sept. floret: M. Pl. Hamadryas.

156. AULOMYRCIA GARDNERIANA Berg: ramulis petiolisque novellis dense rufo-strigosis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, obovatis, ovali- v. obovato-oblongis, cuneatis, apice rotundatis, rarius obtusis, novellis pellucido-punctatis, utrinque pilis raris sparsisque obsitis, venosis, limbinerviis, adultis glabris, supra nitidis, subaveniis; paniculis v. racemis axillaribus, pauciforis, folio saepissime longioribus, pubescentibus; floribus ultimis ternis, centrali sessili; germine triloculari; lobis calycinis latis, brevibus, rotundatis, intus sericeis, ciliolatis; bacca globosa, glabra, calyce coronata. ♄ Variat:

α. virescens: foliis supra grosse impresso-punctatis; paniculis simplicibus.

Rami graciles, teretiusculi. Folia novella raro et sparse pellucido-punctata, utrinque tenuissime venosa, adulta atrovirentia, concava; petiolo 1‴ lg.; lamina 7—16‴ lg., 3—9‴ lt.; nervo medio utrinque prominente; venis demum utrinque oblitteratis. Paniculae 1—1½″ lg., ramis infimis trifloris, floribus lateralibus pedicellatis. Alabastra turbinata, glabriuscula, 1½‴ lg. (v. in hb. Mart. et Vindob.)

β. caerulescens: foliis supra haud impresso-punctatis; racemis v. paniculis simplicibus.

Folia juniora obsolete pellucido-punctata, utrinque venosa, adulta supra caerulescentia, obsolete venosa; lamina 7—23‴ lg., 3—11‴ lt. Racemi 10—28‴ lg., 3-, 7- v. 21-flori, pubescentes. Alabastra turbinata, glabriuscula, 1½‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum. Lobi calycini 5, inaequales, majores ¾‴ lt. Petala 5, subrotunda, ciliolata, extus minute puberula, fere 1‴ lg. Stamina petala aequantia. Stylus 1½‴ lg., glaber. (v. in hb. Mart. et Vindob.)

Habitat in provinciis Ceará et Piauhy: α. Gardner n. 1625.; β. Gardner n. 1621. 1626. Pl. Hamadryas.

157. AULOMYRCIA LINGUA Berg: ramulis gemmisque foliisque novellis et paniculis brunneo- v. rufo- plus minusve villosis; foliis breviter petiolatis, ternis v. sparsis, coriaceis, obverse oblongo-lanceolatis v. obverse oblongis, apice rotundatis v. obtusis, basi cuneatis, utrinque demum impresso-glandulosis, adultis glabris, supra nitidis, costato-venosis, limbinerviis, subtus opacis, subaveniis; racemis simplicibus v. simpliciter paniculatis, pauciforis; germine triloculari, glabro; lobis calycinis obtusiusculis, ciliolatis. Variat:

α. glabrata: indumento brunneo, velutino; foliis adultis glabris, impellucido-punctatis.

Frutex 4-pedalis; rami exophloeo delapso glabri, laeves; ramuli angulati. Folia petiolo ½—1½‴ lg.; lamina 15—28‴ lg., 5—8‴ lt.; nervo utrinque elevato; venis subdivaricatis, supra prominentibus, subtus vix manifestis; venulis interjectis ramulosis, supra prominulis, subtus haud visibilibus. Pedunculi 6—20‴ lg., inferiores folio breviores, superiores folio longiores v. aequales, capitatim 3—5-flori aut racemosim 7-flori aut paniculati, ramis inferioribus 3-, rarius 5-floris. Alabastra 1½‴ lg., bracteolis linearibus, tomentellis, 1‴ lg. fulta. Germen 6-ovulatum. Petala 5, subrotunda, glabra, ciliolata, 1½‴ lg. Stamina petalis aequalia. Stylus staminibus parum longior. (v. in hb. Berol.)

β. rufa: indumento rufo, villoso; foliis subtus velutinis, pellucido-punctatis.

Folia 10—18‴ lg., 4—6‴ lt.; racemi 5—12‴ lg. (v. in hb. Sonder.)

Maxime accedit ad *A. daphnoidem*, sed distincta: foliis supra costato-venosis, nec grosse impresso-punctatis, subtus subaveniis; paniculis folio brevioribus; germinibus glabris, bracteolis stipatis; petalis extus glabris; ab *A. obscura* differt: foliis angustioribus, obversis, superne elevato-venosis; inflorescentiis simplicioribus.

Habitat: α. in campis ad Colonel Geraldo in prov. Minarum, floret Octobri: Sellow; β. in prov. Minarum: Dr. Widgren n. 555. Pl. Oreas.

158. AULOMYRCIA RUFIPES Berg: ramulis paniculisque, foliis novellis ad petiolum et costam subtus, bracteis calycibusque utrinque rufo-velutinis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, lanceolatis, oblongis v. ovalibus, utrinque angustatis, apice obtusiusculis, basi acutis, novellis puberulis, ciliolatis, pallide pellucido-punctatis, adultis glabriusculis, obsolete venosis, limbinerviis; paniculis cymosis, axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, multifloris, folio multo longioribus, ad apicem ramorum corymbum terminalem, foliis intermixtum formantibus; germine glabro, triloculari; bacca ovali, 1—4-sperma, lobis calycinis ovatis, concavis, acutiusculis coronata. ♄ Variat:

α. angustifolia: foliis chartaceis, lanceolatis, utrinque acutis; paniculis superioribus folio brevioribus, omnibus ebracteatis; floribus minoribus; lobis calycinis minimis.

Folia lamina 12—22‴ lg., 3—7‴ lt. Paniculae 1—2″ lg. Alabastra ¾‴ lg.; lobi calycini fere ½‴ lg. (v. in hb. Mart.)

β. dives: foliis oblongis, ovali- v. subobovato-oblongis, basi acutis, apice angustato-obtusis v. acutis, novellis chartaceis, adultis coriaceis, obscure pellucido-punctatis; paniculis interdum foliis minutis fultis, ebracteatis, multifloris, folio plerumque longioribus; floribus minoribus, lobis calycinis minimis.

Folia lamina 9—31‴ lg., 4—10‴ lt. Paniculae 1—4″ lg. Alabastra ¾‴ lg.; lobi calycini fere ½‴ lg. (v. in hb. Mart.)

γ. bracteata: foliis oblongo-ovalibus v. ovali-oblongis, apice angustato-obtusiusculis, basi acutis, novellis chartaceis, adultis subcoriaceis, obscure pellucido-punctatis; paniculis bracteatis, folio multo longioribus; floribus lobisque calycinis majoribus.

Myrtus rufipes Mart. Herb.

Myrcia rufipes DC. Prodr. III. 247. Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 225.

Arbor parva; rami teretes, exophloeo partim soluto rugosi; novelli compressi. Folia supra nitida; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 12—30‴ lg., 7—13‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis utroque latere circiter 12, tenuibus, subpatulis, supra tandem impressis et plicatura folii subtus costatis; venulis interjectis vix visibilibus. Paniculae 3—4″ lg., tripliciter ramosae; ramis bractea lanceolata fultis; floribus ultimis ternis, centrali sessili. Alabastra ⅝‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 3-loculare (5-loculare, lapsu calami Cambess.?), ¾‴ lg., loculis biovulatis. Lobi calycini subaequales, quinto majore obtusiusculo, ¾‴ lg. Petala 5, subrotunda, 1—⅝‴ lg., glabra. Stamina 1‴ lg. Stylus glaber, 2½″ lg. (v. in hb. Monac., Berol. et Vindob.)

δ. latifolia: foliis ovalibus v. ovali-oblongis, apice rotundatis v. angustato-obtusis, basi breviter acutis, pellucido-punctatis; paniculis in ramulis novellis axillaribus et subterminalibus, inferioribus basi bractea v. folio parvo fultis, superioribus folium subaequantibus, omnibus ad ramos ebracteatis, multifloris; bacca ovali, 1—4-sperma, calyce coronata.

Folia lamina 12—36‴ lg., 6—16½‴ lt. Paniculae 2—3″ lg. Alabastra 1‴ lg.; lobi calycini fere ½‴ lg. Bacca 4—5‴ lg.; seminis testa cartilaginea. (v. in hb. Mart. et Vindob.)

ε. grandiflora: foliis ovali-oblongis, utrinque obtusis v. basi breviter acutis, pellucido-punctatis; paniculis in ramulis novellis lateralibus et subterminalibus, basi nudis, ad ramos folio minuto fultis, plurifloris; floribus majoribus.

Folia lamina 1½—2″ lg., 9—13‴ lt. Paniculae 2—4½″ lg. Alabastra 2‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat: α. in prov. Minarum: Claussen n. 1314.; β. ibidem: Claussen n. 1524.; γ. in silvis, quae quotannis folia demittunt (Catingas), ad amnem Jacatai, in desertis et aliis locis prov. Minarum, floret Septembri: St. Hilaire, M.; ad Arrayal do Barreiros: Pohl n. 5773.; et ad Fazenda Piccada: Pohl n. 1034.; δ. in Matto Grosso prov. Goyaz: Pohl n. 5771.; nec non in prov. Minarum: Claussen n. 308.; ε. inter Arrayal Nossa Senhora da Piedade et Villa do Fanado v. Cidade de Minas Novas prov. Minarum: Pohl n. 1082. Pl. Oreas.

159. AULOMYRCIA DAPHNOIDES Berg: ramulis angulatis, rufo-subtomentosis; foliis breviter petiolatis, alternis, ternis, rarius oppositis, coriaceis, obverse oblongis, cuneatis, apice angustato-obtusis, rarius rotundatis, novellis ciliolatis, utrinqne puberulis, ad nervum subtus rufo-velutinis, impellucido-punctatis; adultis supra glabris, grosse impresso-punctatis, subaveniis, subtus subglabratis, venosis, limbinerviis; paniculis paucifloris, rufopubescentibus, folio longioribus; germine triloculari; lobis calycinis brevissimis, obtusis, ciliolatis.

Myrcia daphnoides DC. Prodr. III. 246.

Rami exophloeo partim soluto rugosi. Folia juniora exactius venosa quam adultiora; petiolo 1‴ lg.; lamina 9—21‴ lg., 3½—7½‴ lt.; nervo supra plano, subtus elevato; venis subdivaricatis, tenuibus, supra demum oblitteratis, subtus prominulis. Paniculae 15—22‴ lg., apice et ramis inferioribus 3-floris, reliquis 1-floris. Alabastra ⅝‴ lg., puberula, bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum. Petala 5, suborbicularia, extus sericea, ciliolata, 1‴ lg. Stamina stylusque petalis paullo longiora. (v. in hb. Mart.)

Prope Camapuào in prov. Minarum: M. Pl. Oreas.

160. AULOMYRCIA HEPATICA Berg: ramulis foliisque novellis pedunculisque pilis brunneis inspersis; foliis breviter petiolatis, oppositis, ternis v. sparsis, coriaceis, oblongis v. ovali-oblongis, apice angustato-obtusis, basi acutis, novellis obscure pellucido-punctatis, adultis glabris, supra nitidis, utrinque elevato-, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus, folio duplo longioribus, strictis, ramis abbreviatis, floribus ultimis ternis, glabris, sessilibus; germine triloculari, lobis calycis rotundatis, ciliolatis, extus glabris, intus sericeis. ♄

Folium: Tabula nostra II. Fig. 34.

Rami exophloeo lamellatim secedente, ramuli angulati, brunnei. Folia juniora supra amethystina, subtus hepatica, adulta, expallentia, sordide fuscescentia; petiolo ½‴ lg.; lamina 8—28‴ lg., 6—15‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus elevato; venis subdivaricatis, utrinque prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae 2—3″ lg., inferiores bractea fultae. Alabastra turbinata, glabra, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi 5 calycini breves. Petala 5, rotunda, glabra, ¾‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Vindob. et Berol.)

Ab *A. lauriflora* differt: nervatura, foliis nec obversis, nec recurvatis; venis subdivaricatis; paniculis simplicioribus, strictis, ramis abbreviatis; floribus majoribus sessilibus; ab *A. Lingua* differt: foliis haud obversis, utrinque venosis.

Habitat ad villam do Presidio de S. Joâo Baptista prov. Minarum: Pohl n. 1074. Pl. Oreas.

161. AULOMYRCIA OBSCURA Berg: ramulis compressis gemmisque, petiolis nervoque medio et paniculis ferrugineo-strigosis; foliis petiolatis, rigidis, oppositis, alternis v. ternis, elliptico-oblongis v. oblongis, utrinque gradatim acutatis, rarius obtusis, novellis ciliatis, utrinque pilis sparsis obsitis, adultis excepto nervo glabris, nitidis, supra impresso-, obscure pellucido-punctatis, obsolete demum impresso-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, 1-, saepe 2-nis, folio longioribus, multifloris; germine triloculari; lobis calycinis ovatis, acutiusculis, ciliatis, extus glabris, intus sericeis. ♄

Rami teretiusculi, exophloeo secedente glabri, superne angulati. Folia rarius obovato- v. obverse oblonga, apice rotundata, interdum geminatim connata, margine vix recurva, siccata badia; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 16—36‴ lg., 8—12‴ lt.; nervo supra planiusculo, subtus elevato; venis subpatulis, tenuibus, utrinque parum prominulis, demum supra impressis, subtus obtectis. Paniculae 12—30‴ lg., 2—3-pliciter ramosae; ramulis infimis saepe geminis; floribus sessilibus, glabris, ultimis ternis. Alabastra 1½‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum. Lobi calycini fere ½‴ lg., demum patentes. Petala 5, subrotunda, fere 1‴ lg., glabra. Stamina petala aequantia. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Ab *A. daphnoide* differt: foliis longius petiolatis, latioribus, rarissime obversis, adultis supra impresso-, subtus obtecto-venosis; paniculis multifloris; alabastris glabris; petalis haud ciliolatis; ab var. *latifolia A. rufipedis:* foliis saepe ternis, acutioribus, obscure pellucido-punctatis, demum impresso-, haud elevato-venosis; floribus glabris.

In Brasilia meridionali: Sellow.

162. AULOMYRCIA COMOSA Berg: ramulis gemmisque rufescenti-strigosis; foliis subsessilibus, oppositis v. ternis, coriaceis, novellis parvis, ovalibus, utrinque angustatis, obtusis v. basi breviter acutis, supra puberulis, subtus rufescenti-pubescentibus, impellucido-punctatis, adultis glabratis, ovali-oblongis, basi subcordatis, apice angustato-obtusis, supra nitidis, vix venosis, subtus elevato-, subreticulato-venosis, limbinerviis; paniculis folio multo longioribus, ex ramis novellis oriundis, ad apicem ramorum densissime creberrimeque congestis, rufescenti-pubescentibus; germine rufescenti-strigoso, triloculari; lobis calycinis rotundatis, extus subpuberulis, ciliolatis, intus velutinis. ♄

Rami incrassati, teretes, glabri, apice ramosi; ramuli compressi. Folia floralia 8—14‴ lg., 4—8‴ lt., ramealia 20—30‴ lg., 11—15‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus elevato; venis subpatulis, supra prominulis, demum oblitteratis, subtus prominentibus; venulis interjectis subtus vix prominulis. Paniculae 1½—3″ lg., inferiores ramuli cujusve bractea fultae. Alabastra 1½‴ lg., puberula, bracteolis 2, linearibus, 1‴ lg., deciduis stipata. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini ¾‴ lt., breves. Petala 5, subrotunda, 1‴ lg., glabra. Stamina stylusque petala aequantia. (v. in hb. Mart.)

In prov. Minarum: Claussen. Pl. Oreas.

163. AULOMYRCIA PACHYCLADA Berg: ramis crassis; ramulis gemmisque et foliis novellis densissime rufo-velutinis; tomento demum expallente; foliis petiolatis, sparsis, ternis v. oppositis, coriaceis, obverse v. obovato-oblongis, interdum ovali-oblongis, acuminatis v. angustato-obtusis, interdum retusis, basi acutis, adultis utrinque glabratis, supra nitidis, subtus elevato-, impellucido-punctatis, subreticulato-venosis, limbinerviis; paniculis lateralibus v. axillaribus; germine triloculari, glabro; bacca ovali, glabra, lobis calycinis ovatis, patulis, utrinque puberulis coronata, disperma. Variat:

α. spathulata: foliis spathulatis, utrinque elevato-reticulatis; paniculis folio longioribus, strictis.

Arbor 20-pedalis; rami valde incrassati; cortice rimoso, suberoso tecti. Folia lamina 21—42‴ lg., 8—15‴ lt.; petiolo 1—3‴ lg.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis subpatulis venulisque ramosis utrinque prominulis. Paniculae decompositae, interdum racemosae, 3½—5½″ lg., canescenti-velutinae. Alabastra turbinata, glabriuscula, subsessilia, 2‴ lg.; bracteolis 2, minutis, velutinis stipata. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5, obtusiusculi. Petala 5, subrotunda, concava, extus puberula. Baccae 3‴ lg., calyce discoque concavo coronatae. Seminis testa cartilaginea, badia, nitida. Embryo cotylis foliaceis, contortuplicatis. (v. in hb. Berol.)

β. elliptica: foliis ovali-oblongis, apice retusis, supra demum impresso-reticulatis; paniculis folio plerumque brevioribus, saepe ad ramum foliatum, floriferum excrescentibus.

Folia 1½—3″ lg., 8—16‴ lt., supra pallide viridia, margine recurva; petiolo 2—3‴ lg. Paniculae 20—24‴ lg., saepe in ramulum foliatum floriferumque, 4″ lg. dispositae. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat: α. in campis prope Itanaré: Sellow; nec non ad S. Ignacio prov. Paraná: Sellow; Pl. Napaea; β. ad urbem Natividade, in regione boreali prov. Goyaz: Pohl n. 1019. Pl. Oreas.

164. AULOMYRCIA TERNIFOLIA Berg: ramulis foliisque novellis praesertim ad nervum, paniculis et calycibus rufo-hirtis; foliis subsessilibus, rigidis, ternis, ovalibus v. ovatis, utrinque obtusis v. apice angustato-obtusis, adultis utrinque puberulis, subtus nigrescenti-, impellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; paniculis cymosis axillaribus, folio 2—3-plo longioribus; floribus ultimis ternis, centrali sessili; germine triloculari; lobis calycinis brevibus, rotundatis, utrinque et margine adpresse pilosis. ♄

Tabula nostra XX.

Rami teretiusculi; novelli angulati. Folia 10—16‴ lg., 4—10‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis tenuibus, subpatulis, utrinque parum prominulis. Paniculae 28—38‴ lg.; ramis semel v. bis bifidis, infimis saepe bractea fultis; floribus in dichotomiis sessilibus. Alabastra turbinata, 1½‴ lg., bracteolis 2, linearibus, rufo-hirtis, caducis stipata. Germen glabrum, 6-ovulatum, disco concavo, glabro obtectum. Lobi 5 calycini inaequales. Petala 5, orbicularia, minute ciliolata, 1½‴ lg. Stamina petalis aequalia. Stylus medio dilatatus, glaber, 2½‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in prov. Minarum: Gardner n. 4659. Pl. Oreas.

165. AULOMYRCIA EMARGINATA Berg: ramulis paniculisque et petiolis superioribus brunneo-puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, obovatis v. obovato-oblongis, apice emarginatis, basi subcuneatis, nitidis, junioribus pilis raris sparsisque minute puberulis, obscure pellucido-punctatis, adultis rigidioribus, glabris, supra impresso-, subtus elevato-, impellucido-punctatis, tenuiter reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; paniculis axillaribus, folium subaequantibus v. superantibns; germine glabro, triloculari; lobis calycinis latis, brevibus, rotundatis, ciliolatis, extus glabriusculis, intus sericeis. ♄

Folium: Tabula nostra II. Fig. 33.

Rami fuscescentes, teretiusculi, glabri; ramuli brunnei, compressi. Folia siccata supra atro-fusca, subtus hepatica; petiolo 2‴ lg.; lamina 1—1½″ lg., 6—11‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis venulisque tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae 1—2″ lg., 2—3-pliciter ramosae, floribus ultimis 3-nis, subsessilibus. Alabastra turbinata, 1‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi 5 calycini inaequales. Petala 5, subrotunda, ciliolata, 1‴ lt. Stamina fere 2‴ lg. Stylus staminibus paullo longior. (v. in hb. Vindob.)

A. obtusae affinis, sed distincta.

Habitat in Brasilia.

166. AULOMYRCIA DECRESCENS Berg: ramulis foliisque novellis et paniculis ferrugineo-velutinis; foliis subsessilibus, coriaceis, ternis, sparsis v. rarius oppositis, antrorsum sensim minoribus, imbricatis, adpressis, ovalibus, utrinque angustatis, obtusis, apice apiculatis, adultis subglabratis, supra nitidis, grosse impresso-, impellucido-punctatis, subtus glandulosis, reticulato-penninerviis, arcuatim limbinerviis; paniculis axillaribus, folio minuto fultis et terminalibus ad corymbum terminalem, foliis intermixtum dispositis; germine glabro, triloculari; lobis calycinis ovatis, acutiusculis, ciliolatis, extus glabris, intus sericeis. ♄

Rami elongati, stricti, exophloeo lamellatim delapso glabri; ramuli canescenti-velutini. Folia inferiora 32‴ lg., 22‴ lt., superiora 5‴ lg., 3‴ lt., subtus pallidiora; nervo medio supra prominente, subtus elevato; venis distantibus, subpatulis, utrinque prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae 1—4″ lg., decompositae; ramis basi plerumque bracteatis; floribus ultimis ternis, subsessilibus. Alabastra turbinata, 1½‴ lg., glabra; bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi 5 calycini ½‴ lg. Petala 5, rotundo-obovata, glabra, apice denticulata, 1½‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus glaber, 3‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat ad Rio Preto et Caldas do Frey Raynaldo prov. Minarum: Pohl n. 2003. Pl. Oreas.

10. Exsuccae. Indumentum puberulum, mox evanidum. Folia opposita, sparsa v. verticillata chartacea v. coriacea, exsucca, utrinque elevato-venosa v. reticulato-venosa, impresso- v. elevato-glandulosa, linearia, ovali-oblonga. Inflorescentia racemosa, thyrsoidea, panicularis v. corymbosa. Germen 3—4-loculare.

167. AULOMYRCIA PARNAHIBENSIS Berg: ramulis foliisque novellis ad marginem et nervum subtus sericeis; foliis subsessilibus, coriaceis, lanceolatis, utrinque sensim angustatis, basi acutis, apice obtusis, mox glabris, opacis, utrinque nigrescenti-, impellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus, folio multo longioribus, bracteatis, multifloris, puberulis; germine triloculari, glabro; lobis calycinis obtusis, ciliolatis. ♄

Rami graciles, exophloeo delabente superne compressi. Folia lamina 7—14‴ lg., 1½—4‴ lt.; petiolo vix ullo; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis subpatentibus venulisque interjectis utrinque prominulis. Paniculae 1—2½″ lg., 2—3-pliciter ramosae; ramis pedicellisque et alabastris bracteis linearibus stipatis. Alabastra obovata, 2‴ lg. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi 5 calycini rotundo-ovati, obtusi. Petala 5, subrotunda, glabra, 1‴ lt. Stamina 1‴ lg. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitu maxime accedit ad *A. Jequitinhonhensem*, sed distincta: indumento sericeo; foliis oppositis, subsessilibus, nec obversis, sed medio latissimis, impellucido-punctatis; paniculis oppositis, puberulis; bracteis bracteolisque linearibus.

Habitat ad flumen Parnahiba in prov. Goyaz: Pohl. Pl. Oreas.

168. AULOMYRCIA ANGUSTIFOLIA Berg: ramis strictis, virgatis; ramulis superne foliisque novellis margine et costa pilosiusculis, mox glabris; foliis coriaceis, breviter petiolatis, sparsis, oppositis, ternis v. quaternis, linearibus, obtusiusculis v. acutiusculis, basi in petiolum attenuatis, marginatis, supra nitidis, impresso-, pellucido-punctatis, subtus fusco-glandulosis, trinerviis; corymbis cymosis axillaribus, pedunculatis, folio multo longioribus; germine triloculari; lobis calycinis inaequalibus, ovatis, obtusis, intus puberulis, ciliolatis. ♄

Rami 1—1½-pedales, teretiusculi, glabri. Folia pallida, interdum per paria connata; petiolo 1‴ lg.; lamina 10—20‴ lg., ⅝—2‴ lt. Corymbi sub acumine ramulorum axillares, solitarii, 1½—3″ lg., ramis bracteatis, floribus ultimis ternis, centrali sessili. Alabastra obovata, glabra, ¾‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum. Lobi calycini 5. Petala 5, subrotunda, glabra, pellucido-punctata, ¾‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus stamina aequans. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad montes Serra do Lenheiro prov. Minarum prope S. João del Rey: Sellow. Pl. Oreas.

169. AULOMYRCIA SALICIFOLIA Berg: ramulis petiolisque brunneo- v. rufo-strigosis; foliis petiolatis, junioribus membranaceis, demum chartaceis, lineari-lanceolatis v. lanceolato-linearibus, utrinque gradatim angustatis, creberrime pellucido-punctatis, novellis nervo medio margineque pilis raris obsitis, mox glabris, obsolete venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, pauciforis, racemosis, folio subbrevioribus, glabris; bacca subglobosa, lobis calycinis ovatis, obtusis coronata.

Myrtus salicifolia Mart. Herb.
Myrcia salicifolia DC. Prodr. III. 246.

Rami teretiusculi, dense nodosi; novelli compressi. Folia conferta, subtus pallidiora, margine vix recurva; petiolo 1½‴ lg.; lamina 20—24‴ lg., 3—4½‴ lt.; nervo utrinque elevato; venis tenuissimis, utrinque parum prominulis. Pedunculi 8—12‴ lg., et ultra. Bacca 5‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Crescit in Brasiliae prov. do alto Amazonas ad flumen Rio Japurá: M. Pl. Najas.

170. AULOMYRCIA SUFFRUTICOSA Berg: caulibus simplicibus, virgatis, apice foliisque superioribus puberulis; foliis sparsis, rarius oppositis, coriaceis, obverse lineari-lanceolatis, obtusis, brevissime apiculatis, basi cuneatis, margine cartilagineis, adultis glabris, opacis, utrinque creberrime elevato-, pellucido-punctatis, limbinerviis, vix venosis; pedunculis bracteis obsitis, plerumque unifloris, caulis apicem versus oriundis, inferioribus axillaribus, superioribus folio minuto stipatis, ad racemum corymbosum terminalem dispositis, rarius terminalibus, solitariis; germine 4-loculari; lobis calycinis inaequalibus, latis, rotundatis, ciliolatis.

Folium: Tabula nostra II. Fig. 30.

Truncus subterraneus horizontalis, multiceps; caules plures, 1—1½′ longi, inferne glabri, exophloeo longitudinaliter secedente. Folia apicem caulis versus gradatim minora, ½—2″ lg., 2—6‴ lt.; petiolo 1½—2‴ lg.; nervo medio utrinque prominente; venis vix manifestis. Pedunculi ½—1″ lg., bracteis 2—6 instructi, interdum biflori. Alabastra turbinata, glabra, 2‴ lg.; bracteolis 2, lineari-spathulatis, ciliolatis, 1‴ lg. stipata. Germen 8-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi 5 calycini breves. Petala 5, subrotunda, vix ciliolata, 1½‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus staminibus paullo brevior. (v. in hb. Vindob.)

Habitat ad montem Serra dos Cristaes in prov. Goyaz: Pohl n. 817. Pl. Oreas.

171. AULOMYRCIA VIRGATA Berg: caule virgato, simplici, sursum paniculisque sulcato-angulosis foliisque novellis subtus ad nervum et alabastris puberulis; foliis petiolatis, lanceolatis, utrinque gradatim angustatis, acutis, glabris, opacis, venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, saepius geminis, folio triente longioribus, laxifloris; germine triloculari; sepalis ovatis, subinaequalibus, majoribus apice rotundatis, brevioribus obtusiusculis, extus rufescenti-puberulis.

Myrcia virgata Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 229.

Frutex $2^1/_2$-pedalis, deorsum glabriusculus. Folia $2^1/_2$—4″ lg., 4—5‴ lt.; petiolo 3‴ lg.; nervo subtus prominente; venis vix manifestis. Alabastra $1^3/_4$‴ lg., rufescenti-puberula, bracteolis 2, lanceolatis, calyce brevioribus stipata. Germen apice pilis brevibus, densis obtectum. Petala 5, obovato-rotundata, concava, extus rufescenti-puberula, ciliolata, 2″ lg. Stamina stylusque petalis paullo longiora. (Camb.) †

In campis prope Villa Boa, urbem principem prov. Goyaz, floret Julio: St. Hilaire. Pl. Oreas.

172. AULOMYRCIA SUAVEOLENS Berg: ramulis angulosis foliisque novellis puberulis; foliis petiolatis, oblongo-lanceolatis, utrinque gradatim angustatis, acutiusculis v. obtusiusculis, rarius ellipticis v. ovatis, apice rotundatis, adultis glabratis, nitidis, pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, magnis, ramosissimis, multifloris, puberulis v. glabratis; germine triloculari; lobis calycinis ovatis, obtusis, inaequalibus, ciliatis, erectis.

Myrcia suaveolens Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 226.

Frutex $2^1/_2$-pedalis; caule simplici, rarius ramoso; rami teretiusculi. Folia margine subrevoluta; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 1—3″ lg., 4—12‴ lt.; nervo medio utrinque praesertim inferne prominente; venis utrinque prominulis. Paniculae 2—8″ lg. Alabastra $1^1/_2$‴ lg., puberula, bracteolis 2, ovate lanceolatis, acutiusculis, deciduis stipata. Germen apice glabrum. Petala 5, rotundata, concava, glabra, 2‴ lg. Stamina stylusque petala paullo superantia. (Camb.) †

In campis prov. Goyaz et Minarum, haud infrequens, floret Augusto et Septembri: St. Hilaire. Pl. Oreas.

173. AULOMYRCIA SCROBICULATA Berg: ramulis foliisque novellis subtus pilosiusculis; foliis petiolatis, pergamaceis, elliptico-oblongis v. oblongis, obtusis, basi acutis, novellis ciliatis, adultis glabris, supra nitidis, grosse impresso-, vix pellucido-punctatis, subtus opacis, elevato-glandulosis, oblitterato-venosis, limbinerviis; paniculis oligocarpicis, axillaribus, folio longioribus, glabris; bacca globoso-ovata, glabra, lobis calycinis ovatis, obtusis, ciliolatis coronata, 1-sperma.

Frutex 1—10-pedalis, ramosissimus; rami glabri, superne compressi. Folia margine plana; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 10—14‴ lg., 4—6‴ lt. et minore; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis vix manifestis. Paniculae 1—$1^1/_2$″ lg. Bacca 2—3‴ lg., disco concavo, glabro sepalisque erectis coronata. Semen reniforme; testa membranacea. Embryo generis. (v. in hb. Berol.)

Habitat in campis prov. Rio Grande do Sul, fructificat Januario: Sellow. Pl. Napaea.

174. AULOMYRCIA JEQUITINHONHENSIS Berg: ramulis foliisque novellis puberulis, mox glabris; foliis petiolatis, inferioribus oppositis, superioribus alternis, coriaceis, obverse lanceolatis, cuneatis, apice obtusis, discoloribus, supra nitidis, impresso-, pellucido-punctatis, subtus fusco-glandulosis, costato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio 3-plo longioribus, strictis, bracteatis, plurifloris, glabris; germine 3—4-loculari, glabro; lobis calycinis subinaequalibus, rotundatis, obtusiusculis, ciliolatis. ♄

Rami elongati, stricti, teretiusculi, superne compressi. Folia 6—14‴ lg., $1^1/_2$—5‴ lt.; petiolo 1—$1^1/_2$‴ lg.; nervo medio venisque patulis v. subdivaricatis utrinque prominentibus. Paniculae 14—24‴ lg., alternae, decompositae, ad apices ramorum paniculam terminalem, foliis intermixtam formantes, ramis pedicellisque bracteatis. Alabastra turbinata, $1^1/_2$‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, ciliatis, $3^1/_4$‴ lg., deciduis stipata. Germen 6—8-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi 5 calycini breves. Petala 5, subrotunda, haud ciliolata, 1‴ lt. Stamina $1^1/_2$‴ lg. Stylus glaber, $1^1/_2$‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Affinis *A. tortae*, sed diversa: indumento puberulo; foliis inferioribus oppositis, superioribus alternis, angustioribus; paniculis alternis, glabris, folio triplo longioribus.

Habitat ad praesidium S. Miguel da Jequitinhonha, versus fines boreales prov. Minarum: Pohl. Pl. Oreas.

175. AULOMYRCIA TORTA Berg: ramulis foliisque novellis paniculisque pubescentibus; foliis petiolatis, coriaceis, obverse oblongis, basi cuneatis, apice rotundatis v. angustato-obtusis, discoloribus, utrinque creberrime elevato-, demum supra impresso-, pellucido-punctatis, adultis glabris, supra nitidis, utrinque costato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio duplo longioribus, strictis, multifloris, oligocarpicis, saepissime bracteatis; germine triloculari, glabro; lobis calycinis inaequalibus, rotundatis, ciliolatis; bacca globosa, calyce coronata.

Folium: Tabula nostra II. Fig. 29. 31.

Myrtus torta et Myrtus thelocarpa Mart. Herb.
Myrcia torta DC. Prodr. III. 250.

Rami teretiusculi, glabri; novelli compressi. Folia sursum sensim minora; petiolo 1—$1^1/_2$‴ lg.; lamina 8—31‴ lg., $3^1/_2$—10‴ lt.; nervo medio venisque erecto-patulis utrinque prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis, utrinque prominulis. Paniculae $1^1/_2$—$3^1/_2$″ lg., 3-pliciter ramosae, ramis, ramulis et pedicellis bractea decidua fultis. Alabastra turbinata, $^3/_4$‴ lg., glabra, bracteolis 2, lanceolatis, caducis stipata. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi 5 calycini brevissimi. Petala 5, orbicularia, ciliolata, 1‴ lt. Stamina $1^1/_2$—2‴ lg. Stylus planiusculus, 2—3‴ lg. Bacca 4‴ diametro, disco concavo calyceque coronata, atropurpurea, nitida (interdum insecti ictu deformata). (v. florif. in hb. Vindob., fructif. in hb. Mon.)

Obs. Ill. Candollerus in Martii herbario specimina *A. tortae* et *A. intermediae* confudit; descriptio habitus ab Illo l. c. data ad *A. intermediam*, ea autem foliorum, inflorescentiae fructusque ad *A. tortam* attinet.

Habitat in desertis prope Villa do Rio de Contas altis petrosis apricis prov. Bahiensis: M.; nec non in editis in monte Serra branca in Minas Novas: M.; et ad Tapanhoacanga in prov. Minarum: Pohl n. 1026.; fructificat Novembri. Pl. Hamadryas, Oreas.

176. AULOMYRCIA MARTIANA Berg: ramulis foliisque novellis paniculisque rufo-strigosis; foliis longe petiolatis, coriaceis, oblongis, utrinque angustatis, basi acutis, apice obtuse acutatis, discoloribus, adultis glabris, supra nitidis, minute demum impresso-, pellucido-punctatis, subtus fusco-glandulosis, utrinque subreticulato-venosis, limbinerviis; paniculis pyramidatis, lateralibus, basi nudis, paucifloris; germine glabro, triloculari; lobis calycinis rotundatis, ciliolatis. ♄

Rami obtuse 4-goni; novelli compressi. Folia petiolo 3—4‴ lg.; lamina 17—32‴ lg., 6—10‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis venulisque interjectis, reticulatis utrinque prominulis. Paniculae 24—26‴ lg., basi nudae; ramis inferioribus trifloris. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi 5 calycini breves. Petala 5, orbicularia, glabra, $^3/_4$‴ lg. Stamina stylusque 1‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Ab *A. torta* differt: indumento strigoso; foliis duplo longius petiolatis, medio latissimis, haud obversis, supra vix manifeste glandulosis, paniculis basi nudis; ab *A. Jequitinhonhensi* et *A. Parnahibensi* differt: foliis multo majoribus, duplo longius petiolatis; paniculis strigosis; ab *A. Lingua* distincta: foliis duplo longius petiolatis, medio latissimis, subreticulato-venosis; paniculis pyramidatis, haud racemosis.

Habitat in prov. Bahiensi: M. Pl. Hamadryas.

177. AULOMYRCIA GLANDULOSA Berg: glabra; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis v. oblongis, utrinque angustatis, apice obtusiusculis v. obtuse acuminatis aut obovatis, apice rotundatis, omnibus in petiolum attenuatis, opacis, utrinque creberrime elevato-, pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus; floribus in dichotomia sessilibus; germine triloculari; baccis globosis, calyce obtuse 5-lobo, ciliolato coronatis. ♄ Variat:

α. elliptica: foliis oblongis, rarius ovali-oblongis, leviter obtuse acuminatis v. acutatis, subtus rufescentibus; paniculis paucifloris, folio plerumque brevioribus.

Folia 14—25‴ lg., 5—8′′ lt.; petiolo 1—2‴ lg.; paniculae 9—16‴ lg. (v. in hb. Berol., Mart. et Vindob.) — Haec varietas *A. tortae* valde similis, sed distincta: glabritie; foliis chartaceis, junioribus utrinque elevato-glandulosis; paniculis cymosis gracilibus, folio brevioribus.

β. obovata: foliis obovatis, apice rotundatis v. ovato-oblongis, obtuse acuminatis, utrinque rufescentibus; paniculis folio saepe longioribus. (v. in hb. Berol.)

Myrcia myoporina DC.! Prodr. III. 246. pro parte.

Rami teretiusculi, glabri, laeves, novelli compressi, glandulosi, interdum apice pilis raris, sparsis, adpressis obtecti. Folia margine vix recurva; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 8—23‴ lg., 3—11‴ lt.; nervo medio utrinque prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. Paniculae graciles, cymosae, folio longiores v. breviores, 8—24‴ lg., 2—3-pliciter ramosae, ramis divaricatis, infimis 3—9-floris, floribus lateralibus pedicellatis. Alabastra turbinata, 1‴ lg., glabra, bracteolis 2, subulatis, valde caducis stipata. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini 5, breves, rotundati, intus sericei, 2 interiores majores. Petala 5, glabra, margine crenulata. Baccae 2‴ diametro, coccineae, demum atropurpureae, 2—3-spermae. (v. in hb. Mart., Berol. et Vindob.) — Haec varietas maxime *A. exsuccae* affinis, differt autem: glabritie; foliis subtus opacis, utrinque glanduloso-verrucosis, tenuiter venosis; paniculis cymosis gracilibus; pedicellis filiformibus, alabastro longioribus.

γ. longifolia: foliis elongatis, oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis, apice obtusiuscule acuminatis; paniculis decompositis.

Folia 16—32‴ lg., 5—9′′ lt.; petiolo 2—3‴ lg.; paniculae 2—2½′′ lg.; baccae 2‴ diametro.

Not. Ill. Candolleus plantas 2 calyce germineque toto coelo ab invicem diversas, in herbario Mart. praesentes confudit et in prodromo sub nomine *Myrciae myoporinae* descripsit, alteram floriferam *Eugeniam inundatam DC.* alteramque fructiferam varietatem β. obovatam *Aulomyrciae glandulosae* formantem.

Habitat ad Arrayal S. Luzia et Meiaponte, nec non ad montes Serra dos Montes Claros: Pohl n. 5764.; in prov. Goyaz; ad urbem de Ouro preto: Pohl n. 3727.; nec non in Morro da Tapanhoacanga: Sellow, Schüch n. 478., in prov. Minarum. Pl. Oreas.

178. AULOMYRCIA EXSUCCA Berg: ramulis foliisque novellis paniculisque puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, obovato-oblongis, basi cuneatis, apice rotundatis, retusis, novellis ciliatis, adultis glabris, supra impresso-, pellucido-, subtus fusco-punctatis, utrinque nitidis, et subreticulato-venosis, limbinerviis; paniculis validis, axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, folio parvo fultis, ad apicem ramorum corymbum foliis intermixtum formantibus; floribus glabris, ultimis ternis, centrali sessili; germine triloculari; lobis calycinis rotundatis, ciliolatis. ♄

Myrtus exsucca Mart. Herb.
Myrcia exsucca DC. Prodr. III. 247., nec Cambess.

Rami teretiusculi, glabri; ramuli tetragoni. Folia ramealia, 18—26‴ lg., 8—12‴ lt., pallida, rarius elliptico-oblonga, angustato-obtusa, floralia 8—10‴ lg., 4—6‴ lt.; petiolo 2‴ lg.; nervo supra plano, subtus parum prominente; venis erecto-patulis, supra prominentibus, subtus prominulis; venulis interjectis subreticulatis, supra prominulis, subtus vix manifestis. Paniculae 20—40‴ lg., tripliciter ramosae. Alabastra glabra, 1½‴ lg.; bracteolis 2, linearibus, ciliatis, ½‴ lg., caducis stipata. Germen 6-ovulatum, disco concavo, minute puberulo obtectum. Lobi calycini 5 inaequales, intus sericei. Petala 5, subrotunda, apice denticulata, 1‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus staminibus paullo longior. (v. in hb. Monac.) — Ab *A. Cambessedeana* differt: indumento; foliis minoribus, brevius petiolatis, apice retusis, pellucido-punctatis; nervo medio supra plano; germine triloculari, apice puberulo; sepalis ciliatis, intus sericeis.

Habitat in campestribus deserti inter S. Anton. das Queimadas et Joazeiro prov. Bahiensis et in desertis prov. Minarum: M. Pl. Hamadryas.

11. Pauciflorae. Pedunculi 1—3-, rarius 5—7—9-flori.

179. AULOMYRCIA PUSILLA Berg: ramulis foliisque novellis sparse pilosiusculis; foliis subsessilibus, plerumque alternis, coriaceis, lanceolatis, basi obtusiusculis, apice angustato-obtusis, grosse pellucido-punctatis, ciliatis, adultis subglabratis, venosis, limbinerviis; pedunculis compressis, trifloris; folio longioribus, glabris; germine triloculari; lobis calycinis ovatis, obtusis, ciliolatis, extus glabris, intus sericeis. ♄

Rami tenues, glabri; novelli angulati, pilis brunneis obsiti. Folia 5—9‴ lg., 1½—3‴ lt., subtus fusco-punctata; nervo medio utrinque prominente; venis tenuibus, utrinque parum prominulis. Pedunculi purpurei, 6—14‴ lg., rarius 5- v. 1-, saepissime 3-flori; floribus pedicellatis v. centrali sessili; pedicellis bractea lineari fultis. Alabastra turbinata, glabra, 1‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini ½‴ lg. Petala 5, subrotunda, glabra, 1‴ lg. Stamina petala aequantia. Stylus 2½‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Ab *A. Lingua* differt: foliis minoribus, antrorsum sensim acutatis, nec obversis, basi obtusiusculis; pedunculis trifloris.

Habitat inter Rio Jequetahi et Munda Fonza (?) prov. Minarum: Pohl n. 1084. Pl. Oreas.

180. AULOMYRCIA VACCINIIFOLIA Berg: ramulis foliisque junioribus utrinque et margine pedunculisque pilis rufis pubescentibus; foliis breviter petiolatis, ternis v. sparsis, rarius oppositis, coriaceis, ovali-oblongis, basi acutis, apice obtusis, margine revolutis, nitidis, subreticulato-venosis, limbinerviis, adultis glabratis, aveniis, subtus sparse fusco-, impellucido-punctatis; pedunculis axillaribus, folio 2—3-plo longioribus, apice 4—7-floris; floribus glabris; germine triloculari; lobis calycinis rotundatis, ciliolatis. ♄

Rami exophloeo secedente; ramuli angulati, dense pubescentes. Folia novella apice acuta, ciliata, puberula, adulta laevigata, atrovirentia; petiolo ½‴ lg.; lamina 5—9½‴ lg., 2—4‴ lt.; nervo medio utrinque prominente; venis tenuibus venulisque tenuioribus, subreticulatis utrinque prominulis, demum oblitteratis. Pedunculi compressi, puberuli, 11—21‴ lg., 3-flori v. racemoso 5- v. 7-flori; flore terminali plerumque sessili, rarius 1-flori. Alabastra turbinata, 1½‴ lg.; bracteolis 2, linearibus, acutis, 1½‴ lg. stipata. Germen 6-ovulatum. Lobi calycini 5, breves. Petala 5, rotunda, glabra, 1‴ lg. Stamina petala aequantia. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Mart. et Sonder.)

Habitat in montibus Serra de Itambé prov. Minarum, floret Majo: M. Pl. Oreas.

181. AULOMYRCIA CRENULATA Berg: ramulis pedunculisque et foliis novellis plus minusve brunneo-pubescentibus; foliis subsessilibus, ternis, sparsis v. oppositis, coriaceis, ovato-oblongis, basi subcordatis, apice angustato-obtusis, margine crenato-recurvis v. revolutis, ciliatis, discoloribus, adultis glabriusculis, supra nitidis, saepissime sparse grosseque impresso-, vix pellucido-punctatis, subreticulato-venosis, limbinerviis, subtus fusco-glandulosis, oblitterato-venosis; pedunculis axillaribus, 1-, rarius 2-nis, folio multo longioribus, 3—7-floris v. 3-fidis; ramis 3-floris; germine glabriusculo, triloculari; lobis calycinis ciliolatis, exterioribus ovatis, obtusiusculis, interioribus rotundatis. ♄ Variat:

α. hirta: indumento ramulorum et pedunculorum densiore; foliis siccatis convolutis et incurvis.

Rami exophloeo delapso laeves, glabri; novelli angulati. Folia 5—8‴ lg., 2—4‴ lt., supra atrovirentia, subtus fusca; nervo medio supra prominulo, subtus elevato; venis tenuibus, utrinque prominulis, demum plus minusve oblitteratis. Pedunculi ½—2″ lg., pedicellis basi bracteatis. Alabastra 1½‴ lg., bracteolis 2, linearibus, ¾‴ lg., caducis stipata. Germen 6-ovulatum. Lobi 5 calycini intus sericei. Petala 5, subrotunda, glabra, 1‴ lg. Stamina petala subaequantia. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Monac.)

β. glabrata: indumento laxiore; foliis siccatis planiusculis, margine recurvis. (v. in hb. Vindob.)

Species haec praeposita differt ab *A. dimorpha:* foliis omnibus basi obtusis, subcordatis; pedunculis folio multo longioribus; ab *A. vacciniifolia:* foliis basi obtusis; ab ambabus: foliis crenulato-revolutis.

Habitat: β. inter Calumbâo et Barreiros in prov. Minarum: Pohl n. 1086. Pl. Oreas.

182. AULOMYRCIA SCHRANKIANA Berg: ramulis gemmisque rubiginoso-pubescentibus; foliis breviter petiolatis, oppositis, ternis v. alternis, adultis coriaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice leviter obtuse acuminatis v. obtusiusculis, basi obtusiusculis v. breviter acutis, novellis utrinque praesertim margine et costa rufo-puberulis, raro pellucido-punctatis, utrinque elevato-, subreticulato-venosis, limbinerviis, subnitidis, adultis glabriusculis, coriaceis, obsolete venosis, opacis; pedunculis subglabratis, axillaribus et subterminalibus, folio 2—3-plo longioribus, 3-floris v. 3-fidis, ramis bifidis; floribus glabriusculis, in dichotomia sessilibus; germine triloculari; lobis calycinis rotundatis, brevibus, ciliatis.

Myrtus Schrankiana Mart. Herb.

Myrcia Schrankiana DC. Prodr. III. 247. Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. 233.

Fruticulus 1—4-pedalis; rami exophloeo delapso laeves, glabri; novelli compressi. Folia adulta pallidiora; petiolo ½—1‴ lg.; lamina 9—14‴ lg., 3—6‴ lt.; nervo supra prominulo, subtus prominente; venis venulisque reticulatis, utrinque prominulis, demum oblitteratis. Cymae 1—2″ lg.; ramis ramulisque bractea lanceolata, 1½—2‴ lg., puberula fultis. Alabastra fere 2‴ lg., bracteolis 2, lineari-lanceolatis, puberulis, ¾‴ lg., caducis stipata. Germinis loculi biovulati. Lobi calycini ½—¾‴ lt. (v. in hb. Monac.)

In monte vulgo Morro d'Andaia, haud longe a pago Nossa Senhora da Penha in Minas Novas, floret Majo: St. Hilaire; et in parte deserta ejusdem prov. Minarum: M. Pl. Hamadryas.

183. AULOMYRCIA BIFORMIS Berg: ramulis pedunculisque rufo-pubescentibus; foliis subsessilibus, oppositis, interdum ternis v. sparsis, rigidis, opacis, apice angustato-obtusis, junioribus ovali-oblongis, basi acutis, utrinque rufo-puberulis, adultis subglabratis, ovatis, basi subcordatis, discoloribus, grosse sparseque pellucido-punctatis, subreticulato-venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, folium subaequantibus, trifloris; germine glabriusculo, 3—4-loculari; lobis calycinis rotundatis, ciliatis. ♄

Rami exophloeo lamellatim delapso laeves, glabri; novelli angulati, dense pubescentes. Folia 5—9‴ lg., 2½—6‴ lt., adulta supra atrovirentia; nervo medio utrinque prominente, venis venulisque reticulatis, utrinque prominulis. Pedunculi 5—10‴ lg., floribus breviter pedicellatis. Alabastra turbinata, 1½‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 1‴ lg., caducis stipata. Germen 4—6-ovulatum. Petala 5, subrotunda, glabra, 1‴ lg. Stamina petala subaequantia. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Differt ab *A. vacciniifolia:* foliis dimorphis, grosse pellucido-punctatis, opacis, et adultis nervosis; pedunculis folia aequantibus.

Habitat in montibus Serra de Itambé prov. Minarum, floret Majo: M. Pl. Oreas.

184. AULOMYRCIA PLUMBEA Berg: ramulis foliisque novellis et pedunculis pilis raris sparsisque, ferrugineis inspersis; foliis breviter petiolatis, oppositis, ternis v. sparsis, coriaceis, ovatis v. ovato-oblongis, basi rotundatis v. subcordatis, apicem versus sensim obtusiuscule angustatis, adultis glabris, supra nitidis, reticulato-venosis, limbinerviis, subtus opacis, vix venosis, impellucido-punctatis; pedunculis axillaribus, trifloris, folio longioribus; germine glabro, triloculari; lobis calycinis rotundatis, ciliatis, intus sericeis, extus glabris. ♄

Rami teretiusculi, glandulosi; ramuli compressi, rufi. Folia supra caerulescenti-fuscescentia, subtus fuscescentia; petiolo ½‴ lg.; lamina 10—13‴ lg., 5—9‴ lt.; nervo medio utrinque elevato; venis venulisque reticulatis, supra prominentibus, subtus vix manifestis. Pedunculi in ramulis novellis foliis minutis fulti, 1—12‴ lg., compressi, rufi, interdum ad ramulum foliatum excrescentes; pedunculis 1—3-floris. Alabastra turbinata, 2‴ lg., bracteolis 2, linearibus, ciliatis, 1‴ lg. stipata. Germen 6-ovulatum, disco concavo, glabro terminatum. Lobi calycini breves, lati. Petala 5, subrotunda, denticulata, 1½‴ lg. Stamina petala subaequantia. Stylus 2½‴ lg. (v. in hb. Mart., Berol. et Vindob.)

Habitat in Minas Geraës: Pohl n. 1085. Pl. Oreas.

185. AULOMYRCIA RETUSA Berg: ramulis superne foliisque novellis subtus pilosiusculis; foliis petiolatis, coriaceis, obcordatis, basi cuneatis, discoloribus, superne impresso-, pellucido-punctatis, subtus nigrescenti-glandulosis, adultis glabris, nitidis, tenuiter venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, solitariis, folium superantibus, trifloris; flore centrali subsessili, lateralibus pedicellatis; alabastris glabris; germine triloculari; lobis calycinis obtusis, ciliatis, demum reflexis.

Frutex 8-pedalis, ramosissimus; ramulis abbreviatis, compressis. Folia margine recurva, siccata superne badia, subtus pallidiora; petiolo 1½‴ lg.; lamina 8—9‴ lg., 4—5‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis parum prominulis, serius haud manifestis; venulis ramulosis. Pedunculi filiformes, 4—6‴ lg.; pedicelli 1½‴ lg., interdum 2—1-flori, badii, glabri. Alabastra turbinata, 1‴ lg., bracteolis 2, linearibus, acutis, deciduis stipata. Hypanthium supra germen 6-ovulatum productum, in calycem 5-lobum abiens; lobis brevibus, latis, rotundatis, intus puberulis. Petala 5, subrotunda, eciliata, 1‴ lt. Stamina petalis paullo longiora. Stylus 1. Bacca (fide Sellowii) globosa, atropurpurea, 2—3‴ lt., coronata. (v. in hb. Berol.)

Habitat in campis ad Rio das Pedras prov. Minarum, floret Majo: Sellow. Pl. Oreas.

SPECIES RELATAE:

I. Germen biloculare:			
1. Pauciflorae	sp. 1— 12.	p. 60— 64.
2. Cymosae	« 13— 28.	« 65— 71.
3. Paniculatae	« 29— 46.	« 71— 78.
4. Perforatae	« 47— 64.	« 79— 86.
5. Laterifloreae	« 65— 85.	« 87— 97.
6. Grandifoliae	« 86— 90.	« 98— 99.
7. Cordatae	« 91— 96.	« 100—102.
II. Germen tri — quadriloculare:		
1. Cordatae	« 97—104.	« 103—106.
2. Amethystinae	« 105—108.	« 107—108.
3. Rugosae	« 109—119.	« 108—113.
4. Paniculatae	« 120—126.	« 114—116.
5. Thyrsiflorae	« 127.	« 116.
6. Cymosae	« 128—133.	« 117—119.
7. Coriaceae	« 134—143.	« 119—123.
8. Tomentosae	« 144—151.	« 124—127.
9. Rufipedes	« 152—166.	« 128—135.
10. Exsuccae	« 167—178.	« 135—139.
11. Pauciflorae	« 179—185.	« 140—142.

VIII. EUGENIOPSIS Berg.

Eugeniae *species auctor.*

Hypanthium (calycis tubus auct.) supra germen valde productum, in calycem abiens. Germen inferum, biloculare, 4-ovulatum; ovulis collateralibus, centralibus. Calyx in alabastro fere clausus, minutissime 4-, rarissime 5-lobus, demum profundius partitus. Petala 4, rarissime 5, parva, margini libero hypanthii inserta. Stamina crebra, perigyna, una cum petalis inserta; filamenta libera, praefloratione incurvata; antherae subrotundae, dorso fixae, superne glandula terminatae, biloculares; loculis utroque latere longitudinaliter dehiscentibus, marginibus explanatis; granula pollinis trigona, tripora. Carpophylla duo, verticem germinis stylumque formantia. Stylus 1. Stigma simplex. Bacca primum calyce coronata, demum calva, 1 — 2-locularis, 1 — 2-sperma. Semen exalbuminosum, testa cartilaginea instructum. Embryo cotylis foliaceis, valde corrugatis, glandulosis; rostello longo, circumflexo.

Frutices Brasilienses, foliis oppositis, glandulosis, venosis, limbinerviis; pedunculis rarissime trifloris, saepissime cymosis v. paniculatis, multifloris; floribus parvis, basi bibracteolatis.

1. EUGENIOPSIS ANGUSTIFOLIA Berg: ramulis ancipitibus, apice foliisque novellis subtus adpresse pilosis, mox glabris; foliis subsessilibus, coriaceis, lineari-lanceolatis, obtusis, basi attenuatis, supra impresso-, junioribus pellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis, adultis 1-nerviis; pedunculis axillaribus, folium subaequantibus, trifloris v. bifidis, radiis trifloris; lobis calycinis inaequalibus, obtusis, ciliatis, deciduis; bacca globosa, biloculari, 2-sperma.

Frutex 5 — 10-pedalis, ramosus; rami teretiusculi. Folia conferta, margine plana, subtus pallidiora, glandulosa; lamina 6—9‴ lg., 1½—2‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuissimis, utrinque prominulis, demum oblitteratis. Pedunculi compressi, glabri, 4 — 6‴ lg., triflori; flore centrali saepissime ceteris longius pedicellato; pedicellis carinatis, 1 — 3‴ lg., aut bifidi, ramis trifloris, flore centrali sessili. Alabastra obovata, glabra, 1½‴ lg.; bracteolis 2, subulatis, ½‴ lg. stipata. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem irregulariter 5-, interdum 4-lobum, glabrum abiens. Petala 5, interdum 4, subrotunda, glabra, 1‴ lt. Stamina 2‴ lg. Stylus stamina aequans, deciduus. Bacca hypanthii margine libero et reliquiis calycis coronata, 4‴ diametro. Seminis testa cartilaginea; embryo generis. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad ripas in montibus Serra do Caraça, prov. Minarum, floret Decembri, nec non in campis montium Serra do Lenheiro: Sellow. Pl. Oreas.

2. EUGENIOPSIS LAEVIGATIA Berg: ramulis foliisque novellis ad petiolum et costam, paniculis et alabastris rufo-velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, ovato- v. ovate oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi acutis, discoloribus, supra nitidis, laevigatis, impresso-, pellucido-punctatis, subaveniis, subtus fusco-glandulosis, glabratis, tenuissime venosis, limbinerviis; paniculis 1 — 2-nis, axillaribus et subterminalibus, folio brevioribus.

Myrtus laevigata Mart. Herb.

Eugenia laevigata DC. Prodr. III. 283.

Rami obsolete 4-goni, rimosi; novelli compressi, 1—3-nodes, 2—4-foliati, interdum brevissimi aphylli. Folia supra obscure viridia, subtus flavo-virentia; petiolo 2 — 3‴ lg.; lamina 17 — 20‴ lg., 5 — 12‴ lt. nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, subdivaricatis, supra vix visibilibus, subtus parum prominulis. Paniculae 10 — 20‴ lg., saepissime spurie axillares et subterminales, plerumque 2-nae; potius solitariae, oppositae, basi callo fultae, e ramulo oriundae aphyllo, vix ½‴ longo, rarius ad ramulum novellum, 2—3-nodem, 2—4-foliatum excrescente et tunc paniculis infimis basilaribus, basi nudis, reliquis recte axillaribus donato. Alabastra obovata, 1‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem 4-lobum, demum subprofundius partitum abiens. Lobi calycini brevissimi, rotundati. Petala 4, rotundata, ½‴ lg. Stamina ⅝‴ lg. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat in desertis ad flumen Rio S. Francisci: M. Pl. Hamadryas.

3. EUGENIOPSIS ACUMINATISSIMA Berg: ramulis foliisque novellis ad petiolum et nervum subtus rufo-tomentellis; foliis petiolatis, rigidis, oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis, apice longissime acuminatis, basi acutis, discoloribus, novellis pellucido-punctatis, adultis glabris, utrinque tenuissime densissimeque reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, basi bractea fultis, plerumque 2-nis, multifloris, folio duplo brevioribus, glabriusculis; germine glabro. ♄

Rami teretiusculi, glabri, albidi; novelli compressi, rufi. Folia adulta vix v. impellucido-punctata, siccata supra atrovirentia, subtus flavo-virentia, nigrescenti-glandulosa; petiolo 2—2½‴ lg., rufo; lamina 18—45‴ lg., 6—13‴ lt.; nervo medio supra vix sulcato, subtus incrassato, rufo; venis tenuissimis, approximatissimis, utrinque venulisque tenuioribus, reticulatis parum prominulis. Paniculae 12 — 30‴ lg., spurie axillares, potius ex infimo nodo rami novelli axillaris, 2 — 4-foliati, saepissime autem oblitterati oriundae, oppositae, solitariae, 3 — 4-pliciter ramosae, ramis cymosis, floribus ultimis 3-nis, centrali sessili, lateralibus pedicellatis. Alabastra ½—¾‴ lg., glabra; bracteolis stipantibus caducis. Germen

biloculare, 4-ovulatum. Lobi 4 calycini minimi, obtusati, demum reflexi. Petala 4, subrotunda, eciliata, ½‴ lg. Stamina 1‴ lg., antheris minimis, defloratis nigris. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Schlechtend.)

Differt ab *E. laevigata:* paniculis et alabastris glabris; foliis angustioribus, longius acuminatis, supra haud impresso-, pellucido-punctatis, utrinque reticulatis; ab mare *E. polygamae:* indumento; foliis brevius petiolatis, longissime sensim acuminatis, haud impresso-, pellucido-punctatis, densissime reticulato-venosis.

Habitat in prov. Bahiensi: Luschnath. Pl. Hamadryas.

4. EUGENIOPSIS GARDNERIANA Berg: glabra; foliis petiolatis, rigide chartaceis, ovato-oblongis, acuminatis, basi obtusis, discoloribus, supra impresso-, pellucido-punctatis, subnitidis, subtus fusco-glandulosis, tenuiter reticulato-venosis, limbinerviis; cymis trichotomis, axillaribus, 1—2-nis, terminalibus 2—5; alabastris rufo-puberulis v. velutinis. ♄

Rami teretiusculi, rimosi; ramuli compressi, glanduloso-verrucosi. Folia siccata supra atro-virentia, subtus flavescenti-virentia; petiolo 2‴ lg.; lamina 13—25‴ lg., 7—11‴ lt.; nervo medio supra basin versus impresso, subtus prominente; venis tenuibus, subdivaricatis venulisque reticulatis, tenuioribus supra subobliteratis, subtus prominulis. Cymae 16 — 20‴ lg., compressae, verrucosae. Alabastra obovata, fere clausa, 1‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Hypanthium supra germen 4-ovulatum valde productum, in calycem 4-lobum, demum parum profundius partitum abiens. Lobi 4 calycini breves, rotundati, subinaequales, utrinque puberuli, ciliati. Petala 4, rotundata, extus puberula, ½‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in prov. Minarum: Gardner n. 4649. Pl. Oreas.

5. EUGENIOPSIS SILVATICA Berg: ramulis, petiolis foliisque subtus praesertim ad nervum et marginem, paniculis et alabastris dense rufo-villosis; foliis petiolatis, membranaceis, demum chartaceis, ovali-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi acutis, pellucido-punctatis, discoloribus, supra glabris, subtus rufo-pubescentibus, reticulato-penninerviis, limbinerviisque; paniculis depauperatis, lateralibus, basi nudis, solitariis, oppositis, folio dimidio brevioribus.

Eugenia sylvatica Gardner in Hook. Lond. Journ. II. 352.

Frutex 6—8-pedalis; rami obsolete tetragoni, novelli binodes, apice bifoliati. Folia siccata supra badia, subtus flavo-virentia; petiolo valido, rufo-tomentoso, 6‴ lg.; lamina 4 — 6″ lg., 21 — 32‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus incrassato, rufo-tomentoso; venis tenuibus, subpatulis, utroque latere circiter 20, venulisque tenuioribus, reticulatis utrinque prominulis. Paniculae 3″ lg. (4″ lg. teste Gardn.), pauciflorae, ramuli annotini ex infimo ab origine 2″ remoto nodo oriundae, basi callo fultae. Alabastra obovata, fere clausa, 2½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Hypanthium supra germen biloculare, 4- (nec 8-) ovulatum valde productum, in calycem 4-lobum, demum profundius et simul transversaliter fissum abiens. Lobi 4 calycini rotundati, extus velutini, demum 1‴ lg. Petala 4, ovato-rotundata, extus dorso velutina, ciliolata, 2‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in montibus Serra dos Orgaôs prov. Rio de Janeiro, floret Martio: Gardner n. 414. Pl. Dryas.

6. EUGENIOPSIS CLAUSSENIANA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis et alabastris dense rufo-tomentosis; foliis petiolatis, demum coriaceis, ovali- v. ovate oblongis, plus minusve elongato-obtusiuscule acuminatis, basi cuneatis v. breviter acutis, discoloribus, supra puberulis, demum glabris, impresso-, annotinis pellucido-punctatis, subtus fusco-glandulosis, tenuissime subreticulato-venosis, limbinerviis; paniculis pyramidatis, multifloris, 1—5-nis; bacca globosa, 1—2-sperma, hypanthii margine truncato sepalisque 4, reflexis coronata. Variat:

α. rufa: indumento densissimo, longe persistente; foliis basi cuneatis; paniculis plerumque binis, oppositis ex infimo nodo ramulorum annotinorum oriundis.

Tabula nostra III. Fig. 43. (folium) et Tab. XXI.

Frutex 6—8-pedalis. Rami teretiusculi, glabri; ramuli compressi, novelli 2- v. plurinodes, bi- v. plurifoliati. Folia siccata supra atro-virentia, subtus flavescenti-virentia, rufo-, postremo subnigrescenti-pubescentia; petiolo 1—4‴ lg., rufo- tomentoso; lamina 21—52‴ lg., 9—21‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato, rufo-tomentoso; venis tenuibus, erecto- v. subpatulis venulisque tenuioribus, ramulosis utrinque parum prominulis. Paniculae 2—3″ lg., validae, compressae, 1—2-nae, ex imo nodo ramuli novelli interdum oblitterati, et tunc 1 — 5-nae in ramulo plus minusve abbreviato aphyllo terminales, omnes callo fultae, rarissime in ramulis novellis recte axillares. Alabastra obovata, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem brevissime 4-lobum, demum profundius partitum abiens. Lobi 4 calycini rotundati, utrinque velutini, demum ½‴ lg., postremo oblitterati. Petala 4, late rotunda, ¾‴ lt., ½‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg. Bacca 3 — 3½‴ diametro, tenuiter velutina. Seminis testa cartilaginea. Embryo cotylis foliaceis, valde corrugatis, glandulosis; rostello longo, circumflexo. (v. florif. in hb. Vindob. et Sonder., fructif. in hb. Berol.)

β. glabrata: indumento demum evanido; foliis saepe ovate oblongis; paniculis subterminalibus.

Folia 30—40‴ lg., 9—14‴ lt.; petiolo 2—3‴ lg. Paniculae 25—29‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat: α. in prov. Minarum, floret Aug. — Aprili: Claussen n. 1534. v. 534.; fructificat Decembri: Sellow; et in Rio de Janeiro?: hb. Sonder.; β. in prov. Minarum: Gardn. n. 4661. Pl. Oreas.

8. EUGENIOPSIS OVATA Berg: ramulis paniculisque compressis, fusco-glandulosis, apice pilis minutissimis, rufescentibus inspersis; foliis sessilibus, coriaceis, ovatis v. ovato-oblongis, e basi rotundata antrorsum gradatim angustatis, obtuse acuminatis, discoloribus, adultis glabris, supra nitidis, impresso-, pellucido-punctatis, subtus creberrime fusco-glandulosis, venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus 2-nis et subterminalibus 4, folium subaequantibus, multifloris; alabastris rufo-velutinis; bacca globosa, sepalis reflexis, subrotundis, coronata, 1—2-loculari, 1—2-sperma. ♄

Folium: Tabula nostra III. Fig. 42.

Rami teretes, exophloeo soluto laeves, glabri. Folia 27 — 48‴ lg., 18—22‴ lt., siccata supra atrovirentia, subtus gilva, novella supra subtilissime puberula; nervo medio supra impresso, subtus elevato, creberrime glanduloso; venis plurimis, tenuibus, approximatis, subpatulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, parum ramulosis. Paniculae 4 — 5-pliciter ramosae, 2—4½″ lg. Alabastra turbinata, 1½‴ lg.; bracteolis hypanthis caducis. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem 4-lobum abiens, lobis calycinis utrinque puberulis, 2 interioribus majoribus ½‴ lg. Petala 4, orbicularia, grosse pellucido-punctata, ciliolata, ½‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus glaber, 2‴ lg. Baccae subpuberulae, 3‴ diametro, coronatae, sepalis postremo deciduis.

Ab *E. polygama*, cui valde similis, differt: foliis sessilibus, manifeste ovatis, floribus hermaphroditis.

Habitat ad Itambé prov. Minarum: Sellow. Pl. Oreas.

8. EUGENIOPSIS POLYGAMA Berg: ramulis paniculisque compressis gemmisque, foliis novellis subtus petiolisque et alabastris pilis brevissimis, validis, rufis, adpressis obtectis; foliis longe petiolatis, pergamaceis, oblongis, utrinque attenuatis, abrupte acuminatis, basi acutis, discoloribus, adultis glabris, supra nitidis, impresso-, pellucido-punctatis, subtus creberrime fusco-glandulosis, venosis, limbinerviis; paniculis infimis lateralibus, 1 — 2-nis, reliquis axillaribus 2-nis et subterminalibus 4, folio saepissime brevioribus; floribus polygamo-dioecis, masculis minimis, hermaphroditis 6plo majoribus; calyce obtuse 4-lobo. ♄

Indumentum speciminum masc. tenuius, hermaphr. densius. Rami tereti-compressi, exophloeo soluto laeves, glabri. Folia margine recurvo subundulata, siccata supra atrovirentia, subtus gilva, novella supra subtilissime puberula; petiolo 5 — 7‴ lg.; lamina 3—5″ lg., 1—1¾″ lt., acumine 2—8‴ lg.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis plurimis, tenuibus, patulis v. subdivaricatis, rectis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, parum ramulosis. Paniculae 1½—5″ lg., immediate axillares v. e ramo brevissimo, aphyllo, axillari oriundae, 3—4-pliciter ramosae: maris graciliores, confertae, folio breviores, ramis arrectis, alabastris ½‴ lg.: hermaphroditae ampliores et robustiores, superiores folio longiores, inferiores breviores, ramis patulis, alabastris 3—4‴ lg. Bracteolae hypanthae caducae. Alabastra obovata. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem obuse 4-lobum, demum profundius partitum abiens. Petala 4, suborbicularia, extus rufo-velutina. Germen maris semisuperum, abortivum, stylo nullo, herm. inferum. Stamina 2‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad Mideiros in prov. Minarum: Sellow. Pl. Oreas.

9. EUGENIOPSIS LUSCHNATHIANA Berg: ramulis compressis foliisque novellis subtus et paniculis sparse germinibusque densius pilis brevissimis, validis, rufis inspersis; foliis petiolatis, rigide coriaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice recurvatis, obtuse breviterque acuminatis, basi acutis, discoloribus, adultis glabris, supra nitidis, utrinque fusco-, impellucido-punctatis, tenuiter venosis, limbinerviis; paniculis solitariis, lateralibus basi nudis et subterminalibus folio longioribus, validis, compressis, brachiatis, multifloris; lobis calycinis brevibus, rotundatis, utrinque puberulis. ♄

Ramuli compressi, albidi, glandulis oblongis, brunneis verrucosi; novelli brunnei, binodes, apice bifoliati. Folia siccata supra atrovirentia, minutissime punctata, subtus flavescenti-virentia, grossius glandulosa; petiolo 2‴ lg., valido; lamina 28—48‴ lg., 14—22‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis tenuibus, suberecto-patulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis vix visibilibus. Paniculae 2—3¼″ lg., ad ramum annotinum inferiores ex infimo ab origine ramuli 3‴ remoto nodo oriundae, callo fultae, summae duae subterminales. Alabastra obovata, fere clausa, 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem 4-lobum, demum parum profundius partitum abiens. Lobi 4 calycini subinaequales, demum 1‴ lg., patentes. Petala 4, late rotundata, extus rufo-sericea, ½‴ lg., 1‴ lt. Stamina 1‴ lg. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Bahiensi: Luschnath n. 7. Pl. Hamadryas.

10. EUGENIOPSIS GAUDICHAUDIANA Berg: ramulis petiolisque, cymis et alabastris pilis brevissimis, subrufescentibus, adpressis inspersis; foliis petiolatis, demum chartaceis, ovato-oblongis, obtusiuscule breviterque acuminatis, basi acutis, discoloribus, pellucido-punctatis, adultis glabris, tenuiter reticulato-venosis, limbinerviis; cymis lateralibus et axillaribus, solitariis, oppositis, folio paullo brevioribus. ♄

Folium: Tabula nostra III. Fig. 41.

Rami teretiusculi, pallidi, laeves; novelli compressi, glandulosi. Folia siccata supra hepatica, subtus bombycina, virescenti-fuscescentia, fusco-glandulosa, margine vix recurva, juniora subtus pilis sparsis, raris inspersa; petiolo 2 — 3‴ lg.; lamina 40—50‴ lg., 16—22‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis plurimis, tenuibus, subdivaricatis, utrinque praesertim superne prominulis. Cymae 28—40‴ lg.; infimae basi callo fultae, reliquae axillares, 3—4-pliciter ramosae, rhachi compressa. Alabastra obovata, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem breviter 4-lobum abiens, demum profundius partitum. Petala 4, spathulata, ciliolata, ¾‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus longitudine staminum. (v. in hb. Kunth. et Vindob.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Gaudichaud, Schüch n. 1035. Pl. Dryas.

11. EUGENIOPSIS SCHOTTIANA Berg: ramulis petiolisque superioribus, paniculis et alabastris pilis brunneis sparse subtilissimeque sericeis; foliis petiolatis, coriaceis, ovatis, obtuse breviter acuminatis, basi obtusis, discoloribus, glabris, supra impresso-, impellucido-punctatis, subtus sparse nigrescenti-glandulosis, junioribus tenuissime reticulato-penninerviis limbinerviisque; cymis trichotomis, multifloris, ex infimo nodo rami annotini plerumque 2-nis, oppositis, rarius et subterminalibus. ♄

Rami tereti-compressi, laeves, glabri, pallide fuscescentes; ramuli compressi, novelli glandulosi, 2 — 3-nodes, 2 — 4-foliati. Folia supra pallide atrovirentia, subtus pallidiora; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 36 — 50‴ lg., 18 — 27‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis tenuissimis, subdivaricatis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, demum oblitteratis. Cymae 3 — 4″ lg., 4 — 5-ies trichotomae, ramuli annotini ex infimo ab origine 7—19‴ remoto nodo oriundae, basi callo fultae, rarius simul subterminales, folio sublongiores. Alabastra fere clausa, obovata, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem 4-lobum, demum profundius partitum abiens. Lobi 4 calycini rotundati, utrinque minute puberuli, demum ½‴ lg. Petala 4, subrotunda, ½‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Vindob. et Berol.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Schott n. 1083. Pl. Dryas.

12. EUGENIOPSIS CANNAEFOLIA Berg: ramulis petiolisque superioribus, cymis et alabastris minutissime rufo-puberulis; foliis longe petiolatis, submembranaceis, ovali-oblongis, utrinque attenuatis, abrupte acuminatis, basi acutis, discoloribus, pellucido-punctatis, supra glabris, subtus ad nervos minutissime puberulis, mox glabris, tenuiter reticulato-, creberrime densissimeque penninerviis, duplicato-limbinerviis; cymis trichotomis, 1 — 2-nis, lateralibus, ex infimo nodo rami annotini, oppositis, basi nudis. ♄

Tabula nostra XXII.

Myrtus racemosa Vell. Flor. Flum. V. t. 60.

Rami obsolete 4-goni; novelli compressi, binodes, apice bifoliati. Folia siccata supra atrovirentia, juniora subtus flavescenti-fuscescentia, minutissime sparseque pilosiuscula, obsolete fusco-glandulosa; petiolo valido, 6‴ lg.; lamina 6—8″ lg., 32—42‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato, rufo-puberulo, demum glabro; venis creberrimis, tenuibus, parallelis, subpatulis venulisque interjectis tenuioribus, reticulatis utrinque prominulis.

Cymae 2—4″ lg., ex infimo ab origine ramuli 1—2″ late remoto nodo oriundae, basi callo fultae, triternatae, rhachi valida, valde compressa. Alabastra obovata, fere clausa, 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Hypanthium supra germen dense rufo-puberulum, biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem 4-lobum, demum profundius partitum abiens. Lobi calycini breves, rotundati, 2 interiores latiores. Petala 4, subrotunda, 1‴ lt. Stamina stylusque 3‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat ad fluvios in via ab Engenho da Vargem ad Abaixo da Serra in prov. Rio de Janeiro: Pohl n. 267. 5762. Pl. Dryas.

13. EUGENIOPSIS AFFINIS Berg: ramulis foliisque junioribus subtus ad petiolum, paniculis et alabastris densissime et minute rufo-velutinis; foliis longe petiolatis, rigidis, lanceolato-oblongis v. oblongis, utrinque elongato-acuminatis, discoloribus, adultis impellucido-punctatis, supra glabris, subtus subglabratis, utrinque tenuiter lineato-penninerviis, tenuissime reticulatis, subduplicato-limbinerviis; panicula terminali, cymosa, basi nuda. ♄

Rami tereti-tetragoni, albidi, laeves; novelli compressi. Folia siccata supra atrovirentia, subtus flavescenti-virentia, juniora sparse minuteque pellucido-punctata, basi longissime in petiolum attenuata; petiolo valido, canaliculato 7—8‴ lg.; lamina 3—6½‴ lg., 13—30‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus incrassato, rufo-velutino; venis creberrimis, tenuibus, parallelis, subpatulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque oculo nudo vix manifestis. Paniculae 3″ lg., rhachi valida, compressa, ramis trichotomis. Alabastra obovata, fere clausa, 3‴ lg.; bracteolis stipantibus valde caducis. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem leviter 4-lobum, demum profundius partitum abiens, lobis ovatis, 1‴ lg. Petala 4, subrotunda, fere 2‴ lg. Stamina 3—4‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Schlechtend.)

Maxime affinis *E. cannaefoliae*, sed diversa: foliis longius petiolatis, rigidis, angustioribus, utrinque elongato-sensimque acuminatis, obsoletius nervosis, mox impellucido-punctatis.

Habitat in prov. Bahiensi: Luschnath. Pl. Hamadryas.

14. EUGENIOPSIS GRANDIFOLIA Berg: ramulis cymisque compressis foliisque novellis subtus pilis brevissimis, adpressis strigosis, mox glabris; foliis petiolatis, demum chartaceis, oblongis v. ovali-oblongis, abrupte breviter acuminatis, basi junioribus pallide pellucido-punctatis, acutis, adultioribus obtusatis, glabris, discoloribus, supra opacis, subtus nitidulis, remote reticulato-costatis, duplicato-limbinerviis; cymis terminalibus 3, compressis, biternatis, petiolo 3-plo longioribus, basi bractea fultis; germine subtilissime squamuloso, sericeo. ♄

Rami tereti-compressi, glabri. Folia siccata supra canovirentia, subtus fuscescentia, nigrescenti-glandulosa, juniora membranacea; petiolo valido, 4‴ lg.; lamina 6—8″ lg., 2—3″ lt.; nervo medio supra vix sulcato, subtus incrassato; venis plurimis, subpatulis, supra oblitteratis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, tenuioribus, supra vix visibilibus, subtus prominulis. Cymae 1½″ lg., floribus ultimis ternis, sessilibus. Alabastra turbinata, 3‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, acutis, ¾‴ lg. stipata. Germen biloculare, 4-ovulatum. Petala 4, subrotunda, 2‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Schlechtend.)

Differt ab *E. cannaefolia:* indumento; foliis brevius petiolatis, supra subaveniis, subtus remote costatis, longiori a margine distantia limbinerviis; cymis simplicioribus, multo brevioribus; alabastris majoribus.

15. EUGENIOPSIS PANICULATA Berg: ramulis foliisque, pedunculis et alabastris puberulis; foliis sessilibus, ovatis v. rarius ovato-oblongis, basi cordatis, obtusis, subtus glandulis impellucidis inspersis, venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, folio longioribus, ad paniculam terminalem, foliosam dispositis; lobis calycinis brevibus, ovatis, obtusis, inaequalibus; 2 majoribus.

Eugenia paniculata Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 243.

Frutex 4—5-pedalis; rami teretes, glandulosi, glabrati. Folia 1½—3″ lg., 10—15‴ lt.; nervo subtus prominente; venis subtus prominulis. Germen biloculare, apice glabrum, loculis biovulatis. Petala 4, obovata, glabra, ⅝‴ lg. Stamina petalis triente longiora. Stylus stamina paullo superans, glaber. (Camb.) †

In collibus prope vicum Tapanhoacanga, in prov. Minarum, floret Martio: St. Hilaire. Pl. Oreas.

IX. MYRCIA DC.

Myrcia *DC. Dict. Cl. Hist. Nat. et Diss. (1826.), pro parte. DC. Prodr. III. 212. Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 213. Endl. Gen. 1232.* — Myrti *et* Eugeniae *spec. auct.*

Hypanthium (calycis tubus auct.) supra germen parum v. vix productum, sub calyce constrictum, basi bracteolis 2, plerumque caducis stipatum. Germen inferum, 2—4-loculare; ovula in loculis bina, collateralia, angulo interno loculorum affixa. Sepala 5, plerumque inaequalia, ex margine hypanthii libero oriunda. Petala 5, perigyna, ante sepala inserta. Stamina creberrima, perigyna, cum petalis inserta; filamenta libera, praefloratione incurvata; antherae subrotundae, dorso fixae ibique glandula instructae, biloculares; loculis utroque latere longitudinaliter dehiscentibus et marginibus explanatis; granula pollinis lenticulari-trigona, tripora. Carpophylla 2—4, germinis verticem stylumque formantia. Stylus filiformis. Stigma simplex. Bacca disco plano v. planiusculo sepalisque coronata, 1—4-sperma. Semen exalbuminosum, testa cartilaginea, nitida obtectum. Embryo cotylis foliaceis, contortuplicatis; rostello elongato, curvato.

Frutices v. arbores, *foliis plerumque oppositis, glandulosis, limbinerviis;* pedunculis *plerumque paniculatis, rarius racemosis v. paucifloris.*

GENERIS DIVISIO.

1.	Bractentae	spec.	1— 10.
2.	Costatae	«	11— 24.
3.	Bullatae	«	25— 29.
4.	Acuminatae	«	30— 33.
5.	Abrupte acuminatae	«	34— 40.
6.	Perforatae	«	41.
7.	Rostratae	«	42— 73.
8.	Obtusifoliae	«	74— 88.
9.	Cupreae	«	89— 91.
10.	Tomentosae	«	92—113.
11.	Cordifoliae	«	114—127.

1. Bracteatae. Indumentum e pilis v. setis patentibus, rufis v. brunneis formatum. Folia interdum coriacea, acuminata. Racemi simplices v. paniculati, floribus glomeratis, bracteis bracteolisque membranaceis, alabastrum aequantibus v. superantibus stipatis. Sepala in alabastro erecta, globo petalorum longiora.

a. Sepala obtusa.

1. MYRCIA BRACTEATA DC. ramulis novellis paniculisque et alabastris brunneo-hirsutis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis v. oblongis, utrinque angustatis, apice plus minusve elongato-acuminatis, basi acutis, novellis utrinque dense sericeo-strigosis, ciliatis, adultis, supra glabratis, nitidis, impresso-, obscure pellucido-punctatis, subtus subglabratis, venosis, limbinerviis; paniculis racemosis, axillaribus, folio 2—3-plo brevioribus, paucifloris; bracteis sepalisque membranaceis, ovalibus, obtusis, hirsutis; germine biloculari; bacca oblonga, hirsuta, disperma, sepalis erectis coronata.

Folium: Tabula nostra III. Fig. 49.

Myrtus bracteata Mart. Herb.

Myrcia bracteata DC. Prodr. III. 245., excepto synon.

Frutex. Rami teretes, glabri; ramuli compressi, glabrati. Folia interdum oblongo-lanceolata, subtus elevato-glandulosa, cujusve ramuli inferiora minora; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 18—52‴ lg., 7—19‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato, adpresse strigoso; venis plurimis, subpatulis, tenuibus, supra vix manifestis, medio impressis, subtus parum prominentibus; venulis interjectis tenuissimis, reticulatis, supra inconspicuis, subtus parum prominulis. Paniculae ½—1½″ lg.; ramis 2 infimis oppositis, bractea suffultis, elongatis, 3—5-floris, reliquis abbreviatis, 1—3-floris; pedicellis bractea membranacea, ovali, obtusa, hirsuta, 2‴ lg. fultis. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, ovalibus, obtusis, membranaceis, hirsutis, 1½‴ lg. stipata. Germen hirsuto-strigosum, 4-ovulatum, disco plano, velutino obtectum. Sepala 5, intus glabra, in alabastro globo petalorum longiora, 1‴ lg. Petala 5, subrotunda, 1½‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus staminibus paullo longior, pilosus. Bacca 4—5‴ lg., 2½—3‴ lt. Testa seminis oblongi, planoconvexi cartilaginea. Embryo generis. (v. in hb. Mon., Berol. et Vind.)

Habitat in silvis prope urbem Ega prov. do alto Amazonas, floret Novembri: M., Pöppig n. 2819. Pl. Najas.

2. MYRCIA HIRSUTA Berg: ramulis, gemmis, foliis ad costam et petiolum, racemis, alabastris ochraceo- v. brunneo-hirsutis; foliis petiolatis, membranaceis, ovato-oblongis, obtuse acuminatis, basi obtusis, ciliatis, pellucido-punctatis, adultis supra glabratis, subtus hirsutiusculis, subreticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; racemis interdum subpaniculatis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, oppositis, folio plerumque longioribus; bracteis bracteolisque et sepalis obtusis; germine biloculari. ♄

Rami stricti, teretiusculi, exophloeo delapso glabri; novelli compressi. Folia margine planiuscula, novella tenuissima, saepe pallida, utrinque pilis sparsis obsita, fusco-glandulosa, adulta rigidiora, obscuriora; petiolo 2‴ lg.; lamina 36—42‴ lg., 15—18‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, utroque latere 10—12, supra parum manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Racemi plerumque simplices, 20—34‴ lg., 3—4-nodes. Bracteae sub pedicellis membranaceae, ovato-oblongae, obtusae, hirsutae, ciliatae, pellucido-punctatae, floribus longiores, 6‴ lg., 3‴ lt.; bracteolae hypanthae iis similes, longitudine alabastri. Alabastra obovata, 2‴ lg. Germen 4-ovulatum, disco tomentoso terminatum. Sepala 5, ovalia, obtusa, extus hirsuta, ¾‴ lg. Petala 5, obovata, extus villosa, 1½‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus hirsutus, 3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Ab *Myrcia bracteata DC.* differt: indumento rigidiore, densiore; foliis latioribus, tenuioribus, basi obtusis, evidenter reticulatis, nervo limbali duplicato; racemis multo longioribus; ab *M. eriopo DC.* distincta: foliis tenuioribus, majoribus; pedunculis racemosis; bracteolis persistentibus.

Habitat ad João Gomez inter Chapeo d'Uvas et Borda do Campo ante urbem Barbacena in prov. Minarum: Sellow. Pl. Dryas.

3. MYRCIA ERIOPUS DC. ramulis, gemmis, petiolis foliisque novellis ad marginem et costam, paniculis, alabastris, baccis pilis rufis, patentibus hispidis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, ovatis v. ovato-oblongis, leviter obtuse acuminatis, ciliolatis, pellucido-punctatis, supra excepto nervo glabris, subtus praesertim ad nervum hirsutis, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, paucifloris, plerumque folio longioribus; ramis infimis superioribus vix longioribus; germine strigoso, biloculari; bacca oblonga, 1—2-sperma, sepalis ovatis, obtusis, ciliatis, conniventibus coronata. ♄ Variat:

α. grandifolia *Berg:* foliis rigidis, majoribus, basi obtusis, obscure pellucido-punctatis.

Folium: Tabula nostra III. Fig. 45 d.

Myrtus eriopus Mart. Herb.

Myrcia eriopus DC. Prodr. III. 255.

Arbor densa. Folia lamina 1—2″ lg., ½—1″ lt. Paniculae 1½—2½″ lg. (v. in hb. Monac. et Vindob.)

β. parvifolia *Bg.* foliis chartaceis, minoribus, basi breviter acutis, pallide pellucido-punctatis.

Rami teretes, exophloeo soluto glabri. Folia margine basin versus revoluta, pallida; petiolo 1‴ lg.; lamina ¾—1½″ lg., 4—7‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato, strigoso; venis subpatulis, venulisque reticulatis tenuioribus, utrinque parum prominulis, demum supra tenuissime sulcatis. Paniculae 1—2″ lg., 2—3-nodes; ramis subaequalibus, brevibus, trifloris; flore centrali sessili, lateralibus pedicellatis. Alabastra 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco tomentoso, centro concavo obtectum. Sepala 5, ½‴ lg. Petala 5, subrotunda, extus sericea, 1‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus basi sericeus, 2‴ lg. Bacca 5‴ lg., 2‴ lt., nigra. Seminis oblongi testa subcartilaginea. Embryo generis. (v. in hb. Berol.) — Ab *M. hispida* differt: foliis haud sensim acuminatis; paniculae ramis infimis superiores aequantibus, trifloris; ab *M. ambigua DC.* distincta: foliis utrinque elevato-reticulatis; paniculis folio brevioribus, paucifloris; floribus majoribus.

Habitat: α. in silvis primaevis montium Serra do Mar prov. Rio de Janeiro, fructificat Decembri: M., Schott n. 1004.; β. in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Dryas.

4. MYRCIA HISPIDA Berg: ramulis foliisque novellis et bracteis subtus, paniculis alabastrisque et fructibus junioribus pilis rufis s. brunneis, patentibus hirsutis; foliis breviter petiolatis, membranaceis, demum chartaceis, ovate-, interdum oblongo- v. lineari-lanceolatis, basi obtusis, rarius acutis, apicem versus sensim longe acuminatis, supra excepto nervo utrinque hirsuto glabris, nitidis, ciliatis, subtus pilosis, pellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folium aequantibus v. superantibus; floribus ultimis ternis, centrali sessili; germine biloculari; bacca sepalis ovatis, rotundatis coronata, oblonga, 1-sperma, pilosa. ♄ Variat:

Tabula nostra XXIII.

α. panicularis: foliis brevissime petiolatis, basi obtusis, ad florescentiam membranaceis; paniculis pyramidatis. (v. in hb. Mart., Berol. et Sond.)

Rami debiles, teretiusculi, exophloeo delapso laeves; novelli compressi. Gemmae densissime, rufo-hirsutae. Folia petiolo $^1/_4$—1‴ lg., hirsuto; lamina 18—40‴ lg., $4^1/_2$—12‴ lt.; nervo medio supra plano, tandem impresso, subtus elevato; venis plurimis, subpatulis v. subdivaricatis venulisque reticulatis utrinque prominulis, demum supra prominentibus. Paniculae $1^1/_2$—$4^1/_2$″ lg., 2—3-pliciter compositae; ramis bracteatis, infimis saepe dichotomoramosis; pedicellis ultimis apice bibracteatis, trifloris; flore centrali sessili, lateralibus pedicellatis. Alabastra obovata, $1^1/_2$‴ lg.; bracteolis 2, lanceolatis, 1‴ lg. stipata. Germen strigosum, 4-ovulatum, disco lato, medio excavato, velutino obtectum. Sepala 5, majora $^3/_4$‴ lg., extus strigosa, intus puberula. Petala 5, subrotunda, extus dorso sericea, minute ciliolata, 1‴ lg. Stamina $1^1/_2$‴ lg. Stylus stamina aequans. Bacca 4‴ lg., 2‴ lt., sepalis inflexis discoque coronata. Seminis oblongi testa subcartilaginea. Embryo generis. (v. in hb. Berol., Vindob., Mart.)

β. latifolia: foliis breviter petiolatis, ovate oblongis, basi obtusis, ad florescentiae tempus jam chartaceis, demum subcoriaceis, utrinque elevato-reticulatis; paniculis racemosis, folio brevioribus; floribus ad nodos glomeratis.

Petiolus 2‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

γ. angustifolia: foliis subsessilibus, lineari-lanceolatis, basi obtusis, chartaceis; paniculis racemosis; floribus ad nodos glomeratis.

Folia 22—44‴ lg., 3—7‴ lt. (v. in hb. Berol. et Vind.)

Ab *M. bracteata DC.* et *M. hirsuta* differt: foliis lanceolatis et inflorescentia.

Habitat: α. in nemorosis prov. Minarum: Sellow; ad Fazenda João Gomez ejusd. prov.: Pohl n. 1003.; nec non in nemorosis montium Serra d'Estrella et ad flumen Paquequer prov. Rio de Janeiro, floret Junio, fructificat Januario: Beyrich, Sellow, Schüch n. 476.; β. in prov. Rio de Janeiro: Schüch; γ. ibidem: Schott n. 1005. Pl. Dryas.

5. MYRCIA BULLATA Berg: ramis foliisque novellis subtus margineque, paniculis, bracteis et alabastris rufo- patentim hirsutis; foliis subsessilibus, rigidis, ex ovata rotundataque basi lanceolatis, sensim elongate obtusiusculeque acuminatis, subconvexis, bullatis, supra impresso-, obscure pellucido-punctatis, puberulis, reticulatis, plicato-, impresso-costatis, limbinerviis, subtus pilis sparsis hirsutis; paniculis axillaribus et subterminalibus, pyramidatis, folio plus minusve brevioribus, ramis ramulisque bracteatis; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis, utrinque margineque hirsutis. ♄

Folium: Tabula nostra III. Fig. 51.

Rami teretiusculi; novelli compressi. Folia 25—36‴ lg., 7—12‴ lt., subtus pallidiora; nervo medio utrinque hirsuto, supra impresso, subtus elevato; venis subdivaricatis, distantibus, supra impressis, subtus plicato-prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, supra prominulis, sulcatis, subtus vix visibilibus. Paniculae 18—30‴ lg., tripliciter ramosae; ramis, ramulis pedicellisque bracteis ovato-oblongis fultis; floribus ultimis ternis, centrali sessili, lateralibus subpedicellatis. Alabastra obovata, $1^1/_2$‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, 1‴ lg. stipata. Germen strigosum, 4-ovulatum, disco lato, velutino obtectum. Sepala 5, inaequalia, majora $^3/_4$‴ lg. Petala 5, subrotunda, extus dorso strigosa, ciliolata, 1‴ lg. Stamina $1^1/_2$‴ lg. Stylus stamina aequans, basi strigosus. (v. in hb. Mart.)

Differt ab *M. hispida:* foliis subsessilibus, rigidis, bullatis, supra reticulatis, subconvexis.

Habitat in prov. Minarum: Vauthier. Pl. Oreas.

6. MYRCIA CANCELLATA Berg: ramulis petiolisque, nervo medio subtus, paniculis alabastrisque pilis brunneis, patentibus hirsutis; foliis chartaceis, breviter petiolatis, oblongo-lanceolatis, basi obtusiusculis, apice sensim acuminatis, cancellato-bullatis, ciliatis, pellucido-punctatis, supra pilosiusculis, reticulatis, subtus costatis, ad nervos hirsutis, arcuatim limbinerviis; paniculis axillaribus, folio multo longioribus; germine biloculari; sepalis ovato-oblongis, apice angustatis, obtusis, in alabastro patulis, globo petalorum longioribus. ♄

Rami teretiusculi, glabri; novelli compressi. Folia 29‴ lg., 8‴ lt., floralia multo minora; petiolo 1‴ lg.; nervo medio venisque supra plicato-impressis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae 20—28‴ lg., interdum geminae; ramis bracteatis, infimis 2 oppositis, elongatis, superioribus abbreviatis; bracteis oblongis sursum angustioribus; floribus ad nodos ternis, sessilibus, bracteatis. Alabastra campanulata, 2‴ lg., bracteolis 2, ovate lanceolatis, obtusis, 2—3‴ lg. stipata. Germen strigosum, 4-ovulatum, disco velutino obtectum. Sepala 1‴ lg., strigoso-ciliata, extus piiis sparsis obsita. Petala 5, subrotunda, $1^1/_2$‴ lg., utrinque minute puberula. Stamina petala aequantia. Stylus 3‴ lg. (Specimen valde incompletum, v. in hb. Mart.)

Differt paniculis folio multo longioribus; sepalis ovato-oblongis, angustato-obtusis ab *M. bullata.*

Habitat in Brasilia orientali: Mart. Herb. n. 398.

7. MYRCIA VAUTHIEREANA Berg: ramulis foliisque novellis subtus racemisque, bracteis subtus et alabastris villosis; foliis brevissime petiolatis, coriaceis, lanceolatis v. oblongis, basi angustatis, subtruncatis, supra basin latissimis, antrorsum gradatim acutatis, acutiusculis, margine revolutis, discoloribus, supra nitidis, glabris, tenuiter impresso-reticulatis, subtus venosis, limbinerviis; racemis simplicibus v. subpaniculatis, axillaribus et subterminalibus, folio longioribus; ramis infimis saepe 3-floris, reliquis v. omnibus 1-floris; germine biloculari; sepalis oblongis, obtusis, utrinque velutinis. ♄

Rami teretiusculi, exophloeo fusco-atro delapso rufi, glabri; ramuli tereti-compressi, badii. Folia 14—28‴ lg., 3—9‴ lt., supra fusco-virentia, subtus fusca; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis patulis, supra impressis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, supra impressis, subtus haud manifestis. Racemi 18—25‴ lg., simplices v. ramis infimis abbreviatis, 3-floris subramosi; pedicellis bractea ovata, concava, membranacea, 2—4‴ lg. fultis. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, ovato-oblongis, 2‴ lg. stipata. Germen 4-ovulatum. Sepala 5, extus villosa, intus puberula, $^5/_4$‴ lg. Petala 5, obovata, ciliata, extus villosa, $1^1/_4$‴ lg. Stamina $2^1/_2$‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat ad urbem de Ouro preto prov. Minarum: Vauthier n. 393. Pl. Oreas.

b. Sepala acutiuscula, acuta v. acuminata.

8. MYRCIA CAPITATA Berg: ramis ad nodos ramulisque foliis novellis subtus, paniculis, bracteis subtus et alabastris pilis rufis v. brunneis, patentibus hirsutis; foliis subsessilibus, reflexis, coriaceis, ex ovata et subcordata basi lanceolatis, sensim longe et acutiuscule acuminatis, margine praesertim ad basin revolutis, obscure pellucido-punctatis, supra puberulis, minute elevato-punctatis, impresso-costatis, subtus pubescentibus, elevato-, reticulato-costatis, limbinerviis; panicula terminali; floribus ad apices ramorum capitatis, bracteatis; germine biloculari; sepalis ovatis, acuminatis, extus hirsutis, intus glabris. ♄

Rami teretiusculi, exophloeo delapso exceptis nodis glabri, superne subcompressi. Folia 1—2″ lg., 8—9‴ lt., siccata brunnea; nervo medio utrinque hirsuto, supra impresso, subtus elevato; venis subdivaricatis, supra impressis, subtus elevatis; venulis tenuioribus reticulatis, supra haud visibilibus, subtus prominulis. Panicula terminalis, solitaria (an semper?) 1½″ lg.; rami divaricati, bractea ovata fulti, 5—7-flori. Bracteae v. bracteolae membranaceae, ovatae, ciliatae, intus glabrae, 2—3‴ lg. Germen 4-ovulatum, disco plano, dense hirsuto obtectum. Sepala 5, 2‴ lg. Petala 5, subrotunda, extus dorso strigosa, ciliolata, 2‴ lg. Stamina petalis paullo longiora. Stylus basi strigosus, 4‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Differt ab *M. hispida:* nodis barbatis; foliis coriaceis, subbullatis; panicula terminali; ramulis capituliferis; sepalis ovatis, acuminatis.

Habitat in desertis prov. Minarum: Pohl n. 681. 5761. Pl. Hamadryas.

9. MYRCIA LANCEOLATA Camb. ramulis paniculisque sulcato-angulosis et alabastris rufescenti-laxe hirsutis v. hispidis; foliis subsessilibus v. breviter petiolatis, membranaceis, demum chartaceis, ex ovata, rotundata basi lanceolatis v. oblongis, acute acuminatis, pellucido-punctatis, novellis hirsutis, adultis excepto nervo glabratis, venosis, limbinerviis; paniculis v. racemis axillaribus et subterminalibus, folio brevioribus, laxifloris; germine biloculari; sepalis lanceolatis, acutis, intus puberulis; bacca ovali, hirsuta, sepalis coronata. Variat:

α. latifolia *Bg.* caule 5—6-pedali; foliis latioribus, subsessilibus; bracteis lanceolatis; paniculis folio paullo brevioribus.

Rami teretes, glabrati. Folia 2—4″ lg., 8—16‴ lt., margine revoluta; nervo subtus prominente; venis subtus vix prominulis. Alabastra 3‴ lg.; bracteolis 3‴ lg., hirsutis stipata. Germen apice dense hirsutum. Petala 5, rotundata, extus pubescentia, calyce paullo breviora. Stamina calycem paullo superantia. Stylus staminibus paullo brevior, glaber (Camb.). Bacca ovalis, 4‴ lg., sepalis 2—2½‴ lg. coronata. (v. in hb. Mart. et Vindob.)

Myrcia lanceolata Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 236.

β. angustifolia *Camb.* caule 8—10-pedali; foliis angustioribus, breviter petiolatis; bracteis lineari-lanceolatis; paniculis folio duplo brevioribus, ramis infimis 2 oppositis, elongatis.

Folium: Tabula nostra III. Fig. 44.

Eugenia hirsuta Ruiz. Herb. n. 325.

Eugenia bracteata Willd. Herb.

Myrcia terebinthacea Pöppig. Herb.

Arbor mediocris altitudinis, trunco gracili, petalis roseis caducis. Odor totius plantae imprimis autem fructus fortiter terebinthaceus; hi Indis aestumati ad torques conficiendas adhibentur Mapichi vocantur. (Pöppig.) — Petiolus 1—1½‴ lg., lamina folii 20—36‴ lg., 6—10‴ lt. Paniculae 10—15‴ lg. (v. in hb. Berol., Mart. et Vindob.)

Not. Nescio an specimina Guyanensia, Amazonica et Peruviana ab illis in Minas Novas crescentibus, vel habitu distinctis differant, quum specimina Hilariana haud viderim.

γ. grandifolia *Bg.* foliis oblongo-lanceolatis, subsessilibus; bracteis oblongo-lanceolatis, acuminatis; paniculis folio 3—4-plo brevioribus.

Myrcia gracilis Pöppig. Herb.

Indumentum hispidum. Folia 3—6‴ lg., ¾—2″ lt. Paniculae 8—12‴ lg. Bacca elliptica, pilis longis rufis hispida, 4—6‴ lg., calyce coronata. (v. in hb. Vindob. et Mart.)

δ. racemosa *Bg.* foliis oblongo-lanceolatis v. oblongis, subsessilibus; racemis paucifloris, folio duplo brevioribus; bracteis ovate oblongis.

Eugenia bracteata Rich. Act. Soc. H. Nat. Par. 1792. 110. Willd. Herb. n. 9535.

Folia 18—30‴ lg., 6—11‴ lt. Racemi 6—10‴ lg. Bracteae 3—6‴ lg., 1—2‴ lt. (v. in hb. Willd. et Monac.)

ε. avenia *Bg.* foliis ovato-oblongis subsessilibus, subaveniis; racemis abbreviatis, folio 2—3-plo brevioribus.

Myrtus hirta Willd. Herb. n. 9538.

Folia 12—32‴ lg., 12—14‴ lt. Racemi 6‴ lg. (v. in hb. Will. et Monac.)

Habitat: α. prope urbem olim Villa de Fanado, in parte prov. Minarum dicta Minas Novas, floret Majo: St. Hil.; nec non ad Fazenda Lopez: Pohl n. 3577.; β. in Guyana: M.; in silvis siccioribus ad Yuriaguas, in Maynas: Pöppig n. 2201., et prope urbem Ega ad flumen Amazonas prov. do alto Amazonas: Pöppig; in Peruvia: Ruiz Herb. n. 325.; nec non in rivulum vulgo Capivarhy, prope vicum Chapada, in Minas Novas: St. Hilaire; γ. in silvis ad Huallaga, in Maynas, floret Februario: Pöppig; δ. in insula Cayenne; ε. in prov. Paraënsi: Sieber; in vicinia Obidos, ejusd. prov.: Spruce n. 536. Pl. Vaga.

10. MYRCIA INVOLUCRATA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, pedunculis, bracteis subtus, alabastris sericeo-subvillosis; foliis membranaceis, petiolatis, oblongis, angustato-obtusis, basi sensim angustatis, acutis, supra nitidis, ad nervum pilosis, tandem utrinque glabris, subnitidis, creberrime elevato-, pellucido-punctatis, tenuiter reticulato-venosis, arcuatim 2—3-plicato-limbinerviis; pedunculis ex infimo nodo ramuli novelli, bractea elongata, lineari fultis, solitariis, oppositis, apice 3-, rarius 1-floris; floribus sessilibus bracteolis 2, magnis, foliaceis stipatis; germine triloculari; sepalis ovatis, acutiusculis, utrinque velutinis. ♄

Myrtus Felisberti Mart. Herb.

Eugenia Felisberti DC. Prodr. III. 266.

Rami graciles, teretiusculi, glabri; ramuli compressi. Folia petiolo 2‴ lg.; lamina 3½—5½″ lg., 14—24‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto- v. subpatulis, distantibus, supra prominulis, subtus prominentibus, longiori a margine distantia arcuatim unitis ibique extrorsum iterum ramosissimis et anastomosantibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis. Pedunculi 2—6‴ lg., validi, compressi, bractea lineari, 6—11‴ lg., decidua fulti, ex infimo nodo ramuli novelli sub apice bifoliati, interdum nudi oriundi, apice bracteis 2, oblongis, obtusis, 5—6‴ lg., 2—2½‴ lt. instructi. Bracteolae sub flore centrali ovales, acutiusculae, 4‴ lg., 2‴ lt., sub floribus lateralibus oblongae, obtusae, 3‴ lg., 1‴ lt. Alabastra 3‴ lg. Germen sulcatum, densissime sericeum, 6-ovulatum. Sepala 5, 1½‴ lg. Petala 5, obovata, ciliolata, extus sericea, 2‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Not. I. Ob sepala quinque manifesta et germen loculis biovulatis instructum haec species sine ulla dubitatione ad Myrciam pertinet. Ill. Candollius modo exemplar unicum et depauperatum videns certeque inflorescentiam sequens incaute ad Eugeniam numeravit.

Not. II. Secundum adnotationem Candolleanam in herbario Martiano speciminibus *Calyptranthis Martiusianae DC.* in *Bahia* ad viam *Felisberti* lectis unicum exemplar *Eugeniae Felisberti DC.* admixtum erat. Nunc autem in herbario Martiano pluria exemplaria ejusdem *Eugeniae Felisberti DC.* sed in provincia *Rio Negro* lecta invenio, quam ob rem, quum ambabus provinciis communes hujus familiae species huc usque nondum viderim, hanc illi fortuito admixtam esse et nec in *Bahia*, sed in provincia *Rio Negro* habitare credo, et nomen triviale minus aptum mutavi.

Habitat in silvis prov. do Alto Amazonas: M. Pl. Najas.

2. Costatae. Folia plerumque rigida, acuminata, in genere majuscula, subtus evidenter costata v. manifeste penninervia. Paniculae axillares et subterminales, plerumque supradecompositae, multiflorae, bracteis bracteolisque caducis. Sepala in alabastro globo petalorum breviora, obtusa.

11. MYRCIA POEPPIGIANA Berg: ramulis paniculisque et alabastris rufo-hirsutis; foliis subsessilibus, membranaceis, lanceolatis v. lanceolato-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi obtusis v. anguste cordatis, ciliatis, discoloribus, pellucido-punctatis, supra glabris, nitidis, subtus pilis sparsis, longis subhirsutis, reticulato-penninerviis, sublongiori a margine distantia subarcuatim limbinerviis; paniculis paucifloris subterminalibus, folio brevioribus; germine biloculari; bacca ovali-globosa, hirta; sepalis brevissimis, obtusis, utrinque puberulis, margine hirsutis coronata.

Arbor biorgyalis. Rami teretiusculi, glabri; ramuli tenues, stricti, superne compressi. Folia subtus pallidiora, margine vix recurva, 37—49‴ lg., 9—15‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato, utrinque rufo-hirsuto; venis distantibus, suberecto-patulis, utroque latere sub-12, supra impressis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, supra vix manifestis, subtus prominulis. Paniculae racemosae, 3—3½″ lg. Alabastra subglobosa, hirsuta, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco plano, tomentoso terminatum. Sepala 5. Petala 5, subrotunda, extus pilosa. Stamina 1½‴ lg. Stylus inferne hirsutus. Bacca 5‴ lg., 3‴ lt. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in silvis densis obscuris prope urbem Ega ad ripas fluminis Amazonas, prov. do alto Amazonas, floret Septembri: Pöppig n. 2577. Pl. Najas.

12. MYRCIA COSTATA DC. ramulis foliisque novellis ad marginem et nervum, paniculis germinibusque subtilissime sericeis; foliis petiolatis, membranaceis, ovato- v. ovate oblongis, basi breviter acutis, apice longiuscule acuminatis, utrinque creberrime elevato-, pellucido-punctatis, glabris et tenuiter reticulatis, subtus tenuiter costatis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus; germine biloculari; sepalis ovatis, rotundatis, ciliolatis. Variat:

α. bahiensis: foliis basi rotundata breviter acutis; paniculis laxifloris.

Myrtus costata Mart. Herb.
Myrcia costata DC. Prodr. III. 252.

Arbuscula. Rami teretiusculi; ramuli tenues, compressi, fuliginei. Folia lamina 1½—3¼″ lg., 7—14‴ lt.; petiolo 2‴ lg; nervo medio supra subimpresso, subtus elevato; venis subdivaricatis, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae 1½—3″ lg., folia saepe aequantes, interdum breviores et longiores, tripliciter ramosae; ramis pedicellisque bractea lanceolata, decidua fultis. Alabastra turbinata, 1½‴ lg., bracteolis 2, caducis stipata. Germen 4-ovulatum, disco planiusculo, velutino obtectum. Sepala 5, extus glabriuscula, intus minute sericea. Petala 5, subrotunda, extus puberula, ciliolata, 1‴ lg. Stamina petalis paullo longiora. Stylus basi sericeus, 2‴ lg., medio inflexus. (v. in hb. Mart., Berol. et Vindob.)

β. minensis: foliis basi elongato-attenuatis; paniculis densifloris.

Folium: Tabula nostra III. Fig. 53.

Habitat: α. in silvis ad fluvium Peruaguazu prov. Bahiensis, floret Januario: M., Luschnath n. 113., Mart. Herb. Fl. Br. n. 688.; β. ad Formigas in prov. Minarum: Pohl n. 1066. Pl. Hamadryas.

13. MYRCIA HOFFMANNSEGGII Berg: ramulis paniculisque compressis foliisque subtus et alabastris brunneo-sericeis; foliis petiolatis, membranaceis, demum chartaceis, ovali-oblongis, acuminatis, basi in petiolum attenuatis, discoloribus, supra crebro elevatoque pellucido-punctatis, nitidis, novellis puberulis, demum glabris, tenuissime reticulatis, limbinerviis, subtus opacis, reticulato-subcostatis; paniculis folio paullo brevioribus, multifloris; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, utrinque sericeis.

Tetracera canescens Willd. Herb. n. 10351.

Arbuscula, ramis tereti-compressis. Folia petiolo sericeo, 3‴ lg.; lamina 4½—6′ lg., 15—24‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis plurimis, erecto-patulis, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae 4—4½″ lg., rhachi ramisque compressis. Alabastra 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco concavo, velutino obtectum. Sepala 5, demum patentia. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Willd.) — Differt ab *M. crassinervia DC.* foliis chartaceis, crebro pellucido-punctatis, brunneo-sericeis, subcostatis.

Habitat in prov. Paraënsi: Sieber. Pl. Najas.

14. MYRCIA RUFULA Miq. (Char. emend.) ramulis nervoque medio foliorum subtus paniculisque et alabastris dense ochraceo- v. brunneo-velutinis; foliis petiolatis, chartaceis, lanceolato-oblongis v. oblongo-lanceolatis, basi breviter acutis, apice sensim plus minusve obtusiuscule acuminatis, creberrime impresso-, pellucido-punctatis, supra puberulis, mox glabris, nitidis, discoloribus, demum impresso-reticulatis, subtus pubescentibus, tandem subglabratis, reticulato-, subcostato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, interdum geminis, folio plerumque brevioribus, densifloris; germine biloculari; bacca ovali, sepalis rotundatis, concavis, inaequalibus, conniventibus, utrinque puberulis coronata. ♄

Myrcia rostrata, β. brunnea Cambess. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 230.

Myrcia rufula Miq. in Linnaea XVIII. 440.

Rami teretiusculi, glabri; novelli compressi. Folia margine revoluta; petiolo velutino, 2‴ lg.; lamina 20—42‴ lg., 7—14‴ lt.; nervo medio supra demum impresso, subtus elevato; venis subpatulis, supra demum impressis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, supra demum sub lente impressis, subtus prominulis. Paniculae 1½—3″ lg., tripliciter ramosae. Alabastra 1½‴ lg.; bracteolis 2, lanceolatis, ¾‴ lg., caducis stipata. Germen 4-ovulatum, disco plano, cano-sericeo terminatum. Sepala 5, majora ½‴ lg. Petala 5, rotunda, concava, extus sericea, ciliolata, ¾‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus basi sericeus, 2‴ lg. Bacca 3‴ lg., puberula. (v. in hb. Mart.)

Habitat in prov. Minarum: Claussen n. 1307.; prope Retiro haud longe a praedio Mantiqueira ejusd. prov.; ad viam, quae ex Rio itur in urbem Villa Rica, nec non in silvis prope praedium vulgo Fazenda das Lages prov. S. Pauli: St. Hilaire. Pl. Oreas.

15. MYRCIA FORMOSIANA DC. ramulis novellis paniculisque compressis foliisque novellis subtus brunneo-sericeis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongo-lanceolatis v. lanceolatis, apicem versus sensim elongate acuminatis, basi acutis v. acutatis, adultis glabris, impellucido-punctatis, tenuiter reticulato-penninerviis, limbinerviis; paniculis 3—4-pliciter ramosis, multifloris, folium subaequantibus; bacca ovali, glabra, sepalis brevibus, obtusis coronata, 1-sperma. ♄

Myrcia Formosiana DC. l. c. 255., nec Camb. l. c. 215.

Rami teretiusculi, glabri; ramuli valde compressi. Folia margine recurva; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 4¼—5″ lg., 13—21‴ lt.; nervo supra impresso, subtus elevato; venis plurimis, subpatulis, rectis, tenuibus, utrinque venulisque tenuioribus, reticulatis parum prominulis. Paniculae 4½″ lg. Baccae 3‴ lg., glandulosae, sepalis 5, triangularibus.

¼‴ lg., erectis discoque plano, angusto, tomentoso coronatae. Seminis ovalis testa subcartilaginea, pallide fusca, nitida. Embryo generis. (v. in hb. Monac.)

Habitat in silvis montis Formoso prov. S. Pauli: M. Pl. Oreas.

16. MYRCIA MARTIANA Berg: ramulis paniculisque compressis et germinibus brunneo-dense velutinis; foliis petiolatis, chartaceis, lineari-lanceolatis v. lanceolatis, utrinque gradatim angustatis, acuminatis, margine ad basin circa nervum revolutis, creberrime impresso-, pellucido-punctatis, supra glabris, nitidis, subtus minute puberulis, ad nervum velutinis, supra reticulatis, subtus reticulato-costatis, limbinerviis; paniculis supradecompositis, axillaribus, folio paullo brevioribus; floribus sessilibus, glomeratis; germine biloculari; sepalis obtusis, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi, glabri, tenues. Folia pallida, subtus elevato-glandulosa; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 38—60‴ lg., 7½—13‴ lt.; nervo supra basin versus impresso, subtus elevato: venis plurimis, supra venulisque reticulatis parum prominulis, subtus prominentibus. Paniculae 2—4″ lg., pyramidatae, ramis 2—3-nis oppositis distantibus. Alabastra turbinata, ⅝‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen sericeum, 4-ovulatum, disco plano, sericeo obtectum. Sepala 5, ovata, inaequalia, obtusa v. rotundata. Petala 5, subrotunda, dorso sericea, haud ciliata, 1‴ lg. Stamina stylusque petala subaequantia. (v. in hb. Vind. et Mart.)

Habitat in Serra Tinguá prov. Rio de Janeiro: Schott n. 1092. Pl. Dryas.

17. MYRCIA LINKIANA DC. ramulis foliisque novellis subtus, paniculis alabastrisque ochraceo-velutinis; foliis petiolatis, chartaceis, ovate oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis, acuminatis, creberrime pellucido-punctatis, supra minute puberulis, obsolete-, subtus elevato-, reticulato-costatis, limbinerviis; paniculis axillaribus v. subterminalibus, folio brevioribus; germine biloculari; bacca ovali, puberula, sepalis rotundatis, utrinque puberulis, ciliolatis, inflexis coronata.

Myrtus Linkiana Mart. Herb.
Myrcia Linkiana DC. Prodr. III. 248.

Rami tetragoni, superne compressi. Folia lamina 42—55‴ lg., 11—16‴ lt.; petiolo 2‴ lg.; nervo medio supra vix impresso, subtus incrassato; venis plurimis, subpatulis, rectis, supra vix visibilibus, subtus elevatis; venulis reticulatis supra vix conspicuis, subtus prominulis. Paniculae 2—3-pliciter ramosae, 22—36″ lg.; floribus in ultimis ramulis congestis. Alabastra 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco plano, velutino obtectum. Sepala 5, inaequalia, patentia, majora ½‴ lg., concava, in fructu inflexa. Petala 5, rotundata, extus sericea, 1‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus basi puberulus, 2‴ lg. Bacca 4—5‴ lg., 3‴ lt. (v. florif. in hb. Mart., fructif. in hb. Sonder.)

Habitat in prov. Minarum: Dr. Widgren n. 1161.; nec non prope praedium Retiro et alibi in silvis primaevis ad viam publicam Paulinam prov. Rio de Janeiro, floret Dec.: M. Pl. Oreas, Dryas.

18. MYRCIA ELONGATA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis, alabastris baccisque junioribus adpresse, ochraceo-villosis v. brunneo-sericeis; foliis chartaceis, oblongis, ovate oblongis v. oblongo-lanceolatis, utrinque sensim angustatis, apice acuminatis, basi in petiolum attenuatis, novellis supra puberulis, adultis ibidem glabris, nitidis, minute haud impresso-, pellucido-punctatis, elevato-, demum impresso-reticulatis, subtus puberulis, reticulato-penninerviis, limbinerviis; paniculis axillaribus 1—2-nis, subterminalibus 2—4, folio subaequalibus; floribus pedicellatis v. centrali sessili; germine biloculari; bacca oblonga, puberula, 1-sperma, sepalis obtusis, utrinque puberulis coronata. Variat:

α. ochracea: indumento densiore, ochraceo; foliis minoribus latioribus; paniculis sparsifloris.

Rami teretiusculi, glabri; novelli compressi. Folia petiolo 2—3‴ lg.; lamina 26—45‴ lg., 9—13‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis plurimis, subpatulis venulisque reticulatis, tenuibus utrinque prominulis, demum superne obliteratis. Paniculae 2—4″ lg., interdum ad ramum supra foliatum, basi floriferum excrescentes, tripliciter ramosae, ramis saepe bracteatis. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, 1‴ lg., caducis stipata. Germen 4-ovulatum, disco plano, tomentoso obtectum. Sepala 5, rotundata, inaequalia, longiora ½‴ lg. Petala 5, subrotunda, extus sericea, ⅝‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus basi sericeus, 3‴ lg. Bacca 3—4‴ lg. Seminis testa cartilaginea, nitida. Embryo generis. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

β. brunnea: indumento brunneo-sericeo; foliis minoribus, angustioribus; paniculis sparsifloris.

Folia petiolo 2—5‴ lg.; lamina 22—40‴ lg., 6—10½‴ lt. Paniculae 2—3″ lg. (v. in hb. Vindob.)

γ. grandifolia: indumento brunneo-velutino; foliis majoribus; paniculis densifloris.

Arbor 15-pedalis. Folia petiolo 2—3‴ lg.; lamina 2—5″ lg., 7—16‴ lt. Paniculae 3—4″ lg. (v. in hb. Schlechtend.)

A *M. rufula Miq.* differt: foliis basi elongato-attenuatis, haud supra impresso-punctatis; a *M. Martiana:* foliis supra haud impresso-punctatis; floribus pedicellatis.

Habitat: α. in prov. Rio de Janeiro: Schüch, Pohl n. 1063.; in prov. S. Pauli: Sellow; β. in prov. Rio de Janeiro: Schüch; γ. in silvis primaevis montium Serra dos Orgaôs prov. Rio de Janeiro, floret Septembri: Lhotzky n. 180. Pl. Dryas.

19. MYRCIA GUAJAVAEFOLIA Berg: ramulis paniculisque compressis, gemmis, foliis novellis et alabastris subtilissime sericeis v. velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, elliptico-oblongis, oblongo-lanceolatis v. lanceolatis, utrinque gradatim acuminatis, adultis glabris v. subglabratis, supra nitidis, laevigatis, subtus opacis, reticulatis, lineato-costatis, limbinerviis; paniculis axillaribus, plerumque 2-nis et subterminalibus, 4, multifloris, folio subaequalibus v. brevioribus; germine biloculari; bacca sepalis obtusis, concavis, erectis coronata, ovali, 1—2-loculari, 1—2-sperma. Variat:

α. perforata: sericea, demum glabra; foliis angustioribus, acuminatis, pellucido-punctatis.

Folium: Tabula nostra III. Fig. 52.

Rami angulati, rimosi, glabri, siccati atrofusci; ramuli 4-goni, superne compressi. Folia petiolo 3—4‴ lg.; lamina 2—5″ lg., 7—13‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis erecto-patulis, utroque latere circiter 18, supra vix manifestis, subtus elevatis; venulis interjectis subtilissime reticulatis, supra vix visibilibus, subtus prominulis. Paniculae 1½—4½″ lg., 2—4-pliciter ramosae. Alabastra obovata, subsericea, 1½‴ lg.; bracteolis 2, linearibus, sericeis, 1‴ lg. stipata. Germen 4-ovulatum, disco tomentello terminatum. Sepala 5, inaequalia, ovata, rotundata, ciliata. Petala 5, obovata, ciliolata, ⅝‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg. Bacca 3‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

β. impunctata: brunneo-velutina, demum subglabrata; foliis latioribus, obtusiuscule acutatis, basi acuminatis, impellucido-punctatis.

Rami tetragoni, siccati picei. Folia 33—48‴ lg., 15—18‴ lt.; petiolo 4‴ lg.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis rectis, utroque latere 22—24, supra oblitteratis, subtus valde prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque parum prominulis. Paniculae 2¼—4½″ lg., decompositae, una v. altera interdum ad ramulum floriferum excrescens. Alabastra turbinata, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco tomentoso terminatum. Sepala 5, ovata, obtusa, concava, extrorsum glabriuscula, ciliolata, intus sericea. Petala 5, obovata, 1½‴ lg., extus sericea. Stamina petalis aequalia. Stylus staminibus longior. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

γ. bullata: sericea, mox glabra; foliis latioribus, apice anguste acuminatis, basi acutis, utrinque nitidis, reticulatis, supra impresso-costatis, subtus elevato-, grosse et obscure pellucido-punctatis.

Rami picei. Folia petiolo 1½—2‴ lg., lamina 3¼—4½″ lg., 14—18‴ lt. Paniculae 2—4″ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat: α. in prov. Minarum: Gardner n. 4662. 4666. 4672. 4675., Schüch, Claussen n. 528.; in montibus Serra do Malta, nec non ad Morro da Tapahoacanga: Sellow; β. in eadem prov.: Sellow, Schüch, Ackermann; γ. in prov. Pernambuco: Schornbaum. Pl. Oreas, Hamadryas.

20. MYRCIA FRIBURGENSIS Berg: ramulis, petiolis nervisque foliorum subtus, paniculis dense pubescentibus; foliis petiolatis, chartaceis, oblongo-lanceolatis v. lanceolatis, basi latioribus, antrorsum sensim angustatis, longe et acute acuminatis, basi in petiolum attenuatis, creberrime haud impresso-, pallide pellucido-punctatis, adultis supra glabris, subtus subglabratis, supra impresso-, subtus elevato-costatis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, tripliciter ramosis, folio brevioribus; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis, utrinque puberulis, demum patentibus.

Frutex 8—10-pedalis; rami exophloeo delapso laeves, pallidi; ramuli compressi. Gemmae sericeo-strigosae. Folia siccata pallida, juniora supra puberula, subtus pubescentia; petiolo 4—5‴ lg.; lamina 84—90‴ lg., 18—28‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis plurimis, distantibus, rectis, erecto- v. subpatulis, supra planiusculis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuissimis, utrinque parum prominulis. Paniculae 3—5″ lg.; ramis divaricatis. Alabastra obovata, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen turbinatum, velutinum, 4-ovulatum, disco velutino, planiusculo obtectum. Sepala 5, inaequalia, 2 interiora latiora, 1‴ lg. Petala 5, orbicularia, ciliolata, puberula, 1‴ lt. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

In nemorosis prope Villam Nova Friburgo prov. Rio de Janeiro, floret Januario: Beyrich. Pl. Dryas.

21. MYRCIA CUJABENSIS Berg: ramulis paniculisque compressis foliisque novellis subtus et alabastris brunneo-velutinis; foliis petiolatis, membranaceis, oblongo-lanceolatis, longissime acuminatis, basi breviter acutis, creberrime pellucido-punctatis, supra glabris, nitidis, subtus tenui-tomentellis, costa velutinis, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, amplis, multifloris, folio brevioribus; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis, brevibus. ♄ Variat:

α. longifolia: foliis majoribus, oblongo-lanceolatis, longissime acuminatis, basi breviter acutis.

Rami teretes, glabri. Folia petiolo valido, velutino, 3—4‴ lg.; lamina 5½—8″ lg., 18—25‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis subpatulis, distantibus, tenuibus, plurimis, utrinque parum prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae 5—6″ lg., 3—4-pliciter ramosae; ramis infimis divaricatis, 2½—3″ lg. Alabastra obovata, ¾‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. (v. in hb. Berol. et Schlechtend.)

β. latifolia: foliis minoribus, ovato-oblongis, breviter acuminatis, basi obtusis.

Folia petiolo 3‴ lg.; lamina 3—4″ lg., 1½—2″ lt. Paniculae 1½—3″ lg. (v. in hb. Berol. et Schlechtend.)

Habitat ad Cujabá in prov. Matto Grosso: α. Lhotyky II. n. 2.; β. Lhotzky n. 96. Pl. Oreas.

22. MYRCIA MAGNOLIAEFOLIA DC. (char. emend.) ramulis, gemmis, foliis novellis subtus, paniculis, alabastris ochraceo-velutinis; foliis breviter petiolatis, chartaceis v. coriaceis, oblongo-lanceolatis, oblongis v. ovato-oblongis, utrinque plus minusve angustatis v. basi obtusis, apice acutis v. acuminatis, impresso-punctatis, supra puberulis, demum glabris, nitidis, reticulatis, subtus demum puberulis, reticulato-costatis, limbinerviis; paniculis subterminalibus et axillaribus, folio plerumque brevioribus; floribus in ultimis ramulis congestis; germine biloculari; bacca ovali v. obovata, puberula, sepalis subrotundis, puberulis, ciliolatis coronata. ♄ Variat:

α. angustifolia *Bg.* ramis tenuibus; foliis chartaceis, oblongo-lanceolatis, utrinque elongato-attenuatis, pellucido-punctatis.

Folia petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 43—84‴ lg., 12½—23‴ lt.; venis subdivaricatis. Paniculae 3″ lg. Baccae 4‴ lg. (v. in hb. Monac.)

β. latifolia *Bg.* ramis validis; foliis chartaceis, ovali-oblongis, breviter abrupte acuminatis, basi obtusatis v. obtusis, demum impresso-venosis, obscure pellucido-punctatis.

Myrcia magnoliaefolia DC. l. c. 248.

Ramuli compressi. Folia petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 6—8½″ lg., 2—3″ lt.; venis subdivaricatis. Paniculae 4″ lg. et ultra. Baccae 5″ lg. (v. in hb. Monac.)

γ. genuina *Bg.* ramis validis; foliis coriaceis, ovato-oblongis v. oblongis, basi obtusis, apice acutatis, obscure pellucido-punctatis.

Myrcia magnoliaefolia β. DC. Prodr. III. 248.

Rami tereti-compressi, glabri, laeves; novelli compressi. Folia novella supra puberula, nervo velutina; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 3—6″ lg., 11—31‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis divaricatis, approximatis, supra prominulis, subtus elevatis; venulis interjectis, reticulato-ramosissimis, utrinque prominulis. Paniculae 3″ lg. Alabastra subglobosa, 1‴ lg.; bracteolis 2, ovatis, caducis stipata. Germen extus et vertice sericeum, 4-ovulatum. Sepala 5, rotundata, ciliolata, utrinque puberula, ¾‴ lt. Petala 5, subrotunda, ciliolata, extus sericea. (v. in hb. Monac.)

δ. parvifolia *Bg.* ramis validis; foliis coriaceis, oblongis, breviter abrupte acuminatis v. obtusis, basi obtusis, impellucido-punctatis.

Tetracera laurifolia Herb. Willd. n. 10350.

Tetracera laurifolia Schlechtend. in Linnaea VIII. 177.

Rami compressi. Folia petiolo 1½‴ lg.; lamina 1½—4″ lg., 1—1½″ lt.; venis subdivaricatis. Paniculae 4″ lg. (v. in hb. Schlechtd. et Willd.)

Habitant: α., β., γ. in prov. Rio Negro: M.; δ. prope Pará: Sieber. Pl. Najas.

23. MYRCIA MANSONIANA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis germinibusque brunneo- v. nigrescenti-tomentosis; foliis petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis, acuminatis, basi obtusis, pellucido-punctatis, adultis glabris, supra nitidis, plicato-costatis, subtus opacis, elevato-costatis, sub lente minutissime impresso-reticulatis, limbinerviis, paniculis subterminalibus 4, folio brevioribus; germine biloculari; bacca oblonga, 1-sperma, sepalis brevibus, obtusis, concavis, utrinque velutinis coronata. ♄

Rami tereti-compressi, glabri; ramuli sulcato-compressi. Folia lamina 54—72‴ lg., 25—34‴ lt.; petiolo 3—4‴ lg., nigrescenti-velutino, crasso; nervo medio supra vix impresso, subtus incrassato; venis subpatulis, remotis, supra plicato-impressis, subtus elevatis; venulis interjectis ramulosis, supra vix manifestis, subtus parum prominulis, secundariis sub lente visibilibus, utrinque reticulato-ramosissimis. Paniculae validae, compressae, decompositae, 2—3″ lg. Baccae 4‴ lg., disco plano, velutino sepalisque coronatae, glabriusculae. Seminis oblongi testa cartilaginea, pallida, nitida. Embryo generis. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad Cujabá prov. Matto Grosso: Manso et Lhotzky n. 4. Pl. Oreas.

24. MYRCIA MACROPHYLLA DC. ramulis novellis, petiolis, foliis subtus praesertim ad nervos, paniculis baccisque minute puberulis; foliis breviter petiolatis, submembranaceis, oblongis v. elliptico-oblongis, utrinque angustatis, apice breviter obtuse acuminatis, basi acutis, parce pellucido-punctatis, adultis glabris, supra reticulato-venosis, limbinerviis, subtus costatis; paniculis axillaribus solitariis, subterminalibus geminis ideoque 4, folio 2—3-plo brevioribus, oligocarpicis; bacca ovali, sepalis rotundatis, conniventibus, puberulis coronata. ♄

Myrcia macrophylla DC. Prodr. III. 248.

Rami tenues, tereti-compressi, superne compressi. Folia lamina $2^1/_2$—9″ lg., 1—3′ lt.; petiolo $1^1/_2$—3‴ lg.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis patulis, supra parum prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque parum prominulis. Paniculae 3—4″ lg, tripliciter laxe ramosae; ramis distantibus, infimis saepe geminis. Bacca 4‴ lg., disco plano sepalisque concavis, $^3/_4$‴ lt., $^1/_2$‴ lg. coronata. (v. in hb. Monac.)

Habitat prope villam Coary, prov. do alto Amazonas: M. Pl. Najas.

3. Bullatae. Indumentum sericeum, velutinum v. villosum, nec exacte tomentosum. Folia plerumque chartacea, impresso-costata et *bullata*, saepe majuscula. Pedunculi rarius 3—5-flori, plerumque paniculati, multiflori, axillares et subterminales, bracteis bracteolisque caducis. Sepala obtusa, rarius acuta, in alabastro globo petalorum plerumque breviora.

25. MYRCIA SCHAUERIANA Berg: ramulis paniculisque compressis et foliis novellis sericeis; foliis petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis v. oblongis, obtusiuscule longissime acuminatis, basi latiore attenuatis, parce pellucido-punctatis, supra glabris, nitidis, subtus glabratis v. saepius pilosiusculis, plicato-costatis, limbinerviis; paniculis axillaribus geminis et terminalibus 4, multifloris, folio brevioribus, valde compressis; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis. ♄

Myrtus dioica Spreng. Syst. II. 486.

Folia novella supra sparse subtus dense aureo-, lutescenti- v. brunneo-sericea, nitida, adulta subtus magis minusve glabrata et elevato-glandulosa; petiolo 3‴ lg.; lamina $4^1/_4$—$7^1/_2$″ lg., $1^1/_2$—$3^3/_4$″ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato, sericeo; venis patulis, utroque latere circiter 25, plicatis, supra impressis, subtus valde prominentibus, rectis; venulis interjectis reticulatis, tenuissimis. Paniculae $3^1/_2$—$5^1/_2$″ lg., tripliciter ramosae, ramis geminatis. Alabastra obovata, sericea, $1^1/_2$‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen disco tomentoso terminatum. Sepala 5. Petala 5, obovata, extus sericea, ciliolata, 1‴ lg. Stamina $1^1/_2$‴ lg. Stylus basi pilosiusculus, 2‴ lg. (v. in hb. Berol. et Spreng.) — *M. macrophyllae* affinis, sed diversa foliis longius petiolatis, longissime acuminatis, plicato-, superne impresso-, subtus elevato-costatis, densissime pellucido-punctatis; paniculis valde compressis, multifloris et axillaribus geminis, ramis geminis.

Habitat in provinciis Rio de Janeiro et S. Pauli: Sellow. Pl. Dryas.

26. MYRCIA MAXIMILIANA Berg: ramulis novellis, petiolis superioribus, pedunculis, germinibus brunneo-velutinis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, bullatis, oblongis v. ovato-oblongis, obtuse acuminatis, basi acutis, sparse grosseque pellucido-punctatis, supra glabris, nitidis, subtus puberulis, plicato-, supra impresso-, subtus elevato-costatis, reticulatis, duplicato-limbinerviis; pedunculis subterminalibus, 3—5-floris; germine triloculari; sepalis ovatis, acutis, extus strigosis, velutino-ciliolatis.

Folium: Tabula nostra III. Fig. 46.

Myrtus Greggii Nees ab Es. et Mart. in Nov. Act. Cur. Bonn. XII. I. 51., nec Swartz Fl. Ind. Occ. 896.

Frutex 3-pedalis, ramosus; rami teretiusculi, laeves, glabri; ramuli compressi. Folia subtus pallidiora; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 3—$5^1/_2$″ lg., 14—25‴ lt.; nervo medio venisque subpatulis, utroque latere circiter 25 supra plicato-impressis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, supra prominentibus, subtus vix prominulis. Pedunculi compressi, validi, 4—6‴ lg. Alabastra obovata, 3‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 6-ovulatum, disco plano, glabro terminatum. Sepala 5, 2‴ lg. Petala 5, obovato-oblonga, glabra, apice denticulata, 3‴ lg. Stamina 4‴ lg.; antheris oblongis, defloratis spiraliter contortis. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Mart. et Esenbeck.)

Habitat in silvis primaevis secus viam Minensem ad Ilheos, floret Decembri: Princ. de Neuwied. Pl. Dryas.

27. MYRCIA FENESTRATA DC. ramulis paniculisque ancipitibus, bifariam villosis; foliis subsessilibus, chartaceis, ovato-oblongis v. ovatis, basi rotundatis, apice subito acuminatis, margine praesertim basin versus revolutis, pellucido-punctatis, novellis ciliatis, supra pilis raris, sparsis glandulisque fuscis obsitis, subtus excepto nervo sparse piloso glabris, adultis glabris, utrinque nitidis, supra elevato-, subtus impresso-bullatis, reticulato-costatis, sublongiori a margine distantia duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus, folio brevioribus; bacca ovato-globosa, glabriuscula, 1—3-sperma, sepalis parvis, subobtusis coronata. ♄

Myrtus fenestrata Mart. Herb.
Myrcia fenestrata DC. Prodr. III. 251.

Rami compressi, glabri. Folia $1^1/_2$—$3^3/_4$″ lg., 12—21‴ lt.; nervo supra impresso, subtus elevato; venis subdivaricatis, tenuibus, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, supra parum prominulis, subtus vix visibilibus. Paniculae 2″ lg. Baccae 2—3‴ lg. disco angusto, velutino, sepalisque 5, $^1/_2$‴ lg., patulis coronatae. Embryo generis. (v. in hb. Monac.)

Habitat in ripariis silvis ad Ega prov. do alto Amazonas: M. Pl. Najas.

28. MYRCIA BRANDAMI Berg: ramulis foliisque junioribus subtus, praesertim ad nervos et petiolum, et paniculis dense brunneo-pubescentibus; foliis breviter petiolatis, subcoriaceis, ovatis v. ovato-oblongis, abrupte breviter acuminatis, basi rotundatis v. subcordatis, supra puberulis, mox glabris, nitidis, tenuissime diaphano-reticulatis, demum subaveniis, sparse minuteque pellucido-punctatis, subtus reticulato-penninerviis, subduplicato-limbinerviis; paniculis subterminalibus, rarius axillaribus, folium subaequantibus, densifloris; germine biloculari, sericeo; sepalis inaequalibus, rotundatis, puberulis. ♄

Rami dichotomi, teretiusculi, rimulosi, grisei, superne compressi. Folia saepe conduplicata, subtus pallidiora; petiolo 1‴ lg.; lamina 1½—3″ lg., 1—1½″ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus elevato; venis subpatulis, supra oblitteratis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, subtus prominulis. Paniculae 1½—2″ lg., multiflorae. Alabastra obovata, 1‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco tomentello obtectum. Sepala 5. Petala 5, suborbicularia, extus sericea, 1‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus fere 2‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Maxime affinis *M. ovatae Camb.*, sed distincta: indumento densiore; foliis brevius petiolatis, latioribus, abrupte acuminatis, supra subaveniis; paniculis densifloris, folium subaequantibus. — Speciem in honorem D. Brandam, Vicarii summi Paraënsis, nominavi.

Habitat in vicinia urbis Santarem prov. Paraënsis: R. Spruce n. 448. Pl. Najas.

29. MYRCIA ALAGOENSIS Berg: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis et alabastris plus minusve sericeis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, ovatis, ovato-oblongis v. suboblongis, basi obtusis, apice breviter obtuse acuminatis, junioribus crebro pellucido-punctatis, adultis glabratis, bullatis, supra nitidis, subtus reticulato-subcostatis, limbinerviis; paniculis axillaribus 1—2-nis et subterminalibus 2—3-nis, folio plerumque longioribus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, concavis, utrinque puberulis, ciliolatis. ♄ Variat:

α. ovata: foliis minoribus, omnibus ovatis.

Folia 6—16‴ lg., 4—8‴ lt.; petiolo 1½‴ lg.; paniculae 14—32‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

β. intermedia: foliis junioribus ovatis, adultis suboblongis, longioribus.

Folia 5—25‴ lg., 3—10‴ lt.; petiolo 1‴ lg. Paniculae 9—20‴ lg., interdum racemi simplices. (v. in hb. Vindob.)

γ. oblongata: foliis omnibus suboblongis, longioribus.

Folia 22—40‴ lg., 8—14‴ lt.; petiolo 2‴ lg. Paniculae 28—32‴ lg. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco plano, velutino obtectum. Sepala 5, brevia. Petala 5, subrotunda, extus sericea, 1‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus basi sericeus. (v. in hb. Vindob.)

A *M. acuminata* differt: foliis breviter obtuseque acuminatis.

Habitat in prov. Alagoas: α. Gardner n. 1298., β. Gardner n. 1297., γ. Gardner n. 1296. Pl. Hamadryas.

4. Acuminatae. Indumentum sericeum v. tomentellum. Folia plerumque rigide coriacea, sensim obtuse acuminata. Paniculae axillares et subterminales, bracteis bracteolisque caducis. Sepala obtusa.

30. MYRCIA SPRUCEANA Berg: ramulis foliisque novellis subtus sparse sericeis, mox glabris; foliis petiolatis, coriaceis, oblongis v. ovate oblongis, sensim longe acuminatis, basi acutis, fusco-marginatis, adultis glabris, sparse et oblitterate pellucido-punctatis, supra splendentibus, utrinque (junioribus diaphano-) reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, solitariis, folio brevioribus; germine biloculari, sericeo; sepalis brevibus, rotundatis, subinaequalibus, ciliolatis. ♄

Ramuli compressi, picei, cito glabri. Folia subtus pallidiora, opaca, margine cartilaginea; petiolo 2‴ lg.; lamina 1½—3″ lg.; 6—13‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, venulisque reticulatis diaphanis utrinque prominulis. Paniculae tripliciter ramosae, 1½—2″ lg.; rhachi compressa, badia, superne minutissime puberula. Alabastra obovata, ¾‴ lg.; bracteolis 2, ovate oblongis, caducis. Germen 4-ovulatum. Sepala 5, glabriuscula. Petala 5, orbicularia, extus sericea, ¾‴ lg. Stamina petalis paullo longiora. (v. in hb. Monac.)

Maxime affinis *M. acuminatae DC.*, sed distincta: indumento tenuiore, mox evanescente; foliis rigidioribus, angustioribus, eciliatis, basi acutis, sparse pellucido-punctatis; paniculis folio brevioribus.

Habitat secus Rio Negro inter Barra et Barcellos prov. Rio Negro, floret Novembri: R. Spruce n. 1916. Pl. Najas.

31. MYRCIA RECURVATA Berg: ramulis petiolisque et paniculis minute et nitide puberulis; foliis longiuscule petiolatis, coriaceis, ovato-oblongis v. ovatis, longe et oblique recurvato-acuminatis, basi rotundatis, mox glabris, supra splendentibus, impresso-, impellucido-punctatis, reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis cymosis, subterminalibus et axillaribus, 1-, rarius 2-nis, supradecompositis, densifloris; germine biloculari; sepalis subrotundis, obtusis. ♄ Variat:

α. grandifolia: foliis majoribus, basi obtusis v. breviter acutis, apice longius acuminatis; paniculis folio brevioribus.

Folia petiolo 3—5‴ lg.; lamina 52—60‴ lg., 22—26‴ lt. Paniculae 2—3″ lg.

β. parvifolia: foliis minoribus, basi cordatis, apice brevius acuminatis; paniculis folio longioribus.

Rami compresso-subtetragoni, exophloeo suberoso, pallide fuscescenti, mesophloeo fusco-atro instructi; ramuli compressi. Gemmae sericeo-strigosae. Folia margine recurva, subtus nitida (novella ad florendi tempus desunt), superiora pilis raris, sparsis, brevibus obsita; petiolo 5—7‴ lg.; lamina 16—28‴ lg., 12—18‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis plurimis, tenuibus, distantibus, subpatulis, supra vix visibilibus, subtus parum prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulato-ramosissimis, subtus prominulis. Paniculae ex superioribus axillis ramulorum enatae, interdum ad cymas bifidas trichotomas redactae; rhachi valida, compressa; floribus ultimis ternis, centrali sessili. Alabastra obovata, 1—1½‴ lg.; bracteolis caducis. Sepala 5, demum patentia. (v. in hb. Berol., Vindob. et Mart.)

A *M. acuminata* differt: foliis longius petiolatis, majoribus; sepalis obtusis; a *M. dictyophylla:* foliis supra nec reticulatis, subtus magis venosis; paniculis amplis, longioribus, ramosissimis, multifloris.

Habitat in prov. Espiritu Santo et Rio de Janeiro: Sellow, Pohl n. 5865., Raben n. 735. Pl. Dryas.

32. MYRCIA OVATA Camb. ramulis paniculisque sulcato-angulosis et alabastris puberulis; foliis petiolatis, coriaceis, ovatis, acuminatis, basi rotundatis, glabris, nitidis, pellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio brevioribus, densifloris; germine biloculari; sepalis ovatis, ciliolatis, inaequalibus, longioribus apice rotundatis, brevioribus obtusiusculis. Variat:

α. genuina *Bg.* foliis basi rotundatis, acuminatis.

Myrcia ovata Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 229.

Frutex 4—10-pedalis; rami teretes, glabrati. Folia margine revoluta; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 1½—3″ lg., 1—1½″ lt.; nervo medio subtus prominente; venis vix manifestis. Flores densi, corymbos multifloros mentientes; bracteolis 2, stipantibus, deciduis. Alabastra ¾‴ lg. Germen apice dense pilosum. Petala 5, obovato-rotundata, concava, extus puberula, sepalis duplo longiora. Stamina petala paullulum superantia. Stylus stamina superans. Fructus (immaturus) sphaericus, puberulus, calyce coronatus. (Camb.) ♄

β. Subcordata *Bg.* foliis basi subcordatis v. breviter acutis, apice obtusiuscule longeque recurvato-acuminatis.

Frutex 6—8-pedalis. Rami teretiusculi, exophloeo delapso laeves, pallidi. Folia 1—3″ lg., ½—1½″ lt., juniora subtus puberula; petiolo 2—3‴ lg.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis venulisque reticulatis, utrinque prominulis, longiori a margine distantia arcuatim unitis ibique extrorsum iterum anastomosantibus. Paniculae ¾—1½″ lg., 2—3-pliciter compositae, coarctatae. Flores ultimi terni, centrali sessili. Alabastra obovata, 1″ lg. (v. in hb. Berol. et Mart.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: α. in silvis caeduis vulgo Capoeiras prope pagum Aldea de S. Pedro et praedium S. Jacinto, floret Septembri: St. Hilaire; β. in arenosis maritimis s. Rettingas, in fruticetis: Sellow, Princ. Neuwied n. 23. Pl. Dryas.

33. MYRCIA PHAEOCLADA Berg: ramulis foliisque novellis et paniculis sparse pilosiusculis v. pubescentibus; foliis petiolatis, chartaceis, ovatis, ovalibus v. ovato-oblongis, obtusiuscule lateque acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, supra impresso-, subtus elevato-, pellucido-punctatis, adultis bullatis, glabris, supra reticulatis, subtus reticulato-venosis, duplicato- arcuatim limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, folio longioribus, infimis saepe foliatis; germine biloculari, sericeo; sepalis rotundis, ciliolatis. ♄ Variat:

α. guyanensis: glabriuscula; foliis majoribus; sepalis extus glabris.

Rami teretiusculi, superne compressi. Folia subtus pallidiora; petiolo 2‴ lg.; lamina 31—58‴ lg., 13—28‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis subdivaricatis, remotis, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae decompositae, inferiores geminae, altera abbreviata, 2″ longa, altera in ramulum foliatum, 5″ longum, in infimo nodo paniculas basi nudas, 2½″ longas, in superioribus nodis paniculas axillares, 2½″ longas gerentem excrescens. Alabastra obovata, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco sericeo obtectum. Sepala 5, extus glabra, ciliolata, intus sericea, ½‴ lt. Petala 5, subrotunda, ciliolata, 1‴ lt. Stamina 1½‴ lg. Stylus basi sericeus, 2‴ lg. (v. in hb. Berol.)

β. alagoensis: pubescens; foliis minoribus; sepalis extus glabris.

Folium: Tabula nostra III. Fig. 57.

Folia 2—3″ lg., 13—22‴ lt.; paniculae 3—5″ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat: α. in Guyana anglica, floret Novembri: Rich. Schomburgk n. 1030.; β. in prov. Alagoas: Gardn. n. 1295. Pl. Hamadryas.

5. Abrupte acuminatae. Indumentum sericeum v. puberulum. Folia chartacea v. coriacea, *abrupte acuminata*. Paniculae axillares et subterminales, bracteis bracteolisque caducis. Sepala obtusa, rarissime acuta.

34. MYRCIA ACUMINATISSIMA Berg: ramulis, paniculis, petiolis nigrescenti-pubescentibus; foliis petiolatis, membranaceis, oblongis v. elliptico-oblongis, abrupte in acumen lineare, elongatum, acutum attenuatis, basi obtusiusculis, crebro minuteque pellucido-punctatis, adultis nervo excepto glabris, supra nitidis, reticulato-venosis, duplicato- arcuatim limbinerviis; paniculis decompositis, foliis brevioribus; bacca subglobosa, puberula, 1-sperma, sepalis brevissimis, obtusis, patulis coronata.

Folium: Tabula nostra III. Fig. 54.

Frutex 15-pedalis, tenuiramis; rami compressi. Folia pallide viridia, demum chartacea, margine recurva; petiolo 2—3‴ lg.; lamina (cum acumine 5—7‴ longo) 30—42‴ lg., 10—15‴ lt.; nervo medio pilosiusculo venisque erecto-patulis, utroque latere circiter 12, antrorsum adscendentibus supra impressis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, supra haud manifestis, subtus prominulis. Paniculae oligocarpicae, 1—2″ lg. Bacca 3—5‴ diametro, disco angustissimo, glabro sepalisque concavis, ¼‴ lg. coronata. Semins testa cartilaginea, nitida. Embryo generis. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad urbem Santos in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Dryas.

35. MYRCIA KEGELIANA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis et alabastris subsericeis; foliis biennibus, breviter petiolatis, chartaceis, ovalibus v. oblongis, lineariter acuminatis, demum glabris, supra splendentibus, crebro pellucido-punctatis, utrinque tenuiter elevatoque et diaphano-, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis 1—2-nis, compressis, subterminalibus et axillaribus, divaricatis, folio aequalibus v. longioribus; germine biloculari; bacca oblonga, 1—2-sperma, glabriuscula, sepalis brevibus, ovatis, obtusis, puberulis, inflexis coronata. ♄

Myrcia Berberis Schauer in Linnaea XXI. 272. Miq. in Plant. Surin. 36. et in Linnaea XXII. 171.

Eugenia paniculaeflora Steudel in Flor. Ratisb. 1843. 762.

Species maxime polymorpha, quod attinet ad habitum; magnitudinem, formam, acuminationem foliorum; longitudinem, directionem, ramificationem inflorescentiae. Variat:

α. latifolia: foliis ovalibus, interdum obversis, abrupte longe acuminatis, basi in petiolum attenuatis; paniculis multifloris.

Arborea v. fruticosa; rami teretiusculi, superne compressi. Folia supra elevato-glandulosa; petiolo 2‴ lg.; lamina 2—4½″ lg., 1—2″ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis tenuibus, plurimis, subpatulis venulisque tenuioribus, reticulatis utrinque prominulis, diaphanis. Paniculae saepissime divaricatae v. reflexae, rarius arrecto-patentes et pauciflorae, 2—4″ lg., amplae. Alabastra ½‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, germen aequantibus, caducis stipata. Germen dense sericeum, 4-ovulatum. Sepala 5, inaequalia. Petala 5, orbiculari-ovalia, ciliolata, 1‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus stamina aequans. (v. florif. in hb. Berol., Kegel., Sonder., Vindob.)

β. longifolia: foliis oblongis v. oblongo-lanceolatis, sensim lineariter acuminatis, basi obtusatis; paniculis folio brevioribus.

Rami elongati, tenues. Folia petiolo 1½‴ lg.; lamina 3—5″ lg., 10—20‴ lt. Paniculae 2—2½″ lg. (v. in hb. Mart. et Monac.)

γ. angustifolia: foliis oblongis v. oblongo-lanceolatis, utrinque sensim acuminatis; paniculis folio brevioribus.

Folium: Tabula nostra III. Fig. 50.

Rami elongati. Folia petiolo 1‴ lg.; lamina 2—5¼″ lg., 9—21‴ lt. Paniculae 3—3¼″ lg. Bacca 5‴ lg. (v. florif. in hb. Berol. et Vindob., fructif. in hb. Kegel.)

δ. vulgaris: foliis ovato- v. ovate oblongis, abrupte acuminatis, basi breviter acutis v. obtusatis.

Frutex v. arbuscula. Folia petiolo 1—2‴ lg.; lamina 1¾—4¼″ lg., 7—19‴ lt. Paniculae 30—46‴ lg. (v. in hb. Berol., Kegel., Mart., Vindob.)

ε. pendula *Bg.* arbor alta; ramis tenuibus, subpendulis; foliis oblongis v. oblongo-lanceolatis, sensim acuminatis, basi obtusis v. obtusatis; paniculis folio brevioribus, saepe racemosis, paucifloris.

Arbor 30—40-pedalis. Folia petiolo 1‴ lg.; lamina 1—3¾″ lg., 5—17‴ lt. Paniculae, interdum pendulae, 7—20‴ lg. (v. in hb. Kegel.)

Valde affinis *M. Berberis DC.*, sed distincta: foliis chartaceis, biennibus, crebro pellucido-punctatis, utrinque elevato- et diaphano-reticulatis.

Habitat: α. in silvis umbrosis regionis interioris ad flumen Surinam, floret Decembri: Hostmann et Kappler n. 1246., Hostmann n. 485.; in pascuis humidis prope Poelebantje, in Guyana Batava, floret Majo: Kegel n. 214.; nec non in Brasilia: Gardner n. 1246.; β. in Guyana Batava: Wullschlägel; nec non in vicinia urbis Barra do Rio Negro in prov. Paraënsi: R. Spruce; γ. in pascuis humidis prope Poelebantje, in Guyana Batava, fructificat Martio: Kegel n. 840., nec non Hostmann n. 485.; δ. ad Roraima, in Guyana anglica: Rob. Schomburgk n. 872. 936.; ad Paramaribo in Guyana Batava: Wullschlägel n. 198. 879. 880., Hostmannn. 372. 629.; in umbrosis districtus Pará, nec non in savannis prope Post Belair ejusdem coloniae, floret Junio: Splitgerber; ε. in arenosis ad margines silvarum prope Mariepaston, in Guyana Batava, floret Majo: Kegel n. 1288. Pl. Najas.

36. MYRCIA MICRANTHA Berg: ramulis, foliis novellis subtus, paniculis, alabastris breviter sericeis; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis v. oblongis abrupte angusteque et obtusiuscule acuminatis, basi acutis, discoloribus, impunctatis, adultis supra glaberrimis, splendentibus, subtus glabratis, nitidis, tenuiter reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, ad corymbum terminalem congestis; germine biloculari; sepalis inaequalibus, ovatis, obtusis, ciliolatis. ♄

Rami teretes, laeves, glabri; novelli compressi. Folia conferta; petiolo 2‴ lg.; lamina 3—4″ lg., 1—1½″ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus prominente, pilosiusculo; venis creberrimis, tenuibus, erecto-patulis venulisque reticulatis utrinque parum prominulis, pellucidis. Paniculae 1½—2″ lg., pyramidatae, tripliciter ramosae. Alabastra obovata, 1‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco tomentello terminatum. Sepala 5, concava, demum patentia. Petala 5, subrotunda, ciliolata, 1‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus basi sericeus, 2‴ lg., deciduus. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Bahiensi: Sellow. Pl. Hamadryas.

37. MYRCIA KLOTZSCHIANA Berg: ramulis paniculisque valde compressis foliisque novellis subtus et alabastris sericeis; foliis petiolatis, subcoriaceis, lanceolato-oblongis v. oblongo-lanceolatis, in acumen lineare, subobliquum, obtusiusculum attenuatis, basi latiore breviter acutis, raro sparseque pellucido-punctatis, adultis utrinque glaberrimis, supra splendentibus, tenuiter elevato-reticulatis, subtus nitidulis, pallidioribus, venosis, subreticulatis, sublongiori a margine distantia limbinerviis; paniculis pyramidatis, multifloris, subterminalibus 2, axillaribus solitariis, folio plerumque brevioribus; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis, ciliolatis, utrinque puberulis.

Frutex 6 — 10-pedalis; rami teretes, glabri. Folia lamina 4—5″ lg., 15—17‴ lt., floralia minora 9—14‴ lg., 4½—8‴ lt.; petiolo 1—2‴ lg.; nervo medio supra impresso, subtus elevato, sericeo; venis plurimis, tenuibus, subpatulis, rectis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis, pellucidis, reticulatis, supra prominulis, subtus vix manifestis. Paniculae 1½—3½″ lg., tripliciter ramosae, ramis infimis basi saepe bracteis foliaceis fultis, in ramo primario foliis parum breviores, in ramulis secundariis 1—2-nodis folio florali minuto 2—3-plo longiores; floribus ternatim v. fasciculatim aggregatis, sessilibus. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, oblongis, brevissimis fulta. Germen 4-ovulatum, disco tomentoso, plano terminatum. Sepala 5, brevia. Petala 5, rotunda, concava, extus pilosiuscula, ciliolata, 1‴ lg. Stamina petala aequantia. Stylus basi sericeus, 1‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Differt a *M. Berberi, Ayresiana* et *Kegeliana:* foliis multo angustioribus.

Habitat in Brasilia meridionali: Sellow.

38. MYRCIA BERBERIS DC. (Char. emend.) ramulis foliisque novellis et paniculis sericeis; foliis perennantibus, petiolatis, chartaceis, demum coriaceis, ovali-oblongis v. oblongis, longe lineariterque acuminatis, basi acutis, annuis sparse pellucido-punctatis, utrinque tenuiter elevatoque et impellucide reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis, adultis, impunctatis, glabris, supra splendentibus, impresso-reticulatis, subtus nitidulis, venosis; paniculis 1—2-nis, compressis, divaricato-ramosis, polycarpicis, folio subaequalibus v. brevioribus; bacca oblonga, 1—2-sperma, puberula, sepalis brevibus, rotundatis, inflexis, ciliolatis coronata. ♄ Variat:

α. latifolia *Bg.* foliis ovali-oblongis, interdum obversis, abrupte acuminatis; paniculis subterminalibus et axillaribus.

Folium: Tabula nostra III. Fig. 48.

Myrtus Berberis Mart. Herb.

Myrcia Berberis DC. Prodr. III. 254., exceptis specieminibus Guyanensibus, nec Schauer nec Miquel.

Rami teretiusculi, pallidi; ramuli elongati, stricti, superne compressi. Folia subtus pallidiora; petiolo 2‴ lg., canaliculato; lamina 2—4¼″ lg., 1—2″ lt.; nervo medio supra parum impresso, subtus elevato, utrinque puberulo; venis tenuibus, plurimis, subpatulis, utrinque prominulis, demum supra impressis; venulis interjectis opacis, tenuioribus, reticulatis, utrinque parum prominulis, demum supra impressis, subtus oblitteratis. Paniculae saepe divaricatae v. reflexae, 3—4-pliciter ramosae, 2—4¼″ lg., amplae; ramis infimis elongatis. Bacca 2—3‴ lg. Embryo generis. (v. fructif. in hb. Monac. et Sonder.)

β. angustifolia *Bg.* foliis oblongis, sensim acuminatis; paniculis reflexis, lateralibus, ex infimo nodo ramuli novelli egredientibus.

Folia petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 3½—5″ lg., 14—19‴ lt. Paniculae 3¼″ lg. (v. exempl. fruct. unicum in hb. Vindob.)

Habitat: α. ad ripam fluminis Japurá in prov. Rio Negro: M.; et in vicinia urbis Barra do Rio Negro in prov. Paraënsi: R. Spruce n. 1168.; β. in insulis fluminis Amazonas infra Coary prov. do alto Amazonas, fructificat Martio: Pöppig. Pl. Najas.

39. MYRCIA LATIFOLIA Berg: ramulis paniculisque, foliis novellis subtus et germinibus sericeis; foliis petiolatis, chartaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, acuminatis, basi acutis, novellis sparse et obscure pellucido-punctatis, supra glabris, nitidis, tenuiter reticulatis, mox laevigatis, subtus pallidioribus, venosis, subreticulatis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, multifloris, folio longioribus; germine biloculari; sepalis ovatis, rotundatis, utrinque puberulis. ♄

Rami teretiusculi, glabri; ramuli compressi. Folia siccata supra hepatica, splendentia, laevia; petiolo 2‴ lg.; lamina 21—48‴ lg., 13—30‴ lt.; nervo medio vix supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis, demum supra oblitteratis, subtus prominentibus; venulis interjectis demum utrinque vix visibilibus. Paniculae 2—4″ lg., valde compressae, foliis parvis fultae, tripliciter ramosae; ramis infimis saepe geminatis. Alabastra ¾‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco sericeo obtectum. Sepala 5, brevia. Petala 5, rotunda, extus sericea. (v. in hb. Berol.)

Differt a *M. Berberi, Ayresiana, Kegeliana* et *Klotzschiana:* foliis latioribus, supra laevigatis, subtus venosis.

Habitat in silvis ad flumen Teffé in prov. do alto Amazonas: Pöppig n. 2872. Pl. Najas.

40. MYRCIA PUBIPETALA Miq. ramulis, gemmis, petiolis superioribus, paniculis, alabastris fuscescenti- v. ochraceo-velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis v. ovalibus, abrupte lineari-acuminatis, basi rotundata breviter acutis, margine undulato ciliatis, discoloribus, obsolete pellucido-punctatis, supra pilis raris, brevibus

adspersis, reticulatis, demum glabris, nitidis, subtus puberulis, reticulato-penninerviis, duplicato-limbinerviis; paniculis cymosis, axillaribus, folio brevioribus; germine costato, 3—4-loculari; calyce acute 5-dentato. ♄

Folium: Tabula nostra III. Fig. 45.

Myrcia pubipetala Miquel in Linnaea XIX. 441.

Ramuli superne subtetragoni. Folia supra atro-virentia, subtus fuscescentia; petiolo 3 — 5‴ lg.; lamina 25 — 65‴ lg., 11 — 26‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis subpatulis, rectis, utroque latere circiter 20, superne parum, inferne magis prominentibus, ante marginem ad nervum limbalem duplicatum arcuatim unitis; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae 3″ lg.; rhachi compressa; floribus ultimis 3-nis, centrali sessili, lateralibus breviter pedicellatis. Alabastra turbinata, $2\frac{1}{2}$—3″ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 6 — 8-ovulatum, disco velutino obtectum. Calyx 5-dentatus, utrinque velutinus. Petala 5. (v. in hb. Berol. et Mart.)

Habitat in prov. Minarum: Claussen n. 2073. Pl. Oreas.

6. Perforatae. Indumentum pubescens v. subvillosum. Folia membranacea, demum chartacea, acuminata, creberrime et grosse pellucido-punctata. Paniculae axillares et subterminales. Sepala obtusa v. exteriora acutiuscula.

41. MYRCIA VELLOZIANA Berg: innovationibus pubescentibus; foliis bi — triennibus, breviter petiolatis, membranaceis, demum chartaceis, ovate v. ovato-oblongis, sensim acuminatis, basi breviter acutis, creberrime grosseque pellucido-punctatis, utrinque elevato-, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis, adultis glabris, nitidulis, supra tandem impresso-punctatis et -reticulatis, subtus venosis; paniculis bracteatis, multifloris, axillaribus, 1—2-nis, superioribus folio duplo brevioribus; germine biloculari; sepalis obtusis, ciliolatis. ♄

Rami tereti-compressi, exophloeo delapso laeves, glabri; novelli compressi. Folia cano-virentia, juniora ciliata, plana, adulta convexa, fusco-marginata; petiolo 1 — $1\frac{1}{2}$‴ lg.; lamina $2\frac{1}{2}$ — $6\frac{1}{2}$″ lg., 1—2″ lt.; nervo medio supra basin versus vix impresso, subtus elevato; venis tenuibus, plurimis, subpatulis, utrinque praesertim subtus prominentibus, demum supra oblitteratis v. impressis; venulis interjectis tenuioribus, reticulato-ramosissimis, utrinque prominulis, demum obsoletioribus. Paniculae ad ramos bracteis foliaceis instructae, $1\frac{1}{2}$ — 5″ lg., 3 — 4-pliciter ramosae, strictae. Alabastra $\frac{1}{2}$‴ lg., puberula, bracteolis 2, ovato-oblongis, ciliatis stipata. (v. floribus nondum excretis in hb. Vindob.)

Speciem dixi in honorem auctoris Florae Fluminensis Vellozo.

Habitat ad Juiz de Fora et Azeredo: Pohl n. 84.; nec non ad Entre Morros in prov. Minarum: Pohl n. 158. Pl. Oreas.

7. Rostratae. Indumentum sericeum v. velutinum. Folia membranacea, demum chartacea, rarius coriacea, rostrato-acuminata, minute pellucido-punctata, tenuissime reticulato-venosa. Paniculae axillares et subterminales.

CONSPECTUS SPECIERUM HUJUS LOCI.

I. Folia basi elongato- v. acuminato-attenuata.
  A. Folia supra impresso-punctata.
    1. Folia lineari-lanceolata v. lanceolata.
      a. Flores ultimi sessiles; folia utrinque reticulata: . . . . . M. opaca.
      b. Flos centralis sessilis, laterales pedicellati:
        α. Folia longissima, longissimeque acuminata: . . . . . M. Corcovadensis.
        β. Folia duplo breviora, brevius acuminata: . . . . . M. rostrata.
    2. Folia ovali-oblonga, oblonga v. oblongo-lanceolata.
      a. Folia utrinque tenuiter reticulata: . M. Ciarensis.
      b. Folia tenuissime venosa: . . . . M. Paivae.
  B. Folia supra haud impresso-punctata.
    1. Folia chartacea, simpliciter limbinervia: M. Schüchiana.
    2. Folia coriacea, duplicato-limbinervia: . M. oligantha.
II. Folia basi breviter acuta v. obtusata.
  A. Folia supra impresso-punctata.
    1. Folia et adulta utrinque tenuiter elevato-reticulata.
      a. Folia coriacea, manifeste punctata; flores terni, sessiles v. breviter pedicellati; sepala nitida: . . . . . M. riparia.
      b. Folia submembranacea, subtilissime punctata; flos terminalis sessilis, laterales pedicellati; sepala opaca: . . M. nitens.
    2. Folia adulta supra impresso-reticulata.
      a. Folia coriacea, subtus venosa: . . M. impressa.
      b. Folia chartacea, reticulata:
        α. Folia sparse pellucido-punctata, venis venulisque pellucidis; sepala acutiuscula, intus glabra: . . . . M. gracilis.
        β. Folia creberrime pellucido-punctata; sepala obtusa, utrinque sericea: . M. communis.
    3. Folia adulta supra subavenia.
      a. Indumentum albido-puberulum, folia subtus reticulata: . . . . . M. Pseudo-Mini.
      b. Indumentum ferrugineo-sericeum; folia subavenia: . . . . . M. erythroxylon.
  B. Folia haud impresso-punctata.
    1. Folia et adulta utrinque tenuiter elevato-reticulata.
      a. Indumentum sericeum; folia coriacea, subtus puberula; paniculae densiflorae; sepala obtusa: . . . . . M. sepiaria.
      b. Indumentum pubescens, folia chartacea, subtus glabrata; sepala 1—2 obtusa, reliqua acuta: . . . . . M. Negrensis.
      c. Indumentum velutinum; folia chartacea, subtus velutina; paniculae laxiflorae; sepala acutiuscula: . . . . M. velutina.
    2. Folia adulta supra impresso-reticulata.
      a. Sepala acutiuscula:
        α. Indumentum sericeum; folia pellucido-punctata; racemi 3 — 5-flori; flos terminalis pedicellatus: . . . M. Catharinae.
        β. Indumentum sericeo-villosum; folia pellucido-punctata; paniculae pluriflorae; flos terminalis sessilis, laterales pedicellati: . . . . . M. sericiflora.
        γ. Indumentum dense sericeo-velutinum; folia vix pellucido-punctata; paniculae pluriflorae; flores 3, terminales sessiles: . . . . . M. Regnelliana.
      b. Sepala obtusa; folia supra fere laevia. M. undulata.
III. Folia basi obtusa v. rotundata.
  A. Folia certe adulta supra impresso-punctata.
    1. Ramuli alato-ancipites: . . . . . M. anceps.
    2. Ramuli compressi, nec ancipites.
      a. Folia adulta supra impresso-reticulata.
        α. Folia obtusiuscule acutata, vix pellucido-punctata: . . . . . M. laevigata.
        β. Folia acuminata, pellucido-punctata.
          * Folia ovate v. ovato-oblonga, creberrime impresso-punctata.
            † Folia membranacea; sepala acuta v. acutiuscula: . . . M. Ypanemensis.
            †† Folia membranacea; sepala subrotunda: . . . . . M. Mikaniana.
            ††† Folia coriacea; sepala subrotunda: . . . . . M. polyantha.
          ** Folia ovate lanceolata, sparse et obsolete impresso-punctata: . . M. acutata.

b. Folia supra elevato-reticulata: . . . M. HAYNEANA.
c. Folia supra subavenia: . . . . . M. AMBIGUA.

B. Folia supra haud impresso-punctata.
1. Folia oblitterato-reticulata: . . . . . M. PELLUCIDA.
2. Folia utrinque elevato-reticulata: . . . M. GARDNERIANA.

42. MYRCIA ERYTHROXYLON BERG: ramulis foliisque subtus, paniculis, bracteis alabastrisque pilis rufescentibus v. ferrugineis, tandem brunneis dense sericeo-strigosis; foliis petiolatis, membranaceis, ovate oblongis v. oblongo-lanceolatis, e basi latiore obtusa v. breviter acuta apicem versus gradatim longissime acuminatis, supra puberulis, cito glaberrimis, nitidis, ciliatis, impresso-, pellucido-punctatis, subaveniis; paniculis paucifloris, folio multo brevioribus; bacca ovali-subrotunda, coronata, glabra. ♄
Variat:

α. CAERULESCENS: gracilior; indumento ferrugineo; foliis supra excepto nervo glabris, subtus primo densissime strigosis.

RAMI tenues, tereti, compressi, minute puberuli, ligno rubro (Mart.) donati; novelli compressi. FOLIA juniora fusca, adulta supra caerulea; PETIOLO ¾‴ lg.; lamina 10—21‴ lg., 3—6‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis tenuissimis, sub lente nervoque limbali visibilibus, demum parum impressis. PANICULAE 3—4‴ lg., axillares et subterminales, ramis infimis 3—5-floris, superioribus 1-floris, omnibus bracteis lanceolatis fultis. ALABASTRA ½‴ lg., bracteolis 2, linearibus, deciduis stipata. BACCA (in specimine mihi obvio unica) insectorum ictu deformata. (v. in hb. Mart.)

β. VIRESCENS: robustior; indumento rufescenti, foliis utrinque pilis sparsis, adpressis inspersis, virentibus.

ARBOR; RAMI obtuse 4-goni, superne subcompressi. FOLIA subchartacea, virentia, supra creberrime impresso-punctata, nitidula, subtus pallidiora, elevato-glandulosa; PETIOLO sericeo, 1‴ lg.; lamina ¾—2″ lg., 3—7‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis supra oblitteratis, subtus vix visibilibus. RACEMI subpaniculati dense sericeo-velutini, saepe 2-ni, 4—8‴ lg. ALABASTRA dense strigosa, fere 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, cuspidatis, strigosis, ¾‴ lg. stipata. (v. in hb. Monac.)

Habitat: α. prope oppidum Ega in prov. do alto Amazonas: M.; β. in vicinia urbis Santarem prov. Paraënsis, floret Julio: R. Spruce n. 821. Pl. Najas.

43. MYRCIA PELLUCIDA BERG: ramulis, foliis novellis subtus pedunculisque et alabastris sericeis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, oblongis v. lanceolato-oblongis, gradatim longe et obtuse acuminatis, basi obtusis, supra nitidis, glabris, subtus glabratis, opacis, sparse haud impresso-, pellucido-punctatis, oblitterato- pellucidoque reticulatis, limbinerviis; pedunculis racemoso-3—4-floris v. cymosis, axillaribus, folio vix longioribus; germine biloculari; bacca ovali sepalis acutiusculis coronata, glabra, 1-sperma. ♄

RAMI glabri. FOLIA margine recurva; lamina 14—19‴ lg., 5—6‴ lt.; PETIOLO 1‴ lg.; nervo medio supra ad basin impresso, subtus prominente; venis subdivaricatis venulisque supra impressis, pellucidis, subtus vix visibilibus; areolis 1-glandulosis. RACEMI v. CYMAE 7—12‴ lg., hae ramis trifloris; flore centrali sessili, lateralibus pedicellatis. ALABASTRA obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, lineari-lanceolatis, brevibus, caducis stipata. GERMEN 4-ovulatum, disco velutino terminatum. SEPALA 5, brevia, exteriora acutiuscula, interiora obtusiuscula. PETALA 5, subrotundo-ovata, extus sericea, ciliolata, 1½‴ lg. STAMINA petalis paullo longiora. STYLUS sericeus, staminibus brevior. BACCA 2—2½‴ lg., primum sericea, disco concavo sepalisque erectis coronata. EMBRYO generis. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

44. MYRCIA REGNELLIANA BERG: ramulis, petiolis, foliis subtus, paniculis, floribus densissime pallideque flavo- virenti- v, fuscescenti-sericeis, subvelutinis; foliis petiolatis, chartaceis, ovate lanceolatis v. lineari-lanceolatis, e basi latiore breviterque acuta gradatim apicem versus longissime acutatis, margine basin versus revolutis, obsolete et sparse haud impresso, vix pellucido-punctatis, supra puberulis, demum subglabratis, ibique plus minusve evidenter prominulo-, postremo impresso-reticulatis, limbinerviis, subtus vix venosis; pedunculis validis, racemoso 3—5-floris v. simpliciter paniculatis, paucifloris, folio brevioribus v. aequalibus; floribus omnibus sessilibus; germine biloculari; sepalis triangulari-lanceolatis, acutiusculis, intus glabris, in alabastro erectis. ♄
Variat:

α. LEPTOCALAMA: ramis debilibus, elongatis, superne tetragonis; foliis lineari-lanceolatis, novellis supra reticulatis, mox sublaevigatis; pedunculis folium subaequantibus.

RAMI ½‴ diametro, tereti-compressi, glabriusculi; novelli compressi. FOLIA adulta vix impresso-reticulata; PETIOLO 1—1½‴ lg.; lamina 16—23‴ lg., 4—5‴ lt.; venis venulisque novellis pellucidis. RACEMI ¾—2‴ lg., simplices aut ramis infimis racemosis subpaniculati, ramis v. floribus ab invicem remotis. ALABASTRA obovata, 1½‴ lg., bracteolis stipantibus valde caducis. GERMEN 4-ovulatum, disco plano, velutino terminatum. SEPALA 5, inaequalia, extus velutina. (v. in hb. Berol.)

β. ROBUSTIOR: ramis validioribus, abbreviatis; foliis ovate lanceolatis, supra evidentius reticulatis; inflorescentiis folio paullo brevioribus; sepalis acutioribus.

RAMI 1—¾‴ diametro. FOLIA lamina 14—26‴ lg., 3—6‴ lt.; PETIOLO 1—1½‴ lg.; venis venulisque novellis pellucidis. RACEMI v. PANICULAE 8—20‴ lg. ALABASTRA 1½‴ lg. GERMEN 4-ovulatum, disco velutino terminatum. SEPALA 5, inaequalia, acuta, majora ½‴ lg. PETALA 5, subrotunda, extus sericea, ciliolata, 1—¾‴ lg. STAMINA STYLUSque 1½—2‴ lg. (v. in hb. Sonder. sub nomine *M. lanceolatae Camb.*, formae *pilosioris Miq.*, a qua toto coelo differt, et in hb. Vindob.)

Habitat in prov. Minarum: α. Sellow; β. Dr. Widgren n. 554.; ad S. Pedro d'Alcantara, prov. Goyazanae: Pohl n. 1067., et ad Caldas, prov. Minarum: Dr. Regnell II. n. 122. Pl. Oreas.

45. MYRCIA GRACILIS BERG: ramulis, foliis junioribus subtus, paniculis, alabastris sericeis; foliis petiolatis, chartaceis, lanceolatis v. oblongis, e basi ovata, obtusa v. breviter acuta gradatim in acumen elongatum, lineare, obtusiusculum attenuatis, sparse et impresso-, pellucido-punctatis, nitidis, subtus subglabratis, angustissime pellucido-, demum impresso-reticulatis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, gracilibus, folio plerumque brevioribus; floribus pedicellatis; germine biloculari; sepalis acutiusculis, alabastro incumbentibus, demum patentibus, puberulis, intus glabris; bacca oblonga, puberula, 1—2-sperma coronata. Variat:

α. PRASINA: foliis supra laete viridibus, subtus minutissime punctatis, demum impresso-reticulatis.

FRUTEX 15-pedalis, ramosissimus; RAMI teretiusculi; novelli compressi. FOLIA conferta, saepe oblique acuminata, margine basin versus revoluta; PETIOLO 1—1½‴ lg.; lamina 17—27‴ lg.,

4—6‴ lt.; nervo medio basin versus impresso, subtus prominente; venis tenuibus venulisque reticulatis utrinque parum prominulis, pellucidis, tandem supra impressis. Paniculae 10—20‴ lg., 2—3-pliciter ramosae; bracteis bracteolisque valde caducis. Alabastra obovata, 1½‴ lg. Germen 4-ovulatum, disco sericeo terminatum. Sepala 5, ciliolata, exteriora acuta, interiora obtusata. Petala 5, rotunda, concava, subtilissime ciliolata, extus sericea, 1‴ lt. Stamina petalis paullo longiora. Stylus basi sericeus, 2‴ lg. Bacca 4‴ lg., 2‴ lt. Seminis testa subcartilaginea. Embryo generis. (v. in hb. Berol.)

β. opaca: foliis supra cano-virentibus, supra manifeste impresso-punctatis, demum ibique vix impresso-reticulatis. (v. in hb. Vindob.)

Myrciae communi maxime affinis, sed distincta: foliis basi obtusis v. breviter acutis, sparse pellucido-punctatis; venis venulisque pellucidis; sepalis acutiusculis, intus glabris; a *M. pellucida* differt: foliis basi acutioribus, utrinque exacte reticulatis, minute punctatis; paniculis pyramidatis; a *M. leptocalama:* habitu robustiore; pubescentia sericea; foliis exacte reticulatis, pellucido-punctatis; paniculis densioribus plurifloris; floribus pedicellatis; a *M. sericiflora:* foliis basi acutioribus, exactius reticulatis; sepalis alabastro incumbentibus.

Habitat: α. in prov. S. Pauli: Sellow; β. in Novae Granadae prov. Pamplona, floret Aprili: Linden n. 1354. Pl. Vaga.

46. MYRCIA LAEVIGATA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis, alabastris baccisque junioribus dense sericeis; foliis petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis v. lanceolato-oblongis, basi obtusis, gradatim apicem versus obtusiuscule acutatis, nec acuminatis, discoloribus, novellis utrinque minute elevato-reticulatis, adultis impresso-, vix pellucido-punctatis, supra laevigatis, sub lente tenuissime impresso-reticulatis, subtus puberulis, minute reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus, folium saepe superantibus; germine biloculari; bacca oblonga, sepalis obtusis, inflexis, utrinque puberulis coronata, 1—2-sperma. ♄ Variat:

α. canescens: indumento sericeo-canescente.

Rami teretiusculi, glabri; novelli compressi. Folia novella membranacea, supra puberula, punctata, adulta supra cano-virentia, subtus pallide fuscescentia; petiolo 1‴ lg.; lamina 14—20‴ lg., 4—8‴ lt.; nervo supra basin versus subimpresso, subtus prominente; venis venulisque reticulatis, tenuibus, utrinque prominulis, demum supra oblitteratis, oculo armato visibilibus, impressis, subtus parum prominulis, in foliis novellis pellucidis. Paniculae ¾—2¼″ lg., plurifloraе; ramis bracteis lanceolatis, deciduis fultis, infimis saepissime trifloris; flore centrali sessili. Alabastra bracteolis 2, lanceolatis, acutis, ½‴ lg., caducis stipata. Germen sericeum, 4-ovulatum. Sepala 5, ovata, obtusa. (v. in hb. Mart.)

β. brunnea: ramulis paniculisque brunneo-velutinis; foliis novellis subtus dense fuscescenti-sericeis; baccis minute puberulis.

Folia 8—19‴ lg., 3—7‴ lt. Baccae 3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

47. MYRCIA ACUTATA Berg: ramulis foliisque subtus, paniculis et alabastris ochraceo-sericeis, substrigosis; foliis petiolatis, demum chartaceis, ovate lanceolatis, ex obtusa v. rotundata basi sensim apicem versus longissime acutatis, obtusiusculis, supra puberulis, demum glabris, sparse nigrescenti- et obsolete impresso-, pellucido-punctatis, utrinque tenuiter demum supra subimpresso-reticulatis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folium subaequantibus, 2—3-pliciter divaricato-ramosis; floribus ultimis ternis; centrali sessili, lateralibus evidenter pedicellatis; germine biloculari; sepalis intus glabris, extus strigosis, exterioribus minoribus, deltoideis, acutis, interioribus majoribus, ovatis, obtusiusculis. ♄

Rami graciles, teretes, fuscescentes, glabri; novelli compressi. Folia supra cano-viridia, subtus fuscescentia; petiolo 1‴ lg.; lamina 17—28‴ lg., 5—7‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis tenuibus, subpatulis, venulisque reticulatis utrinque prominulis, demum supra subimpressis. Paniculae 18—28‴ lg.; ramis divaricatis, inferioribus 3-floris v. bipartitis 7-floris, superioribus 1-floris. Alabastra obovato-subglobosa, 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco plano, velutino obtectum. Sepala 5, in alabastro erecta, majora ½‴ lg. Petala 5, suborbicularia, ciliolata, extus sericea, ⅝‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 2½‴ lg., ad medium sericeus. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in prov. Piauhiensi: Gardner n. 2606. Pl. Hamadryas.

48. MYRCIA CATHARINAE Berg: ramulis foliisque novellis subtus, racemis germinibusque dense ochraceo-sericeis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, ovato- v. ovate oblongis v. ovate lanceolatis, basi obtusis v. breviter acutis, apice rostrato-acuminatis, pellucido-, haud impresso-punctatis, supra glabratis, subtus demum sparse sericeis, utrinque elevato-, demum supra impresso-reticulatis, limbinerviis; interstitiis angustissimis; racemis axillaribus, gracilibus, 3—5-floris, folio dimidio brevioribus; flore terminali pedicellato; germine biloculari; sepalis ovatis, acutiusculis, intus glabris, extus strigosis. ♄

Rami teretes, glabri; novelli compressi. Folia supra atrovirentia, demum cano-virentia, subtus pallidiora; petiolo ½—1‴ lg.; lamina 8—24‴ lg., 4—8‴ lt.; nervo medio sericeo, demum supra subimpresso, subtus prominente, villoso; venis plurimis venulisque reticulatis, tenuissimis, utrinque primo elevatis, demum supra impressis. Racemi 6—9‴ lg. Alabastra obovata, 1‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco plano, velutino obtectum. Sepala 5, ½‴ lg. Petala 5, subrotunda, extus sericea, 1‴ lg. Stamina petala subaequantia. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Kunth.)

Habitat in insula S. Catharinae ejusdem prov.: Gaudichaud. Pl. Napaea.

49. MYRCIA ROSTRATA DC. ramulis, foliis novellis, paniculis, alabastris canescenti-sericeis; foliis petiolatis, subcoriaceis, linearilanceolatis, apice gradatim ad acumen lineare, longissimum, obtusiusculum angustatis, basi acutis, discoloribus, superne glabratis, splendentibus, impresso-, pellucido-punctatis, subtus nitidis, adpresse pilosiusculis, minute reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, paucifloris, racemosis, folio brevioribus; flore centrali sessili, lateralibus pedicellatis; germine biloculari; bacca ovali v. obovata, 1-sperma, sepalis brevibus, rotundatis, ciliolatis, utrinque sericeis coronata. ♄

Myrcia rostrata DC. Prodr. III. 255. Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 230.? Mart. in Flor. Ratisb. XX. Beibl. II. 81.

Rami teretes, glabri. Folia conferta, saepissime deflexa, interdum fere obtusata, saepe oblique acuminata, margine vix recurva, siccata supra hepatica, subtus pallida; petiolo 2‴ lg.; lamina 27—36‴ lg., 5—8‴ lt.; nervo medio piloso, supra sulcato, subtus elevato; venis tenuissimis, patulis, plurimis, densissimis venulisque reticulatis utrinque prominulis. Paniculae 12—20‴ lg., graciles, simplices. Alabastra obovata, sub calyce constricta, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco tomentoso terminatum. Sepala 5, subaequalia. Petala 5, orbicularia, concava, extus sericea, subtilissime ciliolata, 1‴ lt. Stylus basi sericeus, longe exsertus, 2—2½‴ lg. Bacca 4‴ lg.

(v. in hb. Berol., Mart., Monac., Sonder., Sprengel.) — Ill. Cambessedius huic speciei germen triloculare dat, quam ob rem in incerto habeo, an eadem sit.

Habitat in prov. Minarum: Sellow, Dr. Widgren n. 551.; in silvis caeduis montis altissimi Serra da Piedade: St. Hilaire; nec non in prov. Rio de Janeiro: Sellow, Gaudichaud, Schott n. 467.; in monte Tijuca prope urbem Rio de Janeiro, ad amnem Parahyba et in locis umbrosis prope villam Uba ejusd. prov.: St. Hilaire, et in prov. S. Pauli: Mart. Herb. Fl. Br. n. 37., Raben; in silvis caeduis prope urbem S. Pauli, floret Octobri — Decembri: St. Hilaire. Pl. Oreas, Dryas.

50. MYRCIA OPACA Berg: ramulis, foliis novellis, paniculis, alabastris canescenti-sericeis; foliis petiolatis, chartaceis, lanceolatis v. lineari-lanceolatis, utrinque acutato-attenuatis, apice obtusiusculis, opacis, sparse et minute impresso-, pellucido-punctatis, adultis glabratis, utrinque minute elevato-reticulatis, limbinerviis; paniculis multifloris axillaribus et subterminalibus, folium subaequantibus; floribus ultimis ternis sessilibus; germine biloculari; bacca oblonga, puberula, 1—2-sperma, sepalis obtusis, utrinque sericeis coronata. Variat:

α. angustifolia: indumento densiore; ramulis griseis; foliis angustioribus; paniculis solitariis, folium subaequantibus.

Myrcia Pseudo-Mini DC., forma angustifolia.

Arbuscula 15-pedalis; rami teretes, glabri. Gemmae ochraceo-velutinae. Folia conferta, margine recurva; petiolo 2‴ lg.; lamina 25—34‴ lg., 6—7‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis venulisque utrinque parum prominulis, supra interdum demum medio impressis, junioribus pellucidis. Paniculae 2—3″ lg., tripliciter ramosae; ramis ramulisque bracteatis. Alabastra obovata, ⅝‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, acutis, deciduis stipata. Germen 4-ovulatum, disco sericeo terminatum. Sepala 5, exteriora obtusiuscula, interiora obtusa. Petala 5, rotunda, concava, extus sericea, ciliolata, 1‴ lt. Stamina paullo longiora. Stylus stamina aequans. Bacca 2—3‴ lg. Semen testa cartilaginea obtectum. Embryo generis. (v. in hb. Berol., Monac. et Sonder.)

β. latifolia: indumento laxiore; ramulis paniculisque obscure purpureis; foliis latioribus; paniculis saepe 2-nis, plerumque folio longioribus.

Folia 24—38‴ lg., 6—10‴ lt. Paniculae 2—4″ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat ad ripas, in campis et silvarum margine prov. Rio de Janeiro et S. Pauli, floret Octobri: Sellow; fructificat Decembri: Mart. Hb. Fl. Br. n. 1233. Pl. Dryas.

51. MYRCIA CORCOVADENSIS Berg: ramulis, foliis novellis, paniculis, alabastris sericeis; foliis petiolatis, pergamaceis, lineari-lanceolatis v. lanceolatis, subfalcatis, apice longissime acuminatis, basi in petiolum attenuatis, supra impresso-, pellucido-punctatis, adultis supra nitidis, mox glabris, subtus sparse sericeis, utrinque reticulato-venosis, limbinerviis; racemis gracilibus, simplicibus v. paniculatis, paucifloris, 1—2-nis, axillaribus et subterminalibus, folio dimidio brevioribus; floribus ultimis ternis, centrali subsessili, lateralibus pedicellatis; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis, intus subtilissime puberulis. ♄

Folium: Tabula nostra III. Fig. 47.

Rami teretes, glabri, rugulosi; novelli compressi. Folia cano-virentia; petiolo 3‴ lg.; lamina 2—5½″ lg., 8—12‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis subpatulis, tenuibus, rectis, utroque latere circiter 24, superioribus oblitteratis, utrinque prominulis; venulis interjectis reticulatis, tenuioribus, utrinque parum prominulis. Racemi 1½—3″ lg., plerumque paniculati, apice ramisque infimis elongatis 3-floris, superioribus 1-floris; rhachi ramisque compressis. Alabastra obovata, 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen turbinatum, 4-ovulatum, disco velutino obtectum. Sepala 5, demum patentia. (v. in hb. Berol.)

Habitat in monte Corcovado, ad urbem Rio de Janeiro: Beyrich. Pl. Dryas.

52. MYRCIA SERICIFLORA Berg: ramulis paniculisque fuscescenti-villosis; foliis petiolatis, chartaceis, ovate lanceolatis, gradatim in acumen longissimum, obtusiusculum attenuatis, basi obtusatis, sparse haud impresso-, pellucido-punctatis, utrinque nitidis, supra glabris, laevigatis, subtus demum glabratis, tenuissime reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis gracilibus, plurifloris, axillaribus, folio brevioribus; floribus sericeis, ultimis ternis, centrali sessili; germine biloculari; sepalis ovatis, breviter acutis, in alabastro erectis. ♄

Rami graciles, teretes, glabri; novelli compressi. Folia vix falcata, margine basin versus recurva, novella subtus sericea; petiolo 1‴ lg.; lamina 29—33‴ lg., 6—8‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente, sericeo; venis tenuissimis, subpatulis venulisque utrinque parum prominulis, serius supra oblitteratis, novellis pellucidis. Paniculae 12—15‴ lg., decompositae; ramis bracteis lanceolatis, caducis fultis. Alabastra turbinata, 1‴ lg.; bracteolis 2, lineari-lanceolatis, 1‴ lg., caducis stipata. Germen sericeum, 4-ovulatum. Sepala 5, extus sericea. Petala 5, obovato-subrotunda, extus sericea. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad villam Ypanema in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

53. MYRCIA NITENS Berg: ramulis foliisque novellis paniculisque et alabastris sericeis; foliis petiolatis, submembranaceis, ovate lanceolatis v. oblongo-lanceolatis, basi latioribus ibique acutis, apicem versus longe, suboblique et acutiuscule acuminatis, adultis utrinque glabris, nitidis, creberrime subtilissimeque impresso-, pellucido-punctatis, utrinque tenuissime reticulatis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio brevioribus; flore terminali sessili, lateralibus pedicellatis; bacca oblonga, puberula; sepalis patulis, obtusis, utrinque sericeis, opacis coronata. ♄

Rami teretiusculi, glabri; novelli compressi. Gemmae sericeo-strigosae. Folia pallida; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 20—34‴ lg., 6—9‴ lt.; nervo medio supra basin versus compresso, subtus elevato; venis subpatulis, plurimis, tenuissimis venulisque reticulatis utrinque parum prominulis. Paniculae 1—1½″ lg., decompositae. Baccae 4—5‴ lg., 2—2½‴ lt., disco velutino, subconcavo sepalisque inaequalibus, glandulosis, subpatulis, demum erectis coronatae. Semen testa cartilaginea obtectum. Embryo cotylis foliaceis, contortuplicatis, rostello elongato, inflexo. (v. in hb. Berol.)

In silvis montium Serra d'Estrella prope Corrego Secco (Petropolin) prov. Rio de Janeiro, fructificat Junio: Beyrich. Pl. Dryas.

54. MYRCIA CIARENSIS Berg: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis et alabastris fuscescenti-tomentellis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis v. ellipticis, interdum lanceolatis, utrinque elongato-acuminatis, discoloribus, supra puberulis, demum glabris, nitidis, sparse impresso-, pallide pellucido-punctatis, subtus demum sericeis, utrinque tenuiter demum supra subimpresso-reticulatis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio brevioribus, decompositis; ramis inferioribus 3-floris; flore centrali sessili, lateralibus pedicellatis, superioribus 1-floris; germine biloculari; sepalis extus sericeis, exterioribus minoribus acutiusculis, interioribus majoribus obtusis. ♄

Rami graciles, obtuse 4-goni, glabri; novelli compressi. Folia lamina 16—36‴ lg., 5—10‴ lt.; petiolo 1½—2‴ lg.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis tenuibus, subpatulis venulisque reticulatis utrinque prominulis, demum supra subimpressis. Paniculae 10—20‴ lg. Alabastra obovata, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco plano, velutino obtectum. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in prov. Ceará: Gardner n. 1619. Pl. Hamadryas.

55. MYRCIA RIPARIA Berg: ramulis, foliis novellis subtus paniculisque et germinibus subsericeis; foliis petiolatis, coriaceis, ex ovata et acuta basi oblongo-lanceolatis v. lanceolato-oblongis, in acumen elongatum, lineare, obtusiusculum, saepe subobliquum attenuatis, supra creberrime manifesteque impresso-, pellucido-punctatis, glaberrimis, splendentibus, subtus demum glabris, subtilissime sed exacte elevato-reticulatis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio brevioribus; floribus ultimis ternis, sessilibus v. pedicellatis; germine biloculari; sepalis obtusis, extus glabris, nitidis, intus puberulis, ciliatis.

Frutex 15-pedalis; rami teretes, glabri, novelli compressi, glandulosi. Folia conferta, siccata pallida; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 20—33‴ lg., 6—9‴ lt.; nervo medio supra basin versus impresso, subtus prominente; venis tenuibus, patulis venulisque reticulatis utrinque prominulis, areolis angustissimis. Paniculae decompositae, 1—2″ lg. Alabastra obovata, ⅝‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen disco strigoso, medio concavo terminatum. Sepala 5, exteriora obtusata, interiora obtusa, glandulosa. Petala 5, rotunda, concava, ⅝‴ lt., extus sericea, ciliolata. Stamina 1½‴ lg. Stylus basi sericeus, 2‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad ripas prope praed. Colon. Geraldo in prov. Minarum: Sellow. Pl. Dryas.

56. MYRCIA PAIVAE Berg: ramulis foliisque novellis, paniculis et alabastris adpresse pilosis; foliis membranaceis, lanceolatis v. oblongis, longe angusteque acuminatis, basi in petiolum attenuatis, discoloribus, demum glabris, supra nitidis, creberrime minutissimeque impresso-, pellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus, 1—2-nis, gracilibus, paucifloris, folio brevioribus; germine sericeo, biloculari; sepalis brevibus, obtusatis, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi, glabri; novelli compressi. Folia subtus opaca; petiolo 1‴ lg.; lamina 16—31‴ lg., 4—9‴ lt.; nervo medio supra basin versus subimpresso, subtus prominente; venis plurimis, tenuissimis, erecto-patulis, utrinque parum prominulis, postremo supra impressis; venulis tenuioribus, ramulosis, utrinque vix manifestis. Paniculae ¾—1″ lg., ramis infimis divaricatis. Alabastra ¾‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco velutino obtectum. Sepala 5, subinaequalia, utrinque puberula. Petala 5, subrotunda, dorso puberula, ½‴ lg. Stamina ¾‴ lg. Stylus 1‴ lg. (v. florif. in hb. Monac.)

Paivae, medico Bahiensi, qui de Dorsteniis scripsit, hanc speciem in honorem dixi. — Differt a *M. ambigua DC.:* foliis angustioribus, basi in petiolum attenuatis, minutissime creberrimeque pellucido-punctatis.

Habitat prope Barra do Rio Negro prov. do Alto Amazonas, floret Aprili: R. Spruce n. 1512. Pl. Najas.

57. MYRCIA PSEUDO-MINI DC. (Ch. emend.) ramulis foliisque subtus, paniculis et floribus pilis adpressis, brevibus obtectis; foliis petiolatis, membranaceis, demum chartaceis, junioribus ovali-oblongis, adultis oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis, apice acuminatis, basi acutis v. obtusis, supra creberrime demum impresso-, pellucido-punctatis, glabris, nitidis, demum impresso-, subtus elevato-, reticulato-venosis, limbinerviis, postremo supra laevigatis; paniculis axillaribus, paucifloris, inferioribus folio longioribus, superioribus brevioribus; germine biloculari; sepalis obtusis, utrinque puberulis.

Myrcia Pseudo-Mini DC. Prodr. III. 252., pro maxima parte.

Frutex. Rami teretiusculi; novelli compressi. Folia margine vix recurva, novella supra puberula; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 22—34‴ lg., 7—10‴ lt.; nervo supra plano, subtus elevato; venis plurimis, tenuibus, erecto-patulis venulisque reticulatis utrinque prominulis, demum supra oblitteratis. Paniculae 9—21‴ lg., decompositae v. summae racemosae; rhachi tenui, compressa; ramis arrectis; bracteis stipantibus valde caducis; floribus ultimis ternis, centrali sessili, lateralibus pedicellatis. Alabastra 1½‴ lg., turbinata, sericea; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum. Sepala 5, brevia, ovata. Petala 5, subrotunda, extus sericea, 1½‴ lg. Stamina petala subaequantia. Stylus basi infima sericeus, 2‴ lg. (v. in hb. Mart., Monac. et Sonder., in hoc sub nomine *Myrciae rostratae*, Miq. defin.)

Habitat in silvis prov. Minarum: Dr. Regnell I. 136.; nec non in prov. Rio de Janeiro: M., Pohl, Ackermann. Pl. Oreas, Dryas.

58. MYRCIA AMBIGUA DC. (Ch. emend.) ramulis foliisque novellis, paniculis alabastrisque et baccis adpresse pilosis; foliis breviter petiolatis, confertis, deflexis, chartaceis, ex ovata et obtusa basi in acumen longissimum, lineare, obtusiusculum v. obtusum, saepe obliquum angustatis, discoloribus, adultis glabris, supra nitidis et sparse impresso-, pallide v. obsolete pellucido-punctatis, obsolete venosis, limbinerviis v. aveniis, haud evidenter reticulatis; paniculis axillaribus et subterminalibus, gracilibus; germine biloculari; bacca oblonga, 1-sperma, sepalis brevissimis, obtusiusculis v. acutiusculis coronata. ♄

Myrcia ambigua DC. Prodr. III. 252. Variat:

α. dives *Bg.* foliis ovatis; paniculis 4-pliciter ramosis, ramis divaricatis; alabastris minutis. — *M. ambigua α. DC.* (ex parte). (v. in hb. Monac. et Sonder.)

β. multiflora *Bg.* foliis ovatis v. ovato-oblongis; paniculis tripliciter ramosis, ramis divaricatis; alabastris minutis, — *M. ambigua α. DC.* (ex parte). (v. in hb. Monac., Berol. et Sonder.)

Frutex ramosus; rami arrecto-patentes, teretiusculi, glabri; novelli compressi. Folia margine basin versus revoluta, siccata supra hepatica v. atrovirentia, subtus pallidiora; petiolo 1‴ lg.; lamina 8—24‴ lg., 4—10‴ lt.; nervo medio supra profunde impresso, subtus prominente; venis plurimis, demum subimpressis, tenuissimis, subtus vix manifestis. Paniculae 1—3″ lg., folio longiores v. breviores; rhachi filiformi; floribus ultimis ternis, centrali sessili, lateralibus pedicellatis. Alabastra sericea, ¾‴ lg., bracteolis 2, linearibus, ½‴ lg., caducis stipata. Germen 4-ovulatum, disco plano, velutino obtectum. Sepala 5, brevissima, triangularia, acutiuscula, intus glabra. Petala 5, subrotunda, extus sericea, 1‴ lg. Stamina petala subaequantia. Stylus 1½‴ lg., basi infima puberulus. Bacca 2—3‴ lg.

γ. pauciflora *Bg.* foliis ovato- v. ovate oblongis; paniculis decompositis v. racemosis, ramis divaricatis v. arrectis; alabastris minutis. — *M. ambigua β. DC.* (ex parte). (v. in hb. Monac., Berol. et Vindob.)

δ. silvatica *Bg.* foliis ovatis, junioribus ciliatis, acumine lato, apice parum dilatato, rotundato; paniculis decompositis; alabastris minutis.

Folium: Tabula nostra III. Fig. 45. c.

Myrtus sylvatica Meyer Esseq. 191.

Myrcia sylvatica DC. Prodr. III. 244. Miq. Pl. Sur. 36. cum icone. Linnaea XXII. 171. 794.

Frutex 6—8-pedalis v. arbuscula. Stylus semper solitarius, indivisus, nec styli 3, ut Meyer Esseq. p. 191. descripsit. (v. in hb. Mart. et Berol., Vindob. et Kegel.)

ε. LATIFOLIA *Bg.* foliis majoribus, levius acuminatis; paniculis decompositis; alabastris majoribus.

Folia $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{4}$″ lg., $\frac{1}{2}$—1″ lt.; alabastra $1\frac{1}{2}$‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

ζ. ROSTRATA *Bg.* foliis majoribus oblongis, abrupte rostratis, basi acutis; paniculis decompositis; alabastris minoribus.

Folia 2—$3\frac{1}{4}$″ lg., 7—11‴ lt. Alabastra 1‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Foliis basi obtusis, supra nitidis, sparse impresso-punctatis, aveniis v. leviter venosis, nec reticulatis ab omnibus speciebus affinibus distincta.

Obs. *Myrcia silvatica DC.* a *M. ambigua DC.* non differt: folia enim juniora in utraque specie juventute ciliata serius glabrescunt, forma foliorum in speciminibus Guyanensibus eadem est ac in Brasiliensibus, apex foliorum in exemplaribus Guyanae Batavae mox acutus mox obtusus dilatatusque invenitur; paniculae denique plus minusve compositae et flores utriusque speciei in dichotomiis sessiles reperiuntur; styli tres nunquam adsunt, quam ob rem illam cum hac conjunxi.

Habitat: α. ad ripas fluminis Amazonum: M.; nec non prope Barra do Rio Negro, floret Octobri: R. Spruce n. 1842.; et in vicinia urbis Pará, floret Julio, Augusto: R. Spruce n. 446.; β. ad ripas fluminis Amazonas prov. do alto Amazonas: M.; et in vicinia urbis Santarem prov. Paraënsis: Spruce n. 313.; γ. in Guyana anglica: Rob. Schomburgk n. 454.; in fruticetis prope Colares, ad flumen Rio Pará, floret Junio: Pöppig n. 147.; in prov. Piauhi et Ceará: Gardn. n. 1623.; in prov. Alagoas: Gardn. n. 1304.; in prov. Bahiensi: Sellow, Salzmann, Blanchet n. 2067.; in prov. Goyaz: Sellow, Pohl, Gardner n. 1623.; in prov. Minarum ad flumen S. Francisci: M., Sellow; δ. in Guyana Batava: Hostmann n. 818.; in Surinamo superiore ad Berg en Dal: Wullschlägel n. 197.; in humidis, umbrosis arenosis prope Mariepaston, floret Majo: Kegel n. 1313.; in arenosis ad Joden Savanne, floret Majo — Octobri: Splitgerber, Kegel n. 215., Kappler n. 1699.; ad Jacobina prov. Bahiensis: Blanchet n. 3586.; ε. ad Roraima in Guyana anglica: Rob. Schomburgk n. 680.; ζ. in vicinia Obidos prov. Paraënsis, floret Decembri: Spruce n. 447. Pl. Najas, Hamadryas.

59. MYRCIA SCHÜCHIANA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, racemis et alabastris brunneo-pubescentibus v. villosis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, oblongis v. oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis, basi acutis, apice acuminatis, sparse pellucido-punctatis, supra puberulis, demum nitidis, glabris, sublaevigatis, subtus subglabratis, reticulato-venosis, limbinerviis; racemis axillaribus et subterminalibus, folio aequalibus v. longioribus, simplicibus v. paniculatis, floribus remotiusculis; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusiusculis, ciliolatis, utrinque puberulis. Variat: indumento laxiore et densiore, racemis brevioribus et longioribus, simplicioribus et ramosis. ♄

Rami teretiusculi, glabri; novelli compressi. Folia haud impresso-punctata; petiolo $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$‴ lg.; lamina 1—2″ lg., 5—9‴ lt.; nervo medio supra basin versus vix impresso, subtus prominente; venis erecto- v. subpatulis, tenuibus, supra parum prominulis, demum oblitteratis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque praesertim inferne manifestis. Racemi 1—3″ lg., ramis (si adsunt) abbreviatis. Alabastra obovata, fere 2‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco plano, velutino obtectum. Sepala 5, extus glabriuscula, intus apicem versus puberula, majora $\frac{3}{4}$‴ lg. Petala 5, ovata, ciliolata, extus sericea, $1\frac{1}{2}$‴ lg. Stamina $2\frac{1}{2}$‴ lg. Stylus $3\frac{1}{2}$‴ lg. (v. in hb. Vindob. et Zuccar.)

Differt a *M. polyantha DC.*: foliis basi elongato-angustatis, pellucido-punctatis, angustioribus, sepalis acutioribus; a *M. Schomburgkiana*: foliis evidenter reticulatis, basi haud acuminatis, sparsim punctatis; inflorescentiis magis racemosis, ramis abbreviatis; floribus majoribus; sepalis acutioribus; staminibus styloque longioribus.

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Schüch n. 482. Pl. Dryas.

60. MYRCIA MIKANIANA Berg: ramulis foliisque subtus, paniculis et fructibus junioribus pilis rufis, demum fusco-atris dense tomentosis; foliis breviter petiolatis, membranaceis, demum chartaceis, ovate oblongis v. lanceolatis, e basi latiore subcordata sensim plus minusve acuminatis, discoloribus, novellis superne pubescentibus, crebro pellucido-punctatis, adultis supra glabris, nitidis, subaveniis, subtus subreticulato-venosis, limbinerviis; paniculis divaricato-ramosis, folio longioribus; germine biloculari; bacca oblonga, 1-sperma, sepalis subrotundis, conniventibus, extus tomentosis, intus glabris coronata. ♄

Myrtus Mikaniana Mart. Herb.
Eugenia Mikaniana DC. Prodr. III. 283. Variat:

α. LATIFOLIA: foliis ovate oblongis, acuminatis.

Rami teretiusculi, ad nodos subtetragoni, glabri; novelli compressi. Folia basi revoluta, siccata supra obscura; petiolo 1—$1\frac{1}{2}$‴ lg.; lamina $1\frac{1}{2}$—3″ lg., 6—11‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis patulis, supra rarius visibilibus, subtus venulisque tenuioribus, reticulatis prominulis. Paniculae axillares et subterminales, saepe geminae, $1\frac{1}{2}$—3″ lg.; ramis racemosis. Germen 4-ovulatum, disco tomentoso terminatum. Sepala brevia. Petala 5, subrotunda, extus sericea, ciliolata, 1‴ lg. Stamina 1‴ lg. Bacca 3—5‴ lg. Embryo generis. (v. in hb. Monac.)

β. ANGUSTIFOLIA: foliis ovate lanceolatis, longe acuminatis.

Folia 11—24‴ lg., 3—5‴ lt. Paniculae $1\frac{1}{2}$—3″ lg. Baccae 4‴ lg. (v. in hb. Sonder.)

Not. Hanc praepositam speciem Ill. Candolleus ad Eugeniam duxit, quae autem ob calycem semper 5-sepalum et embryonem cotylis foliaceis, contortuplicatis donatum vera Myrcia habenda est.

Habitat in silvis caeduis secundum flur. Sapucahy, ad Fazenda da S. Barbara etc. in parte australi prov. Minarum: M. Pl. Oreas.

61. MYRCIA SEPIARIA DC. ramulis foliisque novellis subtus, paniculis et alabastris ochraceo-, strigoso-sericeis v. sericeis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, ovate oblongis v. ovate lanceolato-oblongis, basi breviter acutis, apice sensim elongate acuminatis, supra puberulis, demum glabris, splendentibus, sparse obscureque haud impresso-, pellucido-punctatis, subtus adpresse puberulis, tenuiter reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, densifloris, folio brevioribus v. longioribus; germine biloculari; sepalis ovato-rotundatis, extus puberulis. ♄

Myrcia sepiaria DC. Prodr. III. 249.

Rami teretiusculi, novelli subtetragoni. Folia margine recurva; petiolo $1\frac{1}{2}$—2‴ lg., sericeo; lamina $1\frac{1}{2}$—4″ lg., 7—14‴ lt.; nervo medio supra basin versus subimpresso, subtus elevato; venis plurimis, tenuissimis, erecto-patulis venulisque interjectis reticulatis, utrinque parum prominulis. Paniculae compressae, $1\frac{1}{2}$—2″ lg. Alabastra $\frac{3}{4}$‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen sericeum 4-ovulatum, disco velutino terminatum. Sepala 5, brevia, lata. Petala 5, subrotunda, ciliolata, extus sericea, 1‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus fere 3‴ lg. (v. in hb. Mart. et Sonder.)

Habitat in prov. Bahiensi: M. Pl. Hamadryas.

62. MYRCIA VELUTINA Berg: ramulis foliisque annotinis subtus, paniculis alabastrisque dense cano- v. ochraceo-velutinis; foliis petiolatis, chartaceis, lanceolatis v. oblongis, e basi ovata, obtusa v. breviter acuta sensim longissime acuminatis, novellis haud impresso-, obscure pellucido-punctatis, supra sericeis, adultis utrin-

que glabris et tenuiter reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis laxifloris, axillaribus, 1—2-nis, folio brevioribus v. longioribus; floribus ultimis ternis, sessilibus; germine biloculari; sepalis triangularibus, acutiusculis, extus velutinis, intus glabris. ♄ Variat:

α. OCHRACEA: indumento ochraceo; foliis annuis, brevius petiolatis, ovate oblongis, supra opacis; paniculis folio brevioribus, simplicioribus.

RAMI teretes, glabri. FOLIA PETIOLO 1‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 8—11‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, pilosiusculo, subtus prominente; venis utrinque prominulis, tenuibus, subpatulis; venulis interjectis tenuioribus, subtilissime reticulatis, in foliis inferioribus pellucidis. PANICULAE 14—18‴ lg., pauciflorae. BRACTEAE bracteolaeque valde caducae. ALABASTRA turbinata, apice patula, 1½‴ lg. GERMEN 4-ovulatum, disco velutino terminatum. SEPALA 5, patentia, ½‴ lg. PETALA 5, rotunda, extus dorso sericea. (v. in hb. Berol.)

β. CANESCENS: indumento canescenti; foliis biennibus, ovate lanceolatis, supra nitidis; paniculis saepe folio longioribus, ramosioribus.

FOLIA 28—42‴ lg., 7½—12‴ lt.; PETIOLO 2‴ lg.; PANICULAE 12—30‴ lg. (v. in hb. Vindob. et Berol.)

Habitat in prov. Minarum: Sellow; ad Rio Parnahiba et S. Francisco: Pohl n. 1006. Pl. Oreas.

63. MYRCIA COMMUNIS BERG: ramulis, foliis novellis subtus, paniculis, germinibus plus minusve dense pubescentibus; foliis petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis v. oblongo-lanceolatis, basi latiore acutis, apice oblique obtuseque rostrato-acuminatis, supra nitidis, glabris, creberrime impresso-, pellucido-punctatis, subtus tandem glabratis, utrinque praesertim superne anguste et elevato-, demum impresso-reticulatis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio longioribus v. brevioribus; germine biloculari; bacca oblonga, puberula, 1-sperma, sepalis brevibus, obtusis, utrinque sericeis coronata. Variat:

α. LATIFOLIA: ramulis paniculisque brunneis foliisque novellis subtus et alabastris dense pubescentibus; foliis ovate v. ovato-oblongis, obscure pellucido-punctatis; paniculis saepe 2-nis, folio brevioribus, superioribus saepe foliis minutis fultis v. bracteatis; sepalis subrotundo-ovatis, utrinque sericeis, obtusis, exterioribus minoribus obtusatis.

FRUTEX. RAMI teretes, glabri. FOLIA margine praesertim basin versus revoluta; PETIOLO 2‴ lg.; lamina 24—32‴ lg., 7—10‴ lt.; venis tenuibus, erecto-patulis, tandem medio supra impressis. PANICULAE 2—3-pliciter ramosae, 9—20‴ lg. ALABASTRA subglobosa, 1½‴ lg., bracteolis 2, oblongis, 1‴ lg., caducis stipata. GERMEN 4-ovulatum, disco tomentoso obtectum. (v. in hb. Berol. et Sond.)

NOT. Ill. MIQUELIUS hanc varietatem ad *M. puberulam Camb.* cum signo rogationis ducit, ab qua autem forma foliorum, sepalis obtusis, bacca oblonga differt.

β. GLABRATA: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis et germinibus subsericeis mox glabris; foliis oblongis v. oblongo-lanceolatis, obscure pellucido-punctatis; paniculis saepe 2-nis, folio longioribus, gracilibus, bracteis caducis; sepalis ovatis, obtusis, parum puberulis, ciliatis.

FOLIA PETIOLO 1—1½‴ lg.; lamina 17—27‴ lg., 6—8‴ lt. PANICULAE 1½—2″ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Minarum: Pr. Neuwied, Sellow, Dr. Regnell I. n. 135. Pl. Oreas.

64. MYRCIA GARDNERIANA BERG: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis et alabastris brunneo-subvillosis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, ovatis v. ovato-oblongis, basi rotundatis v. subcordatis, obtuse plus minusve acuminatis, discoloribus, supra puberulis, demum glabris, glandulis minutis nigrescentibus, haud impressis, obscure pellucido-punctatis, subtus postremo subglabratis, utrinque reticulatis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, tripliciter patentim ramosis, folio longioribus v. brevioribus; floribus ultimis ternis, centrali sessili, lateralibus pedicellatis; germine biloculari; sepalis inaequalibus, ovatis, obtusis, extus velutinis, intus glabris. ♄

RAMI teretes, glabri; novelli compressi. FOLIA lamina 9—29‴ lg., 5—11‴ lt.; PETIOLO fere 1‴ lg., nervo medio supra plano, subtus elevato; venis subpatulis venulisque reticulatis utrinque prominulis. PANICULAE 20—28‴ lg.; ramis patentibus, inferioribus tripartitis; ramis trifloris. ALABASTRA obovato-subglobosa, 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. GERMEN 4-ovulatum, disco plano, velutino obtectum. SEPALA majora ¾‴ lg. PETALA 5, subrotunda, extus sericea, ciliolata, 1½‴ lg. STAMINA petalis paullo longiora. STYLUS 2‴ lg., basi sericeus. (v. in hb. Vind.)

Habitat in prov. Piauhiensi: Gardner n. 2605. Pl. Hamadryas.

65. MYRCIA IMPRESSA BERG: ramulis, foliis junioribus subtus, petiolis, pedunculis, alabastris puberulis; foliis petiolatis, coriaceis, ovato- v. ovate oblongis, plus minusve obtusiuscule acuminatis, basi breviter acutis, adultis glabris, supra nitidis, impresso-, pellucido-punctatis, subtilissime impresso-reticulatis, subtus venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, cymosis, interdum racemosis; germine biloculari; bacca oblonga, 1—3-sperma, sepalis obtusis, inflexis, sericeis coronata.

FRUTEX 6—10-pedalis; RAMI teretiusculi, grisei, glabri; novelli compressi. FOLIA margine recurva; PETIOLO 2‴ lg.; lamina 14—29‴ lg., 6—10‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis subpatulis venulisque pellucidis supra impressis, subtus parum prominulis. PEDUNCULI rubri, 14—20‴ lg. aut trifidi cymosi aut racemosi pauciflori, plerumque foliis longiores. GERMEN sericeum, 4-ovulatum, disco planiusculo, sericeo terminatum. SEPALA 5, inaequalia, rotundata. STYLUS basi sericeus. BACCA atropurpurea, glabriuscula, 4‴ lg., 2‴ lt., calyce coronata. SEMINIS testa membranacea, pellucida. EMBRYO generis. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Brasilia meridionali, fructificat Novembri: Sellow.

66. MYRCIA OLIGANTHA BERG: ramulis foliisque novellis et pedunculis floriferis pubescentibus; foliis petiolatis, coriaceis, elliptico-oblongis, obtuse acuminatis, basi acutis, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, adultis glabris, nitidis, reticulatis, duplicato-limbinerviis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, 1—5-carpicis, folio brevioribus; bacca globosa, 1—2-sperma, sepalis brevibus, obtusis, erectis coronata. ♄

RAMI teretiusculi, glabri; novelli compressi. FOLIA margine basin versus recurva; PETIOLO 2—3‴ lg.; lamina 15—26‴ lg., 8—9‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato, piloso; venis subpatulis venulisque reticulatis utrinque prominulis; areolis 1-glandulosis; nervo limbali exteriore margini ipsi imposito. PEDUNCULI filiformes, 1—1½″ lg. BACCA 3‴ diametro, glabra, calyce discoque concavo, margine pubescente coronata. SEMEN testa cartilaginea, nitida, badia tectum. EMBRYO generis. (v. in hb. Berol.)

Habitat in campis ad Carambey in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

67. MYRCIA UNDULATA Berg: ramulis, foliis novellis praesertim subtus, cymis, alabastris sericeis; foliis petiolatis, coriaceis, oblongis v. lanceolato-oblongis, anguste obtusiusculeque acuminatis, basi acutis, margine recurvo undulatis, utrinque nitidis, supra sparse et raro impresso-, pellucido-punctatis, subtus pilosiusculis, pellucide reticulato-venosis, limbinerviis; cymis axillaribus et subterminalibus, gracilibus, folio brevioribus, 3—9-floris; flore centrali sessili, lateralibus pedicellatis; germine 2—4-loculari; sepalis ovatis, obtusis, ciliolatis, utrinque tenuissime sericeis. ♄

Ramosissima; rami teretiusculi, laeves, glabri; ramuli compressi. Folia conferta; petiolo 2‴ lg.; lamina 19—24‴ lg., 7—8‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, utroque latere 14—16, supra impressis v. haud manifestis, subtus parum prominulis, obtectis; venulis interjectis reticulatis, supra haud visibilibus, subtus parum prominulis, omnibus pellucidis; areolis 1-glandulosis. Cymae ½—1½″ lg. Alabastra subglobosa, 1½‴ lg.; bracteolis 2, lanceolato-linearibus, acutis, longe ciliatis, sericeis, caducis stipata. Germen 4—8-ovulatum, superne disco tomentello terminatum. Sepala 5. Petala 5, subrotunda, concava, extus sericea, ciliolata, 1½‴ lt. Stamina 1½‴ lg. Stylus basi sericeus, 2‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Brasilia: Sellow.

68. MYRCIA POLYANTHA DC. ramulis foliisque junioribus subtus ad nervum et petiolum, paniculis et alabastris adpresse pubescentibus; foliis petiolatis, coriaceis, ovato-oblongis, basi obtusis, obtusiuscule longe acuminatis, supra glabris, nitidis, impresso-, pellucido-punctatis, demum angustissime impresso-reticulatis, subtus pilosiusculis, demum glabratis, fusco-glandulosis, tenuiter reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folium subaequantibus, apice ramisque infimis trifloris; flore centrali sessili v. racemis simplicibus; germine biloculari; sepalis subrotundis, utrinque puberulis. ♄

α. Orinocensis *Bg.* foliis recurvatis, supra nitidis, obsolete et obscure pellucido-punctatis; floribus paniculatis.

Myrtus Orinocensis Bonpl. Herb., nec non Willd. Herb. n. 9575.

Myrtus polyantha H. B. K. Nov. Gen. Amer. VI. 140. t. 545.

Myrcia polyantha DC. Prodr. III. 255.

Rami teretiusculi, glabri; novelli compressi, superne gemmisque pilis ferrugineis strigosis. Folia lamina 19—42‴ lg., 8—14‴ lt.; petiolo 2—2½‴ lg., setis stipularibus aucto; nervo medio supra basin versus impresso, subtus prominente; venis tenuibus, subpatulis venulisque interjectis reticulatis utrinque parum prominulis, demum supra impressis. Paniculae 2—2½″ lg.; ramis infimis divaricatis. Alabastra obovata, 2½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen dense sericeum, 4-ovulatum, disco plano, magno, velutino obtectum. Sepala 5, subaequalia, majora ¾‴ lt. Petala 5, subrotunda, ciliata, extus dense sericea, 1½‴ lg. Stamina 3—3½‴ lg. Stylus ad medium sericeus, fere 4‴ lg. (v. in hb. Willd. et Kunth.)

Obs. Sepala secundum originalia specimina suborbicularia, nec acuta sunt, ut Ill. Kunthius loco citato dixit et delineavit. Hypanthium floris in citata icone supra germen valde elongatum apparet, sed revera haud productum est, quam ob rem species praeposita ad Myrciam, nec ad Aulomyrciam attinet. Paniculae quoque male pictae sunt, nam rami earum intermedii 1-flori, nec 3-flori inveniuntur.

β. brasiliensis *Bg.* foliis rectis, supra vix nitidulis, crebro pellucido-punctatis; floribus racemosis. (v. in hb. Spreng.)

Habitat: α. ad ripam flum. Atabapi, in missionibus orinocensibus: Humb. et Bonpl.; β. in Brasilia: Graham. Pl. Najas.

69. MYRCIA YPANEMENSIS Berg: ramulis compressis, gemmis petiolisque et paniculis fuscescenti-sericeis; foliis petiolatis, membranaceis, demum chartaceis, ovate v. ovato-oblongis, sensim acuminatis, basi obtusis, utrinque pubescentibus, demum glabris, supra nitidis, creberrime impresso-, pellucido-punctatis, subtus pallidioribus, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, strictis, tripliciter ramosis, inferioribus folio longioribus, summis brevioribus; germine biloculari; sepalis 5, in alabastro patulis, 3 exterioribus acutis, interioribus acutiusculis.

Folium: Tabula nostra III. Fig. 55.

Frutex. Rami teretiusculi, glabri. Folia margine vix recurva; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 20—45‴ lg., 9—16½‴ lt.; nervo supra impresso, subtus elevato; venis plurimis, rectis, tenuibus, subpatulis venulisque reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae 2—4″ lg., rhachi tenui, compressa; ramis arrectis, bracteatis; floribus ultimis ternis, centrali sessili, lateralibus pedicellatis. Alabastra 1½‴ lg., turbinata, sericea, bracteolis 2, lanceolatis, 1‴ lg., caducis stipata. Sepala brevia. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad oppidum Ypanema prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

70. MYRCIA ANCEPS Berg: ramulis ancipitibus, carina magis minusve alatis, glabris; foliis breviter petiolatis, coriaceis, oblongo-lanceolatis v. lanceolatis, sensim longe obtusiusculeque acuminatis, basi obtusis, discoloribus, supra impresso-punctatis, subtus pilosiusculis, mox glabris, nitidis, utrinque reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus saepe geminis, rhachi ancipiti glaberrima; germine sulcato, sericeo, biloculari; bacca oblonga, pentagona, carinata, sepalis ovatis, obtusis, glabriusculis, ciliolatis coronata. ♄ Variat:

Myrtus anceps Spreng. Syst. II. 487. n. 126.
Myrcia piezoclados Mart. Herb.

α. depauperata: ramis alato-ancipitibus; paniculis elongatis, strictis, depauperatis, folium subaequantibus.

Rami glabri, glandulosi. Folia margine praesertim basin versus revoluta, siccata supra cano-virentia, subtus fuscescentia, juniora pellucido-punctata; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 3—5″ lg., 8—14‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus elevato; venis tenuibus, plurimis, patulis, utrinque praesertim superne venulisque interjectis tenuioribus, reticulatis, prominulis. Paniculae tripliciter ramosae, 3—4″ lg., ramis inferioribus geminatis. Alabastra obovata, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum. Sepala 5, brevia. Petala 5, orbicularia, pilis raris inspersa. Bacca 8‴ lg., 3‴ lt. (v. florif. in hb. Berol. et Sprengel., fructif. in hb. Schlechtend.)

β. brevipes: ramis alato-ancipitibus; foliis saepe oblongis, brevius acuminatis; pedunculis axillaribus, 2—3-nis, paucifloris.

Myrtus sylvestris Vell. Flor. Flum. V. t. 64.

Folia 4—5″ lg., 12—20‴ lt. Pedunculi 1″ lg. †

γ. dives: ramis marginato-ancipitibus; paniculis effusis, multifloris, superioribus folio longioribus et ad paniculam terminalem, foliis intermixtam dispositis. (v. florif. in hb. Mart. et Sonder.)

Habitat: α. et β. in prov. Rio de Janeiro, fructificat Septembri: Lhotzky, Sellow; β. ad Coral de Battuba et Paulista prov. Rio de Janeiro, floret Septembri: Pr. de Neuwied n. 105. Pl. Dryas.

71. MYRCIA HAYNEANA DC. ramulis, petiolis nervoque folii medio, paniculis, alabastris pubescentibus; foliis breviter petiolatis, membranaceis, tandem chartaceis, ovato-oblongis, longe acuminatis, basi obtusis v. rotundatis, pellucido-punctatis, utrinque puberulis, ciliolatis, adultis supra glabratis et bullatis, reticulato-penninerviis, sublongiori a margine distantia arcuatim

duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus, folio brevioribus v. aequalibus; germine biloculari; bacca sepalis rotundatis, glabris, ciliolatis coronata, oblonga, 1—2-sperma, glabriuscula. ♄ Variat:

α. GENUINA *Bg.* pube ramulorum patente; paniculis racemosis, folio brevioribus.

Myrtus Hayneana Mart. Herb.
Myrcia Hayneana DC. Prodr. III. 246.

RAMI teretiusculi, glabri; novelli compressi. FOLIA laete viridia; lamina 28—51‴ lg., 10—18‴ lt.; PETIOLO 1—1½‴ lg., basi setis stipularibus nonnullis nigris aucto; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis erecto- v. subpatulis, tenuibus, supra parum prominulis, subtus prominentibus, tandem plicato-elevatis; venulis interjectis primum pellucidis, reticulato-ramosissimis, utrinque prominulis. RACEMI 15—19‴ lg. aut simplices 7-flori, pedicellis 1-floris, aut simpliciter paniculati, apice et ramis infimis 3-floris; flore centrali sessili. ALABASTRA subrotunda, 1‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. GERMEN strigosum, 4-ovulatum. SEPALA 5, concava, ½‴ lg. PETALA 5, subrotunda, 1½″ lg., extus sericea. STAMINA 1½—2‴ lg. STYLUS basi sericeus, 3‴ lg. (v. in hb. Monac.)

β. PARAENSIS *Bg.* pube ramulorum adpressa; paniculis supradecompositis, folium aequantibus.

FOLIA PETIOLO 2‴ lg.; lamina 2½—4″ lg., 1—1½″ lt. PANICULAE tripliciter ramosae, 2½—3″ lg. BACCAE 5‴ lg., 2—2½‴ lt., brunneae. Testa seminis cartilaginea, nitida, palida. (v. fructif. in hb. Monac.)

Habitat: α. in silvis primaevis montanis supra montem pulchrum (Morro Fermozo) et alibi prov. Rio de Janeiro et S. Pauli in confiniis, floret Decembri: M., Pl. Dryas; β. in vicinia urbis Santarem, prov. Paraënsis: Spruce n. 537. Pl. Najas.

72. MYRCIA NEGRENSIS BERG: ramulis novellis petiolisque pubescentibus; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis v. ovate oblongis, acuminatis, basi breviter acutis, pellucido-punctatis, supra glabris, nitidis, subtus pilosiusculis, demum glabratis, pallidioribus, utrinque tenuiter diaphanoque reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis subterminalibus, oppositis, folio brevioribus; ramis infimis dichotomis; germine sericeo, biloculari; sepalis ovatis, puberulis, 1—2 obtusis, reliquis acutiusculis. ♄

RAMULI compressi. GEMMAE sericeo-strigosae. FOLIA PETIOLO basi setis stipularibus nonnullis nigris aucto, 2—2½‴ lg.; lamina 24—40‴ lg., 10—15½‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis tenuibus, subpatulis venulisque reticulatis, diaphanis utrinque prominulis. PANICULAE 3″ lg., rhachi compressa, puberula; ramis superioribus trifloris; floribus in dichotomiis sessilibus, reliquis pedicellatis. ALABASTRA 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. GERMEN 4-ovulatum, disco velutino obtectum. SEPALA 5, ½‴ lg. PETALA 5, orbicularia, extus sericea, 1‴ lg. STAMINA 2‴ lg. STYLUS 3‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Maxime affinis *M. Hayneanae DC.*, sed distincta: foliis longius petiolatis, rigidioribus, minus acuminatis, supra glabris; ramis paniculae infimis dichotomis; sepalis acutiusculis, puberulis.

Habitat secus Rio Negro, inter Barra et Barcellos, prov. do alto Amazonas, floret Novembri: R. Spruce n. 1904. Pl. Najas.

73. MYRCIA BARRENSIS BERG: innovationibus puberulis, demum glabris; foliis petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis, breviter obtusiuscule abrupteque acuminatis, basi breviter acutis, creberrime pellucido-punctatis, supra nitidis, reticulatis, subtus glaucescentibus, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis pyramidatis, multifloris, folio longioribus; germine sericeo, biloculari; bacca ovali, 1-sperma, sepalis brevissimis, obtusis coronata. ♄

RAMI teretiusculi, glabri, superne compressi. FOLIA subtus pallida, margine recurva; PETIOLO 2—3‴ lg.; lamina 28—48‴ lg., 14—20‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus elevato; venis plurimis, subpatulis venulisque interjectis tenuioribus, reticulatis utrinque prominulis. PANICULAE 4½″ lg., validae, compressae. BACCA 6‴ lg. SEMEN testa cartilaginea, pallida, nitida obtectum. EMBRYO cotylis latis, foliaceis, maxime contortuplicatis. (v. in hb. Monac.)

Affinis *M. Hayneanae* et *M. Negrensi*, differt: foliis subtus glaucescentibus; paniculis amplis, folio longioribus; baccis ovalibus.

Habitat in vicinia urbis Barra do Rio Negro prov. do alto Amazonas: R. Spruce n. 1169. Pl. Najas.

δ. OBTUSIFOLIAE. Folia subtus haud exacte tomentosa, apice angustato-obtusa, obtusa v. rotundata, saepe obovata. Flores ad apicem caulis saepissime in paniculis axillaribus et subterminalibus congesti. Sepala obtusa, obtusiuscula.

74. MYRCIA GOYAZENSIS CAMB. (Char. emend.) suffruticosa; caulibus pluribus, plerumque simplicibus, superne alabastrisque albido-tomentosis v. pubescentibus; foliis subsessilibus, coriaceis, lanceolatis v. oblongis, obtusiusculis, glabris v. pube rara inspersis, nitidis, impellucido-punctatis, reticulatis, limbinerviis; floribus ad apicem caulis congestis; germine triloculari; bacca sphaerica, incano-tomentosa, 1-sperma, sepalis latis, rotundatis, puberulis coronata. Variat:

α. ANGUSTIFOLIA *Bg.* foliis lanceolatis; floribus 3—5, subterminalibus, sessilibus; sepalis ovatis, obtusiusculis petalisque glabris.

Myrcia Goyazensis Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 219. t. 143.

CAULES ex eodem trunco subterraneo plures, superne subramosi, 6—12″ lg., inferne glabrati, teretiusculi. FOLIA 1—2½″ lg., 3—6‴ lt.; nervo medio subtus prominente. FLORES 3 superiores a duobus inferioribus remotiusculi. SEPALA 5, 1½‴ lg. PETALA 5, obovato-rotundata, utrinque glabra, ciliolata, 3‴ lg. STAMINA petalis paullo longiora, puberula. BACCA grossulariae magnitudine. SEMINIS testa membranacea. EMBRYO generis. (Camb.) †

β. LATIFOLIA *Bg.* caule superne 15-floro et ultra; foliis oblongis; pedunculis inferioribus axillaribus, folio minuto 2—3-plo longioribus, 3-floris, superioribus basi nudis, 3—1-floris, floribus terminalibus 3; sepalis rotundatis, utrinque petalisque extus puberulis.

CAULIS 1⅓-pedalis; FOLIA 8—16‴ lg., 3—8‴ lt. PEDUNCULI inferiores 8—20‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat: α. in sabulosis montium vulgo Serra dos Pyreneos, in parte australi prov. Goyazensis, floret Junio: St. Hilaire; β. in eadem provincia: Gardner n. 3177. Pl. Oreas.

75. MYRCIA SCHOTTIANA BERG: ramulis foliisque novellis subtus, racemis alabastrisque fuscescenti-villosis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, lanceolatis, e basi latiore obtusa antrorsum sensim obtusiuscule acuminatis, margine revolutis, discoloribus, supra puberulis, mox glabris, nitidis, subimpresso-, impellucido-punctatis, aveniis, subtus sericeis, tenuiter reticulatis, limbinerviis; racemis 3—8-floris, folio plerumque longioribus; germine biloculari; sepalis lanceolato-deltoideis, acutiusculis. ♄

RAMI teretes glabri, novelli compressi. FOLIA margine revoluta; PETIOLO ½—¾‴ lg.; lamina 7—12‴ lg., 2—4‴ lt.; nervo supra basin versus impresso, subtus elevato. RACEMI 8—15‴ lg., pedicellis brevibus, bractea oblonga, 2½‴ lg. fultis. ALABASTRA obovata, 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. GERMEN 4-ovulatum, disco plano, velutino obtectum. SEPALA 5, extus villosa, intus glabra, 1‴ lg. PETALA 5, ovata, ciliolata, extus dorso puberula, 1½‴ lg. STAMINA 2‴ lg. STYLUS 2‴ lg., basi puberulus. (v. in hb. Zuccar. et Vindob.)

Habitat ad Arrayal S. Rita et Bagagem in prov. Goyazensi: Pohl n. 1094. Pl. Hamadryas.

76. MYRCIA RETORTA Camb. caule retorto; ramulis foliisque novellis, paniculis et alabastris lutescenti-puberulis; foliis breviter petiolatis, ellipticis v. obovatis, obtusis, subimpúnctatis, adultis subglabratis, supra nitidis, venosis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio triente v. duplo longioribus; germine biloculari; sepalis brevibus, rotundatis, subaequalibus, erectis, intus pubescentibus; bacca obovata, puberula, 1-sperma, coronata.

Myrcia retorta Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 231.

Arbor 10—15-pedalis; rami teretes, subglabrati; novelli sulcato-angulati. Folia 10—18‴ lg., 5—8‴ lt., margine revoluta; petiolo 1—1½‴ lg.; nervo supra impresso, subtus prominente; venis vix manifestis. Alabastra 1‴ lg., sessilia v. breviter pedicellata, bracteolis 2, ovatis, 1½‴ lg., obtusis, caducis stipata. Germen apice pilosum. Petala 5, obovato-rotundata, concava, extus puberula staminibusque calyce duplo longiora. Stylus stamina paullulum superans. Bacca 2½‴ lg., nigra. Seminis testa membranacea. Embryo generis. (Camb.) †

In campis prope pagum S. Joâo in parte prov. Minarum dicta Minas Novas, nec non in monte altissimo Serra da Piedade ejusdem prov., floret Majo, fructificat Januario: St. Hilaire. Pl. Oreas.

77. MYRCIA SUFFRUTICOSA Berg: pubescens v. puberula; foliis breviter petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis v. oblongis, utrinque gradatim angustatis, obtusiusculis v. acutis, tum apice cuspidatis, utrinque fusco-, impellucido-punctatis et elevato-reticulatis, limbinerviis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, elongatis, cymoso- 3- v. abortu 1-floris; germine canescenti-villoso, biloculari; sepalis ex ovata basi lanceolatis, cuspidatis, utrinque pubescentibus.

Truncus hypogaeus, repens, multiceps, caulibus 3—5″ altis, simplicibus, rarius ramulosis, compressis, pubescentibus. Folia infima minora saepe rotundo-ovalia; petiolo 1‴ lg.; lamina 7—22‴ lg., 4—9‴ lt.; nervo medio superne planiusculo, inferne elevato, villoso; venis venulisque reticulato-ramosissimis, utrinque prominulis. Pedunculi inferiores folio longiores, summi breviores, 7—21‴ lg., triflori, flore centrali sessili, lateralibus pedicellatis, basi bractea lineari, acuta, 3‴ lg. fultis, v. summi uniflori. Alabastra obovata, 2½‴ lg. Germen 4-ovulatum, disco planiusculo, velutino obtectum. Sepala 5, patentia, ¾—1½‴ lg., basi 1‴ lt. Petala 5, obovata, apice dentata, 1½‴ lg. Stamina 4‴ lg. Stylus ad medium puberulus, 3‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in Serra dos Cristaes prov. Goyazensis: Pohl n. 866. 1051. Pl. Oreas.

78. MYRCIA ACUTILOBA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis et alabastris pubescentibus; foliis petiolatis, subcoriaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice obtusiuscule leviter acuminatis, basi breviter acutis, annotinis ciliatis, supra glabris, minute impresso-, pellucido-punctatis, utrinque tenuiter elevato-reticulatis, limbinerviis, adultis supra impresso-reticulatis, subtus sericeis; paniculis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, plurifloris, folium aequantibus v. superantibus; germine biloculari; sepalis brevibus, acutis, extus velutinis. ♄

Rami teretiusculi, glabri; novelli compressi. Folia subtus pallidiora; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 14—23‴ lg., 6—11‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis, venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Paniculae 1—2″ lg., 2—3-pliciter ramosae; floribus ultimis 3-nis, centrali sessili, lateralibus breviter pedicellatis. Alabastra turbinata, ¾‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum. Sepala 5, ovata. Petala 5, subrotunda, extus sericea, 1‴ lg. Stamina stylusque petala aequantia. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in prov. Ceará: Gardner n. 1624. Pl. Hamadryas.

79. MYRCIA OCHRACEA Berg: ramulis foliisque annotinis subtus, paniculis germinibusque ochraceo-tomentosis; foliis biennibus, breviter petiolatis, coriaceis, ovali- v. ovato-oblongis, basi obtusis, apice angustato-obtusis, discoloribus, novellis supra pubescentibus, mox glabris, impresso-, pellucido-punctatis, adultis secundi anni convexis, supra nitidis, glabris, impresso-venosis, sublongiori a margine distantia limbinerviis, subtus subglabratis, tenuiter elevato-venosis; paniculis axillaribus, folio paullo longioribus; germine biloculari; lobis calycinis rotundatis, utrinque puberulis, ciliolatis. ♄

Rami tereti-compressi, glabri; novelli compressi. Folia lamina 11—19‴ lg., 5—10‴ lt.; petiolo 1—1½‴ lg.; nervo medio supra tandem impresso, subtus prominente; venis erecto-patulis, tenuibus, demum supra impressis, subtus prominulis; venulis reticulatis, subtus vix visibilibus. Paniculae 12—20‴ lg., ex inferioribus nodis ramulorum oriundae, infimae folio minuto fultae, superiores axillares, densiflorae; floribus ultimis ternis, centrali sessili, lateralibus pedicellatis. Alabastra subglobosa, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco plano, velutino obtectum. Sepala ½‴ lg. Petala 5, subrotunda, ciliolata, extus puberula, ¾‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg., glaber, basi sericeus. (v. in hb. Mart.)

Habitat in prov. Minarum: Claussen n. 522. Pl. Oreas.

80. MYRCIA GEMMIFLORA Berg: gemmis floriferis albido-tomentosis; ramulis foliisque subtus puberulis; foliis longiuscule petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, basi oblique truncatis v. cuneatis, apice acutatis v. obtusiusculis, utrinque glandulosis, obsolete pellucido-punctatis, discoloribus, supra glabris, minutissime rugulosis, subnitidis, subtus tomentellis, venosis, tenuiter reticulatis, arcuatim limbinerviis; floribus e gemma 1—3-nis, sensim evolutis; pedunculis 1-floris, squama fultis; germine triloculari; sepalis subaequalibus, acutiusculis, extus tomentosis, intus puberulis. ♄

Folium: Tabula nostra III. Fig. 58.

Rami teretiusculi, dichotomi; ramuli compressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia siccata supra albido-virentia, subtus fuscescentia, utrinque nigrescenti-glandulosa; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 14—25‴ lg., 6½—11‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus elevato; venis utroque latere 5—6, arrectis, adscendentibus, arcubus amplis confluentibus, extrorsum iterum ramosis et anastomosantibus, supra oblitteratis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, supra haud visibilibus, subtus prominulis; areolis angustatis. Gemmae squamis paucis, ovatis, extrorsum albido-tomentosis obtectae, axillares et subterminales. Alabastra albido-tomentosa, 3‴ lg.; bracteolis 2, subulatis, 2‴ lg., ciliatis stipata. Germen tomentosum, 6-ovulatum, disco albo-tomentello obtectum. Sepala 5, demum reflexa, 1‴ lg. Petala 5, oblonga, extus villosa, longe ciliata, 2½‴ lg. Stamina petalis paullo breviora. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in prov. Minarum: Gardner n. 4676. Pl. Oreas.

81. MYRCIA ITAMBENSIS Berg: ramulis, foliis junioribus subtus, gemmis, paniculis dense ochraceo-velutinis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, ovato-oblongis v. oblongo-ovalibus, utrinque obtusis v. apice obtusatis, serius glabratis, supra nitidis et creberrime impresso-, impellucido-punctatis, obsolete venosis, arcuatim limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio longioribus; floribus ultimis ternis v. fasciculatis; germine biloculari: sepalis ovatis, obtusis, utrinque velutinis. ♄

Rami teretes, exophloeo delapso glabri. Folia margine recurva, siccata supra flavo-virentia, subtus pallide cinnamomea, nigrescenti-punctata, novella tenuiter puberula; petiolo $1\frac{1}{2}$—$2'''$ lg.; lamina $1\frac{1}{2}$—$2''$ lg., $\frac{3}{4}$—$1''$ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus elevato; venis subdivaricatis, utroque latere 8—10, vix manifestis, supra impressis, subtus prominulis; venulis vix visibilibus. Paniculae 18—28‴ lg., tripliciter ramosae, interdum ad racemos simplices redactae. Alabastra turbinata, $1\frac{1}{2}'''$ lg., sub calyce haud constricta, velutina; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco tomentoso terminatum. Sepala 5. Petala 5, subrotunda, $1'''$ lt., extus sericea. Stamina $1'''$ lg. Stylus $1\frac{1}{2}'''$ lg. (v. in hb. Berol. et Mart.)

Habitat prope oppidum Itambé et aliis locis prov. Minarum: Sellow, Pohl, Claussen, Helmreichen, Gardner. Pl. Oreas.

82. MYRCIA OLEAEFOLIA Camb. ramulis paniculisque rufescenti-puberulis; foliis petiolatis, oblongo-lanceolatis, obtusis, utrinque gradatim angustatis, subtus pallidis, pellucido-punctatis, junioribus ciliolatis nervoque medio subtus puberulis, adultis glabratis, reticulato-venosis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio triente brevioribus, paucifloris; germine biloculari; sepalis ovatis, acutiusculis, ciliatis, erectis. ♄

Myrcia oleaefolia Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 225.

Rami teretiusculi, subglabrati, novelli tetragoni. Folia lamina $1\frac{1}{2}$—$2''$ lg., 4—8‴ lt.; petiolo $3\frac{1}{2}'''$ lg.; nervo medio subtus prominente; venis utrinque prominulis. Flores corymbos paucifloros mentientes, breviter pedicellati, bracteolis 2, lineari-lanceolatis, acutis, $1\frac{1}{2}$—$3'''$ lg. stipati. Alabastra pube longiuscula, rara inspersa, $1\frac{1}{2}'''$ lg., sub calyce parum constricta. Germen apice pilosum. Sepala 5, $\frac{3}{4}'''$ lg., subaequalia. Petala 5, rotundata, concava, glabra, sepalis duplo longiora. Stamina petala superantia. Stylus longitudine petalorum. (Camb.) †

Inter rupes prope vicum Curumatahy, in parte vulgo Sertam prov. Minarum, floret Septembri: St. Hilaire. Pl. Hamadryas.

83. MYRCIA PALUSTRIS DC. ramulis cymisque compressis, gemmis, nervo medio foliorum subtus alabastrisque ochraceo- v. brunneo-strigosis; foliis petiolatis, coriaceis, ovali- v. lanceolato-oblongis v. oblongis basi acutis, discoloribus, adultis subglabratis, subtus elevato-punctatis, tenuiter reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; germine biloculari; cymis trichotomis, axillaribus, folio longioribus; bacca globosa, sepalis brevibus, acutiusculis coronata, 1—4-sperma. ♄

Myrtus palustris Mart. Herb.

Myrcia palustris DC. Prodr. III. 246. Camb. l. c. 224.

Variat:

α. bracteata *Bg.* fruticosa; foliis oblongo-ovalibus, apice rotundatis v. obtusis, impellucido-punctatis, utrinque pilis raris, sparsis obsitis, subtus plus minusve exacte reticulatis; alabastris bracteolis linearibus v. lanceolatis stipatis. (v. in hb. Berol., Mart. et Vindob.)

Folium: Tabula nostra III. Fig. 45. a.

β. stictophylla *Bg.* arborescens; foliis ovali-oblongis, tenuioribus, obtuse acutatis, supra impresso-, fere semper pellucido-punctatis, glabratis, obsolete reticulatis; bracteolis valde caducis. (v. in hb. Berol.)

γ. acutata *Bg.* foliis elliptico-oblongis, obtusiuscule acutatis, impellucido-punctatis, utrinque pilis raris, sparsis obsitis; bracteolis valde caducis. (v. in hb. Berol.)

δ. angustifolia *Bg.* foliis oblongis v. lanceolato-oblongis, obtusiuscule acutatis, supra impresso-, impellucido-punctatis, glabratis, obsolete reticulatis; bracteolis caducis. (v. in hb. Berol.)

Caulis arboreus v. frutescens; rami glabri, laeves. Folia siccata supra fusco-atra, subtus brunnea, novella supra sparsim subtus dense ochraceo-strigosa; petiolo $1\frac{1}{2}$—$2'''$ lg.; lamina 1—$2''$ lg., $\frac{1}{2}$—$1''$ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, utroque latere 8—12-nis, utrinque parum prominulis. Cymae pedunculatae, 1—$2''$ lg., 2—3-pliciter ramosae; floribus ultimis subsessilibus. Alabastra turbinata, $1\frac{1}{2}'''$ lg., sericea, bracteolis 2, linearibus v. oblongis, magis minusve caducis stipata. Germen 4-ovulatum, disco tomentoso terminatum. Sepala 5, lata, brevia, acutiuscula. Petala 5, subrotunda, $1\frac{1}{2}'''$ lg., extus sericea. Stamina $2'''$ lg. Stylus basi sericeus, $3'''$ lg. Baccae $3'''$ diametro, luteae. Seminis testa chartacea. Embryo generis.

Habitat: α. in dumetis sabulosis vulgo Carrascos montis Serra Negro prov. Minarum, floret Februario: St. Hilaire, Pohl; in paludosis ad S. Cruz et Mogy das Cruzes, prov. Rio de Janeiro et S. Pauli, floret Decembri: M.; in campis prope villam S. Leopoldi et Cassapava, prov. Rio Grande do Sul: Sellow; β., γ., δ. in Montevideo, floret Decembri: Sellow. Pl. Dryas, Napea.

84. MYRCIA LITTORALIS DC. ramulis foliisque novellis ad petiolum nervumque medium subtus, paniculis germinibusque pilis albis adpresse pubescentibus; foliis brevissime petiolatis, rigide coriaceis, obovato-oblongis, rarius ovali-oblongis, apice rotundatis, basi cuneatis, adultis glabris, impunctatis, discoloribus, aveniis; paniculis axillaribus, folio multo longioribus, compressis, multifloris; germine biloculari; sepalis brevibus, rotundatis, ciliolatis, extus glabris, intus minute puberulis. ♄

Myrtus littoralis Mart. Herb.

Myrcia littoralis DC. l. c. 249.

Rami teretiusculi, albidi; novelli compressi. Folia supra atrovirentia, subtus fusca; petiolo $\frac{1}{2}'''$ lg.; lamina 15—$19\frac{1}{2}'''$ lg., 9—$12\frac{1}{2}'''$ lt.; nervo medio supra vix impresso. Paniculae circiter $3''$ lg., tripliciter ramosae. Alabastra $\frac{3}{4}'''$ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen turbinatum, 4-ovulatum. Sepala 5, concava, in alabastro globo petalorum breviora. Petala 5, rotundata, extus puberula, $\frac{3}{4}'''$ lg. Stamina petala subaequantia. Stylus $\frac{5}{4}'''$ lg. (v. in hb. Monac.)

Habitat in arboretis maritimis supra sabulum album ad Camamú prov. Bahiensis, floret Decembri: M. Pl. Hamadryas.

85. MYRCIA THYRSOIDEA Berg: glabra; foliis petiolatis, coriaceis, ovalibus v. oblongo-ovalibus, utrinque obtusis v. basi breviter acutis, obsolete impellucido-punctatis, discoloribus, supra lucidis, reticulato-venosis, subtus laevigatis, pallidioribus, venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus, longe pedunculatis, pyramidatis, multifloris, folio longioribus; germine puberulo, biloculari; sepalis subrotundis, ciliolatis. ♄

Rami stricti, rimosi, novelli badii, laeves. Gemmae albido-sericeae. Folia sicca supra fuliginea, subtus rufa, margine revoluta; petiolo $4'''$ lg.; lamina 26—$45'''$ lg., 16—$24'''$ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis distantibus, tenuibus, erecto-patulis, utroque latere circiter 12, utrinque prominulis; venulis interjectis reticulatis, supra prominulis, subtus haud manifestis. Paniculae $4\frac{1}{2}$—$6''$ lg., tripliciter ramosae; rhachi ramisque compressis, badiis, his suberecto-patulis, adscendentibus. Alabastra obovata, sub calyce constricta, $2'''$ lg.; bracteolis 2, oblongis, ciliatis, $1'''$ lg., caducis stipata. Germen brunneo-puberulum, 4-ovulatum. Sepala 5, concava, glabra, nitida. Petala 5, subrotunda, glabra, $1'''$ lt. Stamina petalis longiora. Stylus stamina superans. (v. in hb. Berol.)

Habitat in campis prov. Bahiensis: Sellow. Pl. Hamadryas.

86. MYRCIA LAURIFOLIA Camb. ramulis petiolisque, paniculis et alabastris puberulis; foliis petiolatis, elliptico-oblongis, breviter obtuseque acuminatis, utrinque gradatim angustatis, glabriusculis, supra nitidis, venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio brevioribus, multifloris; germine biloculari; sepalis rotundatis, obtusis, reflexis. ♄

Myrcia laurifolia Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 215.

Rami teretiusculi, glabrati. Folia $2^1/_2$—$4^1/_2$″ lg., 15—24‴ lt.; petiolo 3—4‴ lg.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis subtus prominulis. Paniculae rarius folia aequantes. Alabastra $1^1/_2$‴ lg.; bracteolis 2, ovatis, acutis, hypanthio brevioribus, deciduis stipata. Germen disco glabro terminatum. Petala 5, rotundata, utrinque puberula, sepalis paullo longiora. (Camb.) †

In provincia Minarum? v. in prov. Rio de Janeiro?: Camb. Pl. Dryas.

87. MYRCIA LACERDAEANA Berg: ramulis novellis pedunculisque et alabastris albido-strigosis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongo-ovalibus, obtuse leviter acuminatis, basi acutis, discoloribus, pellucido-punctatis, supra glabris, nitidulis, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis, subtus opacis, pilosiusculis, venosis; pedunculis compressis, 3-, 5- v. 9-floris, lateralibus; germine triloculari; sepalis oblongis, obtusis, in alabastro patulis.

Arbuscula; rami teretiusculi, glabri; novelli compressi. Folia siccata supra atro-virentia, subtus fusco-virentia; petiolo 2‴ lg.; lamina $2^1/_2$—5″ lg., 1—2″ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis, utrinque prominentibus; venulis interjectis reticulatis, supra prominulis, subtus oblitteratis. Pedunculi 1″ lg., basi nudi, oppositi (ex infimo aut rarius intermedio nodo ramuli novelli, apice bifoliati v. supra pedunculos abortientis aphylli et abbreviati), apice 3-radiati, 3-flori, floribus omnibus pedicellatis v. centrali sessili, aut 5-flori, pedicello centrali 3-floro, lateralibus 1-floris, aut 9-flori, pedicellis omnibus 3-floris; floribus in dichotomia sessilibus. Alabastra 3‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen turbinatum, 6-ovulatum. Sepala 5, in alabastro globum petalorum superantia et aperta, utrinque velutina, $1^1/_2$‴ lg. Petala 5, ovalia, ciliata, grosse glandulosa, 3‴ lg. Stamina petalis aequalia. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Not. Speciem hanc in honorem Ill. Lacerda, Protomedici Paraënsis, qui plantas Paraënses illustravit, nominavi.

Habitat in prov. Bahiensi, floret Decembri: Mart. Herb. Fl. Br. n. 1234. Pl. Hamadryas.

88. MYRCIA PYRAMIDATA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis, germinibus rufo-tomentosis; foliis petiolatis, chartaceis, obverse v. elliptico-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi attenuatis, subundulatis, discoloribus, elevato-, impellucido-punctatis, adultis glabratis, nitidis, tenuiter reticulato-penninerviis, duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio longioribus, multifloris; germine biloculari; sepalis obtusis, valde inaequalibus, puberulis, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi, elongati, graciles, laeves, glabri; novelli compressi. Folia siccata supra fusco-atra, subtus hepatica; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 4—$5^3/_4$″ lg., 19—22‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato, puberulo; venis plurimis, tenuibus, erecto-patulis venulisque reticulatis utrinque parum prominulis. Paniculae 4—6″ lg., divaricato- 3—4-pliciter ramosae; floribus conglomeratis. Alabastra obovata, 1‴ lg., bracteolis 2, ovatis, minimis, caducis stipata. Germen 4-ovulatum. Sepala 5, 2 majora rotundata. Petala 3—4, subrotunda, extus puberula, $^3/_4$‴ lt. Stamina petalis paullo longiora. Stylus stamina superans. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Sellow. Pl. Dryas.

9. Cupreae. Indumentum cupreo-sericeum v. velutinum, demum expallens. Folia rigide coriacea, impunctata v. minute glandulosa. Paniculae axillares et subterminales; bracteolis plerumque caducis. Sepala obtusa v. acutiuscula.

89. MYRCIA BERGIANA Berg: ramulis, petiolis foliisque annuis subtus, paniculis alabastrisque cupreo-sericeis; foliis longe petiolatis, coriaceis, ovato-oblongis, basi revolutis, apice sensim leviterque acuminatis, margine recurvis, discoloribus, novellis supra tenuiter rufo-sericeis, cito glabris, splendentibus, impunctatis, utrinque elevato-reticulatis, sublongiori a margine distantia limbinerviis, adultis supra splendentibus, laevigatis, subtus reticulato-venosis, cano-sericeis; paniculis compressis, 2-nis v. bipartitis, folio brevioribus; germine biloculari; sepalis subrotundis, concavis utrinque velutinis. ♄

Eugenia Bergiana Mart. Herb.

Rami tereti-tetragoni, exophloeo delapso glabri; ramuli cano- v. brunneo- subtilissime velutini; novelli valde compressi. Folia lamina $1^1/_2$—5″ lg., 10—30‴ lt.; petiolo crasso 5—8‴ lg.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis tenuibus, erecto-patulis, utrinque prominentibus, demum supra suboblitteratis; venulis interjectis reticulatis, prominulis, demum supra obsoletis; interstitiis amplis. Paniculae $1^1/_2$—3″ lg., 2—3-pliciter ramosae. Alabastra obovata, $1^1/_2$‴ lg.; bracteolis stipantibus valde caducis. Germen 4-ovulatum, disco velutino terminatum. Sepala 5, in alabastro globum petalorum includentia, 1‴ lg. Petala 5, subrotunda, extus basi rufo-velutina, ciliolata, 1‴ lg. Stamina petala aequantia. Stylus staminibus paullo longior. (v. in hb. Berol.) — *M. Pernambucensi* maxime affinis, sed distincta: foliis duplo longius petiolatis, minus breviusque acuminatis, adultis supra haud evidenter reticulatis, interstitiis venularum amplioribus.

Habitat in prov. Bahiensi: Salzmann, Luschnath. Pl. Hamadryas.

90. MYRCIA PERNAMBUCENSIS Berg: ramulis foliisque novellis, paniculis, alabastris cupreo-sericeis, indumento demum expallente; foliis petiolatis, rigide coriaceis, ovato-oblongis, e basi rotundata breviterque acuta antrorsum gradatim lateque acuminatis, discoloribus, supra demum glabris, lucidis, impellucido-punctatis, utrinque elevato-, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus solitariis, subterminalibus binis utrinque; germine biloculari; sepalis rotundatis. ♄

Rami compressi, inferne glabri. Folia margine revoluta, supra atrovirentia; petiolo 2‴ lg.; lamina 26—55‴ lg., 11—22‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis subpatulis venulisque interjectis reticulatis utrinque prominulis, superne medio sulcatis; interstitiis angustissimis. Paniculae $1^1/_2$—$2^1/_2$″ lg., compressae. Alabastra obovata, bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum. (v. in hb. Mart.)

Habitat in prov. Pernambuco: Schornbaum. Pl. Hamadryas.

91. MYRCIA LUSCHNATHIANA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis alabastrisque brunneo- v. cupreo-velutinis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, utrinque gradatim angustatis, apice cuspidatis, basi obtusatis, discoloribus, supra puberulis, mox glabris, nitidis, minute creberrimeque impresso-, pellucido-punctatis, plicato-costatis, oblitterato-reticulatis, subtus elevato-costatis, reticulatis, limbinerviis, pubescentibus; nervis velutinis; paniculis axillaribus, validis, compressis, folio brevioribus; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusiusculis, extus velutinis, intus glabris.

Frutex arborescens. Rami compresso-tetragoni, inferne nigrescenti-velutini. Folia lamina $4^1/_2$—$6^1/_2$″ lg., 30—40‴ lt.; petiolo $1^1/_2$—2‴ lg.; nervo medio supra basin versus subimpresso,

subtus incrassato; venis validis, subpatulis, supra plicato-impressis, subtus elevatis, rectis, distantibus; venulis interjectis reticulatis, supra vix manifestis, subtus prominentibus. Paniculae $1^1/_2$—$3^1/_2$'' lg., ramis floribusque sessilibus bractea fultis. Alabastra obovata, $1^1/_2$''' lg., bracteolis 2, lanceolatis, acutis, pubescentibus, 1''' lg. stipata. Germen 4-ovulatum, disco velutino obtectum. Sepala 5, brevia. Petala 5, alba, subrotunda, extus dorso puberula, ciliolata, 1''' lg. Stylus 2''' lg. (v. in hb. Berol. sub n. 35.)

Habitat in prov. Bahiensi, floret Octobri: Luschnath, Blanchet n 3213. (257.) Pl. Hamadryas.

10. Tomentosae. Indumentum manifeste tomentosum.

92. MYRCIA NOBILIS Berg: ramulis, gemmis, foliis subtus, paniculis, alabastris dense rufo-, tandem canescenti-tomentosis; foliis petiolatis, rigide coriaceis, ovato-oblongis v. ovatis, gradatim acutatis, basi obtusis v. subcordatis, supra nitidis, glabris, subtilissime impresso-, impellucido-punctatis, reticulato-costatis, duplicato-limbinerviis; paniculis pyramidatis, amplis, supradecompositis, multifloris, axillaribus 2-nis, subterminalibus 4, folio brevioribus; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis, tomentosis.

Myrtus firma? Spreng. Syst. II. 487. DC. Prodr. III. 242.

Frutex 12-pedalis et ultra; rami crassi, 3—4'' diametro, teretiusculi, inferne glabri; ramuli valde compressi. Gemmae crassae. Folia crassa, interdum brevissime apiculato-acuminata, margine vix recurva; petiolo crasso, $^3/_4$—1'' lg.; lamina 7—8'' lg., 3—4'' lt.; nervo medio supra planiusculo, velutino, subtus incrassato; venis patulis, rectis, utroque latere sub-18, utrinque praesertim subtus prominentibus; venulis interjectis utrinque praesertim subtus prominulis, reticulatis; areolis amplis. Paniculae $3^1/_2$—$6^3/_4$'' lg., 4—5-pliciter ramosae; rhachi inferne compressa, superne ramis ramulisque 4-gona; floribus ad apices confertis. Alabastra subglobosa, 2'' diametro; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum. Sepala 5. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Brasilia meridionali: Sellow.

93. MYRCIA ? GRANDIFOLIA Camb. ramulis, foliis subtus, paniculis, floribus et fructibus lutescenti-tomentosis; foliis petiolatis, oblongis, acuminatis, supra puberulis, pellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis multifloris, folia aequantibus; germine biloculari; bacca sphaerica, 2—3-sperma; sepalis rotundatis coronata. ♄

Myrcia grandifolia Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 213.

Rami tetragoni, subglabrati. Folia 6—12'' lg., $2^1/_4$—$3^1/_2$'' lt.; petiolo 4''' lg.; nervis supra subimpressis, subtus prominentibus, Paniculae axillares, oppositae, $1^1/_2$—4'' lg. Alabastra 2''' lg., sessilia v. subpedunculata, bracteis 2, oblongis, acutis, concavis, calycem paullulum superantibus stipata. Germen 4-ovulatum, Petala 5, rotundata, tomentosa. Fructus (immaturus) ribes nigri magnitudine. (Camb.) †

In silvis primaevis prov. S. Pauli: St. Hilaire. Pl. Dryas.

94. MYRCIA ? OOCARPA Camb. ramis foliisque subtus ad nervos, paniculis baccisque brunneo-tomentosis; foliis petiolatis, ovato-oblongis, acuminatis, supra glabratis, subtus pubescentibus, pellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, multifloris; bacca ellipsoidea, disperma, sepalis ovatis, obtusis coronata.

Myrcia oocarpa Camb. l. c. 214.

Arbor parva; rami teretes, novelli tetragoni. Folia novella supra puberula, subtus brunneo-velutina; petiolo 5—6''' lg.; lamina 5—8'' lg., $2^1/_2$—$3^1/_2$'' lt.; nervis subtus prominentibus. Paniculae 3—4'' lg. Baccae 5—7''' lg. (Camb.) †

In silvis primaevis ad radicem montis Serra Negra prov. Minarum: St. Hilaire. Pl. Oreas.

95. MYRCIA PIAUHIENSIS Berg: ramulis foliisque subtus, paniculis et alabastris breviter denseque pilis albido-ochraceis, demum expallentibus velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, ovato-oblongis, basi obtusis, apicem versus gradatim obtuse acutatis, discoloribus, supra glabris, minutissime nigrescenti-, impellucido-punctatis, tenuiter reticulatis, subtus elevato-, reticulato-costatis, margini proxime limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, multifloris, folio brevioribus; germine biloculari; sepalis rotundatis, latis, utrinque velutinis. ♄

Rami compressi. Folia supra pallida, recurvata, obliqua; petiolo 5—6''' lg., crasso; lamina 5—7'' lg., 29—38''' lt.; nervo medio supra plano, subtus incrassato; venis subpatulis, supra venulisque reticulatis parum prominulis, subtus prominentibus. Paniculae 3—4'' lg., 3—4-pliciter ramosae. Alabastra turbinata, $1^1/_2$''' lg., bracteolis brevissimis, ovatis stipata. Germen 4-ovulatum, disco planiusculo, velutino terminatum. Sepala 5, inaequalia, majora $^3/_4$''' lg. Petala 5, rotundo-obovata, fere 2''' lg., extus sericea, margine ciliata. Stamina 2''' lg. Stylus staminibus paullo brevior, glaber. (v. in hb. Vindob.)

M. eximiae DC. maxime affinis, sed differt: foliis ovato-oblongis, basi obtusis, punctatis, supra glabris; paniculis densifloris; floribus minoribus.

Habitat in prov. Piauhiensi: Gardner n. 2886. Pl. Hamadryas.

96. MYRCIA ? BRUNNEA Camb. fruticosa; ramulis foliisque subtus et paniculis brunneo-tomentosis; foliis petiolatis ovato-ellipticis, breviter acuminatis, utrinque gradatim angustatis, pellucido-punctatis, supra puberulis, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio dimidio brevioribus, paucifloris; lobis calycinis 5, acutis, erectis, utrinque tomentosis.

Myrcia brunnea Camb. l. c. 219.

Frutex 3—10-pedalis, erectus; rami glabrati, teretiusculi, novelli angulati. Folia 2—4'' lg., 1—2'' lt.; petiolo 3—4''' lg.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis subtus prominulis. Alabastra in ramulis sessilia, bracteis 2, parvulis, lineari-subulatis stipata, 2''' lg., tomentosa. Germen apice pilosum, 2-loculare (3-loculare, teste St. Hilaire). Petala 5, obovata, obtusa, concava, 2''' lg., extus rufo-tomentosa, intus glabra. Stamina petalis paullo breviora. Stylus stamina subaequans. (Camb.) †

In sabulosis montis Serra Negra prov. Minarum, floret Februario: St. Hilaire. Pl. Oreas.

97. MYRCIA FENZLIANA Berg: ramulis, gemmis, foliis novellis subtus, brunneo- v. lutescenti-tomentosis; foliis petiolatis, demum coriaceis, convexis, ovatis v. ovato-oblongis, basi obtusis, apice longe acuminatis v. acutatis, discoloribus, junioribus pellucido-punctatis, supra velutinis, adultis supra glabris, nitidis, tenuissime reticulato-venosis, subtus pubescentibus, ad nervos velutinis, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; paniculis axillaribus, folio dimidio brevioribus, polycarpicis; bacca globosa, 2—4-sperma, sepalis latis, acutiusculis, conniventibus coronata, puberula.

Frutex seu arbuscula 10—15-pedalis. Folia novella micantia, lutescenti-, adulta brunneo-tomentosa, supra atrovirentia; petiolo 4—5''' lg., tomentoso, demum subglabrato; lamina 3—5'' lg., 20—30''' lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus incrassato; venis subpatulis, remotis, utroque latere circiter 18, supra oblitteratis, vix impressis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, supra tenuissime prominulis, subtus prominentibus. Paniculae decompositae, 2—$2^1/_2$'' lg., breviter pedunculatae, puberulae. Bacca atropurpurea, puberula, 3—4''' diametro, sepalis 5, brevibus, puberulis coronata. Semina triangularia v. planoconvexa, hinc carinata, inde conxexa, testa cartilaginea, fusca, nitida obtecta. Embryo cotylis magnis, foliaceis, contortuplicatis, glandulosis: rostello elongato, recurvo.

Maxime affinis *M. brunneae Camb.*, sed distincta: foliis longe acuminatis, reticulato-costatis, basi obtusis, convexis; paniculis polycarpicis, omnino axillaribus; sepalis inflexis; a *M. superba* differt: foliis latioribus, venis remotis; paniculis folio dimidio brevioribus; fructibus in nodis haud glomeratis.

Habitat ad ripas in prov. Minarum, fructificat Octobri: Sellow. Pl. Oreas.

98. MYRCIA SELLOWIANA Berg: ramulis, gemmis, petiolis, foliis novellis paniculisque et alabastris dense ferrugineo-velutinis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi breviter acutis, sparse et minute pellucido-punctatis, adultis superne glabris, nitidis, impresso-costatis, inferne dense pubescentibus, reticulato-costatis, limbinerviis; paniculis axillaribus 2-nis, subterminalibus 4, folio subdimidio brevioribus, floribus fasciculatis; germine biloculari; sepalis subrotundis, obtusiusculis, utrinque velutinis, demum patentibus. ♄
Variat:

α. BULLATA: foliis supra impresso-venosis, subtus reticulato-costatis.

Rami teretiusculi, novelli compressi. Folia petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 57—77‴ lg., 22—30‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato, velutino; venis utroque latere 18—26, rectis, subpatulis, distantibus, supra impressis, subtus valde prominentibus, velutinis; venulis interjectis reticulatis, tenuibus, supra haud manifestis, subtus prominulis. Paniculae 20—48‴ lg., pyramidatae, 2—3-pliciter ramosae, axillares, saepe e ramo brevissimo, gemma terminato oriundae, rhachi valida, floribus fasciculatis, nec glomeratis. Alabastra subglobosa, 1¾—2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, 1—2‴ lg., deciduis stipata. Germen 4-ovulatum, disco concavo, velutino tectum. Sepala 5, ½‴ lt. Petala 5, obovata, 2‴ lg., extus puberula. Stamina fere 3‴ lg. Stylus basi strigosus, 3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

β. COSTATA: foliis supra planis, laevigatis, subtus costatis, nec reticulatis.

Folia 25—69‴ lg., 14—25‴ lt.; petiolo 4—5‴ lg.; paniculae 2—3″ lg. (v. in hb. Vindob.)

Not. Maxime affinis *M. superbae*, sed distincta: foliis brevius petiolatis, chartaceis, evidentius costatis; venis supra impressis; paniculis folio brevioribus; floribus fasciculatis; a *M. Itajurensi Camb.* differt: foliis majoribus, ovato-oblongis, obtuse acuminatis, costato-reticulatis; paniculis folio fere duplo brevioribus.

Habitat in prov. Rio de Janeiro: α. prope Farinha: Sellow; β. prope urbem Rio de Janeiro: Schüch n. 5850. Pl. Drgas.

99. MYRCIA PERFORATA Berg: ramulis foliisque subtus, paniculis et alabastris rubiginoso-tomentosis; indumento demum brunneo; foliis subsessilibus, subcoriaceis, oblongis v. elliptico-oblongis, utrinque gradatim angustatis, apice longiuscule acuminatis, discoloribus, creberrime pellucido-punctatis, supra scrobiculatis, puberulis, demum glabris, subtus reticulato-costatis, limbinerviis; panicuis subterminalibus densifloris, folio paullo brevioribus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, concavis, intus puberulis. ♄

Rami obtuse 4-goni. Folia margine ad basin revoluta, 4½—6½″ lg., 19—33‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis erecto-patulis, rectis, distantibus, supra oblitteratis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, subtus prominulis. Panicula 4½″ lg., tripliciter ramosa; ramis ramulisque bracteatis; floribus densissime glomeratis. Alabastra subglobosa, 2‴ lg., bracteolis membranaceis, oblongis, extus strigosis stipata. Germen pilis rubrescentibus strigoso-villosum, 4-ovulatum, disco medio concavo, margine lato, plano, velutino obtectum. Sepala 5, extus strigoso-villosa, majora 1½‴ lg. Petala 5, subrotunda, extus strigoso-villosa, 1½‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in prov. Minarum: Gardner n. 4663. Pl. Oreas.

100. MYRCIA SUPERBA Berg: ramulis, gemmis, foliis novellis subtus, paniculis, alabastris dense rufo- v. lutescenti-velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, ovato- v. ovate oblongis, e basi, latiore breviterque acuta gradatim acutatis v. leviter acuminatis creberrime pellucido-punctatis, adultis supra glabratis, nitidis, subtus tenuiter tomentosis, ibidem reticulato-costatis, limbinerviis; paniculis multifloris, axillaribus plerumque 2-nis, subterminalibus 4, folio longioribus; floribus ad verticillastros glomeratis; germine biloculari; bacca ovali, puberula, 1—4-sperma, sepalis subrotundis, utrinque velutinis coronata. ♄

Myrtus fulva Spreng. Herb.

Rami tereti-compressi, validi, infra glabri. Folia juniora superne tenui-tomentosa, elevato-glandulosa; petiolo valido, 2—3‴ lg.; lamina 3—6″ lg., 1—2″ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis plurimis, approximatis, rectis, subpatulis v. patulis, supra vix visibilibus, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, supra haud manifestis, subtus prominentibus. Paniculae 3—6″ lg., validae, summae saepe ad thyrsum terminalem confluentes, 2—3-pliciter ramosae, interdum foliis minutis fultae; ramis subpatulis, oppositis, bractea foliacea fultis; verticillastris densis, multifloris, ab invicem remotis. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, obtusis, 1‴ lg. stipata. Germen 4-ovulatum, disco tandem planiusculo, velutino terminatum. Sepala 5, fere 1‴ lg. Petala 5, alba, suborbicularia, ciliolata, 1½‴ lt. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg., basi sericeus. Seminis testa chartacea. Embryo generis. (v. in hb. Berol. et Spreng.)

Not. Sub nomine *Myrti fulvae* in herbario Sprengeliano species praeposita inest, sed cum diagnosi ab Ill. Sprengelio data haud quadrat.

Habitat in prov. Minarum ad S. da Onça et José Teixeira: Sellow. Pl. Oreas.

101. MYRCIA EXIMIA DC. ramulis, gemmis, petiolis, nervo medio, foliis novellis subtus, paniculis alabastrisque ochraceo-velutinis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, oblongo-lanceolatis, basi breviter acutis, apicem versus gradatim acutatis, recurvis, margine undulatis, impunctatis, supra puberulis, adultis subglabratis, subtus puberulis, reticulato-penninerviis, limbinerviis; paniculis axillaribus, laxifloris, folio brevioribus; germine bi-, rarius triloculari; sepalis latis, brevibus, obtusis.

Myrcia eximia DC. Prodr. III. 248.

Rami teretiusculi, glabri; novelli tetragoni. Folia pallida, 48—70‴ lg., 14—21‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis plurimis, erecto-patulis, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis tenuioribus, reticulato-ramosissimis, utrinque prominulis. Paniculae 3—4″ lg., tripliciter ramosae; floribus in dichotomiis ramorum sessilibus. Alabastra 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen saepissime biloculare, loculis biovulatis, supra velutinum. Sepala 5, ¾‴ lata, extus margineque velutina, intus glabra. Petala 5, obovata, extus velutina, 1½—2‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus basi sericeus, 3‴ lg.

Habitat ad flum. Rio S. Francisci, in desertis prov. Minarum: M. Pl. Hamadryas.

102. MYRCIA HILARIANA Berg: ramis paniculisque et foliis novellis subtus brunneo-tomentosis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, oblongo-lanceolatis, acuminatis, novellis supra puberulis, adultis subglabratis, nisi subtus ad nervos brunneo-tomentosis, pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; paniculis folia aequantibus, axillaribus et subterminalibus, multifloris; bacca oblonga, puberula, sepalis ovatis, obtusis coronata, 1-sperma. ♄

Myrcia Formosiana Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 215.

Rami inferne teretes et subglabrati, superne 4-goni brunneoque tomentosi. Folia utrinque gradatim angustata; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 4—5″ lg., 14—18‴ lt.; nervis subtus prominentibus. Fructus sessiles v. subsessiles, 4‴ lg. Semen adscendens, oblongum, testa membranacea obtectum. † — Differt a *M. Formosiana DC.:* indumento densiore; foliis coriaceis, pellucido-punctatis; bacca oblonga, puberula; seminis testa membranacea.

Habitat in silvis primaevis ad radicem montis Serra Negra, in prov. Minarum, fructificat Martio: St. Hilaire. Pl. Oreas.

103. MYRCIA POHLIANA Berg: ramulis, foliis novellis subtus, paniculis et alabastris rubiginoso-tomentosis; foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis, basi acutis, apice longissime sensim acuminatis, supra puberulis, demum glabratis, nitidis, impresso-, vix pellucido-punctatis, minutissime reticulatis, subtus costatis, limbinerviis; paniculis axillaribus, folio paullo brevioribus; ramis divaricatis; germine biloculari; sepalis rotundatis, utrinque tomentosis. ♄

Rami valde compressi, inferne brunneo velutini. Folia lamina 4—5″ lg., 13—16‴ lt.; petiolo 4—5‴ lg.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis plurimis, erecto-patulis, rectis, distantibus, supra obsolete sulcatis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, supra sub lente visibilibus, impressis, subtus tomento obtectis. Paniculae 3½″ lg., rarius geminae, tripliciter ramosae; ramis infimis elongatis, interdum geminis; floribus ultimis 3-nis, sessilibus. Alabastra subrotunda, 1½‴ lg., bracteolis oblongis, extus tomentosis, 1‴ lg., caducis stipata. Germen 4-ovulatum. Sepala 5, brevia. Petala 5, subrotunda, extus velutina, ciliolata. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat ad Fazenda Lopez et Rancho novo in prov. Goyazensi: Pohl n. 1079. Pl. Oreas.

104. MYRCIA GESTASIANA Camb. ramulis foliisque novellis, paniculis et alabastris rufescenti-tomentosis; foliis breviter petiolatis, oblongis, utrinque gradatim angustatis, breviter acuminatis, obsolete pellucido-punctatis, adultis subglabratis, venosis, limbinerviis; paniculis folio multo brevioribus, paucifloris; germine biloculari; sepalis acutis. ♄

Myrcia Gestasiana Camb. l. c. 217.

Rami teretiusculi, subglabrati; novelli angulosi. Folia lamina 3—5″ lg., 1—1½″ lt.; petiolo 2‴ lg.; nervo medio subtus prominente; venis subtus prominulis. Paniculae axillares et subterminales, 1—2″ lg., ramosae, angulatae. Alabastra sessilia, fasciculata, 2‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, acutiusculis, 2‴ lg. stipata. Germen apice tomentosum. Petala 5, ovato-rotundata, concava, denticulata, extus tomentosa, intus glabra, 2½‴ lg. (Camb.) †

In monte Tijuca prope Rio de Janeiro: Gestas. Pl. Dryas.

105. MYRCIA LUTESCENS Camb. ramulis petiolisque, paniculis et alabastris rubiginoso-tomentosis; foliis petiolatis, oblongis, breviter et acute acuminatis, subtus lutescenti-tomentosis, supra excepto nervo glabris, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio longioribus; germine biloculari; sepalis rotundatis. ♄

Myrcia lutescens Camb. l. c. 216.

Rami teretes, griseo-tomentosi; novelli angulosi. Folia margine revoluta; petiolo 6—7‴ lg.; lamina 2½—5″ lg., 15—30‴ lt.; nervo medio subtus prominente. Alabastra sessilia, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen apice tomentosum. Petala 5, rotundata, rubiginoso-tomentosa, calycem paullulum superantia. (Camb.) †

In silvis primaevis montium prope vicum Itabira in prov. Minarum, floret Februario: St. Hilaire. Pl. Oreas.

106. MYRCIA RUBIGINOSA Camb. ramulis petiolisque rubiginoso-tomentosis; foliis petiolatis, oblongis, acuminatis, utrinque gradatim angustatis, supra glabriusculis et nitidis, subtus pubescentibus, raro pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio longioribus, multifloris, lutescenti-tomentosis; germine biloculari; sepalis 5, ovatis, obtusiusculis, puberulis.

Myrcia rubiginosa Camb. l. c. 215.

Arbor parva, oligophylla; rami teretiusculi, subglabrati. Folia lamina 3½—4½″ lg., 14—18‴ lt.; petiolo 3‴ lg.; nervo medio subtus prominente; venis vix manifestis. Paniculae 4—6″ lg. Alabastra 1‴ lg., in ramulis densa, subsessilia, bracteolis 2, minimis, subulatis, hypanthium aequantibus stipata, tomentosa. Germen apice glabrum. Sepala inaequalia. Petala 5, sepalis paullo longiora, rotundata, glabra. (Camb.) †

Inter rupes ad rivulum vulgo Carioca prope Rio de Janeiro, floret Novembri: St. Hilaire. Pl. Dryas.

107. MYRCIA ITAJURENSIS Camb. ramulis foliisque subtus, paniculis et alabastris rufescenti-tomentosis; foliis petiolatis, oblongis, utrinque gradatim angustatis, saepius acutiusculis, supra puberulis, pellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus, folio multo brevioribus; bacca globosa, pubescente, 1—2-sperma, sepalis coronata.

Myrcia Itajurensis Camb. l. c. 220.

Arbor parva; rami teretes, glabrati; novelli 4-goni. Folia lamina 3—4½″ lg., 1½—2″ lt., margine revoluta; petiolo 1—2‴ lg.; nervis subtus prominulis. Baccae grossulariae magnitudine. Testa seminis membranacea. Embryo generis. (Camb.) †

Prope praedium Itajuru de S. Miguel de Mato dentro in prov. Minarum, fructificat Decembri: St. Hilaire. Pl. Oreas.

108. MYRCIA ARBORESCENS Berg: ramulis, gemmis, foliis novellis subtus, paniculis, alabastris pallide ferrugineo-tomentosis; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, utrinque obtusis, supra glabris, nitidis, subtilissime impresso-, impellucido-punctatis, subtus tenuiter ochraceo-tomentosis, tandem subglabratis, reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis 1—2-nis, axillaribus et subterminalibus, inferioribus folio longioribus; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis.

Arbuscula 15-pedalis; rami compresso-teretiusculi, glabri. Folia margine recurva; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 19—27‴ lg., 9—13½‴ lt.; nervo medio supra impresso, tomentello, subtus elevato; venis subpatulis fere rectis, utroque latere 10—12, supra impressis, vix manifestis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, supra vix visibilibus, subtus parum prominulis. Paniculae 20—30‴ lg., 2—3-pliciter ramosae; floribus ad apices ramulorum fasciculatis, sessilibus. Alabastra subglobosa, bracteolis 2, oblongis, caducis stipata. Germen 4-ovulatum. Sepala 5, ovata, obtusa. Petala 5, orbicularia, extus tomentella, ciliolata, 1½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in fruticetis inter Carambay et villam Castro in prov. S. Pauli. Pl. Oreas.

109. MYRCIA ? AFFINIS Camb. ramulis foliisque subtus, paniculis et alabastris brunneo-tomentosis; foliis petiolatis, elliptico-oblongis, acutis, utrinque gradatim angustatis, obsolete pellucido-punctatis, supra glabriusculis; reticulato-venosis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio aequalibus v. paullulum longioribus, multifloris; germine biloculari; sepalis rotundatis, utrinque tomentosis.

Myrcia affinis Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 220.

Arbor parva; rami glabrati, novelli angulati. Folia margine revoluta; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 1½—2½″ lg., 9—12‴ lt.; nervis supra impressis, subtus prominentibus. Alabastra sessilia, bracteolis 2, ovate lanceolatis, acutis, parvis stipata, 1‴ lg. Germen apice tomentosum. Petala 5, obovata, obtusa, concava, extus tomentosa, intus glabra, 2‴ lg. Stamina petala paullulum superantia. Stylus stamina aequans, puberulus. (Camb.) † — *M. brunneae* affinis, sed calyce diversa. (Camb.)

In campis prope oppidum Mogy das Cruzes in prov. S. Pauli, floret Aprili: St. Hilaire. Pl. Oreas.

110. MYRCIA NITIDA Camb. ramulis foliisque subtus, paniculis et alabastris rubiginoso-tomentosis; foliis brevissime petiolatis, oblongis v. ovato-oblongis, basi saepius rotundatis, apice gradatim angustatis, obtusis, adultis supra glabratis, nitidis, impellucido-punctatis, venosis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio paullo brevioribus, multifloris; germine biloculari; sepalis obtusis, demum reflexis.

Myrcia nitida Camb. l. c. 221.

Frutex 4—5-pedalis; rami teretiusculi, subglabrati. Folia 1½—2½″ lg., 7—15‴ lt., novella supra puberula; nervo medio subtus prominente; venis vix manifestis. Alabastra 1‴ lg., subsessilia, laxa, bracteis stipantibus caducis. Germen apice glabriusculum. Petala 5, calycem paullulum superantia, ovata, rubiginoso-tomentosa. Stamina petalis triente longiora. Stylus stamina aequans. (Camb.) †

In montibus prope vicum Itabira in prov. Minarum, floret Februario: St. Hilaire. Pl. Oreas.

111. MYRCIA PAUCIFLORA Camb. ramulis foliisque subtus, paniculis et alabastris rubiginoso- v. brunneo-tomentosis; foliis petiolatis, ovatis v. ovato-oblongis, basi plus minusve angustatis, apice acuminatis, acutis, pellucido-punctatis, supra cinereo-puberulis, venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio brevioribus, paucifloris; germine biloculari; sepalis ovatis, acutis, aequalibus, erectis.

Myrcia pauciflora Camb. l. c. 230. Variat:

α. rubiginosa: foliis majoribus, acuminatis, subtus rubiginoso-tomentosis.

Frutex 5—6-pedalis, caespitosus; rami teretiusculi, griseo-tomentosi, novelli obsolete 4-goni. Folia margine revoluta; petiolo 1½—2½‴ lg.; lamina 1½—2″ lg., 7—10‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis subtus prominulis. Paniculae inferne nudae, superne floriferae. Flores corymbum mentientes, sessiles v. breviter pedicellati. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, oblongo-lanceolatis, acutis, 1—1½‴ lg. stipata. Germen apice pilosum. Petala 5, obovato-rotundata, concava, extus tomentosa, calyce duplo longiora. Stamina stylusque petala paullulum superantia. (Camb.) †

β. brunnea: foliis minoribus, utrinque minus angustatis, non acuminatis, subtus brunneo-tomentosis. †

Habitat: α. ad radices montis Serra Negra prov. Minarum, floret Martio; β. in collibus aridis prope urbem de Ouro Preto, nec non in montibus prope vicum Itabira prov. Minarum, floret Januario et Februario: St. Hilaire. Pl. Oreas.

112. MYRCIA CAMBESSEDEANA Berg: ramulis foliisque subtus, pedunculis alabastrisque villis albis, demum nigricantibus tomentosis; foliis subsessilibus, sparsis, confertis, rigide coriaceis, oblongis v. oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis, obtusiusculis v. acutis, discoloribus, supra novellis villosis, mox glabris, nitidis, impresso-, impellucido-punctatis, subaveniis; racemis subpaniculatis, axillaribus, inferioribus foliatis, paucifloris, folium subaequantibus; pedicellis 3- v. 1-floris; germine triloculari; sepalis deltoideis, acutiusculis, in alabastro patulis. ♄ Variat indumento laxiore et densiore.

Rami exophloeo secedente teretiusculi, glabri; novelli angulati. Folia supra atrovirentia, margine recurva, interdum obsolete venosa; petiolo ½—¾‴ lg.; lamina 6—13‴ lg., 1½—5‴ lt.; nervo medio utrinque prominente. Racemi 6—12‴ lg., 3—11-flori, inferiores foliati, superiores bracteati; pedicellis inferioribus trifloris; floribus lateralibus bractea lineari, 2‴ lg., intermedio bracteis 2, 1½‴ lg. fultis. Alabastra 2‴ lg., albido-strigosa. Germen 6-ovulatum. Sepala 5, in alabastro globum petalorum paullo superantia, subinaequalia, intus apicem versus puberula, majora 1‴ lg., ¾‴ lt. Petala 5, subrotunda, denticulata, glabra. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Differt a *M. nivea:* foliis latioribus, utrinque angustatis; racemis subpaniculatis, folium subaequantibus.

Habitat inter Estrema vicum et Vieira do Mattos praedium in prov. Minarum: Pohl n. 1002. Pl. Hamadryas.

113. MYRCIA ? BUXIFOLIA Gardn. ramulis dense foliosis foliisque junioribus subtus, pedunculis et alabastris albo-tomentosis; foliis breviter petiolatis, ellipticis v. ovato-oblongis, acutis, supra nitidis, glabris; pedunculis axillaribus, trifloris, folia aequantibus; floribus sessilibus; germine biloculari; sepalis ovatis, acutis.

Myrcia buxifolia Gardner in Hook. Lond. Journ. IV. 101.

Frutex 3-pedalis. Folia margine revoluta; lamina 6—8‴ lg., 3—4‴ lt. Petala obovata, pellucido-punctata, extus pubescentia. † — Ob pedunculos trifloros dubito an species praeposita ad Myrciam pertineat; potius Aulomyrcia videtur; sed eam haud vidi.

Habitat in montibus Serra dos Orgãos prov. Rio de Janeiro, floret Martio: Gardner n. 5716. Pl. Dryas.

11. Cordifoliae. Folia cordata v. subcordata, interdum subrotunda.

114. MYRCIA ? RIMOSA Camb. ramulis foliisque subtus et pedunculis rubiginoso-tomentosis; foliis oppositis v. alternis, rarius per 3—4 verticillatis, sessilibus, ovato-oblongis, basi subcordatis, obtusis, subtus elevato-, impellucido-punctatis, venosis; pedunculis axillaribus, inferioribus 1-floris, folio paullo longioribus, superioribus 3—5-floris, folio triente v. duplo longioribus, omnibus ad paniculam terminalem, brevem, laxam, foliosam subconfertis; germine triloculari; sepalis ovatis, acutiusculis, subinaequalibus, extus rubiginoso-puberulis.

Myrcia rimosa Camb. l. c. 239.

Rami teretes, exophloeo rimoso longitudinaliter secedente; novelli subangulosi. Folia 4—7‴ lg., 2—3‴ lt., margine rovoluta; nervo subtus prominulo; venis vix manifestis. Alabastra ½‴ lg., rubiginoso-puberula, bracteolis 2, lineari-subulatis, ½‴ lg., deciduis stipata. Germen apice glabriusculum. Petala 5, calyce duplo longiora, rotunda, concava, extus rubiginoso-puberula. Stamina petala paullulum superantia. Stylus longitudine staminum. (Camb.) † — An Aulomyrciae species? sed eam haud vidi!

In pascuis partis prov. Minarum dictae Sertam: Laruotte. Pl. Hamadryas.

115. MYRCIA ? HIEMALIS Camb. ramulis subtetragonis foliisque novellis et paniculis puberulis; foliis sessilibus, ovatis, basi cordatis, obtusis, glabratis, nitidis, subtus nigrescenti-, impellucido-punctatis, venosis; paniculis axillaribus, folio duplo longioribus, laxifloris; germine triloculari; sepalis brevibus, subinaequalibus, rotundatis, extus glabriusculis, intus puberulis, ciliolatis.

Myrcia hiemalis Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 238.

Frutex 2—5-pedalis; rami teretiusculi, glabrati. Folia 5—9‴ lg., 4—7‴ lt.; nervo medio subtus prominulo; venis vix manifestis. Alabastra 1½‴ lg., glabriuscula, bracteolis 2, subulatis, ½‴ lg., caducis stipata. Germen apice glabrum. Petala 5, sepalis duplo longiora, rotunda, concava, glabra. Stamina longitudine petalorum. Stylus stamina paullo superans. (Camb.) † — An Aulomyrciae species? sed haud vidi!

In campis prope praedium S. Bento, in parte dicta Sertam prov. Minarum, floret Augusto (hieme tropicorum, cum omnibus fere deserti sitientis arboribus folia deciduunt): St. Hilaire. Pl. Hamadryas.

116. MYRCIA HYPOLEUCA Spring: ramulis, foliis subtus, paniculis, alabastris densissime ochraceo-velutinis; tomento demum expallente; foliis breviter petiolatis, coriaceis, orbiculari-ovatis v. suborbicularibus, obtusatis, basi rotundatis v. subcordatis, discoloribus, supra demum glabratis, elevato-, impellucido-punctatis, nitidis, tenuiter reticulatis, arcuatim limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio multo longioribus, paucifloris, ad paniculam terminalem, foliatam dispositis; germine 2—3-loculari; sepalis inaequalibus, ovato-oblongis, acutiusculis, utrinque velutinis, demum patentibus.

Folium: Tabula nostra III. Fig. 56.

Myrcia hypoleuca Spring. Flora XX. Beibl. II. 80.

Fruticulosa. Rami tenues, stricti, glabri; ramuli compressi. Folia antrorsum sensim minora, utrinque interdum rotundata, siccata supra nigrescentia, subtus ochracea, novella supra puberula; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 8—12‴ longa lataque; nervo medio supra planiusculo, tomentello, subtus prominente; venis venulisque reticulatis utrinque praesertim supra prominulis; areolis angustis, 1-glandulosis. Paniculae decompositae, 2—3″ lg. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, linearibus, velutinis, 1‴ lg. stipata. Germen 4—6-ovulatum, velutinum, disco centro glabro, margine velutino terminatum. Sepala 5, majora 1½‴ lg. Petala 5, ovata, extus puberula, ciliolata, 2‴ lg. Stamina numerosissima, 2½‴ lg. Stylus basi sericeus, 3‴ lg. (v. in hb. Berol., Mart., Vindob.)

Habitat in prov. Minarum: Sellow, Lhotzky, Pohl, Schüch. Pl. Oreas.

117. MYRCIA LASIANTHA DC. ramulis novellis foliisque subtus, paniculis et alabastris lutescenti-villosis; foliis sessilibus, cordato-ovatis, coriaceis, supra glabratis, nigrescenti-, impellucido-punctatis, reticulatis, limbinerviis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, folio longioribus, 3—11-floris, ad apicem ramorum in paniculam foliis intermixtam aggregatis; germine biloculari; sepalis ovatis v. ovate lanceolatis, acutiusculis, intus glabris. ♄ Variat:

α. multiflora: foliis subacutis; pedunculis infimis 9—11-floris; sepalis ovatis; stylo villoso.

Myrcia lasiantha DC. Prodr. III. 254.
Myrtus lasiantha Mart. Herb.

Rami rimosi, exophloeo partim secedente; ramuli demum murino-villosi. Folia 5—10″ lg., 4—7‴ lt., novella supra puberula, demum glabra, nitida, adulta subtus saepe canescenti- v. nigrescenti-villosa; nervo supra vix impresso, puberulo, subtus prominente; venis venulisque reticulatis, supra primum prominulis, demum oblitteratis, subtus inconspicuis. Pedunculi infimi ramuli cujusve paniculati, 15‴ lg., ramis infimis trifloris, summi trifiori, 6‴ lg. Alabastra subglobosa, 2‴ lg., bracteolis 2, membranaceis, ovate lanceolatis v. oblongis, acutis, supra glabris, subtus villosis, 2‴ lg., deciduis stipata. Germen 4-ovulatum, disco lato, plano, tomentoso terminatum. Sepala 5, ½‴ lg., extus villosa. Petala 5, subrotunda, extus tomentosa, ciliata, intus glabra, 1½‴ lg. Stamina fere 2‴ lg. Stylus 2‴ lg., inferne villosus. (v. in hb. Mart.)

β. pauciflora: foliis obtusis; pedunculis infimis 5-floris; sepalis ovate lanceolatis; stylo glabro. †

Myrcia lasiantha Camb. l. c. 237.

In prov. Minarum: M.; β. in monte Serra do Caraça: St. Hil. Pl. Oreas.

118. MYRCIA CARDIACA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, racemis alabastrisque pilis pallide rufescentibus v. canescentibus sericeo-velutinis; foliis sessilibus, coriaceis, cordatis, obtusis v. obtuse acutatis, adultis supra glabris, glaucescentibus, subimpresso-, impellucido-punctatis, subtus postremo subglabratis, utrinque tenuiter reticulatis, arcuatim limbinerviis; racemis axillaribus, folio duplo longioribus, 3—5-, rarius 11-floris, pedicellis distantibus, elongatis; germine biloculari; sepalis subrotundis, intus glabris. ♄

Rami tenues, exophloeo delapso glabri; novelli compressi, brunnei. Folia 6—20‴ lg.; 6—13‴ lt., late ovata v. ovato-oblonga; nervo medio supra vix impresso, subtus parum prominente; venis venulisque reticulatis, utrinque parum prominulis. Racemi 1½—3″ lg., brunnei; pedicellis 2—4‴ lg. Alabastra obovata, 3‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum, disco planiusculo, lato, velutino terminatum. Sepala 5, patentia, ⅝‴ lg. Petala 5, subrotunda, extus villoso-sericea, fere 3‴ lg. Stamina petala subaequantia. Stylus 4—4½‴ lg., basi villosus. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Differt a *M. hypoleuca:* foliis sessilibus, concoloribus; a *M. albotomentosa:* foliis minoribus, obtusis; racemis 3—5-floris; a *M. lasiantha:* indumento; foliis majoribus, obtusis et praecipue inflorescentia; a *M. cordifolia:* indumento; racemis laxifloris; a *M. rimosa:* indumento; foliis oppositis, late ovatis; sepalis rotundatis.

Habitat in monte Serra S. Felis, ad Rio Trahiras in prov. Goyazensi: Pohl n. 1007.; ibidem prope Fazenda dos Mosquitos: Pohl n. 1449. Pl. Oreas.

119. MYRCIA ? ANOMALA Camb. caule suffruticoso, pilis albidis hirsuto-pubescente; foliis sessilibus, ovatis, acutis, basi cordatis, puberulis, pellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, brevissimis, 3—5-floris, hirsutis; germine biloculari, hirsuto, lobis calycinis lanceolatis, acutis, erectis, nervosis, extus hirsutis, intus glabris.

Myrcia anomala Camb. l. c. 235. Variat:

α. multiceps *Bg.* caulibus ex eodem trunco hypogaeo pluribus, simplicibus; foliis saepissime alternis; staminibus crebris.

Caules 9—15″ lg., inferne teretes, superne sulcato-angulati. Folia 12—20‴ lg., 8—12‴ lt., margine revoluta; nervo subtus prominente; venis utrinque prominulis. Pedunculi inferiores 6‴ lg., 5-flori, superiores gradatim abbreviati, 3-flori, summi subnulli et ideo flores 3 in axillis superioribus sessiles. Alabastra 2—2½‴ lg., sessilia, bracteolis 2, lanceolatis v. lanceolato-linearibus, acutis, 3—2‴ lg., supra puberulis, subtus hirsutis, reticulatis stipata. Germen apice glabrum. Petala 5, rotunda, glabra, calycem vix superantia. Stamina petalis duplo longiora. Stylus stamina aequans, glaber. (Camb.) †

β. ramosa *Camb.* caule solitario, apice ramoso; foliis oppositis; staminibus abortu 8, 7, 6, saepe 5, petalis alternis.

An Aulomyrciae species? sed eam haud vidi!

Nascitur α. in pascuis ad amnem Rio Jaguary, prov. Rio Grande do Sul, floret Aprili; β. in campis prope Capivary, in prov. S. Pauli, floret Decembri: St. Hilaire. Pl. Napaea.

120. MYRCIA CORDIFOLIA Berg: ramulis foliisque junioribus et bracteis subtus, pedunculis alabastrisque villosissimis; foliis coriaceis, sessilibus, oppositis v. superioribus saepe alternis, rotundo-ovatis, ovatis v. oblongo-ovatis, basi cordatis, apice obtusis, obtusatis, acutis v. acuminatis, supra pilosiusculis, impresso-, impellucido-punctatis, nitidis, angustissime reticulatis, limbinerviis; postremo utrinque subglabratis; pedunculis racemosis v. paniculatis, paucifloris, rarius 1-floris, terminalibus et axillaribus, folio saepe longioribus, ad paniculam terminalem, elongatam, foliatam, dispositis; floribus approximatis, breviter pedicellatis; germine biloculari; sepalis subrotundis v. ovatis, obtusiusculis v. acutis. ♄ Variat:

α. fuscescens: indumento subfuscescenti; sepalis rotundatis, latis, brevibus, intus puberulis.

Rami stricti, foliosi, superne compressi. Folia 6—12‴ lg., 4—8‴ lt., subtus obsolete reticulata. Pedunculi 5—22‴ lg., plerumque racemoso- 5—3-flori, interdum foliis stipantibus deficientibus paniculato- 9—11-flori. Alabastra subglobosa, 2‴ lg., bracteolis 2, oblongis, villosis, caducis stipata. Germen 4-ovulatum, disco planiusculo, tomentoso terminatum. Sepala 5, subrotunda, extrorsum villosa, intus sericea, demum patentia, ½‴ lg. Petala 5, subrotunda, extus sericea, 2‴ lg. Stamina petalis aequilonga. Stylus staminibus longior. (v. in hb. Berol.)

β. nivea: indumento niveo; sepalis ovatis, obtusiusculis, intus glabris.

Frutex 3-pedalis. Folia 6—14‴ lg., 2—8‴ lt. Rami apice sensim in racemos transeuntes. Pedunculi inferiores 1½‴ lg., 5-flori, superiores 3-flori, summi sensim abbreviati, 1-flori. Alabastra 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Sepala 5, subinaequalia, ¾‴ lg. Petala subrotunda, 1¾‴ lg., extus sericea, vix ciliolata. Stamina 2‴ lg. Stylus 2‴ lg. Fructus immaturi ovales, villosissimi. (v. in hb. Berol.)

γ. alba: indumento albo; sepalis ovato-oblongis, acutis v. acutiusculis, intus glabris.

Folia 4—12‴ lg., 3—5‴ lt. Rami apice sensim in racemos transeuntes. Pedunculi inferiores 3-flori, 8—12‴ lg., summi sensim abbreviati, 1-flori. Alabastra 2½‴ lg., bracteolis membranaceis, ovatis, extus villosis, 2—3‴ lg. stipata. Sepala 1½‴ lg. Petala 2½‴ lg,, ciliolata, basi extus sericea. Stamina 3‴ lg. Stylus paullo brevior. (v. in hb. Zuccar.)

δ. acuminata: indumento sordide albo; foliis ovato-oblongis, longe acuminatis; sepalis ovatis, acutis, intus basi sericeis.

Folium: Tabula nostra III. Fig. 45. b.

Folia 9—23‴ lg., 5—8‴ lt. Racemi folio breviores v. aequales, 5—3-flori. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in prov. Minarum: Sellow; δ. in montibus Serra S. Felis ad Rio Trahiras in prov. Goyazensi: Pohl n. 1009. Pl. Oreas.

121. MYRCIA LANUGINOSA Berg: ramulis pedunculisque pilis albido-lutescentibus patentim, foliis novellis bracteisque subtus et alabastris adpresse villosis; foliis sessilibus, coriaceis, ovatis v. ovato-oblongis, basi cordatis, antrorsum sensim acutatis v. obtusiuscule acuminatis, pellucido-punctatis, nitidis, novellis supra puberulis, adultis glabratis, utrinque reticulatis, arcuatim duplicato-limbinerviis; panicula terminali, magna, ramosa, ramis inferioribus foliis, superioribus pedicellisque bracteis stipatis; germine biloculari; sepalis lanceolatis, acutis, in alabastro patulis, villosis. ♄

Tabula nostra XXIV.

Rami teretiusculi, glabri; novelli subcompressi, rufi. Folia 6—20‴ lg., 5—12‴ lt., supra impresso-, subtus elevato-punctata; nervo medio supra plano, subtus elevato; venis venulisque reticulatis utrinque prominulis. Panicula 3—7‴ lg., 2—4-pliciter ramosa, e ramis paniculatis, axillaribus et terminalibus, basi saepissime foliatis, antrorsum bracteatis formata; ramulis ultimis racemoso-3-, 5-, 7-floris; bracteis ovatis, acuminatis, membranaceis. Alabastra 3—4‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, 3—4‴ lg., membranaceis stipata. Germen strigoso-villosum, 4-ovulatum, disco medio subconcavo, velutino obtectum. Sepala 5, intus glabriuscula, 2—2½‴ lg. Petala 5, subrotunda, ciliolata, extus velutina, sepalis aequalia. Stamina 3‴ lg. Stylus staminibus paullo brevior, glaber. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in montibus Serra S. Felis ad Rio Trahiras, prov. Goyazensis: Pohl n. 1008. Pl. Oreas.

122. MYRCIA CANESCENS Berg: ramulis foliisque subtus, paniculis et alabastris cano-tomentosis, demum velutinis; foliis sessilibus, coriaceis, ovatis, basi cordatis, apice obtuse angustatis, discoloribus, junioribus obscure pellucido-punctatis, supra puberulis, adultis glabris, nitidis, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio longioribus; floribus ultimis ternis, centrali sessili; germine biloculari; bacca elliptica, sepalis ovato-subrotundis, obtusis, intus glabriusculis coronata. ♄

Rami subtetragoni, glabri; novelli compressi. Folia 8—21‴ lg., 6—12‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis venulisque reticulatis supra primum prominulis, demum oblitteratis, subtus prominulis. Paniculae 1½—3½″ lg., sub 2- v. 3-pliciter divaricato-ramosae, inferiores saepe foliis parvis fultae. Germen tomentosum, 4-ovulatum, disco plano, medio tomentoso, margine puberulo obtectum. Sepala 5, fere 1‴ lg., extus tomentosa, post anthesin patentia, demum conniventia. Fructus nonnisi immaturus suppetit. (v. in hb. Vindob.)

Habitat ad Arrayal Barra das Velhas prov. Minarum: Pohl n. 343. Pl. Oreas.

123. MYRCIA VERTICILLARIS Berg: ramulis compressis petiolisque et foliis novellis subtus plus minusve albido-villosis; foliis subsessilibus, rigide coriaceis, cordatis, ovatis v. ovato-oblongis, acutatis v. latiuscule acuminatis, basi retusis, obtusis v. acutis, adultis glaberrimis, nitidis, obsolete v. impellucido-punctatis, limbinerviis, utrinque elevato-reticulatis; pedunculis racemosis v. paniculatis, glabris, folio saepissime longioribus: germine biloculari; bacca subglobosa, sepalis ovatis, acutis, ciliatis coronata. ♄ Variat:

α. multicaulis: trunco subterraneo multicauli; caulibus ¾—1½′ altis, strictis, subramosis; foliis ternis, alternis et oppositis, ovatis, basi subcordatis v. obtusis, 8—16‴ lg., 4—8‴ lt.; racemis simplicibus, 3—7-floris aut simpliciter paniculatis, 9—13-floris, 1—2½″ lg.; bracteis bracteolisque ciliatis. (v. in hb. Berol. et Sprengel.)

Myrtus triflora Spreng. Syst. II. 482. pro parte.

Not. Herbario Sprengeliano sub nomine *Myrti triflorae* duae insunt diversae species, quarum altera ab Sprengelio loco citato descripta ad hanc varietatem *Myrciae verticillaris* pertinet, altera autem *Myrcyanthes apiculata* est.

β. glomerata: caule superne ramoso, 1½′ alto, stricto; foliis oppositis, cordatis v. subcordatis, 14—16‴ lg., 7—8‴ lt., sursum sensim minoribus; racemis spicatis, paucifloris, 12—17‴ lg.; floribus quam in ceteris majoribus, sessilibus v. breviter pedicellatis; bracteis bracteolisque ciliatis. (v. in hb. Berol.)

γ. paniculata: trunco subterraneo repente; caulibus epigaeis adscendentibus, strictis, simplicibus, ¾′ altis; foliis oppositis, cordatis, 16—19‴ lg., 10—11‴ lt., sursum minoribus; paniculis gracilibus, tripliciter ramosis, 2½″ lg.; bracteis bracteolisque ciliatis. (v. in hb. Berol.)

δ. LAXA: caule debili, laxo, superne ramoso, 1½′ alto; foliis oppositis, elliptico-oblongis, basi acutis, 12—20‴ lg., 6—9‴ lt.; racemis simplicibus. (v. in hb. Berol.)

ε. PYGMAEA: caulibus plerumque pluribus e trunco subterraneo, simplicibus, 3—4″ altis; foliis oppositis v. ternis, ovato-oblongis v. ovatis, basi acutis, obtusis v. subcordatis, pallide pellucido-punctatis, 12—20‴ lg., 5—9‴ lt.; pedunculis racemoso-3- v. plurifloris, folio brevioribus. (v. in hb. Berol.)

CAULIS exophloeo delapso laevis, suffruticosus. FOLIA pallida, interdum per paria connata, margine cartilagineo planiuscula; PETIOLO brevissimo, nodoso-incrassato, ¼‴ lg.; nervo venisque suberecto- v. subpatulis utrinque prominentibus. ALABASTRA obovata, glabra, 1½—2‴ lg., bracteolis 2, lineari-lanceolatis, acutis stipata. GERMEN 4-ovulatum. SEPALA 5, demum reflexa. PETALA 5.

Habitat in campis et ad ripas in prov. Rio Grande do Sul, nec non in Montevideo, floret Januario: Sellow. Pl. Napaea.

124. MYRCIA DASYBLASTA BERG: ramulis foliisque novellis subtus, gemmis, paniculis, alabastris cano-subvillosis; foliis subsessilibus, annuis, chartaceis, ovatis v. ovato-oblongis, obtusatis, basi subcordatis v. rotundatis, utrinque pubescentibus, demum glabriusculis, fusco-, pellucido-punctatis, obsolete reticulatis, duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio longioribus, 5—15-floris, summis racemosis; germine biloculari; sepalis ovatis, acutiusculis, patentibus, extus pubescentibus, intus glabriusculis. ♄

RAMI obtuse 4-goni, approximato-nodosi, glabri; novelli compressi, brunnei. FOLIA subtus pallidiora; lamina 5—19‴ lg., 4—12″ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis erecto-patulis venulisque tenuissimis, utrinque parum prominulis. PANICULAE 12—22‴ lg., summae folium subaequantes, racemosae, reliquae decompositae, saepe bracteatae, apice ramisque infimis trifloreae; flore centrali sessili, lateralibus pedicellatis. ALABASTRA obovata, adpresse cano-pubescentia, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. GERMEN 4-ovulatum, disco plano, velutino obtectum. SEPALA 5, subinaequalia, majora ¾‴ lg. PETALA 5, orbicularia, concava, extus sericea, ciliolata, 1½‴ lg. STAMINA 2½‴ lg. STYLUS basi sericeus, 2‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat ad urbem Cuyabá, in prov. Matto Grosso: Patricio da Silva Manso, Mart. Hb. Fl. Br. n. 1230. Pl. Oreas.

125. MYRCIA SALZMANNI BERG: ramulis novellis, gemmis, paniculis, germinibus adpresse pilosis; foliis subsessilibus, coriaceis, cordatis v. subcordatis, obtuse acuminatis, obsolete pellucido-punctatis, discoloribus, pubescentibus, demum glabris, supra nitidis, tenuiter reticulatis, subtus obsolete reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; cymis trichotomis, subterminalibus et axillaribus, folio multo longioribus; floribus in dichotomiis sessilibus; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusatis, puberulis, subinaequalibus, ciliolatis. ♄

RAMI teretiusculi, superne compressi. FOLIA siccata supra virentia, subtus opaca, cinnamomea; PETIOLO vix ullo; lamina 10—18‴ lg., 6—12‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, adscendentibus, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, supra prominulis, subtus obsoletis. CYMAE quater tripartitae, 20—24‴ lg. ALABASTRA obovata, 1‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. GERMEN dense sericeum, 4-ovulatum. SEPALA 5, ½‴ lg. PETALA 5, subrotunda, apice ciliolata, 1‴ lg. STAMINA 1½‴ lg. STYLUS glaber, 2‴ lg. (v. in hb. Schlechtend.)

Habitat in sabulosis aridis prov. Bahiensis: Salzmann. Pl. Hamadryas.

126. MYRCIA ? CORDATA CAMB. glabra; foliis sessilibus, ovatis, obtusis, basi profunde cordatis, opacis, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, magnis, ramosissimis, multifloris; germine triloculari; sepalis rotundatis, extus glabris, intus puberulis.

Myrcia cordata Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 237.

FRUTEX tortuosus, CAULE simplici; RAMI teretiusculi, novelli sulcato-angulosi. FOLIA ½—3″ lg., 1—2″ lt.; nervis utrinque prominulis. ALABASTRA 1½‴ lg., bracteolis 2, subulatis, 1‴ lg., ciliolatis stipata. GERMEN apice glabrum. PETALA 5, calyce triente longiora, rotundata, concava, glabra. STAMINA petalis paullo longiora. STYLUS stamina paullulum superans, glaber. (Camb.) † — An Aulomyrciae species? sed eam haud vidi.

In campis petrosis prope tuguria vulgo Sitio do Riberão, in parte australi prov. Goyazensis, floret Septembri: St. Hilaire. Pl. Hamadryas.

127. MYRCIA OCHROIDES BERG: ramulis foliisque novellis, pedunculis et alabastris ochraceo-tomentosis; foliis brevissime petiolatis, coriaceis, ovato-ovalibus, obtusis, basi cordatis, impunctatis, adultis glabratis, supra nitidis, laevibus, subtus obsolete venosis, sub lente minutissime rugosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis subterminalibus, folio longioribus, 1- rarius 2-nis, cymoso- 3- v. racemoso- 5- v. 9-floris; floribus terminalibus et saepe infimis 3-nis, centrali sessili, lateralibus pedicellatis; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis, patulis, subconcavis, utrinque velutinis. ♄

RAMI nodosi, rimosi, glabri; RAMULI 4-goni; novelli compressi. FOLIA pallida, plana, 12—21‴ lg., 7—14‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis, supra planis, subtus prominulis. PEDUNCULI validi; ramis divaricatis. ALABASTRA obovata, 2½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. GERMEN 4-ovulatum, disco lato, plano, velutino obtectum. SEPALA 5, 1—1¼‴ lg. PETALA 5, orbicularia, ciliolata, extus pubescentia, 1½‴ lt. STAMINA 2‴ lg. STYLUS 3‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in prov. Piauhiensi: Gardner n. 2866. Pl. Hamadryas.

† Myrciae species exclusae.

1. M. ALTERNIFOLIA *Miq.*	=	*Aulomyrcia alternifolia Bg.*
2. M. AMAZONICA *DC.*	=	*Aulomyrcia amazonica Bg.*
3. M. ANACARDIAEFOLIA *Gardn.*	=	*Gomidesia anacardiaefolia Bg.*
4. M. ANDROMEDOIDES *Camb.*	=	*Aulomyrcia andromedoides Bg.*
5. M. BANISTERIAEFOLIA *DC.*	=	*Gomidesia banisteriaefolia Bg.*
6. M. BELLA *Camb.*	=	*Aulomyrcia? Bella Bg.*
7. M. BERBERIS *Schauer, Miq.*	=	*Myrcia Kegeliana Bg.*
8. M. BROWNIANA *Gardn.*	=	*Gomidesia? Browniana Bg.*
9. M. CAMARAEANA *DC.*	=	*Aulomyrcia Camaraeana Bg.*
10. M. CAMPESTRIS *DC.*	=	*Aulomyrcia campestris Bg.*
11. M. CAPIVARHYENSIS *Camb.*	=	*Aulomyrcia Capivarhyensis Bg.*
12. M. CASSINOIDES *DC.*	=	*Aulomyrcia cassinoides Bg.*
13. M. CLUSIAEFOLIA *Miq.*	=	*Calyptranthes clusiaefolia Bg.*
14. M. CORDIAEFOLIA, α. *DC.*	=	*Gomidesia Linkiana Bg.*
15. M. CORDIAEFOLIA, β. *DC.*	=	*Gomidesia Pohliana Bg.*
16. M. CORYMBOSA *DC.*	=	*Aulomyrcia corymbosa Bg.*
17. M. CRASSICAULIS *Camb.*	=	*Aulomyrcia crassicaulis Bg.*
18. M. CURATELLAEFOLIA *DC.*	=	*Aulomyrcia curatellaefolia*, α. *grandifolia Bg.*
19. M. DAPHNOIDES *DC.*	=	*Aulomyrcia daphnoides Bg.*
20. M. DEALBATA *DC.*	=	*Aulomyrcia dealbata Bg.*
21. M. DEBILIS *Camb.*	=	*Aulomyrcia? debilis Bg.*
22. M. DECORTICANS *DC.*	=	*Aulomyrcia polymorpha*, δ. *decorticans Bg.*

23. M. DURIUSCULA *DC.* = *Aulomyrcia polymorpha*, α. *duriuscula Bg.*
24. M. ELAEODENDRA *DC.* = *Aulomyrcia elaeodendra Bg.*
25. M. ELEGANS *DC.* = *Calytromyrcia elegans Bg.*
26. M. ELLIPTICA *Gardn.* = *Gomidesia eriocalyx Bg.*
27. M. ELLIPTICAEFOLIA *Camb.* = *Aulomyrcia sphaerocarpa*, γ. *intermedia Bg.*
28. M. ERIOCALYX *DC.* = *Gomidesia eriocalyx Bg.*
29. M. EUGENIOIDES *Camb.* = *Calyptromyrcia? eugenioides Bg.*
30. M. EXSUCCA *DC.* = *Aulomyrcia exsucca Bg.*
31. M. FLORIBUNDA *Miq.* = *Aulomyrcia longipes*, β. *obovata Bg.*
32. M. GAROPABENSIS *Camb.* = *Aulomyrcia Garopabensis Bg.*
33. M. GLAUCA *Camb.* = *Aulomyrcia glauca Bg.*
34. M. HEBEPETALA *DC.* = *Gomidesia hebepetala Bg.*
35. M. HIRTIFLORA *DC.* = *Aulomyrcia hirtiflora Bg.*
36. M. HYPERICOIDES *Camb.* = *Aulomyrcia? hypericoides Bg.*
37. M. IMBRICATA *Gardn.* = *Aulomyrcia imbricata*, δ. *scutulifera Bg.*
38. M. INSULARIS *Gardn.* = *Aulomyrcia insularis Bg.*
39. M. LARUOTTEANA *Camb.* = *Aulomyrcia Laruotteana Bg.*
40. M. LASIOPUS *DC.* = *Aulomyrcia polymorpha*, β. *lasiopus Bg.*
41. M. LAURIFLORA *DC.* = *Aulomyrcia lauriflora Bg.*
42. M. LAXIFLORA *Camb.* = *Aulomyrcia laxiflora Bg.*
43. M. LEUCADENDRON *DC.* = *Aulomyrcia Leucadendron Bg.*
44. M. LEUCOPHLOEA *DC.* = *Aulomyrcia polymorpha*, γ. *leucophloea Bg.*
45. M. LINEARIFOLIA *Camb.* = *Aulomyrcia linearifolia Bg.*
46. M. MACROCARPA *DC.* = *Aulomyrcia macrocarpa Bg.*
47. M. MACROCHLAMYS *DC.* = *Myrcianthes macrochlamys Bg.*
48. M. MARAGNANA *DC.* = *Aulomyrcia Maragnana Bg.*
49. M. MICROCARPA *Camb.* = *Aulomyrcia microcarpa Bg.*
50. M. MONTANA *Camb.* = *Aulomyrcia montana Bg.*
51. M. MUGIENSIS *Camb.* = *Aulomyrcia Mugiensis Bg.*
52. M. MYOPORINA *DC.* = *Eugenia inundata DC.* / *Aulomyrcia glandulosa*, β. *obovata Bg.*
53. M. MYRTILLIFOLIA *DC.* = *Aulomyrcia myrtillifolia Bg.*
54. M. NEESIANA *DC.* = *Aulomyrcia Neesiana Bg.*
55. M. NIGRESCENS *DC.* = *Aulomyrcia nigrescens Bg.*
56. M. NIVEA *Camb.* = *Aulomyrcia nivea Bg.*
57. M. OBLONGATA *DC.* = *Aulomyrcia oblongata Bg.*
58. M. PALLENS *DC.* = *Aulomyrcia pallens Bg.*
59. M. PERTUSA *DC.* = *Aulomyrcia pertusa Bg.*
60. M. PILOSA *DC.* = *Aulomyrcia rosulans Bg.* / *Aulomyrcia alloiota*, β. *subcordata Bg.* / *Aulomyrcia aureo-lanata Bg.*
61. M. PINIFOLIA *Camb.* = *Aulomyrcia pinifolia Bg.*
62. M. POLYANTHA *DC.* = *Aulomyrcia polyantha Bg.*
63. M. PRUNIFOLIA, α. β. *DC.*, *nec Camb.* = *Aulomyrcia prunifolia Bg.*
64. M. PRUNIFOLIA, γ. *DC.* = *Aulomyrcia confusa Bg.*
65. M. PRUNIFOLIA *Camb.* = *Aulomyrcia longipes Bg.*
66. M. PSEUDO-MINI, forma ANGUSTIFOLIA *DC.* = *Myrcia opaca Bg.*
67. M. PUBERULA *Miq.*, *nec Camb.* = *Myrcia communis*, α. *latifolia Bg.*
68. M. PUBESCENS *DC.* = *Gomidesia Casaretteana Bg.* / *Gomidesia Mikaniana Bg.*
69. M. PUBIFLORA *DC.* = *Aulomyrcia pubiflora Bg.*
70. M. PUNCTATA *DC.* = *Eugenia punctata Vahl.*
71. M. RACEMULOSA *DC.* = *Aulomyrcia imbricata*, α—γ. *Bg.*
72. M. RAMULOSA *DC.* = *Aulomyrcia ramulosa Bg.*
73. M. RETICULATA *Camb.* = *Gomidesia reticulata Bg.*
74. M. RETICULOSA *Miq.* = *Aulomyrcia reticulosa Bg.*
75. M. ROSTRATA, α. *Camb.*, *nec DC valde incerta!*
    M. ROSTRATA, β. BRUNNEA *Camb.* = *Myrcia rufula Miq.*
76. M. RUBELLA *Camb.* = *Aulomyrcia rubella Bg.*
77. M. RUFIPES *DC.* = *Aulomyrcia rufipes Bg.*
78. M. SALICIFOLIA *DC.* = *Aulomyrcia salicifolia Bg.*
79. M. SCHRANKIANA *DC.* = *Aulomyrcia Schrankiana Bg.*
80. M. SPECTABILIS *DC.* = *Gomidesia spectabilis Bg.*
81. M. SPHAEROCARPA *DC.* = *Aulomyrcia sphaerocarpa*, α. *gracilis Bg.*
82. M. SPHAEROCARPA *Gardn.* = *Aulomyrcia Fenzliana Bg.*
83. M. SPIXIANA *DC.* = *Calyptromyrcia Spixiana Bg.*
84. M. STRIGIPES *Mart.* = *Marlierea strigipes Bg.*
85. M. SUAVEOLENS *Camb.* = *Aulomyrcia suaveolens Bg.*
86. M. SUBALPESTRIS *DC.* = *Aulomyrcia subalpestris Bg.*
87. M. SUBCORDATA *DC.* = *Aulomyrcia subcordata Bg.*
88. M. TORTA *DC.* = *Aulomyrcia torta Bg.*
89. M. TRIFLORA *Camb.* = *Aulomyrcia ramulosa*, α. *triflora Bg.*
90. M. VARIABILIS *DC.* = *Aulomyrcia variabilis Bg.*
91. M. VENULOSA *DC.* = *Aulomyrcia venulosa Bg.*
92. M. VESTITA, α. *DC.* = *Aulomyrcia vestita Bg.*
93. M. VESTITA, β. *DC.* = *Aulomyrcia thyrsiflora*, δ. *obtusifolia Bg.*
94. M. VESTITA, β. OBTUSIFOLIA *Camb.* = *Aulomyrcia corymbiflora Bg.*
95. M. VIRGATA *Camb.* = *Aulomyrcia virgata Bg.*

X. MYRCEUGENIA BERG.

MYRTI *et* EUGENIAE *species auctor.*

ALABASTRA aperta, basi bibracteolata. HYPANTHIUM (calycis tubus auct.) supra germen haud productum. GERMEN inferum, 2—4-loculare, multiovulatum; OVULA sporophoris centralibus affixa. SEPALA 4, lanceolata, acuta, in alabastro erecta, globo petalorum longiora, persistentia. PETALA 4, margini libero angusto hypanthii affixa. STAMINA cum petalis inserta, creberrima; FILAMENTA libera, praefloratione introflexa; ANTHERAE oblongae v. ellipticae, dorso supra basin fixae, superne glandula terminatae, biloculares; LOCULIS margine longitudinaliter dehiscentibus; GRANULA POLLINIS lenticulari-trigona, triporosa. CARPOPHYLLA 2—4, verticem germinis et stylum formantia. STYLUS filiformis. STIGMA simplex. BACCA disco plano, lato obtecta, sepalis coronata, abortu 2—4-sperma. SEMINA subreniformia, integumento exteriore membranaceo, interiore pellucido obtecta. EMBRYO exalbuminosus, COTYLIS foliaceis, contortuplicatis; ROSTELLO longissimo, ambitum fere circumdante.

Arbores v. frutices; foliis exstipulatis, oppositis, glanduloso-punctatis, integerrimis; limbinerviis; pedunculis axillaribus, 1-floris, rarius racemosis; floribus plerumque majoribus.

1. MYRCEUGENIA MONTEVIDEENSIS Berg: ramulis novellis foliisque subtus, pedunculis et alabastris pube tenui, lutescenti-alba velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, oblongis v. lanceolato-oblongis, utrinque acutatis, discoloribus, supra puberulis, mox glabris, impresso-, impellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, folio 2—3-plo brevioribus; germine triloculari; sepalis lanceolatis, acutis, utrinque velutinis.

Frutex 6-pedalis, ramosus; rami teretes, laeves, cinerei; ramuli compressi. Folia margine recurva; petiolo 2‴ lg.; lamina 16—20‴ lg., 5½—7‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, vix ramulosis. Pedunculi 6—8‴ lg., compressi. Alabastra obovata, 3‴ lg.; bracteolis 2, lanceolatis, acutis, velutinis, 2‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco plano, velutino terminatum. Sepala 4, in alabastro erecta, globo petalorum duplo longiora, demum patentia, tandem reflexa, 2¼‴ lg., 1‴ lt. Petala 4, subrotunda, ciliolata, 2‴ lg. Stamina petalis paullo breviora. Stylus basi pubescens, 3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

2. MYRCEUGENIA MYRTOIDES Berg: ramulis, petiolis, foliis subtus, pedunculis, bracteis, alabastris, baccis magis minusve albido-villosis; foliis breviter petiolatis, rigidis, lanceolatis v. oblongis, acutatis, cuspidatis, basi breviter acutis v. obtusiusculis, superne impresso-, impellucido-punctatis, puberulis, tandem glabratis, obsolete venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, oppositis, petiolum aequantibus; bacca turbinata, oligosperma, sepalis lanceolatis, acuminatis coronata. ♄ Variat:

α. conferta: arbuscula 10-pedalis ramosissima; ramis densis, confertis floribusque lutescenti-albido-villosis; foliis brevius petiolatis, confertis, lanceolatis, minoribus, 12—16‴ lg., 3—5‴ lt., subtus velutino-villosis; germine triloculari; sepalis basi latioribus. (v. in hb. Berol.)

β. stricta: frutex 5—10-pedalis; ramis elongatis, raris, novellis foliisque subtus et floribus tenuiter albo-velutinis; foliis laxioribus, oblongis v. ovali-oblongis, majoribus, 12—22‴ lg., 4½—9‴ lt.; germine 4-loculari; sepalis lanceolatis.

Tabula nostra III. Fig. 59. (folium) et Tab. XXV.

Rami teretiusculi, laeves, glabri; ramuli compressi. Folia petiolo ½—2‴ lg.; nervo medio subtus prominente; venis parum prominulis. Pedunculi ½—2‴ lg. Alabastra prismatico-ovata, 3—4‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, acutis, 3—4‴ lg., persistentibus stipata. Germen disco plano, velutino terminatum, sporophoris breviter bilamellatis, multiovulatis. Sepala 4, utrinque velutina, in alabastro erecta, globo petalorum longiora, demum patentia, 3—4‴ lg. Petala 4, obovato-rotunda, extus puberula, ciliata, 2—2½‴ lg. Stamina stylusque petalis aequalia. Bacca 3‴ lg., sepalis coronata, 4-sperma. Semen testa membranacea obtectum. Embryo cotylis foliaceis, corrugato-contortuplicatis; rostello tereti, elongato. (v. in hb. Berol.)

A *M. Cambessedeana* differt: indumento; foliis brevius petiolatis, duplo minoribus, impellucido-punctatis; sepalis glandula rotundata destitutis.

Habitat: α. ad ripas fluminis Yrapuá, nec non in silvis in Montevideo, floret Novembri: Sellow; β. in fruticetis ripariis ad Rio Pardo in Montevideo, floret Novembri: Sellow. Pl. Napaea.

3. MYRCEUGENIA MYRCIOIDES Berg: ramulis foliisque subtus, pedunculis alabastrisque et baccis subtilissime canescenti-sericeis; foliis longiuscule petiolatis, rigidis, lanceolatis, acuminatis, basi angustatis, obscure pellucido-punctatis, discoloribus, supra glabriusculis, subtus venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, 1—2-nis, validis, compressis, 1-floris, folio brevioribus; germine triloculari; sepalis late lanceolatis, acutis; bacca obovato-rotundata, coronata, 2-sperma.

Eugenia myrcioides Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 254.

Arbor 15-pedalis; rami teretes; novelli compressi, subancipites. Folia siccata supra opaca, obscura, subtus ochraceo-canescentia, nigrescenti-punctata; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 2—3½″ lg., ½—1″ lt. nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis plurimis, tenuibus, suberecto-patulis, supra vix visibilibus, subtus prominulis. Pedunculi 6—10‴ lg. Alabastra subgloboso-ovalia, 3‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, concavis, 1—2‴ lg., interdum caducis stipata. Germen loculis circiter 20-ovulatis. Sepala 4, in alabastro subvalvata, aequalia, intus ad basin saepe glandula rotundata instructa, coriacea, 2‴ lg., basi 2‴ lg., sensim angustata. Petala 4, obovata, extus sericea, ciliolata. Stamina 3‴ lg. Stylus 4‴ lg. Bacca cerasi magnitudine virescens. Semen testa membranacea obtectum. Embryo generis. (St. Hil.) (v. florif. in hb. Sonder.) — Specimina in *prov. Minarum* lecta foliis brevioribus, pedunculis longioribus, defectu glandulae calycinae ab iis in *prov. Rio de Janeiro* crescentibus differunt.

Habitat in prov. Minarum, ad Caldas: Dr. Regnell I. n. 130.; nec non in silvis prope Rio de Janeiro, fructif. Septembri: St. Hil. Pl. Oreas, Dryas.

4. MYRCEUGENIA SELLOWIANA Berg: ramulis foliisque novellis fructibusque et sepalis gilvo-velutinis; foliis petiolatis, rigide coriaceis, orbiculari-ovalibus v. ovalibus, utrinque breviter acutis, supra demum glabris, nitidis, impresso-, impellucido-punctatis, subtus postremo subglabratis, venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, solitariis, 1-carpicis, folio duplo brevioribus; bacca hemisphaerico-turbinata, 1—3-sperma, sepalis maximis, coriaceis, erectis, ex ovata basi lanceolatis coronata.

Frutex 5—10-pedalis, ramosus; rami teretiusculi, glabri, laeves. Folia margine revoluta, pallida, interdum oblongo-ovalia; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 11—17‴ lg., 8—12‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis tenuibus, subpatulis v. patulis, utroque latere 8—10, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis vix visibilibus. Pedunculi fructiferi 2—4‴ lg. Bacca 3‴ diametro, bracteolis 2, ex ovata basi lanceolatis, 3‴ lg. stipata, disco plano, lato, velutino sepalisque 3‴ lg., 2‴ lt. coronata, 1—3-locularis, mesocarpio aurantiaco, insipido. Semina subreniformia, testa tenui obtecta. Embryo cotylis foliaceis, contortuplicatis; rostello longissimo, ambitum fere circumdante. (v. in hb. Berol.)

Habitat in campis ad S. Antonio da Patrulha, in prov. Rio Grande do Sul, fructificat Aprili: Sellow. Pl. Napaea.

Subtrib. II. **EUGENIOIDEAE** Berg. Germen inferum v. semiinferum, 2—4-loculare, 4- multiovulatum. Calyx clausus, calyptratim v. longitudinaliter rumpens v. 4—6-lobus. Petala 4—6. Stamina plurima, libera; antherae biloculares, longitudinaliter dehiscentes. Stylus solitarius, stigma simplex. Fructus baccatus v. drupaceus. Seminis testa membranacea, arcte adhaerens v. cartilaginea, nitida. Embryo cotylis carnosis, discretis v. margine v. omnino conferruminatis; rostello saepissime abbreviato.

CONSPECTUS GENERUM.

I. Hypanthium supra germen vix v. haud productum.
  A. Sepala 4.
    1. Hypanthium cylindricum, petala calyptratim caduca; germen biloculare, multiovulatum. . . . . CARYOPHYLLUS.
    2. Hypanthium subglobosum v. ooideum; germen 2—4-loculare, multiovulatum.
      a. Flores axillares, laterales, subterminales, rarissime terminales; sepala brevia, obtusa, rarius acuta. . EUGENIA.
      b. Flores praecoces, e gemma oriundi, squama fulti.
        α. Sepala magna, foliacea, in alabastro aperta, erecta. . . . . PHYLLOCALYX.
        β. Sepala oblonga v. lanceolata, in alabastro clausa. . . . . STENOCALYX.
  B. Sepala 5; germen biloculare, multiovulatum. . . . . MYRCIANTHES.
II. Hypanthium supra germen valde productum.
  A. Fructus baccatus v. drupaceus, tunc pyrenis chartaceis.
    1. Alabastra clausa.
      a. Calyx demum calyptratim circumscissus et deciduus. . . . . MITRANTHES.
      b. Calyx tandem longitudinaliter direptus. . . . . CALYCORECTES.
    2. Alabastra non omnino clausa, tandem ad germinis verticem longitudinaliter direpta. . . . . SCHIZOCALYX.
    3. Alabastra aperta.
      a. Germinis loculi biovulati. . . . . MYRCIARIA.
      b. Germinis loculi multiovulati.
        α. Calyx integer aut repandus; petala calyptratim concreta et caduca. . . . . SYZYGIUM.
        β. Calyx 4—5-lobus.
          * Hypanthium turbinatum, basi attenuatum. . . . . JAMBOSA.
          ** Hypanthium cylindricum, usque ad germinis verticem circumscissum. . . . . SIPHONEUGENIA.
        γ. Calyx 6-lobus. . . . . HEXACHLAMYS.
  B. Drupa pyrenis 1—4, crassis, sublignosis v. coriaceis. . . . . AULACOCARPUS.

XI. CARYOPHYLLUS Tournefort.

Caryophyllus *Tourn. Instit. t. 432. Linn. Gen. 669. Rumpf. Amb. II. 1—3. Lam. Encl. 417. Gärtn. Fruct. I. 167. t. 33. Blume in litt. DC. Prodr. III. 261. Desc. Ant. VIII. 566. Hayne Arzn. X. 38. Endl. Gen. n. 6321. Plenk. Pl. med. t. 422. Guimp. et Schltdl. 72. Nees Düsseld. 298. Woodw. Med. III. 193. Dict. sc. nat. 222. 223. Bot. Mag. L. IV. 2749. 2750. Berg. Pharm. Bot. I. 338.; Char. n. 470.; Darst. III. b.* — Myrti *sp. Spreng. Kth.* — Eugeniae *sp. Willd. Thunb.*

Hypanthium cylindricum, superne germen fovens, haud productum. Germen biloculare, loculis 20-ovulatis. Sepala 4, angusta, margini hypanthii inserta, persistentia. Petala 4, perigyna, calyptratim apice cohaerentia et caduca. Stamina plurima, ante petala inserta; filamenta libera, in phalanges 4 disposita, in alabastro incurva, demum recta; antherae biloculares, longitudinaliter dehiscentes; granula pollinis trigona, tripora. Carpophylla 2, ad discum epigynum, carnosum, 4-angulum connata. Stylus filiformis. Stigma simplex. Bacca 1—2-locularis, 1—2-sperma. Semen ovale v. cylindricum. Embryo exalbuminosus; cotylae crassae, carnosae, extus convexae, intus vario modo sinuosae, peltatae; rostello e centro cotylarum orto, recto, superne cotylis occultato.

1. CARYOPHYLLUS AROMATICUS *(Linn. spec. 735.)* foliis oblongis, utrinque acuminatis, coriaceis; cymis trichotomis, terminalibus, multifloris.

Habitat in Moluccis, colitur in insulis Antillarum, Cayenna, Brasilia aequatoriali.

XII. EUGENIA Micheli.

Eugenia *Mich. Nov. Gen. t. 108. Linn. Gen. n. 616. excl. sp. DC. Prodr. III. 262. Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 240. Endl. Gen. n. 1233.* — Myrti *sp. Swartz. Kunth. Spreng.* — Greggia *Gärtn. Fruct. I. 168. t. 33.* — Olynthia *Lindl. Coll. n. 19. adn.*

Alabastra aperta, basi bibracteolata. Hypanthium (calycis tubus auct.) supra germen haud v. vix productum. Germen inferum, 2—4-loculare, multiovulatum; ovula sporophoris centralibus affixa. Sepala 4, subrotunda, brevia, rarissime ovalia v. acuta,

praefloratione globo petalorum incumbentia, persistentia. Petala 4, margini libero, angusto hypanthii affixa. Stamina cum petalis inserta, creberrima; filamenta libera, praefloratione introflexa; antherae ovales, rarius oblongae, dorso supra basin affixae, superne glandula terminatae, biloculares, longitudinaliter dehiscentes; granula pollinis trigona, tripora. Carpophylla 2—4, verticem germinis et stylum formantia. Stylus filiformis. Stigma simplex. Bacca disco plano, lato obtecta, sepalis coronata, 1—4-sperma. Semina subreniformia, testa membranacea, arcte adhaerente v. cartilaginea, nitida obtecta. Embryo exalbuminosus; cotylis carnosis, saepissime omnino conferruminatis, interdum liberis, sed margine connatis, rarissime discretis; rostello abbreviato, saepe vix ullo.

Arbores v. frutices, rarius suffrutices; foliis oppositis, alternis v. verticillatis, saepissime exstipulatis, glanduloso-punctatis, limbinerviis; floribus axillaribus, lateralibus, subterminalibus, rarissime terminalibus.

GENERIS DIVISIO.

1. Uniflorae. . . . . spec. 1— 40.
2. Biflorae. . . . . « 41—116.
3. Glomeratae. . . . . « 117—147.
4. Umbellatae. . . . . « 148—212.
5. Corymbiflorae. . . . . « 213—225.
6. Racemulosae. . . . . « 226—237.
7. Dichotomae. . . . . « 238—256.
8. Racemosae. . . . . « 257—286.

1. Uniflorae. Pedunculi axillares v. subterminales, rarissime terminales, solitarii, 1-flori, saepissime basi ebracteati.

1. EUGENIA UNIFLORA Berg: ramulis minute puberulis; foliis rigidis, ternis, sparsis v. oppositis, sessilibus, linearibus, utrinque angustatis, apice obtusiusculis, marginatis, glabris, nitidis, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, trinerviis, venosis; pedunculo terminali, solitario, unifloro, foliis obtecto; germine biloculari, ebracteato; sepalis ovatis, subinaequalibus, plerumque bipartitis.

Fruticulus 4—6″ altus, basi interdum et medio ramosus; ramis tenuibus, badiis, subcompressis. Folia 4—7‴ lg., ¾—1‴ lt.; nervis venisque utrinque prominulis. Pedunculus caulem continuans, haud articulatus, 1½‴ lg., glabriusculus. Alabastra 2‴ lg., glabra, sub calyce constricta. Germen multiovulatum. Sepala 4, concava, saepissime ad basin bipartita, membranacea, glabra. Petala 4, obovata, glabra. (v. in hb. Vindob.)

Not. Unica huc usque detecta Myrtacea, quae ramos apice sensu stricto unifloros habeat, quum pedunculus, nequaquam subterminalis, sine ulla articulatione continuationem integram caulis formet et tali modo sine ullo quoque bractearum hypantharum rudimento v. vestigio in germen transeat. — Habitu parum *Eug. Sprengelii DC.* affinis, sed differt altitudine; foliis sessilibus, trinerviis, venosis, elevato-, pellucido-punctatis; floribus terminalibus, solitariis.

Habitat in montibus Serra dos Cristaes prov. Goyazensis, floret Decembri: Pohl n. 530. Pl. Oreas.

2. EUGENIA OBTUSIFOLIA Camb. ramulis tetragonis, puberulis; foliis subsessilibus, oblongis, basin versus angustatis, apice rotundatis, glabriusculis, obsolete pellucido-punctatis; pedunculis axillaribus, solitariis, brevissimis, glabriusculis; bacca globosa, glabra, 1-sperma, sepalis ovatis, obtusis, puberulis, ciliolatis coronata. ♄

Eugenia obtusifolia Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 265.

Rami glabrati, teretes. Folia 4—7‴ lg., 1½—2½‴ lt.; nervo subtus prominulo; venis subinconspicuis. Pedunculi fructiferi, 1‴ lg. Fructus bracteolis 2, minimis, ovatis stipatus, sepalis ½‴ lg. coronatus, Ribis rubri crassitie. Seminis globosi testa membranacea. Embryo semini conformis, in massam solidam conferruminatus. (Camb.) †

In prov. Minarum: St. Hilaire. Pl. Oreas.

3. EUGENIA CANA DC. ramulis foliisque subtus, pedunculis et alabastris cano-velutinis; foliis deflexis, coriaceis, complicatis, breve petiolatis, ovato-oblongis, acute acutatis, basi rotundatis, supra cano-puberulis, nitidis, impellucido-punctatis, obsolete venosis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, oppositis, subdivaricatis, supra medium bibracteolatis; germine biloculari; sepalis subinaequalibus, ovatis, obtusatis, velutinis. ♄

Myrtus cana Mart. Herb.
Eugenia cana DC. Prodr. III. 264.

Rami teretiusculi, exophloeo delapso badii; ramuli subtetragoni; novelli compressi. Folia petiolo ½—1‴ lg.; lamina 6—13‴ lg., 1½—6‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis tenuissimis, subpatulis, utrinque parum prominulis. Pedunculi 5—10‴ lg., ex axillis ramorum annotinorum, saepissime supra medium bracteolis 2, subulatis, 2‴ lg. instructi, tunc apice ebracteati, interdum omnino apice bracteolis 2, hypanthis subulatis, velutinis, 1‴ lg. praediti. Alabastra 3‴ lg. Sepala 4, 2 majora 1½‴ lg. Petala 4, extus sericea, ciliolato-fimbriata. (v. in hb. Mon.)

Not. Ob pedunculos medio bibracteolatos, eos certe et trifloros praevenire credo, sed exemplar Martianum valde imperfectum, depauperatum et confractum fert modo pedunculos 2 unifloros.

Habitat in campis desertis prov. Minarum: M. Pl. Hamadryas.

4. EUGENIA MYRTILLIFOLIA DC. ramulis foliisque novellis minute puberulis; foliis rigidis, breviter petiolatis, ovali-oblongis v. oblongis, utrinque aequaliter angustatis, basi acutis, apice angustato-obtusis, marginatis, adultis glabris, pellucido-punctatis, discoloribus, supra nitidis, subaveniis, subtus tenuissime venosis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, 1-floris, folio dimidio brevioribus; germine subgloboso; sepalis latis, obtusis, post anthesin constrictis.

Eugenia myrtillifolia DC. l. c. 265.

Fruticulus ramosissimus; rami subtetragoni, glabri; novelli compressi. Folia siccata supra fusca, subtus pallida, subflavescentia, glandulosa, margine cartilagineo, fusco; petiolo ½—1‴ lg.; lamina 7—11‴ lg., 3—5‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis tenuissimis, erecto-patulis, supra oblitteratis, subtus prominulis. Pedunculi 4—5‴ lg., apice bibracteolati, bracteolis ovatis, ciliolatis, ¼‴ lg. (v. flor. et fruct. in hb. Monac.)

Habitat in prov. Minarum: M. Pl. Oreas.

5. EUGENIA XANTHOCHLORA Berg: ramulis novellis, petiolis nervoque medio foliorum juniorum rufo-strigosis; foliis petiolatis, coriaceis, oblongo-lanceolatis v. rarius obovato-oblongis, apice acutiusculis, basi acutatis, glabris, flavo-virentibus, supra laevigatis, aveniis, subtus opacis, fusco-, impellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedunculis gracilibus, axillaribus et subterminalibus, 1-floris, solitariis, folium subaequantibus; germine biloculari, glabro; sepalis ovatis, glabris, obtusiusculis.

Frutex 6-pedalis; rami teretiusculi, laeves, glabri; novelli compressi. Folia supra pallidiora; petiolo $^1/_2$—1‴ lg.; lamina 10—14‴ lg., 4‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, supra haud manifestis, subtus parum prominulis, reticulato-ramosis. Pedunculi 6‴ lg., compressi, glabri. Alabastra obovata, 1$^1/_2$‴ lg., glabra, bracteolis 2, ex ovata basi lanceolatis, acutis, glabris, $^1/_2$‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco planiusculo, glabro terminatum. Sepala 4, ovata, utrinque glabra, concava, demum reflexa, exteriora 2 acutiuscula, interiora obtusa, eciliata. Petala 4, subrotunda, glabra, 1$^1/_2$‴ lg. Stamina 2—2$^1/_2$‴ lg. Stylus staminum longitudine. (v. in hb. Berol.)

A *E. Cambessedeana* differt: foliis latioribus; pedunculis tenuioribus, folium subaequantibus; germine biloculari; sepalis omnino glabris.

Habitat in fruticetis ripariis ad Paulla Grassa: Sellow. Pl. Napaea.

6. EUGENIA ARCTOSTAPHYLOIDES Berg: ramulis rufescenti-puberulis; foliis rigide chartaceis, breve petiolatis, spathulatis, apice rotundatis, interdum angustato-obtusis, basi cuneatis, margine recurvis, opacis, utrinque sparse pilosiusculis, sparse pellucido-punctatis, supra reticulato-venosis, subrugosis, subtus tenuiter venosis, limbinerviis; pedicellis basi bracteatis, axillaribus, solitariis, 1-floris, folio multo brevioribus; germine glabro, biloculari; sepalis subinaequalibus, rotundatis, ciliolatis. ♄

Eugenia Kunthiana, γ. DC. Prodr. III. 264.

Rami albidi, rugosi; ramuli tetragoni, glabri; novelli compressi. Folia supra cano-virentia, subtus pallida; petiolo $^1/_2$‴ lg.; lamina 7—12‴ lg., 3—6‴ lt.; nervo medio supra vix elevato, subtus prominente; venis tenuibus, utrinque prominulis; venulis interjectis reticulatis, supra prominulis, subtus vix manifestis. Pedicelli 1—2‴ lg. (v. florib. defloratis in hb. Mon.) — Medium tenet inter *E. arbutifoliam* et *E. Kochianam DC.*; differt ab *E. arbutifolia:* indumento ramorum et foliorum; foliis tenuioribus, pellucido-punctatis, subtus venosis, crebro glandulosis; pedicellis solitariis, 1-floris, folio multo brevioribus; ab *E. Kochiana DC.* differt: indumento manifestiore; foliis spathulatis, pellucido-punctatis, opacis, reticulato-venosis; ab *E. Kunthiana DC.* diversa: foliis minoribus, spathulatis, apice rotundatis, interdum angustato-obtusis, opacis; pedicellis solitariis, folio multo brevioribus; sepalis subaequalibus; ab *E. sancta DC.* differt: foliis spathulatis, minoribus, apice rotundatis, supra opacis, subrugosis, utrinque sparse pilosiusculis, subtus venosis; pedicellis folio multo brevioribus.

Habitat in desertis prov. Bahiensis: M. Pl. Hamadryas.

7. EUGENIA VAUTHIEREANA Berg: ramulis foliisque novellis margine costaque et petiolo pedunculisque et alabastris puberulis; foliis breviter petiolatis, oppositis v. ternis, lanceolatis v. oblongis, utrinque angustatis apice truncatis v. retusis, discoloribus, adultis glabris, utrinque glandulosis, supra nitidis, venosis, limbinerviis; pedicellis 1-floris, basi bracteatis, rhacheolae axillaris, plus minusve abbreviatae impositis, folio brevioribus; germine biloculari; bacca globosa, pubescenti, 1—2-sperma, sepalis subrotundis, conniventibus coronata. — Variat foliis majoribus et duplo minoribus.

Frutex ramis erectis, exophloeo partim soluto rugosis, ramulis compressis v. trigonis, glabris. Folia juniora pellucido-punctata, surculorum spathulata, obtusiuscula, reticulata, adulta margine subrecurva, supra atrovirentia, subtus pallida; petiolo $^1/_2$‴ lg.; lamina 7—13‴ lg., 2—4‴ lt.; nervo medio subtus prominente; venis supra haud v. vix prominulis, subtus manifestis. Pedicelli 4‴ lg., ex infimis 1—2 nodis rhacheolae brevissimae, aphyllae v. ad ramulum supra solum foliatum excretae, oppositi, bractea minuta fulti. Alabastra obovata, 2$^1/_2$‴ lg., bracteolis 2, lineari-spathulatis, sericeis, $^1/_2$‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco elevato, puberulo terminatum. Sepala 4, utrinque puberula, ciliolata, 2 interiora majora 1‴ lg. Petala 4, subrotunda, puberula, ciliolata, 1$^1/_2$‴ lg. Stamina petalis paullo breviora. Stylus $^5/_4$‴ lg. Bacca 1″ diametro, flava, basi concava, sapore acido. Semen globosum, testa coriacea obtectum. Embryo cotylis plano-convexis, carnosis; rostello minuto. (v. in hb. Berol.)

Habitat in campis ad Cachambú in prov. Minarum, floret Octobri: Sellow. Pl. Oreas.

8. EUGENIA TURBINATA Berg: ramulis foliisque novellis subtus ferrugineo-pubescentibus; foliis breviter petiolatis, chartaceis, ovato- v. ovate oblongis, acutatis, apice truncatis v. retusis, discoloribus, adultis supra glabris, nitidis, subtus subglabratis, minute pellucido-punctatis, reticulato-venosis arcuatim duplicato-limbinerviis; pedunculis ex infimo nodo ramorum annotinorum solitariis, oppositis, 1-carpicis; bacca pyriformi, glabra, 2—3-sperma, sepalis ovatis, obtusis coronata. ♄

Rami teretiusculi, exophloeo fissili. Folia juniora petiolo, costa media margineque pilosa, supra puberula, interdum lanceolata; petiolo 1—1$^1/_2$‴ lg.; lamina 12—16‴ lg., 4—7‴ lt.; nervo medio utrinque praesertim inferne elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, supra parum, subtus manifestius prominulis. Bacca 11‴ lg. Semina compressa, testa coriacea obtecta. Embryo cotylis margine conferruminatis. (v. in hb. Berol.)

E. truncatae maxime affinis, sed distincta: foliis majoribus, tenuioribus, fere duplicato-limbinerviis fructuque pyriformi, glabro et embryone.

Habitat ad vicum Ypanema in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

9. EUGENIA APRICA Berg: ramulis, petiolis, pedunculis bracteisque et alabastris brunneo-villosis; foliis petiolatis, coriaceis, oblongis v. lanceolato-oblongis, basi obtusis, gradatim apice acutatis, novellis utrinque praesertim inferne dense sericeo-velutinis, adultis supra glabratis, subtilissime fusco-, impellucido-punctatis, aveniis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, folio dimidio brevioribus; germine 3—2-loculari; sepalis ovato-oblongis, acutiusculis. ♄

Ramosissima; rami teretiusculi; novelli subtetragoni. Folia interdum apiculata, margine praesertim basin versus recurva; petiolo $^1/_2$—1‴ lg.; lamina 8—13‴ lg., 3—4‴ lt.; nervo medio supra vix nisi ad basin manifesto, venis nervoque limbali vix ullis. Pedunculi 3—4‴ lg. Alabastra pyriformia, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acuminatis, basi connatis, $^3/_4$‴ lg. stipata. Germen 3-, rarius 2-loculare, multiovulatum. Sepala 4, ovato-oblonga, 2 exteriora acuta, 2 interiora obtusa, 1‴ lg. Petala 4, obovata, 1$^1/_2$‴ lg., ciliolata. Stamina 1‴ lg. Stylus 1$^1/_2$‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad Campo do Cavalleiro, in Montevideo, floret Januario: Sellow. Pl. Napaea.

10. EUGENIA UVALHA Camb. ramulis compresso-tetragonis foliisque novellis, pedunculis bracteisque et alabastris puberulis; foliis brevissime petiolatis, oblongis, utrinque gradatim angustatis, obtusis, adultis glabratis, opacis, junioribus pellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, filiformibus; germine biloculari; bacca pyriformi, 1—2-sperma, sepalis ovatis, apice rotundis, ciliolatis coronata.

Eugenia Uvalha Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 265.

Frutex magnus; rami teretes, glabrati. Folia lamina 10—15‴ lg., 2$^1/_2$—4‴ lt.; nervo subtus prominulo; venis vix manifestis. Pedunculi 5—6‴ lg. Alabastra 2‴ lg., pube albida vestita, bracteolis 2, linearibus, obtusiusculis, 1‴ lg. stipata. Germen loculis 6-ovulatis. Petala

4, obovato-rotunda, extus puberula, ciliolata, sepalis duplo longiora. Stamina petala subaequantia. Stylus stamina aequans, glaber. (Camb.) Fructus pyri parvuli crassitie et forma, luteus, sapore grato et acidissimo. (St. Hilaire.) †

Culta in hortis circa urbem S. Pauli et in parte meridionali ejusdem provinciae spontanea, floret Novembri: St. Hilaire. Uvalha *incolis. Pl. Dryas.*

11. EUGENIA ARAUJOANA Berg: glabra; gemmis sericeis; foliis petiolatis, rigidis, lineari-lanceolatis, utrinque acutatis, apice apiculatis, basi longe cuneatis, discoloribus, utrinque subaveniis, supra subopacis, subtus aureis, fusco-, impellucido-punctatis; pedunculis subterminalibus, solitariis, compressis, folio 3—4-plo brevioribus; germine biloculari; bacca ovali, sepalis ovatis, obtusis, apice ciliolatis coronata.

Frutex 10-pedalis; rami graciles, teretes, laeves, glabri; novelli compressi. Folia supra medium paullulum dilatata, supra fusca, margine plana; petiolo $1^1/_2$—$2'''$ lg.; lamina 16—$28'''$ lg., $2^1/_2$—$5'''$ lt. Pedunculi 3—$6'''$ lg., rarissime laterales, glabri. Germen glabrum, multiovulatum, bracteolis 2, ovatis, acutis, glabris, $^1/_2'''$ lg. stipatum, disco planiusculo, puberulo terminatum. Bacca $4'''$ lg., $3'''$ lt., basi attenuata, sepalis patentibus, intus minute sericeis, 2 majoribus $^3/_4'''$ lg. coronata. (v. in hb. Berol.)

Differt ab *E. xanthochlora:* foliis angustioribus, discoloribus, utrinque subaveniis; pedunculis validis, compressis, folio multo brevioribus; sepalis intus sericeis; ab *E. Cambessedeana:* foliis utrinque subaveniis; pedunculis solitariis, subterminalibus; germine biloculari, disco puberulo terminato. — Speciem in honorem dixi Ant. de Araujo de Azevedo, Comitis da Barca, botanices fautoris Brasiliensis.

Habitat ad ripas fluminis Uruguay in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

12. EUGENIA ROSEA DC. ramulis foliisque subtus, pedunculis, bracteis et alabastris pilis roseo-albidis, demum expallentibus dense velutino-tomentosis; foliis petiolatis, rigide coriaceis, lineari-lanceolatis v. lanceolato-linearibus, utrinque angustatis, apice acutis v. obtusatis, margine revolutis, discoloribus, junioribus supra velutinis, demum glabris, nitidis, obsolete impresso-, impellucido-punctatis, impresso-, reticulato-venosis, subbullatis, subtus obsolete venosis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, inferioribus bractea fultis, superioribus axillaribus; floribus speciosis; germine biloculari; sepalis subrotundis, inaequalibus, utrinque velutinis. — Variat foliis minoribus, angustioribus et longioribus latioribus.

Psidium roseum Mart. Herb.
Eugenia ? rosea DC. Prodr. III. 264.

Arbuscula ramis plurimis, procumbentibus, glabris, supra obtuse 4-gonis; ramulis compressis, novellis floriferis ad florendi tempus nondum evolutis. Folia adulta supra atrovirentia, subtus pallide rosea, tandem cana; petiolo $^3/_4$—$2'''$ lg.; lamina 4—$36'''$ lg., $^1/_2$—$8'''$ lt.; nervo medio venisque supra impressis, subtus elevatis; venulis supra impressis, subtus ob tomentum haud visibilibus. Pedunculi 3—$11'''$ lg., inferiores bractea lineari fulti, superiores folio haud excreto longiores. Alabastra $6'''$ lg., bracteolis 2, linearibus, $2'''$ lg. stipata. Germen carnosum, crassum, multiovulatum. Sepala 4, 2 majora $4'''$ lg. Petala 4, obovata, extus adpresse villosa, fimbriato-ciliata, rosea, $6'''$ lg. Stamina $6'''$ lg. Stylus $5'''$ lg. (v. in hb. Mart. et Sonder.)

Habitat in campis desertis prov. Minarum: M. Pl. Hamadryas.

13. EUGENIA SUBTERMINALIS DC. ramulis petiolisque puberulis; foliis petiolatis, submembranaceis, lanceolatis, utrinque acuminatis, discoloribus, elevato-, subimpellucido-punctatis, supra excepto nervo glabratis, aveniis, subtus glabris, tenuissime venosis, limbinerviis; pedunculis subterminalibus, oppositis, solitariis, gracilibus, folio 2—3-plo brevioribus; bacca obovata, sepalis ovato-oblongis, obtusatis coronata.

Eugenia subterminalis DC. l. c. 263.

Frutex. Rami teretiusculi, glabri; novelli compressi. Folia siccata supra fusco-atra, subtus hepatica; petiolo $1^1/_2$—$2'''$ lg.; lamina 10—$25'''$ lg., $2^1/_2$—$7'''$ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominulo; venis tenuissimis, arrectis, supra haud visibilibus, subtus oblitteratis. Pedunculi e ramo brevissimo, aphyllo, terminali oriundi, 4—$8'''$ lg. Bacca $3'''$ lg., bracteolis 2, minutis, subulatis stipata, sepalis 4, fere $2'''$ lg. coronata. (v. in hb. Monac. et Sonder.)

Habitat ad flumen Ilheos in prov. Bahiensi: M. Pl. Hamadryas.

14. EUGENIA COAETANEA Berg: ramulis foliisque novellis praesertim subtus et alabastris canescenti-villosis; foliis novellis petiolatis, chartaceis, oblongis v. ovato-oblongis, apice angustatis, basi obtusis, impellucido-punctatis, lucem versus pellucido-, reticulato-venosis; pedunculis brevibus, lateralibus, solitariis, 1-floris, basi nudis; germine biloculari; sepalis ovato-oblongis, acutiusculis, utrinque tomentosis.

Frutex 6-pedalis, squarrosus, ramosus; rami teretiusculi, rimosi, glabri; novelli compressi. Folia adulta ad florendi tempus desunt, novella lamina 8—$10'''$ lg., 2—$4'''$ lt., margine revoluta; petiolo $1^1/_2$—$2'''$ lg. Pedunculi $1^1/_2$—$2'''$ lg., e ramis laterales, solitarii vel ex infimis 1—2 nodis ramulorum novellorum solitarii, oppositi. Alabastra obovata, $4'''$ lg., bracteolis 2, linearibus, tomentosis, $2'''$ lg. stipata. Hypanthium supra germen pluriovulatum productum, disco concavo, tomentoso obtectum. Sepala 4, $1^1/_2$—$2'''$ lg. Petala 4, oblonga, $3'''$ lg., $2'''$ lt., extrorsum tomentosa. Stamina petalis subaequalia. Stylus basi pilis albis inspersus, staminibus paullo brevior. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio Grande do Sul, floret Novembri: Sellow. Pl. Napaea.

15. EUGENIA CHLOROCARPA Berg: glabra; ramis articulatis, dichotomis; ramulis basi ochrea circumdatis; stipulis interpetiolaribus cum petiolis ad ochream demum oblitteratam connatis; foliis petiolatis, membranaceis, lanceolatis, sensim obtusiuscule acuminatis, basi acutis, impunctatis, reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis subterminalibus, 2-nis, 1-carpicis, fructu brevioribus, petiolum paullo superantibus; bacca ovali, 1-sperma, basi ebracteata, calyce obsolete 4-dentato, ciliolato coronata. ♄

Rami tenues, compressi, pallidi. Folia pallide viridia, margine recurva; petiolo $1^1/_2$—$2'''$ lg.; lamina 13—$26'''$ lg., 4—$7'''$ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Pedunculi $2'''$ lg., basi bractea fulti. Bacca viridis, glandulosa, $6'''$ lg., $4'''$ lt., calyce $^1/_2'''$ longo, angusto coronata. Semen testa membranacea, arcte adhaerente. Embryo homogeneus, glandulis oleiferis destitutus. (v. in hb. Kunth.)

Species haec ob ochreas stipulares, folia embryonemque impunctata valde anomala et Rubiaceis affinis, sed vera Myrtacea.

Habitat ad Rio de Janeiro: Gaudichaud n. 772. Pl. Dryas.

16. EUGENIA ALBO-TOMENTOSA Camb. ramis foliisque novellis utrinque, pedunculis, alabastris sepalisque utrinque et petalis extus albo-tomentosis; foliis subsessilibus, lanceolatis, utrinque gradatim angustatis, obsolete pellucido-punctatis, adultis supra subglabratis, venosis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-, rarius 3-floris; germine biloculari; sepalis ovatis, 2 majoribus apice rotundatis, 2 minoribus subacutiusculis.

Eugenia albo-tomentosa Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 266. Variat:

α. Urussangensis: foliis minoribus, acutis, tomentosis; floribus bracteisque paullo minoribus.

Caules ex eodem trunco hypogaeo plures, 2—2½-pedales, ramosi; rami teretes, novelli subcompressi. Folia 1—2″ lg., 2—4‴ lt.; nervo subtus prominulo; venis subinconspicuis. Pedunculi 8—15‴ lg. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, filiformibus, 1½‴ lg., tomentosis stipata. Germen apice tomentosum, loculis pauciovulatis. Petala 4, obovato-rotunda, sepalis duplo majora. Stamina petala subaequantia. Stylus stamina paullo superans, glaber. (Camb.) †

β. Goyazensis: foliis majoribus, subacuminatis, pube tomentosa laxa donatis; floribus bracteisque paullo majoribus.

Nascitur: α. in campis prope Urussanga in prov. S. Pauli, floret Octobri; β. in campis quandoque crematis prope praediolum, vulgo Sitio da Forquilha in parte australi prov. Goyazensis, floret Augusto: St. Hilaire. Pl. Oreas.

17. EUGENIA ALPIGENA DC. ramulis foliisque novellis, pedunculis, bracteis et alabastris sericeis; foliis rigidis, breve petiolatis, oblongis v. ovali-oblongis, basi cuneatis, apice obtusatis, discoloribus, adultis glabris, supra impresso-, impellucido-punctatis, subtus ochraceis, fusco-glandulosis, supra aveniis, subtus demum tenuiter venosis; pedicellis axillaribus, solitariis, 1-floris, bractea fultis, petiolo longioribus; germine triloculari; sepalis inaequalibus, oblongis, obtusis, ciliatis, patentibus. ♄

Myrtus alpigena Mart. Herb.

Eugenia alpigena DC. Prodr. III. 265.

Rami teretiusculi, glabri; ramuli coarctati, compressi. Folia supra obscure viridia; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 10—19‴ lg., 3—7‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis in foliis adultis tenuissimis, approximatis, erecto-patulis. Pedicelli 2—3‴ lg. Germen sericeum, multiovulatum; bracteolis 2, ovate lanceolatis, ciliolatis, 1‴ lg. stipatum. Sepala 4, extus densius, intus laxius sericeis, 2 minora triangularia, concava, obtusata, 1‴ lg., 2 majora oblonga, obtusa, ¾‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Habitat in Serra do Itambé da Villa in prov. Minarum, floret Junio: M. Pl. Oreas.

18. EUGENIA BOLIVIENSIS Berg: ramulis foliisque novellis rufo-puberulis; foliis sessilibus, oblongis, apice angustato-obtusis, basi acutis, obscure pellucido-punctatis, adultis glabris, supra nitidulis, tenuiter subreticulato-venosis, sublongiori a margine distantia limbinerviis; pedicellis axillaribus, solitariis, bractea fultis, 1-floris, folio dimidio brevioribus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, ovato-oblongis, obtusis, concavis, vix ciliolatis. ♄

Rami subtetragoni, rimulosi, glabri; novelli compressi. Folia siccata supra fusco-atra, subtus pallidiora, fusco-glandulosa; lamina 8—18‴ lg., 4—7‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, suberecto-patulis, utrinque venulisque tenuioribus, reticulatis utrinque parum prominulis. Pedicelli 3—6‴ lg., interdum medio bibracteolati, basi bractea minuta fulti. Alabastra 2½‴ lg., glabra, bracteolis 2, lanceolatis, acutis, ciliolatis, ½‴ lg. stipata. Germen loculis pluriovulatis. Sepala 4, demum conniventia, exteriora 1‴ lg., interiora duplo longiora. Petala 4, subrotunda, ciliolata, fere 3‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat in Chiquitos: d'Orbigny n. 749. Pl. Najas.

19. EUGENIA CRISTAENSIS Berg: ramulis foliisque novellis, pedunculis et germinibus subvillosis; foliis sessilibus, rigidis, oblongis v. ovali-oblongis, utrinque angustato-obtusis, impellucido-punctatis, demum puberulis, obsolete venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, folio brevioribus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis ciliatis.

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 75.

Fruticulus pedalis, ramosus; rami tenues, teretiusculi; ramuli compressi. Folia plerumque siccata rufa, lamina 7—17‴ lg., 2½—10‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuissimis, utrinque vix visibilibus. Pedunculi 2—6‴ lg., infimi ramuli cujusve folio minuto fulti. Alabastra fere 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, puberulis, ciliatis, ½‴ lg. stipata. Germen pluriovulatum. Sepala 4, inferiora 1‴ lg., exteriora dimidio breviora. Petala 4, suborbicularia, ciliata. Stamina 2‴ lg. Stylus staminibus paullo brevior. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in montibus Serra dos Cristaes prov. Goyazensis: Pohl n. 5751. Pl. Oreas.

20. EUGENIA SELLOWIANA Berg: ramulis foliisque subtus, pedunculis bracteisque et alabastris cano-velutinis; foliis subsessilibus, coriaceis, deflexis, ovate oblongis, acutatis, basi subcordatis, junioribus supra velutinis, adultis glabris, subnitidis, creberrime pellucido-punctatis, tenuissime reticulatis, subtus reticulato-venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, oppositis, 1-floris, ex ramulis novellis nondum evolutis oriundis v. foliis stipantibus saepissime ad bracteas redactis, racemum 3—6-florum formantibus; germine biloculari; sepalis membranaceis, extus velutinis, exterioribus ovatis, acuminatis, interioribus latioribus, ovalibus, obtusis.

Myrtus Sellowiana Mart. Herb.

Eugenia Sellowiana DC. l. c. 264.

Arbuscula 10-pedalis, curva; rami teretiusculi, rimosi, exophloeo secedente; ramuli compressi. Folia 14—28‴ lg., 4—11‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis subpatulis, supra parum prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, supra parum prominulis, subtus prominulis. Pedunculi 2—8‴ lg. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 2‴ lg. stipata. Germen loculis pluriovulatis. Sepala 4, 2‴ lg. Petala 4, orbicularia, ciliolata, extus puberula. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Monac. et Sonder.)

Habitat in campis desertis prov. Minarum: M. Pl. Hamadryas.

21. EUGENIA GRACILIS Berg: ramulis apice pubescentibus; foliis petiolatis, coriaceis, elliptico-oblongis v. oblongo-ellipticis, apice longe et obtusiuscule acuminatis, basi acutis, adultis glabris, supra nitidis, impresso-, impellucido-punctatis, tenuissime venosis, longiori a margine distantia arcuatim iterato-limbinerviis; pedunculis subterminalibus, oppositis, 1-carpicis, glabris, folio longioribus; bacca globosa, sepalis ovatis, obtusis, inflexis coronata.

Frutex 10-pedalis et ultra, rami teretiusculi, glabri; ramuli compressi. Innovationes ad fructescentiae tempus desunt. Folia margine recurva; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 8—18‴ lg., 4—8‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis patentibus, vix manifestis, venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. Pedunculi fructiferi 7—10‴ lg. Bacca aurantiaca (Sellow) 4—6‴ diametro, bracteolis 2, lanceolatis, ½‴ lg. stipata, sepalis 2‴ latis discoque plano coronata. Embryo cotylis omnino conferruminatis. (v. in hb. Berol.)

Habitat in provincia S. Pauli, fructificat Januario: Sellow. Pl. Oreas.

22. EUGENIA MANSONI Berg: ramulis pedunculisque puberulis; foliis rigide chartaceis, petiolatis, ovalibus v. ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice leviter obtuse acuminatis v. angustato-obtusis, cartilagineo-marginatis, glabris, supra nitidis, creberrime elevato-, pellucido-punctatis, subtus opacis, sparse glandulosis, tenuiter subreticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, unifloris, oppositis, inferioribus lateralibus, superioribus axillaribus, folio duplo brevioribus; germine glabro, biloculari; sepalis subaequalibus, rotundatis, ciliolatis. ♄

Rami teretes, pallidi; ramuli compressi. Folia petiolo 1‴ lg.; lamina 8—20‴ lg., 6—10‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus elevato; venis tenuibus, suberecto-patulis venulisque interjectis reticulatis supra vix visibilibus, subtus prominulis. Pedunculi 3—7‴ lg., inferiores basi nudi. Alabastra 2½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutiusculis, ciliolatis, ¼‴ lg. stipata. Germen pluriovulatum. Sepala 4, ¾‴ lg. Petala 4, rotunda, ciliolata, 1½‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 2½‴ lg. (v. in hb. Vindob. et Berol.)

Ab *E. ovalifolia Camb.* differt: foliis creberrime punctatis, pedunculis inferioribus lateralibus, reliquis petiolo multo longioribus; sepalis duplo brevioribus.

Habitat ad S. Carlos prov. S. Pauli: Manso. Pl. Oreas.

23. EUGENIA ? PSIDIIFLORA Berg: ramulis puberulis; foliis rigide chartaceis, ovatis v. ovato-oblongis, abrupte angusteque acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, glabris, discoloribus, minute pellucido-punctatis, supra nitidis, obsolete venosis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, supraaxillaribus, ad apicem ramorum oriundis, folio paullo brevioribus; germine glabro, biloculari; sepalis membranaceis, ovatis, acutis, extus glabris, intus sericeis. ♄

Rami teretes, laeves, albidi; ramuli compressi. Folia supra obscure fusca, subtus hepatica, utrinque elevato-glandulosa; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 9—18‴ lg., 4—9‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, erecto-patulis, utrinque parum prominulis. Pedunculi 6—13‴ lg., potius e basi ramuli novelli abbreviati oriundi. Germen carnosum, multiovulatum, ovulis medio dissepimento carnoso adnatis, disco amplo, glabriusculo terminatum. Sepala 4, subinaequalia, interdum uno latere per paria cohaerentia, 2 angustiora ovato-oblonga, 2½‴ lg., basi ⅝‴ lt., 2 latiora ovata, 2‴ lg. (v. defloratam in hb. Vindob. intermixtam *Eugeniae Mansoni.)*

Not. Genus mihi dubium; ob inflorescentiam et sepala 2 collateralia cohaerentia ad Psidium, ob germen biloculare et ovula medio dissepimento adnata ad Eugeniam pertinet; sed alabastra non vidi. — Ab *E. Mansoni* differt: foliis ovatis v. ovato-oblongis, abrupte angusteque acuminatis, obsolete venosis; sepalis membranaceis, acutis.

Habitat ad S. Carlos prov. S. Pauli: Manso. Pl. Oreas.

24. EUGENIA GEMMIFLORA Berg: ramulis puberulis; foliis breviter petiolatis, rigidis, oblongis v. ovali-oblongis, utrinque obtusis v. retusis, adultis glabris, supra nitidis, subtus opacis, creberrime pellucido-punctatis, utrinque elevato-, reticulato-venosis, subduplicato-, arcuatim limbinerviis; gemmis floriferis axillaribus et subterminalibus, paucisquamatis, 2-floris, cano-tomentellis; pedunculis solitariis, oppositis, subvillosis, 1-floris; bracteolis hypanthis 2, a flore remotiusculis; germine villoso, biloculari; sepalis inaequalibus, rotundo-ovatis, obtusatis, subvillosis. ♄

Rami angulati, rimulosi, exophloeo squamatim secedente; ramuli subcompressi, nitidi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia utrinque nigrescenti-glandulosa, siccata fusco-virentia, subtus pallidiora; petiolo 1‴ lg.; lamina 8—18‴ lg., 3½—8‴ lt.; nervo medio utrinque prominente; venis subpatulis venulisque interjectis reticulatis utrinque prominulis. Gemmae floriferae squamis 4—6 obtectae, his membranaceis, oblongis, cano-pubescentibus, ciliatis, summis 1‴ lg. Pedunculi 2—3‴ lg., ex axillis squamae summae. Alabastra cano-tomentella, 1½‴ lg.; bracteolis hypanthis 2, lanceolatis, concavis, cano-tomentellis, 1‴ lg., a flore remotis, internodio ½‴ lg. Germen multiovulatum, disco lato, subconcavo, glabro terminatum. Sepala 4, 2 exteriora ¾‴ lg., 2 interiora 1‴ lg. Petala 4, subrotunda, ciliolata, 2‴ lg. Stamina petalis subaequantia. Stylus 2‴ lg. (v. florif. in hb. Vind.)

Not. Species haec ob inflorescentiam ad Stenocalycem accedit, sed ob gemmas solum floriferas, nec mixtas, foliis ante flores evolutis, sepalis subrotundis ad Eugeniam pertinet.

Habitat in prov. Piauhiensi: Gardner n. 2604. Pl. Hamadryas.

25. EUGENIA AZURUENSIS Berg: ramulis petiolisque, foliis subtus, pedunculis et alabastris albido-velutinis; foliis membranaceis, petiolatis, oblongis, obtusatis, apiculatis, basi obtusis, ciliatis, novellis supra pilosiusculis, adultis glabris, rarissime pellucido-punctatis, diaphano-, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, e basi ramuli annotini egredientibus, basi nudis; germine biloculari; sepalis subaequalibus, ovatis, obtusis, utrinque velutinis, reflexis. ♄

Rami teretiusculi, glabri; novelli compressi. Folia petiolo 2—3‴ lg.; lamina 15—29‴ lg., 7—11‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis tenuibus, erecto patulis venulisque tenuioribus, reticulatis supra vix visibilibus, subtus prominulis. Pedunculi 8—10‴ lg. Flores speciosi, bracteolis stipantibus caducis. Germen turbinatum, velutinum, multiovulatum, 2‴ lg., disco velutino tectum. Sepala 4, 3‴ lg. Petala 4, ovalia, 7‴ lg., 4‴ lt., extus velutina, ciliata. Stamina 5—6‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in montibus Serra d'Açurua prov. Bahiensis: Blanchet n. 2787. Pl. Oreas.

26. EUGENIA PUNGENS Berg: ramulis petiolisque junioribus pilosiusculis; foliis petiolatis, coriaceis, elliptico-oblongis, spinoso-cuspidatis, basi acutis, margine cartilagineis, glabris, pellucido-punctatis, nitidis, venosis, limbinerviis; pedunculis lateralibus et axillaribus, solitariis, 1-carpicis, adpresse pilosis; germine biloculari; bacca depresso-globosa, velutina, 1-sperma, sepalis subrotundis, conniventibus coronata.

Arbor 30—40-pedalis; ramulis gracilibus, glabris; novellis compressis. Folia lamina 26—29‴ lg., 9—11‴ lt.; petiolo 2—3‴ lg.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis plurimis, erecto-patulis venulisque ramulosis utrinque prominulis, his ante marginem arcuatim unitis. Pedunculi 2—9‴ lg., inferiores ex infimis nodis ramorum annotinorum oriundi, basi nudi, superiores axillares, folio multo breviores. Germen multiovulatum. Bacca cano-velutina, 4‴ diametro, bracteolis 2, lineari-lanceolatis, acutis, saepissime pericarpio ad medium usque adnatis, 3‴ lg. stipata, sepalis concavis, 1½—2‴ lg., ciliatis discoque amplo, planiusculo, late marginato, puberulo et stylo persistente coronata. Semen testa membranacea obtectum. Embryo cotylis 2, discretis, plano-convexis; rostello brevissimo subexserto. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

27. EUGENIA EXPANSA Spring: ramulis elongato-expansis, novellis petiolisque junioribus, pedunculis et fructu immaturo puberulis; foliis petiolatis, membranaceis, elliptico-oblongis, utrinque angustatis, obtusiuscule acuminatis, basi acutis, discoloribus, glabris, parum nitidis, creberrime pellucido-punctatis, tenuissime

venosis, limbinerviis; pedunculis solitariis, cernuis, ex imo nodo gemmae subterminalis spurie axillaribus, petiolo paullo longioribus; bacca globosa, disperma, sepalis membranaceis, ovato-oblongis, acutis coronata.

Eugenia expansa Spring in Flora XX. Beibl. II. 84.

Arbor 15-pedalis; rami teretes, graciles, elongati, subdivaricati; novelli compressi. Folia siccata supra obscure viridia, subtus virenti-flavescentia; petiolo 2‴ lg.; lamina $1\frac{1}{2}$—3″ lg., $\frac{1}{2}$—1″ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, subpatulis, lucem versus manifestis. Pedunculi fructiferi $3\frac{1}{2}$‴ lg. Bacca 4‴ diametro, bracteolis 2, lanceolatis, $1\frac{1}{2}$‴ lg. stipata, sepalis 2‴ lg. coronata. (v. fructif. in hb. Vindob. et Mart.)

Habitat in montibus Serra d'Estrella in prov. Rio de Janeiro, fructificat Aprili: Mart. Hb. Fl. Br. n. 50. Pl. Dryas.

28. EUGENIA PRASINA Berg: ramulis novellis pedunculisque brunneo-sericeis; foliis membranaceis, petiolatis, ovali-oblongis, obtuse acuminatis, basi acutis, adultis glabris, minutissime creberrimeque pellucido-punctatis, subtus pallidioribus, tenuiter venosis, longa a margine distantia duplicato-limbinerviis; pedunculis erectis, compressis, 1-carpicis, e rhachi brevi, axillari, petiolo 2—3-plo longioribus; bacca oblonga, 1-sperma, densissime tenuissimeque velutina, sepalis inaequalibus, rotundatis coronata.

Eugenia insipida Mart. in Flora XX. Beibl. II. 85. nec Cambessed.

Arbor 15—20-pedalis; rami teretiusculi, glabri, laeves, cinerei; novelli compressi. Folia siccata supra prasina, subtus pallidiora, opaca; petiolo brunneo, 2‴ lg.; lamina 20—34‴ lg., 9—15‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, utroque latere circiter 12, erecto-patulis, supra oblitteratis, subtus prominulis. Pedunculi 4—6‴ lg., e rhachi 1—2‴ lg. Bacca 4—8‴ lg., 3‴ lt., bracteolis 2, ovatis, $\frac{1}{2}$‴ lg. stipata, disco latiusculo sepalisque 2 exterioribus rotundis, 1‴ lg., 2 interioribus ovatis, rotundatis, $1\frac{1}{2}$‴ lg. coronata. (v. in Mart. Herb. Fl. Br. sub nomine *E. insipidae Camb.*) — Ab *E. insipida Camb.* differt: indumento brunneo-sericeo; foliis membranaceis, angustioribus; pedunculis solitariis; bacca oblonga, opaca, velutina, bracteolis ovatis, $\frac{1}{2}$‴ lg. stipata. Ab *E. arvensi Vell.* differt foliis basi acutis, nec obtusis.

Habitat in monte Corcovado prope Rio de Janeiro, fructificat Julio: Mart. Herb. Fl. Br. n. 51. Pl. Dryas.

29. EUGENIA ACUTATA Miq. (Char. emend.) ramulis foliisque novellis subtus, pedunculis et alabastris rufescenti-velutinis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis, apice angustissime longeque acuminatis, basi in petiolum attenuatis, supra puberulis, nitidis, tandem subglabratis, obsolete v. impellucido-punctulatis, tenuiter supra prominulo-, subtus subimpresso-venosis, limbinerviis; pedunculis oppositis solitariis, 1-floris, ex inferioribus nodis ramorum annotinorum, basi nudis v. squama minuta fultis; germine biloculari; sepalis ovato-oblongis, concavis, obtusis, utrinque velutinis.

Eugenia acutata Miquel in Linnaea XXII. 535.

Rami teretiusculi, novelli compressi. Folia siccata obscura; petiolo 3‴ lg.; lamina 2—4″ lg., 10—14‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus elevato; venis plurimis, tenuibus, erecto-patulis, utrinque parum prominulis, sed subtus plicato-impressis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. Pedunculi 9—14‴ lg., ex infimis 2—4 nodis ramulorum. Alabastra obovata, 4-loba, 4‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen loculis multiovulatis. Sepala 4, praefloratione subvalvacea, demum 3‴ lg. Petala 4, spathulata, ciliolata, 4‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Sonder.)

Not. Flores solitarii, oppositi, ex ramo vero oriundi, nec racemosi, ut Ill. Miquelius dicit.

Habitat ad Caldas in prov. Minarum: Dr. Regnell II. n. 115. Pl. Oreas.

30. EUGENIA DICTYOPHLEBA Berg: ramulis, petiolis pedunculisque et hypanthiis, bracteis sepalisque cano-velutinis; foliis petiolatis, membranaceis, obovatis v. obovato-oblongis, apice rotundatis, brevissime apiculatis, basi subcuneatis, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, supra nitidis, subtus puberulis, reticulato-venosis; longiori a margine distantia arcuatim duplicato-limbinerviis; pedunculis lateralibus, oppositis, solitariis, 1-floris; germine biloculari; sepalis inaequalibus, ovatis, obtusis, extus velutinis, intus puberulis. ♄

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 67.

Rami teretiusculi, ramuli compressi. Folia petiolo $1\frac{1}{2}$—2‴ lg.; lamina 17—26‴ lg., 10—14‴ lt., margine vix recurvo; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, suberecto-patulis, antrorsum adscendentibus ibique anastomosantibus, superioribus nervum limbalem alterum interiorem formantibus; venulis interjectis reticulatis. Pedunculi 3—4‴ lg., basi nudi. Germen multiovulatum, bracteolis 2, obtusiusculis, 2‴ lg. stipatum, disco elevato, piloso terminatum. Sepala 4, 2 majora $1\frac{1}{2}$‴ lg. Petala 4, ovata, obtusa, ciliolata, 4‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Berol., Mart. et Vindob.)

Habitat in montibus Serra d'Açurua prov. Bahiensis: Blanchet n. 2799. Pl. Oreas.

31. EUGENIA SPLENDENS Berg: ramulis angulatis, glabris; foliis oppositis v. alternis, petiolatis, rigide coriaceis, obverse v. obovato-oblongis, obtusis v. retusis, cuneatis, novellis excepto nervo dense rufo-strigosis, pellucido-punctatis, mox glabris, utrinque splendentibus, bullato-rugosis, obsolete venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, folio 2-plo brevioribus; germine biloculari; sepalis ciliolatis, inaequalibus, exterioribus ovatis, obtusatis, interioribus rotundatis. ♄

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 68.

Rami teretiusculi, glabri. Folia adulta impellucido-punctata, siccata badia, epidermide a mesophyllo soluta bullato-rugosa, margine recurva; petiolo 2‴ lg.; lamina 15—30‴ lg., 7—14‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis subpatentibus, obsoletis. Pedunculi 2—7‴ lg., glabri. Alabastra glabriuscula, 3‴ lg., bracteolis stipantibus nullis. Germen turbinatum loculis pauciovulatis. Sepala 4, exteriora $\frac{3}{4}$‴ lg., interiora $\frac{5}{4}$‴ lg. Petala 4, orbicularia, ciliolata, 2‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus fere 4‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat ad Itambé prov. Minarum: Pohl n. 1014. Pl. Oreas.

32. EUGENIA PERSICIFOLIA Berg: ramulis foliisque junioribus subtus, pedunculis et baccis subsericeis; foliis longe petiolatis, membranaceis, lanceolatis, abrupte anguste acuminatis, basi acutis, adultis glabris, creberrime pellucido-punctatis, tenuiter venosis, longiori a margine distantia duplicato-limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-carpicis, petiolo duplo longioribus; germine biloculari; bacca subglobosa, sepalis ovatis, acutiusculis, utrinque minute puberulis coronata. ♄

Rami graciles, albidi, tereti-compressi; novelli valde compressi. Folia supra vix nitida, subtus pallidiora; petiolo 4—5‴ lg.; lamina 3—4″ lg., 10—15‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis distantibus, suberecto-patulis, supra vix visibilibus, subtus prominulis. Pedunculi 8—9‴ lg. Germen multiovulatum. Bacca (immatura) $1\frac{1}{2}$‴ diametro. (v. fructif. in hb. Vindob.)

Habitat in prov. Bahiensi: Blanchet n. 214. Pl. Hamadryas.

33. EUGENIA WIDGRENII Sond. glabra; ramulis 4-gono-compressis; foliis petiolatis, spathulatis, angustato-obtusis, basi in petiolum attenuatis, discoloribus, supra minutissime obsolete pellucido-punctatis, vix nitidis, subtus opacis, fusco-glandulosis, tenuiter subreticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-carpicis, petiolo longioribus; bacca oblonga v. pyriformi, subpuberula, sepalis magnis, concavis, rotundatis, ciliolatis, inaequalibus, inflexis coronata. ♄

Eugenia Widgrenii Sonder. Herb. sine diagn.

Rami albidi. Folia siccata supra obscure viridia, subtus albido-virentia; petiolo 3‴ lg.; lamina 32—46‴ lg., 12—19‴ lt.; nervo medio supra basin versus subimpresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, utrinque parum prominulis. Pedunculi fructiferi 6—7‴ lg., validi. Bacca bracteolis 2, rotundatis, patentibus, 1‴ lg. stipata, 10—11‴ lg.; 4—5‴ lt., sepalis 4 coronata, exterioribus 1‴ lg., interioribus 2‴ lg., glandulosis. (v. fructif. in hb. Sonder.)

E. spenophyllae, δ. prasinae maxime affinis, sed pedunculis solitariis, nec umbellatis distincta.

Habitat in prov. Minarum: Widgren n. 538. Pl. Oreas.

34. EUGENIA ? INOCARPA DC. ramulis novellis, gemmis rudimentisque foliorum ad nervum et margines rufo-strigosis; foliis petiolatis, chartaceis, subobovato-oblongis v. obovatis, rarius ovalibus, abrupte acuminatis, basi cuneatis, excepto nervo glabris, ciliolatis, pellucido-punctatis, supra nitidis, subtus pallidioribus, nitidulis, reticulato-venosis, longiori a margine distantia arcuatim 2—3-plicato-limbinerviis; pedunculis ex infimis nodis ramulorum oppositis, solitariis, basi nudis, spurie axillaribus, pedunculis folio brevioribus; bacca globosa, sepalis rotundatis, ciliolatis coronata.

Myrtus inocarpos Mart. Herb.
Eugenia inocarpa DC. Prodr. III. 264. n. 8.

Arbor trunco 2—3″ diametro, valde divisa, cortice cinereo-rufescenti, tenuiter rimuloso obtecta (Mart.); rami teretiusculi, novelli compressi. Folia subtus glandulosa, siccata nunc supra hepatica, subtus pallidiora, nunc fuscescenti-virentia; petiolo 1—3‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 8—20‴ lt.; nervo medio supra impresso-elevato, subtus incrassato, utrinque pilosiusculo; venis utroque latere sub-7, suberecto- v. subpatulis, adscendentibus, supra prominulis, subtus prominentibus, arcubus amplis confluentibus, extrorsum iterata ramificatione anastomosantibus. Pedunculi filiformes, 9—12‴ lg. Bacca 8‴ diametro, sepalis 1‴ lg. coronata, pulchre coccinea, carne acidulo-dulci circa semina 2, hinc convexa, inde plana (fide Mart.). (v. in hb. Mart. et Sonder.)

Not. Flores et fructus maturos haud vidi; nervatura foliorum et inflorescentia valde ad Abbevilleam accedit, ab qua calyce evidenter 4-lobo differt. Hanc ob rem signum rogationis generi adjeci.

Habitat in arenosis apricis prope Barra do Rio Negro in prov. do alto Amazonas: M. Pl. Najas.

35. EUGENIA NEMORALIS DC. ramulis novellis minute puberulis; foliis petiolatis, coriaceis, ovato-, ovali-oblongis v. oblongis, abrupte acuminatis, basi breviter acutis, glabris, discoloribus, utrinque nitidis, supra minute impresso-, vix pellucido-punctatis, obsolete venosis, subtus tenuissime subreticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; pedicellis axillaribus, solitariis, petiolum subaequantibus: bacca ovali, disco magno, hemisphaerico sepalisque rotundatis, disco incumbentibus et brevioribus coronata. ♄

Myrtus nemoralis Mart. Herb.
Eugenia nemoralis DC. l. c. 267.

Rami tereti-compressi, fusci, rugulosi; ramuli compressi, exophloeo albo, glabro obtecti. Folia forma variabilia, siccata supra fusco-atra, subtus hepatica; petiolo 2—4‴ lg.; lamina 22—66‴ lg., 14—27‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, supra oblitteratis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, subtus vix manifestis. Pedicelli fructiferi erecti v. deflexi, 2—3‴ lg. Bacca 8—9‴ lg., 6‴ lt., bracteolis 2, minutissimis stipata. Sepala 4, majora 1½‴ lg. (v. in hb. Mart.) — Ab *E. clinocarpa DC.* maxime differt.

Habitat in silvis ad oppidum Ega, nec non ad flumen Amazonas in prov. do alto Amazonas: M. Pl. Najas.

36. EUGENIA PISONIS Berg: ramulis foliisque annotinis ad petiolum et costam subtus pedunculisque rufo-tomentellis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, ovate oblongis, longe acuminatis, basi breviter acutis, cartilagineo-limbatis, discoloribus, sparse pellucido-punctatis, junioribus pilis rarissimis inspersis, demum glabris, supra nitidis, impresso-remote venosis, longa a margine distantia arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, 1-carpicis; bacca ovali, glandulosa, sepalis patentibus coronata, 1-sperma. ♄

Rami teretiusculi, glabri, annotini compressi. Folia siccata supra fusco-atra, subtus hepatica, glandulis inaequalibus sparsis instructa; petiolo 3‴ lg.; lamina 3½—5½″ lg., 14—21‴ lt.; nervo medio supra prominulo, subtus incrassato; venis utroque latere 8—12, distantibus, erecto-patulis, supra impressis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuissimis, ramulosis, vix visibilibus. Pedunculi 5‴ lg., validi. Bacca 14‴ lg. (v. in hb. Monac.)

In honorem dixi patris florae Brasiliensis, G. Piso.

Habitat in Brasilia: M., certe Najas.

37. EUGENIA GAUDICHAUDIANA Berg: ramulis nervisque mediis foliorum superiorum puberulis; foliis sessilibus, coriaceis, orbicularibus, ovalibus, rarius ovatis, basi subcordatis, apice retusis v. obtusissime brevissimeque acuminatis, discoloribus, creberrime pellucido-punctatis, adultis glabris, supra nitidis, venosis, longiori a margine distantia duplicato-limbinerviis; pedunculis e gemma terminali v. axillari, 1-floris, oppositis, bractea fultis; germine biloculari; sepalis subrotundis, concavis, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi, glabri. Folia siccata supra viridia, subtus fusco-virentia; lamina 16—20‴ lg., 13—16‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis patulis v. subpatulis, inferioribus subhorizontalibus, supra elevatis, subtus venulisque tenuioribus, reticulatis prominulis. Gemmae floriferae 4-fariam imbricatae, squamis inferioribus ovatis, superioribus oblongis, nervo medio subtus puberulis. Pedunculi 6—8‴ lg., glabriusculi. Germen hemisphaericum, dense brevissimeque velutinum, 1‴ lg., multiovulatum, disco medio elevato, glabro terminatum. Sepala 4, 2 longiora, 2‴ lg. Petala 4, subrotunda, ciliolata, fere 4‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Kunth.)

Habitat ad urbem Rio de Janeiro: Gaudichaud. Pl. Dryas.

38. EUGENIA LARUOTTEANA Camb. ramulis tetragonis foliisque novellis ad basin nervi brevissime puberulis; foliis coriaceis, petiolatis, oblongis, acutis, pellucido-punctatis, glabris, supra nitidis, venosis; pedunculis axillaribus, solitariis, folio brevioribus, basi bracteatis, glabriusculis; germine biloculari; sepalis ovatis, apice rotundatis, utrinque albido-tomentosis. ♄

Eugenia Laruotteana Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 252.

Rami teretes, glabri. Folia $2^1/_2$—$4^1/_2$″ lg., 1—$1^1/_2$″ lt., margine revoluta; petiolo 4—5‴ lg.; nervo subtus prominente; venis utrinque prominulis, apice anastomosantibus. Pedunculi 12—16‴ lg., bracteis linearibus, acutis, puberulis, 3‴ lg. fulti. Alabastra 5‴ lg., albido-tomentosa, bracteolis 2, oblongis, basi angustatis, obtusis, albido-puberulis stipata. Germen apice albido-tomentosum, loculis 12-ovulatis. Petala 4, obovata, extus albido-tomentosa, 9‴ lg., 5‴ lt. Stamina petala aequantia. Stylus iis paullo brevior, glabriusculus. (Camb.) †

In campis ad rivum Rio Manso prov. Minarum: Laruotte. Pl. Oreas.

39. EUGENIA LAURIFOLIA Camb. ramulis sulcato-angulosis foliisque novellis et pedunculis puberulo-scabris; foliis petiolatis, elliptico-oblongis, basin versus angustatis, supra medium paullo dilatatis, subacuminatis, pallidis, obsolete pellucido-punctatis, glabratis, reticulato-venosis, limbinerviis; pedunculis solitariis; germine biloculari; bacca sepalis ovato-rotundis, ciliolatis, inaequalibus, glabris coronata, ooideo-oblonga, 1-sperma.

Eugenia laurifolia Cambess. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 257.,. nec Spring.

Frutex 4—5-pedalis; rami glandulosi, teretes. Folia lamina 3—$4^1/_2$″ lg., 12—20‴ lt.; petiolo 3—4‴ lg.; nervo subtus prominente; venis vix manifestis. Pedunculi 7—12‴ lg. Alabastra 5‴ lg., bracteolis 2, ovato-rotundis, ciliolatis, 1‴ lg. stipata. Germen apice puberulum, loculis multiovulatis. Petala 4, ovata, glabra, ciliolata, sepalis paullo longiora. Stamina petalis paullo breviora. Stylus stamina aequans, inferne puberulus. Bacca 1″ lg., rubra, sapore ingrato. (Camb.) †

In silvis primaevis prope Freguesia de Nossa Senhora da Escadinha in prov. St. Pauli, floret Aprili: St. Hilaire. Pl. Oreas.

40. EUGENIA CYDONIAEFOLIA Berg: ramulis, petiolis, foliis subtus, pedunculis, sepalis albido-lepidotis; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-rotundis v. ovalibus, utrinque angustato-obtusis, marginatis, pellucido-punctatis, supra glabris, nitidis, tenuiter venosis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-carpicis, petiolo aequalibus; bacca ovali v. ovali-globosa, glabriuscula, sepalis inaequalibus, concavis, rotundatis coronata. ♄

Rami teretiusculi, albidi, cortice suberoso tecti. Folia interdum brevissime lateque obtuse acuminata v. retusa, siccata supra fuscescentia, subtus albida; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 16—28‴ lg., 12—22‴ lt.; nervo medio supra plicato-impresso, subtus elevato; venis erecto-patulis, utrinque prominulis. Pedunculi 3—4‴ lg., validi. Bacca bracteolis 2, rotundis, $^1/_2$‴ lg. stipata, 5—6‴ lg., sepalis 4, erectis coronata, exterioribus $^3/_4$‴ lg., interioribus fere 2‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat in Chiquitos: d'Orbigny n. 783. Pl. Najas.

2. Biflorae. Pedicelli axillares, laterales v. subterminales, plerumque bini, interdum 1—4-ni, uniflori, basi bractea fulti.

41. EUGENIA SPRENGELII DC. ramulis pedunculisque puberulis; foliis petiolatis, subcoriaceis, linearibus, obtusis, aveniis, glabris, supra impresso-, impellucido-punctatis; pedunculis axillaribus, solitariis et subterminalibus, geminis, filiformibus, bifidis, 2- v. abortu 1-floris, ad furcationem et apice bibracteolatis, folio brevioribus; germine biloculari; sepalis ovalibus, obtusis, ciliolatis.

Myrtus linifolia Spreng. Syst. II. 479., ex Herb. Spreng. DC. Prodr. III. 241.

Eugenia angustifolia Spreng. Nov. Prov. 18., ex Herb. Spreng., nec Lam.

Eugenia ? Sprengelii DC. l. c. 276.

Frutex 10-pedalis; rami teretes, tenues, exophloeo albido, mesophloeo fusco-atro instructi, glabri; ramuli compressi, brunnei. Folia siccata fusca; petiolo $^1/_2$‴ lg.; lamina 5—10‴ lg., $^1/_2$—$1^1/_2$‴ lt.; nervo medio supra evanido, subtus manifesto, haud elevato. Pedunculi $1^1/_2$—2‴ lg., inter furcam gemma instructi; pedicellis $1^1/_2$—2‴ lg., altero interdum abortiente. Alabastra obovata, $1^1/_2$‴ lg., bracteolis 2, ovatis, germen aequantibus, ciliolatis stipata. Germen multiovulatum, glabrum. Sepala 4, 2 interiora majora $^1/_2$‴ lg. Petala 4, obovata, ciliolata, 1‴ lg. Stamina petalis aequalia. Stylus apice spiralis. (v. fruct. in hb. Berol., Mart., Sonder., Sprengel.)

Not. Pedunculos in axillis foliorum nunquam aggregatos vidi. — Haec praeposita species ab Ill. Sprengelio, ut ex herbario ejus evadit, primum sub nomine *Eugeniae angustifoliae* in „Novi proventus hortorum etc.“ descripta, demum ab ipso auctore omissa, sed in systemate denuo sub nomine *Myrti linifoliae* introducta erat. Candolleus, qui exemplaria non viderat, species diversas esse crediderat et ambas in prodromum recepit.

Habitat in prov. Rio de Janeiro, floret Septembri: Sellow, Pohl, Princ. de Neuwied. Pl. Dryas.

42. EUGENIA LINEARIFOLIA Berg: ramulis foliisque, pedunculis et germinibus cano-puberulis; foliis subsessilibus, coriaceis, ternis, alternis v. oppositis, linearibus, obtusiusculis, basi in petiolum brevissimum attenuatis, margine limbato planiusculis, elevato-, impellucido-punctatis, subtrinerviis, subtus reticulato-venosis; pedicellis axillaribus, basi bracteatis, 1—2-nis, petiolo longioribus v. aequalibus, 1-floris; germine biloculari; sepalis inaequalibus, ovatis, obtusis, extus puberulis, ciliatis. ♄ Variat:

α. ternifolia: ramis strictis, elongatis, simplicibus, angulatis; foliis ternis v. sparsis, supra lucidis, adultis subglabratis; floribus majoribus; pedicellis hypanthio longioribus.

Folia 3—$4^1/_2$″ lg., 3—6‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis arrectis, utrinque praesertim inferne prominulis, ante marginem ad nervum limbalem conjunctis; venulis interjectis tenuissimis ramosissimis. Pedicelli 2—3‴ lg. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, oblongis, obtusis, $^1/_2$‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco concavo, late marginato ibique puberulo terminatum. Sepala 4, intus glabra, demum reflexa, interiora 2 majora $1^1/_2$‴ lg. Petala 4, suborbicularia, ciliolata, 3—4‴ lg. Stamina petalis paullo breviora. Stylus glaber, longitudine staminum. (v. in hb. Berol.)

β. oppositifolia: ramosa; foliis oppositis, utrinque opacis, cano-velutinis; floribus multo minoribus; pedicellis hypanthio aequalibus v. brevioribus. (v. in hb. Berol.)

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 64.

Habitat ad Serra Branca in prov. Minarum: Sellow. Pl. Oreas.

43. EUGENIA CAMBESSEDEANA Berg: glabra; foliis petiolatis, rigidis, lineari-lanceolatis, utrinque gradatim acutatis, discoloribus, subtus subtilissime impellucido-punctatis, utrinque venosis, limbinerviis; pedicellis compressis, axillaribus, 2-, rarius 1-nis, 1-floris, folio duplo brevioribus; germine 3—4-loculari; sepalis ovatis, obtusis, ciliolatis.

Frutex 10-pedalis; rami graciles, virgati, glabri, laevigati; novelli compressi, superne gemmisque pilis rufis obtecti. Folia siccata supra atrovirentia, subtus flavo-virentia, fere aurea, margine vix recurva; petiolo 1‴ lg.; lamina 14—24‴ lg., 3—4‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis erecto-patulis, plurimis, ramulosis, supra parum, subtus magis prominulis. Pedicelli 8—9‴ lg., compressi, glabri. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acuminatis, carinatis, ciliolatis, $^1/_2$‴ lg., persistentibus stipata. Germen multiovulatum, basi

pilis raris inspersum, disco planiusculo, 4-gono, orbiculari-areolato, glabro terminatum. Sepala 4, ovata, obtusa, ciliolata, extus glabra, intus subtilissime puberula. Petala 4, orbicularia, glabra. (v. in hb. Berol.)

Simillima *E. glaucescenti Camb.*, sed distincta: foliis brevius petiolatis; germine 3—4-loculari; ab *E. Canelonensi* differt: figura foliorum.

Habitat ad ripas rivorum in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

44. EUGENIA GLAUCESCENS Camb. glabra; foliis breviter petiolatis, lanceolatis, utrinque angustatis, acutis, opacis, glaucescentibus, subtus lutescentibus, venosis; pedicellis 1—2-nis, filiformibus, axillaribus; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis, ciliolatis, demum reflexis.

Eugenia glaucescens Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 266. t. 154.

Frutex magnus, rami teretes, novelli compresso-tetragoni. Folia 18—30‴ lg., 4—7‴ lt., supra sub lente scabriuscula, subtus glandulis nigrescentibus inspersa; petiolo 2‴ lg.; nervo subtus prominulo; venis vix manifestis. Pedicelli 5—6‴ lg. Alabastra 2‴ lg., pube brevissima inspersa, bracteolis 2, minimis, ovatis, acutis, glabris stipata. Germen apice glabrum, loculis pluriovulatis. Petala 4, elliptica, apice rotundata, sepalis triplo longiora. Stamina petalis paullo longiora. Stylus staminibus paullo brevior, glaber. (Camb.) †

Prope vicum S. Domingos Suriano, in parte occidentali reipublicae Montevideo, floret Decembri: St. Hilaire. Pl. Napaea.

45. EUGENIA BAGENSIS Berg: glabra; gemmis sericeis; foliis petiolatis, rigide coriaceis, lanceolatis v. oblongo-lanceolatis, utrinque acutatis, discoloribus, supra vix nitidis, subtus aureis, fusco-, impellucido-punctatis, supra subaveniis, subtus venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus, 1—2-nis, compressis, folio duplo brevioribus; germine triloculari; bacca depresso-globosa, sepalis ovatis, obtusis, eciliatis coronata. Variat:

α. angustifolia: foliis lanceolatis, 16—26‴ lg., 3—6‴ lt.

β. avenia: foliis lanceolatis, adultis interdum oblongis, utrinque subaveniis, 16—19‴ lg., 4—6‴ lt.

γ. latifolia: foliis oblongo-lanceolatis v. oblongis, 16—30‴ lg., 5—10‴ lt.

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 65.

Frutex. Rami teretiusculi, laeves, glabri; ramuli compressi. Folia siccata supra cinnamomea, subtus aurea, margine vix recurva; petiolo 1½—2‴ lg.; nervo medio subtus prominente. Pedicelli 6—9‴ lg., glabri. Germen glabrum, multiovulatum, bracteolis 2, ovatis, acutis, glabris, ¾‴ lg. stipatum, disco planiusculo, glabro terminatum. Sepala 4, intus minute puberula, 2 majora 1‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad ripas amnis Rio Negro, prope Bagé, in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

46. EUGENIA PALLIDA Berg: ramulis novellis germinibusque dense ferrugineo-sericeis; foliis petiolatis, coriaceis, obovato-oblongis et oblongis, apice acute v. obtusiuscule acutatis, basi cuneatis, glabris, discoloribus, supra opacis, demum subnitidis, subtus pallidis, fusco-, impellucido-punctatis, utrinque elevato-venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus, 2—3-nis, compressis, sericeis, folium dimidium aequantibus; germine 3—4-loculari; sepalis subrotundis, concavis, ciliolatis, extrorsum glabris. ♄

Rami teretes, laeves; ramuli compressi. Folia novella adultioribus difformia, haec supra fusca, margine revoluta, illa viridia, utraque subtus pallidiora; petiolo 1‴ lg.; lamina 15—22‴ lg., 6—8‴ lt.; venis tenuibus, suberecto-patulis, utrinque prominulis. Pedicelli 8‴ lg. Alabastra subglobosa, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, puberulis, ciliatis, ¾‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco plano, minute puberulo obtectum. Sepala 4, intus sericea, 2 majora interiora 1‴ lg. Petala 4, subrotunda, crenulata, ciliolata, 2‴ lg. Stamina 2½‴ lg. Stylus stamina aequans. (v. in hb. Berol.)

Ab *E. eleganti*, cui maxime affinis, differt: foliis difformibus, utrinque elevato-venosis; sepalis extrorsum glabris.

Habitat in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

47. EUGENIA CANELONENSIS Berg: ramulis apice, petiolisque superioribus et gemmis pilosiusculis; foliis petiolatis, rigidis, obverse oblongis, acutatis v. breviter acutis, basi cuneatis, glabris, discoloribus, subtus subtilissime fusco-, impellucido-punctatis, utrinque tenuiter venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus, 1—2-nis, 1-floris, glabris, folio 2—3-plo brevioribus; germine 3—4-loculari; sepalis ovatis, obtusis, vix ciliolatis. ♄

Rami tenues, teretes, laeves; ramuli compressi, glabri. Gemmae rufo-strigosae. Folia sicca supra atrovirentia, subtus fere aurea, margine vix recurva; petiolo 2‴ lg.; lamina 18—21‴ lg., 6—7‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis erecto-patulis, supra vix manifestis, subtus parum prominulis; venulis interjectis ramulosis. Pedicelli 6—8‴ lg., compressi, glabri. Alabastra obovata, 2‴ lg., basi bracteolis 2, ovatis, carinatis, acutis, ciliatis, ½‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, basi pilosiusculum, disco lato, planiusculo, glabro terminatum. Sepala 4, concava, extus glabra, intus sericea, demum patentia, 1‴ lg. Petala 4, suborbicularia, glabra, 1½‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus staminibus paullo longior. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad ripas prope Canelones in Montevideo, floret Januario: Sellow. Pl. Napaea.

48. EUGENIA POEPPIGIANA Berg: ramulis, petiolis foliisque novellis pedunculisque bracteis et alabastris ferrugineo- v. rufo-tomentosis; foliis petiolatis, rigidis, obovato- v. obverse oblongis, apice breviter acutis, basi cuneatis, discoloribus, adultis glabris, supra nitidis, impresso-, impellucido-punctatis, subtus glaucis, elevato-glandulosis, reticulato-penninerviis et limbinerviis; pedicellis aut axillaribus et subterminalibus, 1—3-nis, 1-floris, folio brevioribus aut bracteis fultis racemos mentientibus; germine 4-, rarius 3—2-loculari; sepalis oblongis; petalis eciliatis.

Frutex 12—18-pedalis; rami teretes, pallidi, glabri, laeves; ramuli compressi. Folia fragilia, concava, siccata supra atrovirentia, subtus flavo-virentia; lamina 1⅓—2″ lg., 5—10‴ lt.; petiolo 1½‴ lg.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis plurimis, subpatulis, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Pedicelli 4—10‴ lg. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 1—1½‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco planiusculo, tomentoso obtectum. Sepala 4, obtusiuscula, marginibus involuta, extus et apice margineque intus tomentosa, patentia, 1—¾‴ lg. Petala 4, orbicularia, alba, glabra, 1½‴ lt. Stamina petala subaequantia. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in fruticetis reipublicae Montevideo, floret Septembri et Octobri: Sellow. Pl. Napaea.

49. EUGENIA ELEGANS Berg: ramulis novellis ferrugineo-sericeis; foliis petiolatis, coriaceis, conformibus, oblongo-obovatis, cuneatis, apice obtusiuscule acutatis, glabris, subconcoloribus, utrinque minute nigrescenti-, impellucido-punctatis, supra impresso-, subtus elevato-venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus, 1—2-nis, 1-floris, folium dimidium aequantibus, compressis, sericeis; germine triloculari, sericeo; sepalis subrotundis, concavis, puberulis, ciliolatis.

Frutex 8—10-pedalis; rami laeves, teretiusculi; ramuli compressi, glabri. Folia novella adultioribus forma nervaturaque conformia, subtus aurea, supra pallidiora, adulta supra fusca, nitida, subtus pallidiora, margine recurva; petiolo $1^1/_2$—2‴ lg.; lamina 13—15‴ lg., 7—9‴ lt. Pedicelli 4—7‴ lg. Alabastra subglobosa, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, puberulis, longitudine germinis stipata. Germen multiovulatum, disco plano, glabro terminatum. Sepala 4, intus sericea, 1‴ lg. Petala 4, subrotunda, ciliolata, 2‴ lg. Stamina longiora 3‴ lg. Stylus sericeus, 2‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in campis ad Serpe in Montevideo, floret Decembri: Sellow. Pl. Napaea.

30. EUGENIA EUOSMA Berg: ramulis foliisque subtus pedunculisque et alabastris velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, lanceolatis v. oblongis, utrinque acutis, discoloribus, superne subtilissime sericeis, impresso-, impellucido-punctatis, adultis supra glabris, subtus subglabratis, fusco-punctatis, subaveniis; pedicellis 1—3-nis, 1-floris, folio brevioribus; germine 3—4-loculari; sepalis ovatis, acutiusculis. Variat:

α. lutescens: indumento lutescente, pedunculis 2—3-nis.

β. rufescens: indumento rufescente, pedunculis solitariis.

Frutex 6—10-pedalis, fragrans (Sellow); rami stricti, teretes, laeves, glabri; novelli compressi. Folia supra medium paullulum dilatata; petiolo 1‴ lg., velutino; lamina 11—18‴ lg., 3—5‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis vix manifestis. Pedicelli 6—15‴ lg,, vix compressi. Alabastra obovata, $2^1/_2$‴ lg., bracteolis ovatis, acutis, velutinis, 1‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco plano, puberulo obtectum. Sepala 4, subaequalia, utrinque velutina, 1‴ lg. Petala 4, obovata, extus sericea, ciliolata, 2‴ lg. Stamina petalis paullo longiora. Stylus stamina aequans. (v. in hb. Berol.)

Habitat in parte australi prov. Rio Grande do Sul et in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

51. EUGENIA FRANCISCENSIS Berg: ramulis foliisque novellis praesertim subtus, pedunculis et alabastris ferrugineo-tomentosis; foliis petiolatis, rigide coriaceis, obovato-oblongis v. ovalibus, apice rotundatis v. retusis, margine revolutis, discoloribus, adultis supra glabris, obsolete impresso-, impellucido-punctatis, vix nitidulis, aveniis, subtus subglabratis, pallidis, obsolete venosis, limbinerviis; pedicellis 1—2-nis, axillaribus, folio dimidio brevioribus, validis, compressis; germine triloculari; sepalis coriaceis, oblongis, obtusis, subaequalibus, margine involutis. ♄

Rami subtetragoni, cinerei, glabri; ramuli compressi. Folia siccata supra fusca, subtus subflavescentia; petiolo 2‴ lg.; lamina 10—20‴ lg., 5—10‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis tenuissimis, erecto-patulis, supra haud visibilibus v. leviter impressis, subtus prominulis. Pedicelli 5—7‴ lg. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, ovatis, concavis, 1‴ lg. stipata. Germen loculis multiovulatis. Sepala 4, 2‴ lg. Petala 4, ovalia, vix ciliolata, 2‴ lg. Stamina stylusque 3‴ lg. (v. in hb. Mart. et Sonder.)

Ab *E. ancipiti, bracteata, expallenti* differt: floribus longe pedunculatis; ab *E. euosma:* foliis latioribus, apice rotundatis; ab *E. fuliginea:* foliis apice rotundatis tomentoque ferrugineo.

Habitat ad flumen S. Francisci: M. Pl. Hamadryas.

52. EUGENIA FULIGINEA Berg: ramulis compressis petiolisque, foliis annotinis subtus pedicellisque, bracteis et alabastris fuligineo-velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, obovato- v. ovali-oblongis, obtusatis v. breviter acutis, vix apiculatis, basi subcuneatis, novellis supra cano-velutinis, adultis glabratis, nitidis, creberrime subtilissimeque impresso-punctatis, subtus sub tomento tandem expallente sparse glandulosis, tenuissime venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus et subterminalibus, 2—4-nis, compressis, petiolo paullo longioribus, 1-floris; bracteolis hypanthis ovatis, acuminatis, alabastro duplo brevioribus; germine 3—4-loculari; sepalis ovatis, exterioribus obtusatis, interioribus subtruncatis, introrsum sericeis. ♄

Rami fuliginei, tereti-compressi, glabri. Folia introrsum sensim minora, margine plana, adulta siccata supra cinnamomea, subtus tandem canescentia; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 17—31‴ lg., 5—14‴ lt.; nervo medio supra impresso, infra crasso; venis plurimis, tenuissimis, subpatulis, utrinque vix manifestis. Pedicelli validi, antepositi, 4—5‴ lg., rarissime 2—3-flori, interdum solitarii. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, 1‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco plano, velutino obtectum. Sepala 4, $1^1/_2$‴ lg. Petala 4, obovata, glabra, ciliolata, 2‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Ab *E. bracteosa DC.* differt: indumento fuligineo; foliis perennantibus, multo latioribus, nec obversis, supra creberrime subtilissimeque impresso-punctatis; floribus minoribus; sepalis ovatis, exterioribus obtusatis, interioribus subtruncatis.

Habitat in Brasilia meridionali: Sellow.

53. EUGENIA RUFESCENS DC. ramulis foliisque junioribus ad petiolum, nervum medium subtus et marginem, pedicellis, baccis immaturis, calycibus brunneo-velutinis; foliis petiolatis, rigide coriaceis, obverse v. subobovato-oblongis, obtusatis v. obtusis, basi cuneatis, discoloribus, novellis subtus puberulis, adultis glabris, supra impresso-, impellucido-punctatis, aveniis, subtus venosis, limbinerviis; pedicellis 1—2-nis, 1-floris, ex axillis ramorum annotinorum, petiolo longioribus; bacca ovali, sepalis erectis, oblongis, acutis coronata. ♄

Eugenia rufescens DC. Prodr. III. 279., excepto synonymo Sprengeliano.

Rami obsolete 4-goni, glabri, laeves, pallidi; novelli compressi. Folia siccata supra cano-virentia, subtus pallida; annotina ad fructescentiae tempus nondum adulta; petiolo 2‴ lg.; lamina 15—28‴ lg., 5—11‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis tenuibus, erecto-patulis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis, subtus vix visibilibus. Pedicelli 3—6‴ lg. Bacca (immatura) 3‴ lg., bracteolis 2, subulatis, 1‴ lg. stipata, 2—3-sperma, sepalis 1‴ lg. coronata. (v. fructif. in hb. Monac.)

Not. Folia ramorum annotinorum florentium ex siccatione saepissime decidunt, quam ob rem saepe ramuli modo floriferi inveniuntur; itaque Ill. Candollkus speciem hanc pedunculis 1—3-nis axillaribus donatam incaute sectioni quintae adnumeravit.

Habitat in campis prope urbem S. Pauli et villam Mogi das Cruzes in prov. S. Pauli, fructificat Decembri: M. Pl. Dryas.

54. EUGENIA PLANIRAMEA Berg: ramulis deplanatis, junioribus petiolisque foliis novellis, pedicellis, alabastris brunneo-tomentosis; foliis petiolatis, rigidis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice apiculatis, discoloribus, supra laevigatis, demum glabris, subaveniis, subtus albicantibus, impellucido-punctatis, demum subglabratis, subreticulato-venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus, 2-nis, validis, petiolum aequantibus v. paullo superantibus; germine 4-loculari; sepalis ovato-oblongis, obtusatis, patentibus, subaequalibus. ♄

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 81.

Rami tetragoni, laeves; ramuli compressi. Folia siccata supra cano-virentia; petiolo 2—4‴ lg.; lamina 18—28‴ lg., 8—13‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis subpatulis, supra oblitteratis, interdum subimpressis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, subtus prominulis. Pedicelli compressi, 1½—4‴ lg. Germen hemisphaericum, brunneo-tomentosum, disco medio convexo terminatum, ¾‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 1½‴ lg., tomentosis stipatum, multiovulatum. Sepala 4, coriacea, extrosum et apice introrsum tomentosa, 1‴ lg. Petala 4, obovata, membranacea, 2‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat ad vicum Borda do Campo in prov. Minarum: Pohl n. 1013. Pl. Oreas.

55. EUGENIA PROMINENS Berg: ramulis 4-gonis, puberulis, novellis foliisque novellis subtus margineque et petiolo rufo-pilosiusculis; foliis subsessilibus, coriaceis, obovatis v. oblongo-obovatis, apice rotundatis v. obtusis, basi subcuneatis, adultis glabris, discoloribus, sparse obsoleteque v. vix pellucido-punctatis, supra nitidis, subreticulato-venosis, longiori a margine distantia limbinerviis; pedicellis axillaribus, solitariis, 1-carpicis, fructu longioribus, folio 2-plo brevioribus; bacca ovali, glabra, 1—2-sperma, sepalis obtusis, conniventibus coronata. ♄

Eugenia Kunthiana, β. fructu flavo DC. Prodr. III. 264.

Rami teretes, glabri. Folia interdum ovalia, rarius angustato-obtusa, subtus pallidiora, fusco-punctata, margine recurva; petiolo vix ullo; lamina 12—21‴ lg., 7—11‴ lt.; nervo medio utrinque praesertim subtus prominente; venis suberecto-patulis, utroque latere circiter 12, utrinque prominulis; nervo limbali apice basique marginem folii attingente; venulis tenuioribus, ramulosis. Pedicelli 4‴ lg., glabri; una cum gemma brevissima, velutina axillares. Bacca 4‴ lg., 3‴ lt., bracteolis 2, ovatis, ciliatis, minutis stipata, disco planiusculo, glabro sepalisque 4, latis, rotundatis, ciliolatis, incurvis, 2 majoribus 1¾‴ lt. coronata. (v. in hb. Berol. et Monac.) — Ab *E. oeidocarpa* differt: ramulis 4-gonis, puberulis; foliis subsessilibus, majoribus; nervo limbali a margine remoto; venis utrinque prominulis, pedicellis solitariis fructu longioribus, sepalis bracteolisque majoribus, eciliatis; ab *E. Kunthiana DC.* (exc. var.): foliis latioribus, apice rotundatis v. obtusis, basi subcuneatis, oblique truncatis v. obtusatis. — Specimina Sellowiana omnino cum Martianis quadrant.

Habitat in prov. Bahiensi: M., Sellow. Pl. Hamadryas.

56. EUGENIA CIARENSIS Berg: ramulis rufo-sericeis; foliis rigidis, brevissime petiolatis, obovato-oblongis, apice leviter abbreviato- obtuse acuminatis v. angustato-obtusis, basin versus elongato-cuneatis, extima basi oblique truncatis, utrinque sparse pilosiusculis, adultis glabratis, utrinque elevato-, obscure pellucido-punctatis, tenuiter reticulato-venosis, sublongiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; pedicellis axillaribus, basi bracteatis, 1-, rarius 2-nis, 1- v. 3-floris, folio 2—3-plo brevioribus; germine glabro, biloculari; sepalis subaequalibus, rotundatis, ciliolatis. ♄

Rami elongati, stricti, badii, subtetragoni, inferne glabri. Folia petiolo vix ullo; lamina 1—1½″ lg., 5—10‴ lt.; nervo medio supra basin versus subimpresso, subtus elevato; venis tenuibus, suberecto-patulis, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis, utrinque praesertim supra parum prominulis. Pedicelli 4‴ lg., 1-flori v. 3-flori, flore centrali sessili, lateralibus pedicellatis, pedicellis secundariis 1—2‴ lg. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, carinatis, ciliolatis, ⅜‴ lg. stipata. (v. in hb. Vindob.)

Maxime affinis *E. sanctae DC.*, sed distincta: habitu; foliis obovato-oblongis, extima basi oblique truncatis, superioribus utrinque sparse puberulis; pedicellis saepe 3-floris.

Habitat in prov. Ceará: Gardner n. 1612. Pl. Hamadryas.

57. EUGENIA PYRAMIDALIS Berg: caule 4-gono, pyramidali; ramulis foliisque novellis utrinque pilis rufescentibus dense nitideque sericeo-velutinis; foliis subsessilibus, rigidis, inferioribus ovalibus, superioribus obverse oblongis, apice obtuse v. subtruncato-acuminatis, basi subcuneatis, adultis pellucido-punctatis, supra sparsius, subtus densius sericeis, pallidioribus, reticulato-penninerviis, duplicato-limbinerviis; pedicellis basi bracteatis, glabris, 1—4-nis, 1-floris, folio 4-plo brevioribus; germine biloculari, glabro; sepalis subaequalibus, rotundis, fimbriato-ciliatis. ♄

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 70.

Caulis crassus, ramosus, ramis decrescentibus, pyramidalis, foliosus, ramulis apice compressis. Folia sursum sensim angustiora et minora, infima 40‴ lg., 22‴ lt., superiora 22‴ lg., 7‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis subpatentibus, venulisque reticulatis, tenuioribus utrinque prominentibus. Pedicelli 4—6‴ lg., bractea ovata, velutina fulti, interdum e rhacheola perbrevi egredientes. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, ovatis, concavis, obtusis, ciliatis, ¾‴ lg. stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, 2 majora 1½‴ lg. Petala 4, rotunda, ciliolata. (v. in hb. Vindob.)

Affinis *E. sanctae DC.*, sed diversa: habitu, magnitudine et praesertim indumento foliorum.

Habitat ad Ribeirão do Prado in prov. Minarum: Pohl n. 3083. Pl. Oreas.

58. EUGENIA KUNTHIANA DC. ramulis foliisque novellis pilis rufescentibus, demum expallentibus, pilosiusculis; foliis rigidis, brevissime petiolatis, obovato-oblongis, basi longe cuneatis, apice obtuse acutatis v. leviter acuminatis, adultis subglabratis, supra nitidis, obscure pellucido-punctatis, subtus opacis, fusco-glandulosis, reticulato-venosis, sublongiori a margine distantia duplicato-limbinerviis; pedicellis basi bracteatis, axillaribus, glabris, 1—3-nis, folio 3-plo brevioribus; germine biloculari, glabro; bacca 1-sperma, ovali, sepalis inaequalibus, rotundatis, glabris, ciliolatis coronata. Variat:

α. pellucida *Bg.* foliis supra subelevato-, pellucido-punctatis.

Myrtus Kunthiana Mart. Herb., exceptis varietatibus β. et γ.

Eugenia Kunthiana DC. Prodr. III. 264., exceptis varietatibus β. et γ.

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 76.

Arbuscula depressa, ramis erectis, exophloeo delabente rugosis, novellis badiis, compressis. Folia 15—36‴ lg., 7—15‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis subpatentibus v. suberecto-patulis, utrinque prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Pedicelli 2—6‴ lg., compressi, badii, nitidi, bractea parva, oblonga, tomentella fulti. Alabastra 4‴ lg., bracteolis 2, oblongis, carinatis, acutis, fimbriatis, germen subaequantibus, ¾‴ lg. stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, 2 majora vix ciliolata, 1½‴ lg., 2 exteriora duplo minora, fimbriata. Petala 4, subrotunda, ciliata, fere 3‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. Bacca rubra, 4‴ lg., sepalis demum conniventibus, glabris coronata. (v. florif. in hb. Vindob. et Mart., fructif. in hb. Monac. et Sonder.)

β. opaca *Bg.* foliis minoribus, supra impresso-, impellucido-punctatis.

Folia 16—27‴ lg., 6—10‴ lt. Pedicelli 4—6‴ lg. (v. florif. in hb. Vindob.) — Maxime affinis *E. obversae*, differt: pedicellis 1—3-nis, gemmae perbrevi impositis, glabris et proportione longitudinali partium floralium.

Not. Ill. Candolleus calycem octolobum (lapsu calami?) nominat, sed in speciminibus authenticis illum semper tetrasepalum inveni. — Varietates Candolleanae haud ad hanc speciem pertinent.

Habitat ad Chapada S. Marcos et Rio Jequitinhonha in prov. Goyazensi: Pohl n. 2525. et 3135., et in prov. Minarum: M.; ad Cachoeira do Campo: Claussen, Mart. Hb. Fl. Br. n. 1227. Pl. Oreas.

59. EUGENIA CLINOCARPA DC. ramulis foliisque superioribus praesertim ad nervos puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, elliptico-oblongis, obtuse leviter acuminatis, basi acutis, crebro pellucido-punctatis, adultis excepto nervo supra glabris, nitidulis, subtus opacis, utrinque tenuiter reticulato-venosis, subduplicato-limbinerviis; pedicellis 1—2-nis, axillaribus, tenuibus, petiolo duplo longioribus, floriferis erectis, fructiferis deflexis; bacca ovali, 1-sperma, sepalis brevibus, latis, obtusissimis coronata.

Myrtus clinocarpa Mart. Herb.
Eugenia clinocarpa DC. Prodr. III. 267.

Arbor 20-pedalis; rami teretiusculi. Folia subtus pallidiora; petiolo $1\frac{1}{2}$—2‴ lg.; lamina $1\frac{1}{2}$—2″ lg., 7—10‴ lt.; nervo medio supra plano, tomentello, subtus elevato; venis tenuibus, suberecto-patulis, utrinque venulisque tenuioribus, reticulatis prominulis. Pedicelli 2—4‴ lg. Bacca 4‴ lg., bracteolis 2, ovatis, $\frac{1}{4}$‴ lg. stipata. (v. fructif. in hb. Mon.) — *E. diantha* differt: foliis brevius petiolatis, sparsius pellucido-punctatis, utrinque nitidis, pedicellis petiolo multo longioribus.

Habitat in silvis ad fluvium Peruaguaçú prov. Bahiensis: fructificat Novembri: M. Pl. Hamadryas.

60. EUGENIA SANCTA DC. ramulis petiolisque junioribus puberulis; foliis rigidis, breve petiolatis, ovalibus v. ovali-oblongis, subrhombeis, obtuse v. subtruncato-angustatis, basi subcuneatis, margine recurvis, junioribus ad nervum et marginem puberulis, adultis glabris, supra nitidis, utrinque elevato-, pellucido-punctatis et tenuiter elevato-, reticulato-venosis, duplicato- arcuatim limbinerviis; pedicellis basi bracteatis, 1—3-nis, axillaribus, 1-floris, folio 4-plo brevioribus; germine glabro, biloculari; sepalis subaequalibus, rotundis, ciliolatis.

Tabula nostra XXVI.

Myrtus sancta Mart. Herb.
Eugenia sancta DC. l. c. 267.

Frutex. Rami teretes, albidi, rugosi; ramuli compressi. Folia supra cano-virentia, subtus pallida; petiolo $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$‴ lg.; lamina 9—18‴ lg., 5—10‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis, utrinque venulisque tenuioribus, reticulatis prominulis. Pedicelli 2—3‴ lg. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ciliolatis, $\frac{1}{2}$‴ lg. stipata. Germen pluriovulatum. Sepala 4, demum reflexa, 1‴ lg. Petala 4, rotunda, ciliolata, 2‴ lg. Stamina stylusque petala aequantia. (v. in hb. Mon. et Sonder.)

Habitat inter virgulta ad radicem Montis Sancti in prov. Bahiensi, floret Martio: M. Pl. Hamadryas.

61. EUGENIA COARENSIS DC. ramulis foliisque novellis ad petiolum, nervum et marginem rufescenti-sericeis; foliis rigidis, breviter petiolatis, ovali-oblongis, obtusiuscule breviter interdum abrupte acuminatis, basi angustato-obtusis, margine recurvis, glabris, supra nitidis, laevigatis, subaveniis, nigrescenti-, impellucido-punctatis, subtus pallidioribus, elevato-glandulosis, tenuissime venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus, basi bracteatis, 1—2-nis, 1-floris, folio multo brevioribus; germine glabro, biloculari; bacca sepalis inaequalibus, rotundatis, glabris, ciliolatis coronata, oblonga. ♄

Myrtus coarensis Mart. Herb.
Eugenia coarensis DC. l. c. 267.

Rami teretiusculi, rimosi; ramuli subtetragoni, glabri; novelli compressi. Folia obscura; petiolo $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$‴ lg; lamina 8—17‴ lg., 4—9‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus prominente; venis tenuissimis, suberecto-patulis, supra haud visibilibus, subtus parum prominulis. Pedicelli 1—3‴ lg. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, minimis, ovatis, ciliatis stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, 2 majora $\frac{3}{4}$‴ lg. Baccae 5‴ lg., $3\frac{1}{2}$‴ lt., sepalis conniventibus coronatae. (v. in hb. Mon.)

Habitat ad fluv. Coary, prope Alvellos, villam prov. do alto Amazonas: M. Pl. Najas.

62. EUGENIA HYPERICIFOLIA Gardn. ramulis et alabastris velutino-tomentosis; foliis petiolatis, oblongo-ellipticis, acuminatis, basi acutis, supra glabris, nitidis, subtus pallidis, minute pubescentibus, impunctatis; pedicellis 1—2-nis, axillaribus, 1-floris; germine triloculari; sepalis ovatis, acutiusculis.

Eugenia humilis Vell. Flor. Flum. V. t. 43.
Eugenia hypericifolia Gardn. in Hook. Lond. Journ. II. 354.

Frutex 6—8-pedalis. Folia petiolo 1‴ lg.; lamina 2″ lg., 8—12‴ lt. Pedicelli 8‴ lg. Germen loculis 6-ovulatis.

Habitat in montibus Serra dos Orgaôs in prov. Rio de Janeiro, floret Martio: Gardner n. 421. Pl. Dryas.

63. EUGENIA VAGA Berg: ramulis puberulis; foliis chartaceis, breviter petiolatis, inferioribus saepe sparsis, oblongo-lanceolatis, oblongis v. elliptico-oblongis, saepe obversis, angustato-obtusis v. leviter subtruncato-acuminatis, rarius obtusis, basi cuneatis v. subcuneatis, glabris, utrinque elevato-, obscure pellucido-punctatis, supra nitidis, tenuissime subreticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedicellis axillaribus, basi bracteatis, 1-floris, plerumque binis, folio 3—4-plo brevioribus, glabris; germine biloculari; bacca sepalis inaequalibus, subrotundis, ciliolatis coronata, globoso-elliptica, 1—2-sperma. Variat:

α. punicaefolia: foliis oblongo-lanceolatis, interdum oblongis, inferioribus sparsis, superioribus oppositis, obsolete nervosis, margini approximate limbinerviis.

Eugenia phillyraeoides Willd. Herb. n. 9516.
Myrtus punicaefolia H. B. K. Nov. Gen. Amer. VI. 149.
Eugenia punicaefolia DC. l. c. 267.

Frutex. Ramuli purpurei, angulati, glabri; novelli compressi. Folia siccata supra obscura, subtus pallidiora; petiolo 1—$1\frac{1}{2}$‴ lg.; lamina 15—27‴ lg., 4—9‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis tenuissimis, arrectis, utrinque venulisque ramulosis parum prominulis. Pedicelli 3—4‴ lg., bractea lanceolata, puberula, $\frac{1}{2}$‴ lg. stipata. Germen loculis multiovulatis. Sepala 4, 2 majora 1—$\frac{5}{4}$‴ lg. Bacca calyce coronata Pisi magnitudine. (v. in hb. Kunth. et Willd.)

β. brachypoda: foliis tandem subcoriaceis, elliptico-oblongis v. oblongis, oppositis v. ternis, tenuiter nervosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis abbreviatis.

Eugenia dipoda, β. brachypoda DC. l. c. 268.

Folia petiolo $\frac{1}{2}$—1‴ lg.; lamina 15—21‴ lg., 5—9‴ lt.; venis erecto-patulis. Pedicelli 2—4‴ lg. Bacca 3‴ lg. Semen testa coriacea obtectum. (v. florif. in hb. Vindob., intermixtam c. *E. Benthami*; fructif. in hb. Berol.)

γ. dipoda: suffruticosa; foliis tandem rigidis, elliptico-oblongis v. oblongis, majoribus, inferioribus sparsis, superioribus oppositis, manifeste nervosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis elongatis.

Eugenia dipoda DC. l. c.

Suffrutex 2—4-pedalis, multicaulis, caule plerumque simplici. Folia petiolo 1‴ lg.; lamina 24—30‴ lg., 6—12‴ lt. Pedicelli 5—10‴ lg. (v. in hb. Vindob. et Kegel.)

δ. Brasiliensis: foliis chartaceis, elliptico-oblongis v. oblongis, inferioribus sparsis, superioribus oppositis, tenuiter nervosis, longiori a margine distantia arcuatim duplicato-limbinerviis; pedicellis abbreviatis. (v. fructif. inter *Myrciam salicifoliam DC.* in hb. Mon.)

ε. RIGIDA: foliis rigide coriaceis, oblongis v. elliptico-oblongis, obtuse acuminatis, novellis ciliatis, marginatis; pedicellis 1-, rarius 2-nis, abbreviatis.

FRUTEX 2—6-pedalis, ramosissimus. FOLIA 8—15‴ lg., 3—7‴ lt. PEDICELLI 2—4‴ lg. ALABASTRA 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, minimis stipata. PETALA 4, rotunda, ciliolata. BACCA elliptica, 3—4‴ lg. (v. in hb. Mart. et Kegel.)

Habitat: α. prope urbem Cumana in monte Impossible, in Venezuela: Humb. et Bonpl.; β. in savannis Guyanae anglicae, floret Februario: Rob. Schomburgk, Rich. Schomburgk n. 464.; γ. in Guyana gallica: Perrottet; nec non in savannis Parae, in Guyana Batava, floret Martio: Splitgerber; in arenosis prope Saron, fructificat Majo: Kegel n. 1275.; δ. ad flumen Japura, in Brasiliae prov. Rio Negro: M.; ε. in arenosis savannis (Indianer camp Lucia) distr. Para: Wullschlägel n. 196.; in arenosis prope Joden-Savanne, floret Novembri: Kegel n. 1143.; nec non prope Mariepaston in Guyana Batava, floret Majo: Kegel n. 1275. Pl. Najas.

64. EUGENIA IMPUNCTATA BERG: ramis superne foliisque adultis utrinque minute puberulis; foliis subsessilibus, coriaceis, oblongis v. lanceolato-oblongis, utrinque angustatis, apice obtusis, basi obtusiusculis v. breviter acutis, discoloribus, impunctatis, supra nitidis, subtus glaucescentibus, reticulato-venosis, sublongiori a margine distantia duplicato-limbinerviis; pedicellis 2-, interdum 4-nis, axillaribus, folio multo minoribus, rhacheolae perbrevi impositis; bacca subgloboso-obovata, disco amplo, convexo, glabro, nitido sepalisque subrotundis, concavis, ciliolatis, conniventibus coronata. ♄

RAMI exophloeo fissili obtecti; novelli ad fructescentiae tempus desunt. FOLIA margine recurva; PETIOLO ½—1‴ lg.; lamina 20—30‴ lg., 6—11‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis tenuibus, supra obsoletis, subtus venulisque reticulatis prominulis. RHACHEOLA tomentella, longitudine petioli, pedicelli compressi, glabri, 2—8‴ lg., bractea ½‴ lg., ovato-oblonga, tomentella fulti, apice bibracteolati. BACCA bracteolis ovatis, ciliolatis, ½‴ lg. fulta, 5‴ lg., coccinea, subdulci-adstringens. (v. in hb. Berol.)

Ab *E. suffruticosa* differt: habitu, foliis fructibusque.

Habitat in campis prov. S. Pauli, fructificat Novembri: Sellow. Pl. Oreas.

65. EUGENIA RHOMBOCARPA BERG: ramulis foliisque junioribus subtus puberulis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, oblongis v. lanceolato-oblongis, utrinque acutatis, adultis glabris, utrinque praesertim subtus elevato-, vix pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus, 1—2-nis, basi bracteatis, folio duplo brevioribus; bacca oblonga, basi angustata, glabra, sepalis inaequalibus, rotundatis, conniventibus, glabris coronata, 1-sperma. ♄

RAMI tetragoni, glabri, exophloeo delabente; RAMULI compressi. FOLIA PETIOLO 1‴ lg.; lamina 16—28‴ lg., 4½—9‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus elevato; venis suberecto-patulis, tenuibus, supra obsoletis, subtus prominentibus. PEDICELLI fructiferi 5—6‴ lg., glabri, bractea oblonga, puberula, ¾‴ lg. fulti. BACCAE 9‴ lg., superne 3‴ lt., rubrae, bracteolis 2, lanceolatis, ¾‴ lg. stipatae, sepalis 4, majoribus 2‴ lg. coronatae. (v. in hb. Sonder.)

Ab affinibus speciebus: *E. obversa, E. Romana, E. impunctata, E. suffruticosa, E. Kunthiana, E. vaga* differt: foliis acute acutatis; fructibus elongato-pyriformibus.

Habitat in prov. Minarum: Dr. Widgren n. 540. Pl. Oreas.

66. EUGENIA DIANTHA BERG: ramulis foliisque junioribus puberulis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, subobovato-oblongis, obtuse acuminatis, basi cuneatis, excepto nervo glabris, utrinque nitidis, sparse pellucido-punctatis, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis axillaribus 2-nis, subterminalibus 4, basi bracteatis, folio 2—3-plo brevioribus, glabriusculis; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis, ciliolatis. ♄ Variat:

α. CILIATA: foliis majoribus, ciliatis, manifeste reticulatis.

RAMI teretiusculi; RAMULI compressi, rufi. FOLIA prasina, interdum elliptico-oblonga, margine recurva, subtus pallida; PETIOLO 1—1½‴ lg.; lamina 1½—2″ lg., 7½—10‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis venulisque interjectis tenuioribus, reticulatis utrinque prominulis. PEDICELLI 4—6‴ lg., bractea ovata, concava, ferrugineo-strigosa, ⅓‴ lg. fulti. ALABASTRA obovata, sub calyce constricta, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, ciliatis, brevissimis stipata. GERMEN glabrum, multiovulatum, disco plano, marginato, ibidem subtilissime puberulo terminatum. SEPALA 4, glabra, demum reflexa, 2 minora. PETALA 4, subrotunda, concava, glabra, ciliolata, 2‴ lg. STAMINA 2‴ lg. STYLUS medio dilatatus, 3‴ lg.; STIGMA subcapitatum. (v. in hb. Berol., Mart. et Vindob.)

β. GLABRA: foliis minoribus, glabris, obsolete reticulatis.

FOLIA pallida, lamina 12—20‴ lg., 6—9‴ lt. PEDICELLI 3‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat: α. in montibus Serra d'Açurua in prov. Bahiensi: Blanchet n. 2862.; β. in prov. Goyazensi: Gardner n. 1014. Pl. Hamadryas.

67. EUGENIA POLYPHYLLA BERG: ramulis novellis gemmisque villosis; foliis subsessilibus, chartaceis, obovato-oblongis, utrinque angustatis, apice breviter late et obtuse acuminatis v. rotundatis, basi subcuneatis, adultis excepto nervo subglabratis, pellucido-punctatis, supra manifestius, subtus obsoletius reticulato-penninerviis, longiori a margine distantia subarcuatim duplicato-limbinerviis; pedicellis axillaribus, filiformibus, basi bracteatis, 1—3-nis, folio multo brevioribus, fructu longioribus; bacca ovali, 1—5-sperma, sepalis ovato-oblongis, obtusis, ciliolatis, conniventibus coronata. ♄

RAMI foliosi, teretes, exophloeo delapso glabri; RAMULI subtetragoni, insectorum ictu saepe tumidi; novelli compressi. FOLIA 13—19‴ lg., 5—8‴ lt., subtus pallidiora, difformia, supra vix nitida; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis suberecto-patulis, utroque latere circiter 15, supra prominentibus, subtus prominulis; venulis reticulatis, subtus prominulis. PEDICELLI 3—5‴ lg., saepe e gemma brevissima oriundi, bractea ovata, minuta, pubescente fulti. BACCA 3—4‴ lg., disco plano sepalisque 4, concavis, parum inaequalibus, 1‴ lg. coronata, bracteolis 2, ovatis, ciliatis, minutis stipata. SEMEN ovale, testa cartilaginea obtectum. EMBRYO cotylis crassis, margine conferruminatis, apice rima minima hiantibus; ROSTELLO inter cotylas latente. (v. in hb. Berol.)

Simillima *E. spathophyllae*, sed distincta: indumento; foliis chartaceis, oppositis, venis angulum majorem formantibus; pedicellis 1—3-nis; sepalis subaequalibus, nec subrotundis; ab *E. sancta DC.* differt: indumento; foliis tenuioribus, obovato-oblongis, margine planis, reticulato-penninerviis.

Habitat ad Chiqueiro do Allemão prov. Minarum: Sellow. Pl. Oreas.

68. EUGENIA DECORTICANS BERG: ramulis foliisque praesertim inferne cano-velutinis; foliis subsessilibus, coriaceis, elliptico-oblongis, utrinque acutis, discoloribus, superne nitidis, puberulis, subtilissime impellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus, basi bracteatis, 1—2-nis, 1-floris, folio duplo brevioribus; floribus glabris; germine biloculari; bacca ovali, 1-sperma, sepalis conniventibus coronata. ♄

Rami teretiusculi, rimosi, exophloeo griseo delapso laeves, rufi; ramuli tetragoni, glabri; novelli compressi, velutini. Folia utrinque gradatim attenuata, apice interdum obtusiuscule acuminata basique obtusata v. subcordata, margine vix recurva; lamina 20—32‴ lg., 6—11‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus prominente; venis tenuissimis, suberecto-patulis venulisque reticulatis supra parum prominulis, subtus vix visibilibus. Pedicelli 3—8‴ lg., glabri. Alabastra obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, ovatis, apiculatis, ciliolatis, persistentibus et excrescentibus, ½—1‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco planiusculo, late marginato ibique puberulo terminatum. Sepala 4, subrotunda, concava, ciliolata, 2 interiora majora 1½‴ lg. Petala 4, suborbicularia, ciliolata, 4‴ lt. Stamina 2½‴ lg. Stylus glaber, staminibus paullo brevior. Bacca 5—7‴ lg., 4—6‴ lt. Seminis testa coriacea. Embryo cotylis crassis, omnino conferruminatis. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad villam S. Ignacii in prov. Paranaënsi: Sellow. Pl. Napaea.

69. EUGENIA AMBIGUA Berg: ramulis novellis gemmisque rufo-strigosis; foliis brevissime petiolatis, rigidis, oblongis, saepe obversis, acutatis, cuneatis, novellis rufo-pubescentibus, ciliatis, adultis glabris, sparse pellucido-punctatis, supra splendentibus, aveniis, subtus opacis, fusco-glandulosis, tenuiter venosis, limbinerviis; pedicellis 1—2-nis, glabris, alabastrum subaequantibus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, concavis, ciliolatis.

Fruticulus ramosissimus; rami teretiusculi, exophloeo secedente rugosi; ramuli compressi, cinerei, glabri, nitidi; novelli rufi, in inferioribus nodis squamulis instructi. Folia siccata supra flavovirentia, subtus pallidiora; petiolo vix ullo; lamina 14—22‴ lg., 4—8‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, subpatentibus, supra oblitteratis, subtus prominulis. Pedicelli 1—2½‴ lg., bractea ovata, ½‴ lg. fulti, ex axillis foliorum biennium et ex infimo nodo ramulorum annotinorum, tum basi squama fulti. Alabastra 3‴ lg., subglobosa, glabra, bracteolis 2, brevissimis, ovatis, ciliolatis, ½‴ lg. stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, majora 1½‴ lg. Petala 4, orbicularia, vix ciliolata. (v. in hb. Sonder.)

Maxime affinis *E. rhombocarpae*, sed distincta: indumento; foliis supra aveniis, splendentibus, sparse pellucido-punctatis; pedicellis multo brevioribus, ex axillis foliorum adultorum egredientibus.

Habitat in prov. Minarum: Dr. Widgren n. 1027. Pl. Oreas.

70. EUGENIA SPATHOPHYLLA Berg: ramulis foliisque junioribus et pedunculis pubescentibus; foliis subsessilibus, coriaceis, oppositis v. ternis, obverse oblongis v. lanceolatis, utrinque angustatis, apice rotundatis v. obtusis, basi subcuneatis, discoloribus, supra nitidis, postremo subglabratis, obscure pellucido-punctatis, reticulato-penninerviis, arcuatim duplicato-limbinerviis; pedicellis axillaribus, solitariis, 1-floris, folio duplo brevioribus; germine biloculari; bacca ovali, glabra, sepalis subrotundis, ciliolatis, inflexis coronata. ♄

Rami teretiusculi, exophloeo secedente glabri; ramuli compressi v. trigoni, rufi. Folia siccata rufa, subtus pallidiora, supra medium dilatata, margine vix recurva; petiolo ¼—½‴ lg.; lamina 15—21‴ lg., 5—7‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, subpatentibus, utrinque prominulis; venulis interjectis reticulatis. Pedicelli 2—3‴ lg., subcompressi. Alabastra glabriuscula, obovato-globosa, 2½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, minutis, puberulis stipata. Germen disco late marginato ibique puberulo terminatum, multiovulatum. Sepala 4, 2 interiora majora 1‴ lg. Petala 4, subrotunda, ciliolata, 2‴ lg. Stamina petalis breviora. Stylus spiraliter curvatus, 1½‴ lg. Bacca 2‴ lg., sepalis inflexis coronata. (v. in hb. Berol. et Monac.)

Differt ab *E. vaga, α. punicaefolia:* indumento; foliis rigidioribus, saepe ternis, obversis; pedicellis validioribus; bracteolis hypanthis ovatis; ab *E. triphylla:* foliis obversis, basi subcuneatis, utrinque venosis; pedicellis solitariis; sepalis petalisque duplo brevioribus.

Habitat in prov. Bahiensi: M., Sellow. Pl. Hamadryas.

71. EUGENIA STEPHANI Berg: ramulis, foliis, pedunculis, alabastris albido-tomentosis; foliis subsessilibus, alternis, ternis v. oppositis, oblongis v. oblongo-lanceolatis, acutatis, apiculatis, basi angustato-obtusis v. breviter acutis, impellucido-punctatis, subaveniis; pedicellis validis, 2—6-nis, saepissime racemosis, axillaribus, folio 2-plo brevioribus; germine tomentoso, biloculari; sepalis ovato-oblongis, rotundatis, utrinque velutinis, inaequalibus. ♄

Rami exophloeo lamellatim delapso rufi, superne angulati. Folia supra tenuius velutina, demum glabriora, nigro-punctata, subtus tomento albo-subrubescente induta; petiolo ½‴ lg.; lamina 16—22‴ lg., 4—9‴ lt.; nervo medio supra parum prominulo, subtus elevato; venis vix visibilibus. Pedicelli 5—8‴ lg., basi bractea minuta, oblonga, velutina, fusca, ¾‴ lg., rarissime in racemis ad folium parvum transeunte stipati, fasciculati aut ad racemos gemma terminatos dispositi, rhachi 1—10‴ lg. Alabastra obovato-oblonga, fere 4‴ lg., bracteolis 2, linearibus, tomentosis, 1—1½‴ lg. stipata. Germen intus velutinum, disco 4-gono, sericeo obtectum, loculis pauciovulatis. Sepala 4, in alabastro petala includentia, demum reflexa, 2 minora 2¼‴ lg., 1½‴ lt., majora fere 3‴ lg., 2‴ lt. Petala 4, ovali-oblonga, concava, ciliata, extus adpresse pubescentia, 4‴ lg. Stamina fere 2½‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat ad Congonhas do Campo in prov. Minarum: Dr. Stephan. Pl. Oreas.

72. EUGENIA SUFFRUTICOSA Berg: caule superne foliisque novellis et gemmis subferrugineo-tomentellis; foliis subsessilibus, coriaceis, lanceolatis v. oblongis, obtuse leviter acuminatis, basi cuneatis v. anguste oblique truncatis, supra nitidis, subtus elevato-punctatis, tenuiter venosis, limbinerviis; pedicellis 2—3-nis, rhachi plus minusve abbreviatae impositis; germine biloculari, glabro; bacca ovali, glabra, 1-sperma, sepalis inaequalibus, suborbicularibus, glabris, ciliolatis, conniventibus coronata. Variat:

α. opaca: caulibus simplicibus v. subsimplicibus; foliis oppositis, alternis v. ternis, utrinque puberulis, vix pellucido-punctatis.

Fruticulus 1—2-pedalis, pluricaulis; caules simplices v. subsimplices, inferne glabri, badii, obsolete 4-goni. Folia siccata supra fusca, subtus opaca, fuscescentia; petiolo ¼—½‴ lg.; lamina 20—26‴ lg., 7—9½‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis venulisque ramulosis, utrinque parum prominulis. Rhachis ½—3‴ lg., plerumque gemma terminata, pedicellis 4—9‴ lg., glabris, compressis, basi bractea oblonga, tomentella, ½—1‴ lg. fultis. Alabastra obovata, glabra, 3‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ciliolatis, 1‴ stipata. Germen glabrum, multiovulatum, disco amplo, 4-gono, glabro, margine puberulo terminatum. Sepala 4, in alabastro globum petalorum obtegentia, glabra, 2 interiora majora, 1¾—2‴ lg. Petala 4, suborbicularia, ciliolata, 3—4‴ lg. Stamina petalis paullo breviora. Stylus stamina aequans. Bacca 6‴ lg., bracteolis 2 stipata. (v. in hb. Berol.)

β. laeta: caule subramoso; foliis subsessilibus, oppositis, cito glabris, supra impresso-, pellucido-punctatis.

Folia supra fuscescenti-virentia, subtus glaucescentia, 1—2″ lg., 3—6‴ lt. Pedicelli 2—6‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat: α. in campis ad Paula Grassa: Sellow; β. ad Congonhas do Campo prov. Minarum: Dr. Stephan. Pl. Oreas.

73. EUGENIA TRIPHYLLA Berg: ramulis foliisque novellis puberulis; foliis sessilibus, ternis, alternis v. oppositis, coriaceis, lanceolatis v. lineari-lanceolatis, adultis basi obtusis, apice obtuse v. subtruncato sensim acuminatis, excepto nervo glabratis, discoloribus, supra nitidis, subtus opacis, glanduloso-, impellucido-punctatis, subreticulato-venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus, 2-nis, basi bracteatis; germine biloculari; sepalis subrotundis, ciliolatis. ♄

Rami angulati, nitidi, glabri; novelli compressi v. trigoni. Folia 19—32‴ lg., 4—8‴ lt., juniora utrinque sensim angustata, adulta basi obtusa, margine recurva; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis subarrectis, distantibus, utroque latere 8—10, sublongiori a margine distantia anastomosantibus, supra vix visibilibus, subtus prominulis; venulis ramulosis. Pedicelli e rhachi brevissima, axillari oppositi, basi bracteati, glabri. Alabastra obovata, glabra, 3‴ lg., basi bracteolis 2, ovatis, ciliatis, ½‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco planiusculo, late marginato ibique puberulo terminatum. Sepala 4, glabra, 2 majora 2‴ lg. Petala 4, ovalia, ciliolata, 4‴ lg. Stamina 2—2½‴ lg., in alabastro vix incurva. Stylus stamina aequans. (v. in hb. Berol.)

Ab *E. vaga*, var. *punicaefolia* differt: indumento; foliis rigidioribus, saepe ternis, impellucido-punctatis; pedunculis validioribus, bracteolis hypanthis ovatis; alabastris majoribus.

Habitat ad S. Ignacio prov. Paranaënsis: Sellow. Pl. Napaea.

74. EUGENIA FRUTICULOSA DC. ramulis foliisque novellis adpresse pubescentibus; foliis rigidis, brevissime petiolatis, lanceolatis v. lineari-lanceolatis, obtuse acutatis, basi sensim attenuatis, adultis supra glabratis, nitidis, utrinque elevato-, impellucido-punctatis, tenuissime subreticulato-venosis, limbinerviis; pedicellis 2- v. 1-nis, axillaribus, petiolo multo longioribus, basi bracteatis; bacca obovata, 1-sperma, sepalis inaequalibus, ovatis, obtusis, conniventibus coronata, glabra.

Eugenia fruticulosa DC. Prodr. III. 270.

Fruticulus 1½-pedalis, ramosus; rami rimosi, glabri, superne compressi. Folia obscura; petiolo ¾‴ lg.; lamina 15—24‴ lg., 2—5‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus elevato; venis tenuibus, suberecto-patulis, utrinque parum prominulis. Pedicelli 5—8‴ lg., bractea minuta fulti, fructiferi glabri. Bacca flava, 6‴ lg., bracteolis 2, minutis, ovatis stipata. Semen testa cartilaginea, valida instructum. (v. in hb. Monac.) — Ab *E. macroclada* differt: habitu; indumento tenuiore; foliis apicem versus longius et angustius attenuatis, supra elevato-punctatis, nervo medio supra plano, venis angulum obtusiorem formantibus; bacca obovata; ab *E. linearifolia:* habitu; foliis semper oppositis, haud linearibus, tenuissime subreticulato-venosis; pedicellis junioribus.

Habitat in campis prope urbes S. Paulo et Taubaté provinciae S. Pauli, fructificat Decembri: M. Pl. Oreas.

75. EUGENIA MACROCLADA Berg: ramis longissimis, superne foliisque novellis, pedunculis, bracteis et germinibus pilis rufescenti-canescentibus dense adpresso-pubescentibus; foliis adultis rigide coriaceis, breviter petiolatis, lanceolato-linearibus, angustato-obtusis, basi attenuatis, adultis glabratis, supra nitidis, minutissime impellucido-punctatis, laevigatis, subtus opacis, glandulosis, obsolete venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus, 2-, rarius 1-nis, petiolo longioribus, germine biloculari; bacca ovali, glabra, sepalis conniventibus, rotundatis, puberulis, ciliolatis coronata, 1-sperma. ♄

Rami exophloeo delabente rugosi; ramuli elongati, obsolete 4-goni, glabri, superne hinc inde ramosi, novelli compressi. Folia petiolo 1‴ lg. et brevius; lamina 1—2″ lg., 2—4½‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, arrectis, utrinque praesertim supra obsoletis. Pedicelli 1—6‴ lg., saepissime e gemma axillari perbrevi, rarius ad ramulum excrescente oriundi, basi bractea ovata, concava fulti, rarius pedunculi solitarii, 1-, interdum 3-flori, basi ebracteati. Alabastra 2½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, germen aequantibus stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, 2 majora 1‴ lg. Bacca 5‴ lg., 4‴ lt. Semen forma baccae testa cartilaginea, pallida instructum. (v. in hb. Vindob.)

Maxime affinis *E. linearifoliae*, sed distincta: indumento densiore; foliis semper oppositis, manifestius petiolatis, brevioribus, obsolete venosis.

Habitat in Brasilia: Pohl n. 1016.

76. EUGENIA NHANICA Camb. ramulis compresso-tetragonis foliisque novellis et pedunculis rubiginoso-puberulis; foliis brevissime petiolatis, lanceolatis, basi angustatis, supra medium paullulum dilatatis, saepe breviter et obtuse acuminatis, impellucido-punctatis, adultis glabratis, supra nitidis, venosis; pedicellis axillaribus, 1-, rarius 2-nis; germine biloculari; bacca globoso-ovoidea, nitida, sepalis glabriusculis, rotundis, concavis, ciliolatis coronata.

Eugenia Nhanica Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 261.

Arbor ramis glabratis, teretibus. Folia 1½—3″ lg., 4—9‴ lt.; nervo subtus prominente; venis vix manifestis. Pedicelli 5—7‴ lg. Alabastra 3‴ lg., glabriuscula, bracteolis 2, ovatis, acutiusculis, puberulis, 1‴ lg. stipata. Germen apice puberulum, loculis 8—10-ovulatis. Petala 4, obovato-rotunda, concava, ciliolata, sepalis duplo longiora. Stamina petala subaequantia. Stylus staminibus paullo brevior, glaber. Fructus (teste St. Hil.) pruni mediocris magnitudine, ruber, laevis, nitidus, 1—4-spermus. Seminis subglobosi testa membranacea. Embryo globosus, pseudomonocotyleus; rostello medio dorso cotylae alterius incumbente. (Camb.) †

In campis prov. Minarum, nec non prope Faxina s. Itapeva, villam in prov. S. Pauli: St. Hilaire. Nhanica *incolarum. Pl. Oreas.*

77. EUGENIA NANA Berg: ramulis, petiolis, pedunculis bracteisque et alabastris brunneo-strigosis; foliis petiolatis, oblongo-lanceolatis v. lanceolatis, basi acutis v. oblique truncatis, apice obtusatis, novellis utrinque sericeis, demum supra glabratis, impresso-, impellucido-punctatis, aveniis, pedicellis 2—1-nis, axillaribus, 1-floris, folio subaequalibus v. duplo brevioribus; germine triloculari; sepalis ovato-oblongis, exterioribus acutis. Variat:

α. effusa: ramis divaricatis; foliis basi acutis.

β. congesta: ramis coarctatis; foliis basi oblique truncatis.

Arbuscula 15-pedalis, ramosissima; rami abbreviati, dense foliati, teretiusculi; novelli subtetragoni. Folia margine vix recurva; petiolo ¼—½‴ lg.; lamina 4—8‴ lg., 1½—2‴ lt.; nervo medio supra impresso, excurrente, subtus elevato; venis nervoque limbali haud visibilibus. Pedicelli 2—3‴ lg. Alabastra pyriformia, 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, ¾‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco plano, velutino terminatum. Sepala 4, ovato-oblonga, 2 exterioribus acutis, 2 interioribus obtusis, fere 1‴ lg., utrinque sericeis. Petala 4, obovata, ciliolata, 1‴ lg. Stamina petalis paullo longiora. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Maxime affinis *E. apricae*, sed omnibus partibus minor et densior, ramosior; foliis angustioribus, basi acutioribus, apice obtusioribus, supra impresso-punctatis; pedicellis plerumque binis; staminibus petalis paullo longioribus styloque stamina superante diversa.

Habitat ad Villam dos Lages in mediterraneis prov. S. Catharinae, nec non in campis prov. Rio Grande do Sul, floret Februario: Sellow. Pl. Napaea.

78. EUGENIA REGNELLIANA Berg: ramulis petiolisque junioribus et germinibus rufo-tomentellis; foliis petiolatis, rigidis, ovalibus v. ovali-oblongis, utrinque angustatis, acutis v. apice obtusatis, discoloribus, glabris, supra impresso-, obsolete pellucido-punctatis, aveniis, subtus obsolete venosis; pedicellis gracilibus, solitariis, oppositis, axillaribus, 1-floris, folio paullo brevioribus, glabriusculis; germine biloculari; sepalis subaequalibus, ovatis, obtusis, concavis, ciliolatis. ♄

Rami tenues, teretiusculi, glabri; novelli compressi. Folia supra obscure viridia, subtus albicantia; petiolo $^1/_2$—1‴ lg.; lamina 6—12‴ lg., 3—6‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis tenuissimis, supra haud visibilibus, subtus parum prominulis. Pedicelli 2—8‴ lg. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, $^1/_4$‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco 4-gono, marginato, puberulo terminatum. Sepala 4, glabriuscula, majora $^1/_2$‴ lg. Petala 4, orbicularia, ciliolata, 1‴ lg. Stamina $1^1/_2$‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Sonder. sub nomine *E. obtusifoliae Camb. Miq.)*

Differt ab *E. obtusifolia Camb.:* foliis latioribus apice acutis; pedunculis multo longioribus; ab *E. ovalifolia Camb.:* foliis duplo angustioribus, opacis, pellucido-punctatis; ramulis tomentellis; ab *E. Uvalha Camb.:* indumento tomentello, foliis latioribus, acutis, glabris, bracteis hypanthis ovatis, nec linearibus. — Inter specimina *Regnelliana* in herbario Sonderiano invenitur idoneum: foliis obovato-oblongis, obtusis, viridibus, haud impresso-punctatis donatum, sed floribus carens.

Habitat in prov. Minarum ad Caldas: Dr. Regnell II. n. 120., Dr. Widgren 556. Pl. Oreas.

79. EUGENIA OVALIFOLIA Camb. ramulis foliisque novellis ad basin nervi brevissime puberulis; foliis coriaceis, breviter petiolatis, ovatis, apice saepe obsolete et brevissime acuminatis, impunctatis, supra nitidis, adultis glabris, venosis; pedicellis axillaribus, 1—2-nis, petiolo duplo longioribus; bacca ooidea, 1-sperma, sepalis ovatis, obtusis, erectis coronata.

Eugenia ovalifolia Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 251.

Frutex 4—6-pedalis, dumosus; rami teretes, glabrati. Folia lamina 9—15‴ lg., 7—12‴ lt.; petiolo 1—$1^1/_2$‴ lg.; nervo subtus prominulo; venis vix manifestis. Pedicelli fructiferi glabri, 3—4‴ lg. Baccae bracteolis 2, ovatis, acutiusculis, parvulis, deciduis stipatae, nitidae, rubrae, 3—4‴ lg., sepalis $1^1/_2$‴ lg. Semen ovoideum, testa crustacea obtectum. Cotylae inter se et cum rostello connatae. (Camb.) †

In dumetis terrae sabulosae vulgo Restingas inter lacum Araruama et Oceanum excurrentis prope civitatem Cabo Frio in prov. Rio de Janeiro, floret Septembri: St. Hil. Murtinho *incolis. Pl. Dryas.*

80. EUGENIA IBITIPOCENSIS Camb. ramulis compresso-tetragonis foliisque novellis, pedunculis et alabastris rufescenti-tomentosis; foliis breviter petiolatis, obovato-ellipticis, basi angustatis, apice rotundatis saepeque mucronulatis, coriaceis, opacis, adultis supra nitidis, venosis; pedicellis axillaribus, 1—3-nis; germine triloculari; sepalis ovatis, acutiusculis, erectis, utrinque tomentosis.

Eugenia Ibitipocensis Camb. l. c. 263.

Frutex 4—5-pedalis; rami teretes, subglabrati. Folia lamina 10—16‴ lg., 5—8‴ lt.; petiolo $1^1/_2$‴ lg.; nervo subtus prominente; venis vix manifestis. Pedicelli 2—3‴ lg. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutiusculis, 1‴ lg., *tomentosis* stipata. Germen apice pubescens, loculis pluriovulatis. Petala obovato-rotunda, glabra, sepalis paullo longiora. Stamina longitudine petalorum. Stylus staminibus aequilongus, glaber. (Camb.) †

In praeruptis montis alti, vulgo Serra da Ibitipoca, in prov. Minarum, floret Martio: St. Hilaire. Pl. Oreas.

81. EUGENIA ? ARENARIA Camb. glabra; foliis petiolatis, ovatis, longe acuminatis, pellucido-punctatis, venosis; pedicellis axillaribus, petiolum aequantibus, 1—4-nis, basi bracteatis; germine biloculari; bacca globosa, sepalis ovatis, acutiusculis, demum reflexis coronata.

Eugenia arenaria Camb. l. c. 251.

Frutex 4-pedalis, dumosus; rami glabri, teretes, novelli subtetragoni. Folia lamina 16—20‴ lg., 7—12‴ lt.; petiolo 2—3‴ lg.; nervo subtus prominulo; venis vix manifestis. Pedicelli 2‴ lg., bractea lanceolata, acuta, parvula fulti. Germen apice glabrum, loculis pauciovulatis. Petala 4, obovata, glabra, tenuissime ciliolata, reflexa, sepalis triente longiora. Stamina petala aequantia. Stylus stamina aequans, glaber. (Camb.) †

In arenosis maritimis prope civitatem Cabo Frio in prov. Rio de Janeiro, floret Septembri: St. Hil. Murtinho *incolis. Pl. Dryas.*

82. EUGENIA OBSCURA DC. *Prodr. III. 265.*

Myrtus obscura Lindl. Bot. Reg. t. 1044.

Habitat in prov. Maranhão. Pl. Najas. †

83. EUGENIA VETULA DC. ramulis foliisque annotinis subtus tenuissime cano-velutinis; foliis rigide coriaceis, sessilibus, ovato-oblongis v. ovatis, basi cordatis, obtuse angustatis, discoloribus, impellucido-punctatis, supra minute puberulis, demum glabris, nitidis, supra obsolete venosis, longiori a margine distantia limbinerviis; pedunculis axillaribus, 1—3-nis, folio paullo brevioribus, glabris, 1-floris; germine biloculari; sepalis subaequalibus, rotundatis, glabris, ciliolatis. ♄

Myrtus vetula Mart. Herb.
Eugenia vetula DC. l. c. 271.

Rami teretiusculi, rimulosi; ramuli compressi. Folia 7—14‴ lg., 3—9‴ lt.; nervo medio supra prominente, subtus planiusculo; venis utroque latere circiter 7, subdivaricatis, utrinque obsoletis. Pedunculi 5—6‴ lg. Alabastra globoso-obovata, $2^1/_2$‴ lg., glabra, bracteolis 2, ovatis, ciliatis, germine brevioribus stipata. Germen pluriovulatum. Sepala 4, $^3/_4$‴ lg. Petala 4, orbicularia, ciliolata, 2‴ lg. Stamina petalis aequalia. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Habitat ad flumen Rio S. Francisci in prov. Minarum: M. Pl. Hamadryas.

84. EUGENIA BELLA Camb. ramulis compresso-subtetragonis, puberulis; foliis petiolatis, coriaceis, oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis, pellucido-punctatis, glabris, supra nitidis, reticulato-venosis; pedunculis axillaribus, 1—3-floris, brevibus; germine biloculari; sepalis aequalibus, ovato-rotundis, glabris, ciliolatis.

Eugenia Bella Camb. l. c. 261.

Frutex dumosus; rami teretes, glabri. Folia margine revoluta; petiolo 2‴ lg.; lamina $1^1/_2$—2″ lg., 6—8‴ lt.; nervo subtus prominente; venis subtus prominulis. Flores in axillis 1—3; pedunculi 1—3-flori, saepius 1-flori, $1^1/_2$‴ lg., bracteis ovatis, acutis fulti. Alabastra glabra, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, obtusis v. rarius acutiusculis, 1‴ lg., ciliolatis stipata. Germen apice glabrum, loculis pluriovulatis. Sepala 4, margine rubra. Petala 4, ovato-rotunda, concava, rosea, glabra, ciliolata, sepalis duplo longiora. Stamina petala aequantia. Stylus stamina superans, glaber. (Camb.) †

In dumetis sabulosis, vulgo Carrascos, montis Serra Negra in prov. Minarum, floret Martio: St. Hilaire. Pl. Oreas.

85. EUGENIA PANTAGENSIS Berg: ramulis pedunculisque minute puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis v. oblongis, obtusis, basi acutis, glabris, utrinque elevato-, pallide pellucido-punctatis, supra nitidis, reticulato-venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, 1-carpicis, bacca globosa, 1—2-sperma, sepalis obtusis, ciliolatis coronata.

Frutex 10-pedalis; rami teretiusculi; ramuli compressi. Folia margine recurva, siccata supra flavovirentia, subtus fuscescentia, petiolo 1—2‴ lg.; lamina 12—16‴ lg., 4—6‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, subpatulis, utroque latere circiter 12, utrinque prominulis, venulis interjectis, tenuioribus, reticulatis. Pedicelli basi bractea minuta fulti, 1½—3‴ lg. Baccae 2‴ diametro, glabrae, bracteolis 2, ovatis, minimis stipatae, sepalis 4, brevibus, inflexis discoque angusto coronatae. Seminis testa cartilaginea. Embryo cotylis carnosis, conferruminatis. (v. in hb. Berol.)

Ab *E. obtusifolia* differt: foliis longius petiolatis, majoribus, manifeste pellucido-punctatis; pedunculis longioribus.

Habitat in campis prov. Rio Grande do Sul: Sellow. Pl. Napaea.

86. EUGENIA HIEMALIS Camb. glabra; foliis breviter petiolatis, ellipticis, utrinque gradatim angustatis, acutis, novellis obsoletissime pellucido-punctatis, venosis; pedunculis axillaribus, 1—2-nis; germine biloculari; sepalis subrotundis, ciliolatis.

Eugenia hyemalis Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 259.

Frutex 3—4-pedalis; rami teretes, novelli tetragono-compressi. Folia lamina 1—1½″ lg., 6—12‴ lt., margine revoluta; petiolo 1—1½‴ lg.; nervo subtus prominulo; venis vix manifestis. Pedunculi 3—6‴ lg. Alabastra 1‴ lg., sub lente pube brevissima scabriuscula, bracteolis 2, parvulis, ovatis, obtusis stipata. Germen apice scabriusculum, loculis pauciovulatis. Petala 4, ovato-rotunda, glanduloso-scabriuscula, ciliolata, sepalis triplo longiora. Stamina petalis paullo longiora. Stylus staminibus paullo brevior, glaber. (Camb.) †

Prope praesidium As Torres, in parte boreali prov. Rio Grande do Sul, floret Junio, hieme: St. Hilaire. Pl. Napaea.

87. EUGENIA NITIDA Camb. ramulis compressis pedicellisque et alabastris brunneo-puberulis; foliis breviter petiolatis, ellipticis v. obovatis, breviter acuminatis, pellucido-punctatis, novellis puberulis, adultis coriaceis, glabratis, supra nitidis; pedicellis axillaribus, petiolo multo longioribus, 1—2-nis, basi bracteatis; germine biloculari; sepalis ovatis, apice rotundatis, ciliatis.

Eugenia nitida Camb. l. c. 251.

Frutex 4—5-pedalis, dumosus; rami teretes, glabrati. Folia lamina 1—1½″ lg., 7—12‴ lt., margine revoluta; petiolo 1‴ lg.; nervo subtus prominulo. Pedicelli 3—5‴ lg. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, ovatis, obtusis stipata. Germen loculis 5—6-ovulatis. Petala 4, obovata, glabra, 5‴ lg. Stamina 5‴ lg. Stylus stamina subaequans, glaber. (Camb.) †

In dumetis terrae linguae vulgo Restingas inter lacum Araruàma et Oceanum excurrentis, prope civitatem Cabo Frio in prov. Rio de Janeiro, floret Septembri: St. Hilaire. Pl. Dryas.

88. EUGENIA INSIPIDA Camb. glabra; foliis petiolatis, ellipticis, utrinque gradatim angustatis, breviter obtuseque acuminatis, coriaceis, subopacis, venosis; pedicellis axillaribus, 1—2-nis; bacca ovoidea, nitida, 1-sperma, sepalis erectis, ovatis, obtusis coronata.

Eugenia insipida Camb. l. c. 259.

Frutex 4—5-pedalis, dumosus; rami teretes, novelli subtetragoni. Folia lamina 20—24‴ lg., 10—14‴ lt., margine revoluta; petiolo 2‴ lg.; nervo supra subimpresso, subtus prominente; venis vix manifestis. Pedicelli fructiferi 6—7‴ lg. Bacca rubra, bracteolis 2, oblongis, acutis, ciliatis, 1‴ lg. stipata, sepalis 1½‴ lg., glabris coronata, edulis, sapore insipido. Seminis ovoidei testa crustacea. Embryo homogeneus. (Camb.) †

In dumetis prope civitatem Cabo Frio in prov. Rio de Janeiro, fructificat Septembri: St. Hilaire. Murtinho *incolarum. Pl. Dryas.*

89. EUGENIA CRASSIFOLIA DC. ramulis foliisque ad nervum medium subtus et petiolum dense pubescentibus; foliis rigidis, petiolatis, oblongis v. oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis, supra glabratis, rugulosis, impresso-, impellucido-punctatis, subaveniis, subtus sparse pubescentibus, glandulosis, obsolete venosis; pedicellis axillaribus, 1—2-nis, 1-floris, petiolo brevioribus, brevissimis, crassiusculis; bacca globosa, 1-sperma, sepalis non coronata. ♄

Myrtus crassifolia Mart. Herb.
Eugenia crassifolia DC. Prodr. III. 266., nec Miquel.

Rami teretiusculi, glabri; ramuli compressi. Folia petiolo 3‴ lg.; lamina 20—28‴ lg., 6—8‴ lt.; nervo medio utrinque praesertim infra prominente. Bacca 6‴ diametro. (v. in hb. Mart.)

Habitat in silvis primaevis prov. S. Pauli: M. Pl. Oreas.

90. EUGENIA LEPTOCLADA Berg: ramulis minute puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis v. lanceolatis, longe acuminatis, basi acutis, undulatis, adultis glabris, creberrime pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus, 1—2-nis, 1-carpicis; bacca ovali, 1-sperma, sepalis brevibus, obtusis, conniventibus coronata. ♄

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 80.

Rami stricti, teretes; ramuli compressi; novelli non suppetunt. Folia siccata brunnea; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 22—29‴ lg., 6—9½‴ lt.; nervo medio utrinque prominente; venis tenuissimis, subdivaricatis, interdum subpatulis, supra vix visibilibus, subtus prominulis; venulis interjectis ramulosis. Pedunculi 5—6‴ lg., e rhacheola brevissima oriundi. Baccae 8—9‴ lg., glabrae, disco minuto sepalisque ½‴ lg., deciduis coronatae. Semen testa cartilaginea obtectum. Embryo subreniformis, homogeneus; rostello costa dorsali mentito. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Brasilia: Sellow.

91. EUGENIA GLANDULOSA Camb. ramulis pedicellisque et bracteis brunneo-puberulis; foliis petiolatis, oblongo-ellipticis, utrinque angustatis, subacuminatis, glabris, pellucido-punctatis, supra nitidis, venosis; pedicellis ex eadem axilla pluribus, basi bracteatis, folio brevioribus; germine glanduloso-scabro, puberulo, biloculari; sepalis ovatis, acutis, ciliatis. ♄

Eugenia glandulosa Camb. l. c. 253.

Rami teretes, glabrati, glandulosi. Folia margine revoluta, subtus pallidiora; petiolo 2‴ lg.; lamina 2—2½″ lg., 1″ lt.; nervo supra impresso, subtus prominente; venis vix manifestis. Pedicelli 6—12‴ lg., bractea lanceolata, acuta, 2‴ lg. fulti. Alabastra 4‴ lg., glanduloso-scabra, puberula, bracteolis 2, ovatis, basi latis, obtusiusculis, 2—2½‴ lg., glanduloso-scabris, ciliatis stipata. Germen apice glabriusculum, loculis 8-ovulatis. Petala 4, obovata, ciliolata, sepalis duplo longiora, extus puberula. Stamina petalis paullo breviora. Stylus stamina subaequans, glaber. (Camb.) †

In pascuis montis Candonga prov. Minarum: Laruotte. Pl. Oreas.

92. EUGENIA MIERSIANA Gardn. (Char. emend.) ramulis, petiolis, foliis subtus, pedicellis, alabastris ochraceo- v. rufo-tomentosis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis v. obverse oblongis, utrinque acutatis, apice nervo excurrente apiculatis, discoloribus, supra glaberrimis, impresso-, impellucido-punctatis, subaveniis, subtus costatis, limbinerviis; pedicellis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, 1-floris, recurvatis, petiolum subaequantibus; germine triloculari; lobis calycinis ovatis, acutis, erectis, demum profundius partitis, utrinque tomentosis.

Eugenia Miersiana Gardn. in Hook. Lond. Journ. IV. 102.

Frutex 8—10-pedalis; rami teretes, albidi; novelli compressi. Folia interdum inaequilatera et basi subobliqua, margine subundulata; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 23—35‴ lg., 8—11‴ lt. (30‴ lg., 12—15‴ lt. Gardn.); nervo medio venisque supra impressis, subtus elevatis; venulis interjectis ramulosis, subtus prominulis. Pedicelli 1½—2‴ lg. (6—7‴ lg. Gardn.). Alabastra turbinata, 2‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 1½‴ lg., caducis stipata. Hypanthium supra germen multiovulatum productum, in calycem abiens, lobis 4, patentibus, 1‴ lg. Petala 4, ovata, acuta, extus minute puberula, epunctata, vix ciliolata, 2‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. specim. Sellowiana in hb. Berol.)

Habitat in montibus Serra dos Orgaôs prov. Rio de Janeiro, floret Martio: Sellow, Gardner n. 5712. Pl. Dryas.

93. EUGENIA SPATHULATA Berg: ramulis tenuissime puberulis; foliis petiolatis, coriaceis, obovato-oblongis, obtusis v. rotundatis, basi acutis, glabris, nitidis, utrinque glandulis sparsis, vix pellucidis inspersis, reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; pedicellis basi bracteatis, axillaribus, 2—4-nis, rarius 1-nis, petiolo paullo longioribus; germine biloculari; sepalis subrotundis, ciliolatis, inaequalibus.

Frutex 6-pedalis; rami teretiusculi, glabri; ramuli compressi. Folia margine vix recurva; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 16—24‴ lg., 7—10‴ lt.; nervo medio supra subsulcato, infra prominente; venis subpatulis, utrinque prominulis; venulis interjectis reticulatis. Pedicelli 1—1½‴ lg., bractea ovata, minuta, puberula fulti. Alabastra obovata, 1½‴ lg., glabra, sub calyce constricta, bracteolis 2, ovatis, ¼‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco plano, marginato, glabro terminatum. Sepala 4, 2 majora ½‴ lg. Petala 4, subrotunda, ciliolata, 1‴ lg. Stamina petala aequantia. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad Arrayal Tapanhuacanga in prov. Minarum: Sellow. Pl. Oreas.

94. EUGENIA ADSTRINGENS Camb. glabra; foliis petiolatis, oblongo-ellipticis, utrinque gradatim angustatis, obsolete acuminatis, pellucido-punctatis; pedicellis 1—2-nis, axillaribus, petiolum subaequantibus; bacca ovoidea, nitida, 1-sperma, sepalis minimis, subrotundis, ciliolatis coronata.

Eugenia adstringens Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 260.

Frutex magnus; rami teretes; novelli tetragoni. Folia lamina 2—2½″ lg., 9—15‴ lt.; petiolo 2½‴ lg.; nervo subtus prominulo. Pedunculi fructiferi 2‴ lg. Bacca 5‴ lg., carnosa, sapore ingratissimo et adstringente, bracteolis 2, minimis, subrotundis, ciliolatis stipata, calyce coronata. Seminis reniformis, subcompressi testa membranacea. Embryo curvatus, cotylis inter se conferruminatis. (Camb.) †

In silvis caeduis, vulgo Capoeiras, prope praedium S. Jacintho, in prov. Rio de Janeiro, fructificat Septembri: St. Hilaire. Mantimento d'Araponga *incolarum. Pl. Dryas.*

95. EUGENIA TENUIFOLIA Berg: ramulis pedunculisque compressis foliisque novellis, alabastris et fructibus brevissime rufo-pilosis; foliis membranaceis, petiolatis, elliptico-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi acutis, undulatis, demum glabratis, creberrime et subtilissime pellucido-punctatis, venosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis 1—2-nis, basi bracteatis, axillaribus et subterminalibus, folio duplo brevioribus v. lateralibus; germine biloculari; bacca oblonga, sepalis subrotundis, extrorsum sericeis, ciliolatis coronata. Variat:

α. axillaris; pedicellis 2—3-nis, rhacheolae brevissimae axillari v. subterminali impositis; floribus majoribus.

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 77.

Myrtus decussata Vell. Flor. Flum. V. t. 73. Text. p. 217.

Frutex arborescens, 12—15-pedalis et altior; rami teretiusculi, glabri; novelli ad florendi tempus desunt. Folia pallida; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 21—30‴ lg., 8—12‴ lt., margine vix recurva; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, utroque latere circiter 12, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis reticulatis. Pedicelli 6—7‴ lg., bractea minima, ovata, decidua fulti. Alabastra obovata, ferrugineo-sericea, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, basi connatis, ¾‴ lg., pilosiusculis stipata. Germen multiovulatum, disco plano, puberulo terminatum. Sepala 4, subrotunda, concava, ciliolata, 1½‴ lg., demum reflexa. Petala 4, ovalia, ciliolata, 2½‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus staminibus paullo longior. (v. in hb. Berol., Mart. et Vindob.)

β. lateriflora: pedicellis solitariis, oppositis, 2—4‴ lg., ex infimis 1—2 nodis rami novelli oriundis, basi bracteatis v. nudis; floribus minoribus; bacca 8‴ lg., 4‴ lt. (v. florif. in hb. Kunth., fructif. in hb. Mart.)

Habitat: α. in silvis umbrosis locisque saxosis circa urbem Rio de Janeiro, floret Decembri: Beyrich, Pohl n. 1043.; in campis mediterraneis trans-alpinis, floret Sept. Oct.: Vellozo; β. ad prov. Rio de Janeiro: Gaudichaud; nec non in prov. S. Pauli: Houllet. Pl. Dryas.

96. EUGENIA ESTRELLENSIS Berg: ramulis, petiolis, costa media venisque subtus et pedicellis dense breviterque adpresso-strigosis; foliis petiolatis, membranaceis, ovali-oblongis, utrinque attenuatis, apice nervo medio excurrente apiculatis, pellucido-punctatis, supra glabratis, subtus setis brevissimis, sparsis instructis, venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus, oppositis, 1-, rarius 2-nis, 1-floris, petiolum aequantibus; germine biloculari; sepalis ovato-oblongis, sericeis. ♄

Rami tereti-compressi, glabri. Folia pallida margine planiuscula; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 24—38‴ lg., 10—15‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis suberecto-patulis, remotis, supra impressis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Pedicelli 1—1½‴ lg. Alabastra obovata, sericea, 2‴ lg., bracteolis 2, lineari-lanceolatis, acutis, sericeis, 1½‴ lg. stipata. Germen pluriovulatum, disco plano, glabro terminatum. Sepala 4, obtusiuscula, concava, extrorsum sericea, introrsum glabra, demum patentia, 1‴ lg. Petala 4, ovalia, ¾‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus staminibus brevior. (v. in hb. Berol.)

Habitat in nemoribus montium Serra d'Estrella in prov. Rio de Janeiro: Riedel. Pl. Dryas.

97. EUGENIA MAXIMILIANA Berg: glabra; foliis breviter petiolatis, rigidis, ovalibus, obovato- v. ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice leviter obtuse acuminatis v. angustato-obtusis, basi acutis, impellucido-punctatis, supra sublaevigatis, subtus tenuiter reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedicellis axillaribus, 2—4-nis, 1-floris, basi bracteatis, folio 2—3-plo brevioribus; germine biloculari; sepalis ovatis v. ovato-oblongis, concavis, obtusis, ciliolatis, inaequalibus, demum reflexis. ♄

Rami teretiusculi, pallidi; ramuli compressi. Folia opposita, rarius subalterna, siccata supra hepatica, nitidula, subtus pallidiora, opaca; petiolo ½—1‴ lg.; lamina 10—21‴ lg., 6—13‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, supra oblitteratis, subtus prominulis. Pedicelli 2—4‴ lg., bractea ovata, minuta fulti. Alabastra obovata, 2—3‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ciliolatis, germine multo brevioribus, ¼‴ lg. stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, exteriora ovato-oblonga, 1‴ lg., interiora ovata, 1½‴ lg., margine membranacea. Petala 4, obverse oblonga, ciliolata, 2—3‴ lg. Stamina petalis paullo breviora; antheris oblongis. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Mart. et Sonder.)

Habitat ad villam Viçoza in prov. Porto Seguro: Pr. de Neuwied. Pl. Dryas.

98. EUGENIA OXYPHYLLA Berg: innovationibus pilosiusculis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongo-ellipticis, elongate acutiusculeque acuminatis, basi acutis, discoloribus, supra nitidis, adultis glabris, subtus minute impellucido-punctatis, obsolete venosis, limbinerviis; pedicellis 2—4-nis, basi bracteatis, rhacheolae perbrevi, axillari impositis, petiolo paullo longioribus, pubescentibus; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis, ciliolatis, inaequalibus. ♄

Eugenia arvensis Vell. Flor. Flum. t. 37.?

Rami teretiusculi; ramuli compressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia saepe elliptico-oblonga, interdum obversa, margine recurva, supra primum pilosiuscula, subtus glabra; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 18—26‴ lg., 7½—11‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, suberecto-patulis, utrinque vix manifestis. Pedicelli 3—5‴ lg., graciles, bractea minuta, ovata, puberula fulti. Alabastra obovata, 1‴ lg., sericea, bracteolis 2, ovatis, minutis, germine brevioribus stipata. Germen pluriovulatum, disco plano, 4-gono, puberulo terminatum. Sepala 4, 2 majora ¾‴ lg. Petala 4, obovata, ciliolata, 1‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Berol.) — *E. rostratae* valde affinis, sed distincta: foliis minoribus, primum pilosis, tenuioribus, subtus punctatis; pedicellis pilosis.

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Sellow. Pl. Dryas.

99. EUGENIA GUABIJU Berg: ramulis, pedicellis germinibusque ferrugineo-pilosis; foliis petiolatis, coriaceis, oblongo-ovalibus v. ovali-oblongis, leviter obtuse acuminatis, basi acutis, margine planiusculis, adultis glabris, discoloribus, supra creberrime impresso-, impellucido-punctatis, nitidis, subtus parce elevato-glandulosis, opacis, venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus v. lateralibus, 1-floris, 1-, rarius 2-nis, petiolo brevioribus; germine biloculari; sepalis subrotundis, ciliolatis. Variat foliis angustioribus et latioribus.

Arbor 20—30-pedalis; rami teretiusculi, glabri; novelli compressi. Folia juniora coriacea, impellucido-punctata; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 20—26‴ lg., 11—17‴ lt.; nervo medio supra basin versus parum impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, utroque latere 8—12, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. Pedunculi ½—1‴ lg. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, obtusis, ciliatis, ½‴ stipata. Germen multiovulatum, disco plano, margine ciliato terminatum. Sepala 4, rotundata, membranaceo-marginata, ciliolata, inaequalia, interiora 2‴ lg., exterioribus duplo majora. Petala 4, ovata, glabra, ciliolata, 2‴ lg. Stamina 2½‴ lg., antheris parvis, subreniformi-rotundis. Stylus staminibus paullo brevior. (v. in hb. Berol.)

Maxime affinis *E. maschalanthae*, sed distincta: caule arborescente; indumento; foliis et junioribus coriaceis, impellucido-punctatis; pedicellis brevissimis, plerumque solitariis; germine piloso; antheris subrotundis.

Habitat in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

100. EUGENIA STIGMATOSA DC. ramulis foliisque novellis ad nervum et marginem pilosis, mox glabris; foliis petiolatis, coriaceis, oblongo-ellipticis, acute v. obtuse acuminatis, basi acutis, marginatis, discoloribus, supra lucidis, subtus pallidis, utrinque grosse sparseque obscure pellucido-punctatis, venosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis 2—4-nis, basi bracteatis, rhacheolae brevissimae axillari v. subterminali impositis, folio subduplo brevioribus; germine biloculari; bacca elliptica, 1-sperma, sepalis erectis, ovali-oblongis, obtusiusculis v. acutis coronata. Variat:

α. obtusata *Berg:* foliis obtuse acuminatis; sepalis obtusiusculis.

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 71.

Myrtus stigmatosa Mart. Herb.
Eugenia stigmatosa DC. Prodr. III. 268.

Frutex 10—15-pedalis; rami erecti, teretiusculi. Folia subfragilia, siccata supra atrovirentia, subtus fuscescentia, nigro-punctata, argute marginata; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 14—25‴ lg., 9—13‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente, limbali interiore arcuato, exteriore obsoleto; venis erecto-patulis, supra vix manifestis, subtus parum prominulis; venulis interjectis ramulosis. Pedicelli 3—10‴ lg., bractea ovata, pilosa, 1‴ lg. fulti; rhacheola interdum ad ramulum apicem versus foliiferum, basi floriferum excrescens. Alabastra obovata, 2‴ lg., glabra, bracteolis 2, lineari-lanceolatis, pilosiusculis, ½‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco planiusculo, pubescente terminatum. Sepala 4, subrotunda, obtusiuscula, ciliolata, 1‴ lg. Petala 4, subrotunda, ciliolata, 2‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 2½‴ lg. Bacca elliptica, coccinea, 8‴ lg., 5—6‴ lt., sepalis erectis, concavis coronata, 1-sperma. Semen oblongum, vix compressum, testa cartilaginea obtectum. Embryo cotylis crassis, margine conferruminatis. (v. florif. in hb. Mon., florif. et fructif. in hb. Berol.)

β. acutata *Berg:* foliis acute acuminatis; sepalis acutis; bacca subrostrata. (v. fructif. in hb. Kunth.)

Habitat α. in desertis prov. Bahiensis: M.; nec non in monte Cubatâo prov. S. Pauli, floret Martio: Sellow; β. in insula S. Catharinae: Gaudichaud n. 231. Pl. Hamadyras, Dryas.

101. EUGENIA PISIFORMIS Camb. ramulis subtetragonis foliisque novellis, pedicellis sepalisque et baccis puberulis; foliis breviter petiolatis, elliptico-oblongis, basi angustatis, supra medium paullulum dilatatis, acuminatis, pellucido-punctatis, demum supra glabratis, venosis; pedicellis axillaribus, 2—4-nis, basi bracteatis; bacca pisiformi, paullo depressa, nitida, sepalis ovatis, obtusis, ciliolatis coronata, 1-sperma.

Eugenia pisiformis Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 256.

Frutex magnus; rami teretes, subglabrati, glandulosi. Folia lamina 2—3½″ lg., 6—18‴ lt., margine revoluta; petiolo 1½—2‴ lg.; nervo supra subimpresso, subtus prominente; venis vix manifestis, apice anastomosantibus. Pedunculi 2—4‴ lg., bracteis parvulis, ovatis, obtusis fulti. Bacca bracteolis 2, ovatis, obtusis stipata, pisi magnitudine, colore cerasi, sapore non ingrato, sepalis 4, 1‴ lg. coronata. Seminis globosi, depressi testa coriacea. Embryo glandulosus, homogeneus. (Camb.) †

In pascuis prope villam Itape-mirim in prov. Espirito Santo, fructificat Octobri: St. Hilaire. Pl. Dryas.

102. EUGENIA MOONIANA Gardn. (Char. emend.) ramulis superne, foliis novellis subtus, pedicellis, alabastris ferrugineo-strigosis; foliis petiolatis, chartaceis, obovato-oblongis, longe recurvato-acuminatis, basi in petiolum attenuatis, margine limbato recurvis, discoloribus, creberrime pellucido-punctatis, adultis glabris, supra nitidis, tenuiter subreticulato-venosis, subduplicato-limbinerviis; pedicellis 1—3-nis, axillaribus, 1-floris, folio 6-plo brevioribus; germine biloculari; sepalis rotundis, inaequalibus, utrinque ferrugineo-velutinis.

Eugenia Mooniana Gardn. in Hook. Lond. Journ. II. 352.

Arbor 16—20-pedalis; rami teretiusculi, glabri, superne compressi. Folia siccata supra atrovirentia, subtus fuscescentia; petiolo 4‴ lg.; lamina 1½—3″ lg., 11—15‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus elevato; venis tenuibus, suberecto-patulis, utrinque prominulis. Pedicelli 4—5‴ lg. Alabastra subglobosa, 4‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, minutis stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, majora 2‴ lg. Petala 4, orbicularia, 3‴ lg. Stamina petalis paullo breviora. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in montibus Serra dos Orgâos prov. Rio de Janeiro, floret Februario: Gardner n. 416. Pl. Dryas.

103. EUGENIA ITACOLUMENSIS Berg: glabra; foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, oblongo-obovatis v. ovalibus, abrupte recurvatoque breviter acuminatis, basi acutis, margine limbato recurvis, discoloribus, sparse minuteque pellucido-punctatis, supra nitidis, tenuiter venosis, duplicato- arcuatim limbinerviis; pedicellis 1 — 3-nis, axillaribus et subterminalibus, petiolo brevioribus; germine biloculari; bacca ovali, 1-sperma, sepalis inaequalibus, rotundatis, ciliolatis coronata.

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 79.

Arbor 15-pedalis; rami teretiusculi, rugosi; ramuli compressi; novelli ad florendi et fructescentiae tempus desunt. Folia siccata supra atrovirentia, subtus pallide viridia; petiolo 3 — 6‴ lg.; lamina 1½ — 3″ lg., 10 — 18‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis ab invicem remotis, utroque latere sub-10, tenuibus, erecto-patulis, utrinque praesertim subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis, subtus parum prominulis. Pedicelli 1½ — 3‴ lg., fructiferi validi, compressi. Alabastra obovata, glabra, 2‴ lg., bracteolis 2, minutis, lanceolatis stipata. Sepala 4, subrotunda, 2 majora ¾‴ lg. Bacca 9‴ lg., sepalis inflexis coronata, edulis (fide Sellow). Seminis testa crassiuscula, coriacea, pallida, nitida. Embryo cotylis margine conferruminatis. (v. in hb. Berol.)

E. Moonianae Gardn. maxime affinis, sed distincta: glabritie; foliis breviter petiolatis et acuminatis, sparse minuteque pellucido-punctatis; pedicellis petiolo brevioribus.

Habitat in Itacolumitide montis Itacolumi in prov. Minarum et in prov. S. Pauli, fructificat Februario: Sellow. Pl. Oreas.

104. EUGENIA LUCIDA Camb. ramis glabris; foliis petiolatis, ellipticis, basi angustatis, supra medium dilatatis, glabris, pellucido-punctatis, discoloribus, supra lucidis, venosis; pedicellis axillaribus, 1—2-nis, puberulis; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, rufescenti-puberulis.

Eugenia lucida Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 256.

Arbor mediocris, ramosissima, ramis teretibus, novellis subtetragonis. Folia supra atrovirentia, subtus pallida; petiolo 3 — 3½‴ lg.; lamina 2 — 3″ lg., 1 — 1½″ lt.; nervo supra subimpresso, subtus prominente; venis vix manifestis, apice anastomosantibus. Pedunculi 3 — 4‴ lg. Alabastra bracteolis 2, parvulis, linearibus, acutis, rufescenti-puberulis stipata, 2½‴ lg., rufescenti-puberula. Germen loculis pluriovulatis. Petala 4, obovata, ciliolata, sepalis triente longiora. Stamina petalis paullo breviora. Stylus longitudine petalorum, glaber. †

In campis prope S. José in Montevideo: St. Hilaire. Pl. Napaea.

105. EUGENIA PAUCIFLORA DC. glabra; foliis petiolatis, membranaceis, oblongis, abrupte obtuse acuminatis, basi acutis, opacis, sparse pellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus, gracilibus, 1-floris, 1 — 3-nis, rhachi perbrevi impositis, petiolo 2—3-plo longioribus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, ciliolatis. ♄

Eugenia pauciflora DC. Prodr. III. 269.

Rami graciles, teretes, superne compressi. Folia petiolo 2—4‴ lg.; lamina 3—5½″ lg., 12—21‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis tenuissimis, erecto-patulis, utrinque vix prominulis. Pedicelli 6 — 8‴ lg. Alabastra obovata, sub calyce constricta, 2″ lg., bracteolis 2, acutis, brevissimis stipata. Fructus immaturus ovalis, 2‴ lg., sepalis 4, excrescentibus, majoribus fere 2‴ lg. coronatus. (v. in hb. Monac.)

Habitat in silvis ad fluvium Xipotó et ad Villa do Principe in prov. Minarum: M. Pl. Dryas.

106. EUGENIA SABULOSA Camb. ramulis profunde sulcatis foliisque novellis, pedicellis et alabastris puberulis; foliis breviter petiolatis, elliptico-oblongis, utrinque gradatim angustatis, obtusiusculis v. rarius apice rotundatis, pellucido-punctatis, glabratis, venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus, 2-, rarius 1-nis, basi bracteatis; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis, extus albido-puberulis, intus glabris.

Eugenia sabulosa Camb. l. c. 256.

Frutex 3-pedalis; rami teretes, glabrati. Folia lamina 2½—4″ lg., 12—20‴ lt., margine revoluta; petiolo 2—3‴ lg.; nervo supra impresso, subtus prominente; venis subtus prominulis. Pedunculi 3 — 4‴ lg., albido-puberuli. Alabastra 2½‴ lg., albido-puberula, bracteolis 2, linearibus, ¾‴ lg. stipata. Germen apice puberulum, loculis 10—12-ovulatis. Petala 4, sepalis triente longiora, obovata, ciliolata. Stamina petalis paullo breviora. Stylus stamina paullo superans, glaber. (Camb.) †

In sabulosis prope pagum Nossa Senhora da Penha, in parte prov. Minarum dicta Minas Novas, floret Apriti: St. Hil. Pl. Oreas.

107. EUGENIA COMPLANATA Gardn. ramulis compressis, velutino-tomentosis; foliis petiolatis, late oblongis, utrinque attenuatis, apice subacuminatis, pellucido-punctatis, supra glabris, subtus ad nervos petiolisque minute velutino-tomentosis; pedicellis axillaribus, 1-floris, 2-nis, complanatis, petiolo paullo longioribus; germine triloculari; sepalis ovatis, concavis, membranaceo-marginatis, ciliatis.

Eugenia complanata Gardn. in Hook. Lond. Journ. II. 353.

Frutex 6-pedalis. Folia petiolo 3‴ lg.; lamina 4—6″ lg., 2—2½″ lt. Pedicelli 4‴ lg. Germen loculis 6-ovulatis. †

Habitat in montibus Serra dos Orgâos prov. Rio de Janeiro, floret Februario: Gardner n. 420.

108. EUGENIA GOMESIANA Berg: ramulis tomentellis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis, utrinque gradatim angustatis, apice obtuse acutatis, basi acutis, adultis glabris, creberrime pellucido-punctatis, supra subnitidis, utrinque elevato-, reticulato-venosis, longiori a margine distantia arcuatim 2—3-plicato-limbinerviis; pedicellis atro-tomentosis, subterminalibus, 2-nis ideoque 4, petiolo paullo longioribus; germine biloculari, atro-tomentoso; sepalis inaequalibus, tomentellis, ciliato-fimbriatis, majoribus ovatis, rotundatis, minoribus rotundatis. ♄

Rami obtuse 4-goni, grisei, rugosi; ramuli compressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia subtus pallidiora; petiolo atro-tomentoso, 3‴ lg.; lamina 6″ lg. et ultra, 22 — 23‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus incrassato; venis utroque latere 12—15, erecto-patulis, utrinque prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis; areolis amplis. Pedicelli 2 — 3‴ lg., bractea minima, subrotunda fulti. Alabastra subglobosa, 4‴ lg., bracteolis 2, linearibus, atro-tomentellis, 1 — 1½‴ lg. stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, alabastro multo breviora, majora 1½‴ lg., minora 1‴ lg. Petala 4, orbicularia, 3‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Differt ab *E. Roraimana:* indumento; foliis evidenter reticulatis; alabastris multo majoribus; bracteolis linearibus; ab *E. dittocrepi:* indumento; foliis tenuioribus, obtuse acutatis; alabastris multo majoribus; bracteolis linearibus. — Speciem in honorem Dr. Bernardino Antonio Gomes, cui debentur *„Observationes botanico-medicae de nonnullis Brasiliae plantis“* in Actis Academiae Olissiponensis, dicavi.

Habitat in vicinia urbis Barra do Rio Negro prov. do alto Amazonas: R. Spruce n. 1163. Pl. Najas.

109. EUGENIA KLOTZSCHIANA Berg: ramis foliisque subtus, pedicellis et alabastris fructibusque canescenti-rufo tomentosis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, obovato-oblongis, obtusis v. obtusatis, basi cuneatis, subtilissime densissimeque impellucido-punctatis, adultis supra glaberrimis, nitidis, subtus tandem subglabratis, venosis, 2—3-pliciter arcuatim limbinerviis; pedicellis 2—4-nis, axillaribus et subterminalibus, basi bracteatis, rhacheolae perbrevi impositis; germine 3—2-loculari; bacca magna, pyriformi, velutina, 1-sperma, sepalis ovato-oblongis, acutiusculis, reflexis coronata.

Frutex 1—3-pedalis; rami crassi, stricti, obtuse 4-goni. Folia juniora supra tenui-tomentosa; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 3½—5½″ lg., 1½—2¼″ lt.; nervo medio superne impresso, infra crasso; venis utroque latere circiter 10, distantibus, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuissimis, reticulatis. Rhacheola 1—2‴ lg., pedicellis 5—10‴ lg., validis; bractea ovato-oblonga, 1½—2‴ lg. fultis. Alabastra pyriformia, 6‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 1‴ lg. stipata. Germen 3-, rarius 2-loculare, multiovulatum, disco tomentoso obtectum. Sepala 4, utrinque velutina, 4‴ lg. Petala 4, obverse oblonga, extus velutina, 7‴ lg. Stamina 4—5‴ lg. Stylus 5—7‴ lg. Bacca carnosa, 1½″ lg., superne 10‴ lt., sepalis reflexis coronata, 1-sperma. Semen compressum, ovale, testa coriacea obtectum. Embryo partibus omnibus conferruminatis; rostello externo, in toto fere seminis ambitu conspicuo. (v. in hb. Berol., Mart., Sonder.)

Habitat in campis ad Arco das Rivas, floret Septembri: Sellow; ad Congonhas do Campo in prov. Minarum: Dr. Stephan; et aliis locis ejusdem provinciae: Dr. Widgren n. 528. Pl. Oreas.

110. EUGENIA VELLOZII Berg: innovationibus rufo-strigosis; foliis petiolatis, rigidis, ovato-oblongis, acute acuminatis, basi angustato-obtusis, discoloribus, crebro pellucido-punctatis, supra glabris, nitidis, impresso-venosis, subtus ad nervos pilosiusculis, fusco-glandulosis, costatis, longissima a margine distantia 2—3-plicato-limbinerviis; pedicellis subterminalibus, 1—2-nis, bracteatis, pilosiusculis; germine biloculari, pilosiusculo; sepalis inaequalibus, rotundatis, pilosiusculis, ciliatis. ♄

Rami obtuse 4-goni, cinerei, glabri; novelli abbreviati, paucifoliati, compressi. Folia siccata supra hepatica, subtus pallidiora; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 2—4½″ lg., 8—20‴ lt.; nervo medio supra basin versus impresso, subtus incrassato; venis utroque latere 10, infimis 2—3-nis subpatentibus, ad nervos limbales adscendentibus, reliquis erecto-patulis, omnibus supra impressis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, utrinque parum prominulis. Pedicelli 7‴ lg., bractea minuta, triangulari, strigosa, 1‴ lg. fulti. Alabastra subglobosa, 3½‴ diametro; bracteolis stipantibus caducis. Germen multiovulatum. Sepala 4, majora 1½‴ lg. Petala 4, obovato-oblonga, ciliata, 4½‴ lg. Stamina petalis paullo longiora. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Mon.)

Affinis *E. Teffensi*, sed distincta: foliis rigidioribus, crebrius pellucido-punctatis, subtus modo ad nodos pilosiusculis; alabastris majoribus; sepalis duplo majoribus.

Habitat in vicinia urbis Barra do Rio Negro prov. Paraënsis: R. Spruce n. 1162. Pl. Najas.

111. EUGENIA TEFFENSIS Berg: innovationibus brunneo-tomentellis; foliis membranaceis, demum chartaceis, breviter petiolatis, oblongis v. ovato-oblongis, acuminatis, basi angustato-subcordatis v. cuneato-truncatis, utrinque opacis, junioribus supra exceptis nervis glabris, subtus pubescentibus, demum sparsius pilosiusculis, sparse raroque pellucido-punctatis, supra impresso- v. subimpresso-venosis, subtus reticulato-costatis, longa a margine distantia arcuatim duplicato-limbinerviis; pedicellis basi bracteatis, pubescentibus, axillaribus, petiolo multo longioribus, 1—4-nis, 1-floris; germine biloculari; sepalis subaequalibus, rotundatis, villoso-ciliatis. ♄

α. subcordata *Bg.* foliis ovato-oblongis, basi angustato-cordatis v. subcordatis.

Rami teretiusculi, glabri, ad nodos subtetragoni; ramuli tomentelli, apice subcompressi. Folia opposita, interdum alterna, siccata obscura; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 4—7″ lg., 17—33‴ lt.; nervo medio supra impresso-elevato, subtus incrassato; venis patentibus — erecto-patulis, sub-10, supra saepissime impressis, subtus elevatis; venulis interjectis tenuioribus, subtus prominulis. Pedicelli 11—14‴ lg., bractea lanceolata, acuminata, 2‴ lg. Alabastra obovata, 2½‴ lg., glabriuscula, bracteolis 2, linearibus, strigosis, 1‴ lg. stipata. Germen pluriovulatum, apice tomentellum. Sepala 4, rotundata, subaequalia, villoso-ciliata, demum reflexa, ¾‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. deflorat. in hb. Vindob.)

β. truncata *Bg.* foliis oblongis, basi cuneato-truncatis.

Folia lamina 4—5″ lg., 16—21‴ lt. (v. in hb. Endl.)

Habitat in silvis ad villam Ega prov. do alto Amazonas, floret Januario: Pöppig n. 2914. Pl. Najas.

112. EUGENIA STRELLENSIS Berg: glabra; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis v. suboblongis, obtuse et breviter acuminatis, basi acutis, supra nitidis, subtus elevato-, impellucido-punctatis, reticulato-penninerviis, duplicato-limbinerviis; pedicellis 1—2-nis, 1-carpicis, ad nodos defoliatos; bacca ovali, 1-sperma, sepalis brevibus, obtusis, ciliolatis, adpressis coronata. ♄

Rami teretiusculi, rimosi; ramuli compressi, glabri. Innovationes ad fructescentiae tempus desunt. Folia margine recurva; lamina 66—78‴ lg., 24—27‴ lt.; petiolo 4—6‴ lg.; nervo medio supra basin versus impresso, subtus incrassato; venis supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Pedicelli fructiferi 4—7‴ lg. Bacca bracteolis 2, ovatis, brevibus stipata, 5—6‴ lg., 3½—4‴ lt., sepalis 4, ovatis, ⅓‴ lg. coronata. Semen testa subcoriacea obtectum. Embryo cotylis crassis, omnino conferruminatis. (v. in hb. Berol.)

Habitat in collibus siccis silvaticis prope Porto d'Estrella in prov. Rio de Janeiro, fructificat Augusto: Beyrich. Pl. Dryas.

113. EUGENIA DULCIS Berg: glabra; foliis petiolatis, subcoriaceis, elliptico-oblongis, apice subito in acumen elongatum, lineare, acutiusculum productis, basi acutis, margine anguste et argute limbato vix recurvis, supra nitidis, subtus opacis, glandulis sparsis, elevatis, grossis, obscure pellucidis instructis, remote venosis, sublongiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; pedicellis axillaribus et subterminalibus, 1-, rarius 2-nis, 1-carpicis, petiolo duplo longioribus; bacca ovali, 1—2-sperma, sepalis ovato-oblongis, obtusis, conniventibus coronata.

Frutex 6-pedalis, ramosus; rami tereti-compressi. Folia pallida; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 32—51‴ lg., 15—22‴ lt.; nervo medio supra impresso, medio sulcato, infra elevato; venis tenuibus, subpatulis, utroque latere circiter 12, supra vix prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuissimis, parum ramulosis. Pedicelli 5—6‴ lg., e rhachi perbrevi, bracteata oriundi. Bacca nitida, rubra, dulcis (Sellow), sicca fusco-atra, 7‴ lg., 5‴ lt., sepalis carnosis, 2‴ lg. discoque plano coronata. Semen magnum, testa cartilaginea, pallida obtectum. Embryo homogeneus, pallide fuscescens, glandulis creberrimis, fuscis instructus. (v. in hb. Berol.)

Habitat in silvis prov. S. Pauli, fructificat Majo: Sellow. Pl. Oreas.

114. EUGENIA SPRUCEANA Berg: ramis glabris; foliis pubescenti-petiolatis, submembranaceis, ovato-oblongis, abrupte acute acuminatis, basi obtusis, discoloribus, supra glaberrimis, nitidis, raro sparseque pellucido-punctatis, subtus canis, sparse pilosiusculis, tenuissime reticulato-venosis, limbinerviis; pedicellis pilosiusculis, 1—2-nis, axillaribus, petiolum subaequantibus; germine biloculari; sepalis rotundatis, concavis, inaequalibus, glabris, vix ciliolatis. ♄

Rami fuscescentes, subcompressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia opposita v. subopposita, siccata supra fusca, subtus cano-glauca; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 5—6″ lg., 22—28½‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis tenuibus, distantibus, erecto-patulis, supra vix manifestis, subtus prominulis, venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque vix prominulis. Pedicelli 3‴ lg., tenues, sparse pilosiusculi. Alabastra sub calyce constricta, 3‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ciliatis, ½‴ lg. stipata. Germen pilis raris, adpressis inspersum, loculis minimis, pluriovulatis; ovulis minimis. Sepala 4, exteriora minora ¾‴ lg., interiora 1½‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Habitat secus Rio Negro, inter Barcellos et S. Isabel, floret Decembri: R. Spruce n. 1530. Pl. Najas.

115. EUGENIA ZUCCARINII Berg: ramulis foliisque novellis petiolisque pilis raris, adpressis obsitis, mox glabris; foliis petiolatis, coriaceis, elliptico-oblongis, saepe obversis, interdum oblongis, longe acutiuscule acuminatis, basi subcuneatis, supra impresso-, impellucido-punctatis, subaveniis et longiori a margine distantia obsolete limbinerviis; pedicellis axillaribus et subterminalibus, e rhacheola perbrevi bracteata, 1—3-nis, 1-carpicis, petiolo longioribus; bacca depresso-globosa, glabra, disco lato, plano sepalisque patentibus, obtusiusculis, ciliolatis coronata, 1—2-sperma. ♄

Rami teretiusculi; novelli compressi, basi squamis minutis instructi. Folia adulta siccata supra atrovirentia, subtus hepatica; petiolo 4‴ lg.; lamina 27—48‴ lg., 8—20‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus vix prominente; venis tenuissimis, erecto-patulis, utrinque vix visibilibus. Pedicelli 6—7‴ lg., apice minute bibracteolati, basi bractea parva, pilosa fulti. Bacca 4‴ lt. Semina hinc concava, inde convexa, testa tenui, arcte adhaerente. Embryo homogeneus. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Sellow. Pl. Dryas.

116. EUGENIA PLATYCLADA Berg: ramulis foliisque novellis subtus margineque pubescentibus; foliis petiolatis, chartaceis, orbiculari-ovalibus v. ovalibus, recurvato- brevissime et obtuse acuminatis, basi obtusa breviter acutis v. cuneatis, glabris, vix pellucido-punctatis, venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; pedicellis axillaribus et subterminalibus, 1—4-nis, 1-carpicis, petiolo longioribus; bacca ovali, 1-sperma, sepalis obtusis coronata. ♄ Variat:

α. ovalis: foliis orbiculari-ovalibus v. ovalibus, concoloribus; pedicellis 1—2-nis, 3‴ lg.

Rami teretiusculi; ramuli compressi. Folia margine recurva; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 18—27‴ lg., 10—21‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis, utrinque prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Bacca 4‴ lg., glabra, sepalis 4, ovato-oblongis, obtusis, concavis, conniventibus discoque subconcavo, glabro coronata. Semen testa crustacea instructum. Embryo cotylis omnino conferruminatis. (v. in hb. Berol.)

β. cuneata: foliis subobovatis v. obovato-oblongis, basi cuneatis; pedicellis 2—4-nis, 4—5‴ lg. (v. in hb. Kunth.)

Habitat: α. in montibus Serra d'Estrella prope Petropolin, fructificat Majo: Beyrich; β. ad Rio de Janeiro: Gaudichaud. Pl. Dryas.

3. Glomeratae. Flores brevissime pedicellati, glomerati, rarius 2—3-ni, axillares, laterales v. subterminales.

117. EUGENIA RIGIDA DC. ramulis petiolisque superioribus, pedunculis, bracteis et germinibus cano-subvillosis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, ovatis v. ovalibus, apice obtuse acutatis, obsolete pellucido-punctatis, excepto nervo supra glabris, subaveniis; pedunculis axillaribus, abbreviatis, gemma interjecta bifloris, rarius absque gemma trifloris, petiolo paullo longioribus; germine biloculari; sepalis ciliatis, 2 majoribus ovatis, acutis, 2 interioribus obtusis; bacca globosa, disperma, coronata.

Myrtus rigida Mart. Herb.
Eugenia rigida DC. Prodr. III. 273. Variat:

α. ovata *Bg.* foliis ovatis v. ovato-oblongis, basi obtusis, supra non impresso-punctatis.

Arbuscula ramosissima; rami teretes, glabri, cinerei; novelli compressi. Folia siccata obscura, supra ad nervum medium minute puberula, novella utrinque sparse adpresseque villosa; petiolo ½‴ lg.; lamina 6—12‴ lg., 4—7‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus vix prominente; venis obsoletis. Pedunculi 1‴ lg., apice bibracteati, bracteis ovatis, acutis, ½‴ lg.; pedicelli ¼‴ lg. Alabastra 1‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, ½‴ lg. stipata. Germen loculis pluriovulatis. Sepala 4, membranacea, ½‴ lg. Bacca fere 3‴ diametro. (v. in hb. Monac.)

β. ovalis *Bg.* foliis ovalibus v. ovali-oblongis, basi breviter acutis, supra impresso-punctatis.

Arbor 6—10-pedalis; ramis squarrosis. Folia 5—14‴ lg., 3—8‴ lt. (v. in hb. Monac. et Sonder.)

Habitat: α. in silvis ad Joazeiro et Terram Novam prov. Bahiensis et Pernambucanae; β. in desertis ad Rio S. Francisco prov. Bahiensis, floret Aprili: Mart. Pl. Hamadryas.

118. EUGENIA SCHÜCHIANA Berg: ramulis foliisque novellis ad petiolum, nervum et marginem rufo-tomentosis, demum glabris; foliis petiolatis, submembranaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, angustato-obtusis, basi acutis, discoloribus, supra nitidis, creberrime elevato-, pellucido-punctatis, aveniis, subtus fusco-glandulosis, tenuiter venosis, arcuatim limbinerviis; floribus sessilibus, 2—4-nis, axillaribus et subterminalibus; germine dense rufo-sericeo, biloculari; sepalis membranaceis, subaequalibus, rotundatis, vix ciliolatis. ♄

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 85.

Rami teretes, glabri, superne compressi. Folia siccata supra atrofusca, subtus pallide virentia; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 9—18‴ lg., 6—10‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis tenuibus, patentibus, subtus prominulis. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, membranaceis, ovatis, concavis, germine longioribus, ¾‴ lg. stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, in alabastro globum petalorum includentia, exteriora latiora ¾‴ lg., interiora angustiora, 1‴ lg. Petala 4, orbicularia, glabra, 1‴ lg. Stamina petalis paullo breviora. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Ab *E. viridiflora Camb.* differt: foliis latioribus; alabastris majoribus, bracteolis germine longioribus stipatis; germine dense rufo-sericeo; petalis calycem aequantibus; staminibus petalis paullo brevioribus.

Habitat in provincia Rio de Janeiro: Schüch, Schott n. 1045. Pl. Dryas.

119. EUGENIA SPHENOIDES Berg: glabra; foliis petiolatis, rigide coriaceis, oblongo-obovatis v. obovatis, apice rotundatis, basi cuneatis, discoloribus, supra laevigatis, nitidis, aveniis, subtus elevato-, impellucido-punctatis, obsolete venosis, limbinerviis; floribus 2—5-nis, ad nodos defoliatos sessilibus, glomeratis; germine biloculari; sepalis subrotundis, concavis, ciliolatis.

Frutex dichotomo-ramosus; rami teretes; ramuli compressi. Folia lamina 9—14‴ lg., 5—8‴ lt., margine revoluta; petiolo 1‴ lg.; nervo medio supra vix impresso, subtus parum prominente; venis subpatulis, utroque latere 7—9, sublongiori a margine distantia arcuatim unitis. Alabastra obovato-subglobosa, 2—2½‴ lg., bracteolis 2, subrotundis, germen subaequantibus, ¾‴ lg., glabris, ciliolatis stipata. Germen sericeum, multiovulatum, disco puberulo terminatum. Sepala 4, petala 4, subrotunda, ciliolata, 2‴ lg. Stamina 2½‴ lg. Stylus stamina subaequans. (v. in hb. Berol.)

Ab *E. Catharinae* differt: foliis majoribus, utrinque venosis, floribus sessilibus; germine sericeo.

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

120. EUGENIA CATHARINAE Berg: glaberrima; foliis subsessilibus, rigide coriaceis, obovatis v. oblongo-obovatis, apice rotundatis, basi cuneatis, discoloribus, supra splendentibus, demum impresso-, subtus elevato-glandulosis, opacis, tenuiter venosis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; pedicellis lateralibus, 1—4-nis, bacca globosa, 1-sperma, sepalis inaequalibus, rotundatis, concavis, patulis coronata brevioribus. ♄

Rami albidi, tortuosi, rugosi; novelli compressi. Folia novella membranacea, obscure pellucido-punctata, adulta siccata supra flavo- v. fusco-virentia, subtus hepatica, fusco-glandulosa, margine revoluta; petiolo usque ad ½‴ lg.; lamina 11—17‴ lg., 7—12‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis tenuibus, suberecto-patulis, distantibus, utroque latere sub-7, supra oblitteratis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis, supra parum prominulis, subtus vix visibilibus. Pedicelli ½—1½‴ lg., bractea minuta fulti. Bacca saepe depresso-globosa, 2½‴ lg., 3‴ lt., bracteolis 2, ovatis, minutis stipata, disco planiusculo sepalisque ¼—½‴ lg. coronata. Semen reniforme, testa cartilaginea, pallida, nitida obtectum. Embryo reniformis, homogeneus, rostello perbrevi. (v. fructif. in hb. Kunth.)

E. platycladae affinis, sed diversa: glabritie; foliis subsessilibus, obovatis, apice rotundatis; bacca globosa; sepalis minimis, rotundatis.

Habitat in insula S. Catharinae: Gaudichaud n. 232. Pl. Dryas.

121. EUGENIA MONTANA Camb. ramulis compresso-tetragonis foliisque novellis subtus, pedunculis bracteisque et alabastris rubiginoso-tomentosis; foliis breviter petiolatis, oblongo-lanceolatis, basi angustatis, obtusiusculis, opacis, adultis subglabratis, venosis; pedicellis axillaribus, 1—3-nis, brevissimis; germine triloculari; sepalis ovatis, obtusiusculis, erectis, utrinque rubiginosis.

Eugenia montana Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 263. t. 153.

Frutex 4—5-pedalis, ramosissimus; rami teretes, subglabrati. Folia lamina 10—16‴ lg., 3—5‴ lt.; petiolo 1—1½‴ lg.; nervo subtus prominente; venis vix manifestis. Pedicelli vix 1‴ lg. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutiusculis, 1‴ lg. stipata. Germen apice puberulum, loculis 6-ovulatis. Petala 4, obovato-rotunda, glabra, sepalis paullo longiora. Stamina stylusque glaber petala aequantia. (Camb.) †

In dumetis, vulgo Carrascos, summi montis Serra do Papagaio in prov. Minarum, floret Martio: St. Hilaire. Pl. Oreas.

122. EUGENIA BRACTEOSA DC. ramulis tereti-compressis foliisque junioribus, pedicellis, bracteis et alabastris dense ochraceo-velutinis; foliis petiolatis, rigide coriaceis, obverse oblongis v. lanceolato-oblongis, nervo excurrente apiculatis, apice rotundatis v. saepius obtusatis, basi in petiolum attenuatis, discoloribus, adultis supra glabris, nitidis, impunctatis, supra opacis, tenuiter et adpresse cano-pilosis, subreticulato-venosis, limbinerviis; pedicellis 1—3-nis, axillaribus, 1-floris, petiolum subaequantibus; bracteolis hypanthis florem subaequantibus; germine triloculari; sepalis exterioribus ovatis, acutis, interioribus oblongis, obtusis, utrinque velutinis.

Eugenia bracteosa DC. Prodr. III. 276.

Rami albidi, glabri, laeves; novelli valde compressi. Folia erecta, annotina supra cano-velutina, avenia, adulta siccata, supra rufa, obsolete hinc inde impresso-punctata, subtus cana; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 1½—3″ lg., 6—9‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis tenuissimis, ad folia annotina ob tomentum haud visibilibus, ad perennantia supra oblitteratis, subtus prominulis, subdivaricatis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. Pedicelli 1—2‴ lg. Alabastra obovata, 3—4‴ lg., bracteolis 2, ovate lanceolatis, acuminatis, 2—3‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco plano, velutino, centro concavo, glabro terminatum. Sepala 4, patentia, 2‴ lg. Petala 4, ovata, obtusa, ciliolata, 2‴ lg. Stamina stylusque 4‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Habitat in prov. Minarum: M. Pl. Oreas.

123. EUGENIA ANCEPS Berg: ramis ancipitibus; innovationibus brunneo- v. ochraceo-tomentosis; foliis longiuscule petiolatis, rigide coriaceis, annotinis oblongis, utrinque acutis, adultis ovato-oblongis, apice apiculatis, basi obtusis, discoloribus, supra glaberrimis, nitidis, subaveniis, grosse impresso-, impellucido-punctatis, subtus tandem glabratis, glandulosis, reticulato-venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus, 2—4-nis, petiolo brevioribus; bracteis hypanthis ovatis, alabastro brevioribus; germine triloculari; sepalis exterioribus ovatis, acutis, interioribus oblongis, obtusatis, utrinque velutinis. ♄

Rami compressi, laeves, glabrati; ramuli dense tomentosi. Folia annotina 11—23‴ lg., 4—9‴ lt., supra velutina, subtus dense tomentosa, adulta 26—27‴ lg., 13—14‴ lt., siccata supra fusco-atra, subtus cinnamomea; petiolo 2‴ lg.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato, ad apiculum excurrente; venis subpatulis, supra vix visibilibus, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, subtus prominulis. Pedicelli compressi, 1‴ lg., tomentosi. Alabastra ovata, 3—4‴ lg., bracteolis 2, ovatis, tomentosis, 2‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco plano, velutino terminatum. Sepala coriacea, 2 acuta, 2 obtusiuscula, utrinque tomentosa, demum patentia, 2‴ lg. Petala 4, ovata, obtusa, glabra, ciliolata, 2 lg. Stamina 4‴ lg. Stylus stamina fere aequans. (v. in hb. Kunth.)

Maxime affinis *E. bracteosae DC.* et *E. fuligineae*, sed distincta: indumento densiore; foliis perennantibus ovato-oblongis, basi obtusis, supra grosse impresso-punctatis, subtus demum glabris, evidenter reticulatis; sepalis interioribus obtusatis; ab hac praeterea floribus majoribus, pedicellis petiolo brevioribus, sepalis exterioribus acutis; ab *E. expallenti:* indumento densiore obscuriore, foliis apiculatis, nec retusis; sepalis exterioribus acutis, interioribus obtusatis.

Habitat in montibus Serra da Piedade prov. Minarum: Sellow. Pl. Oreas.

124. EUGENIA EXPALLENS Berg: ramulis valde compressis foliisque junioribus subtus pedicellisque, bracteis et alabastris dense subochraceo-velutinis; foliis petiolatis, rigide coriaceis, ovali- v. obovato-oblongis, retusis, rarius obtusis, basi subcuneatis, discoloribus, annotinis supra tomentellis, tandem subglabratis, impresso-, impellucido-punctatis, subtus demum expallentibus, postremo partim subglabratis, glandulosis, tenuissime venosis, limbinerviis;

pedicellis axillaribus, 1-floris, plerumque 4-nis, petiolo brevioribus; bracteolis hypanthis ovatis, acutis, alabastro duplo brevioribus; germine triloculari; sepalis ovato-oblongis, exterioribus obtusatis, interioribus subtruncatis, intus velutinis. ♄

Rami tereti-compressi, cinerei, glabri. Folia antrorsum sensim minora, margine subrecurva, adulta siccata supra flavo-fusca, subtus cano-micantia; petiolo 3‴ lg.; lamina 15—33‴ lg., 7—15‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis plurimis, tenuibus, subpatulis, utrinque parum prominulis. Pedicelli compressi, 2‴ lg., bractea suffulti. Alabastra obovata, velutina, 2‴ lg., bracteolis 2, 1‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco elevato, velutino obtectum. Sepala 4, coriacea, marginibus involuta, patentia, 1‴ lg. Petala 4, ovato-oblonga, obtusa, glabra, 1½‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Valde affinis *E. bracteosae DC.*, sed distincta: indumento tenuiore, breviore; foliis perennantibus, multo latioribus, nec obversis, obsolete venosis, nec evidenter subreticulato-venosis, praesertim autem apice retuso, nec apiculato; floribus minoribus; sepalis exterioribus obtusatis, interioribus subtruncatis; ab *E. fuliginea:* indumento pallidiore; foliis apice retusis, supra grossius impresso-punctatis; sepalis angustioribus; pedicellis petiolo brevioribus.

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

125. EUGENIA RIEDELIANA Berg: ramulis foliisque novellis et alabastris densissime ferrugineo- v. ochraceo-velutinis; foliis petiolatis, distichis, membranaceis, elliptico-oblongis, acuminatis, basi acutis, discoloribus, creberrime pellucido-punctatis, adultis demum glabris, venosis, duplicato-limbinerviis; floribus 2—4-nis, sessilibus, axillaribus, petiolum subaequantibus; germine biloculari; sepalis subrotundis, concavis, utrinque velutinis, persistentibus. ♄

Myrtus verticillata Vell. Flor. Flum. V. t. 66. Textus p. 215. Variat:

α. ferruginea: indumento ferrugineo; foliis tenuioribus, discoloribus.

Rami compresso-teretes, glabri. Folia apice acutiuscula v. obtusiuscula, margine planiuscula, adulta subchartacea; petiolo 3‴ lg.; lamina 22—42‴ lg., 9—18‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis erecto- v. suberecto-patulis, adscendentibus, tenuibus, supra vix manifestis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis. Alabastra obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, late subrotundis, basi connatis, apice saepe fissis, 1¾‴ lg. stipata. Germen incrassatum, multiovulatum, disco plano, glabriusculo obtectum. Sepala 4, subrotunda, utrinque velutina, demum patentia, 2 majora 1¾‴ lg. Petala 4, subrotunda, glabra, 2½‴ lg. Stamina petalis subaequalia. Stylus staminibus paullo longior. (v. in hb. Berol., Sonder. et Vindob.)

β. ochracea: indumento tenuiore, ochraceo, magis evanido; foliis rigidioribus, subconcoloribus, obscure pellucido-punctatis. (v. in hb. Berol.)

Habitat: α. in silvis ad S. Cruz et montium Serra d'Estrella, Majo fructifera: Vell., Riedel; nec non circa urbem Rio de Janeiro: Schott; β. in dumetis ad ripas fluv. Paquéquer: Sellow. Pl. Dryas.

126. EUGENIA FOVEOLATA Berg: ramulis petiolisque junioribus, pedicellis et floribus rufo-tomentosis; foliis breviter petiolatis, rigidis, oblongis, acute v. obtuse acutatis, basi acutis, junioribus subtus praesertim ad costam puberulis, demum glabris, discoloribus, supra nitidis, sparse impresso-, pellucido-punctatis, subaveniis, subtus opacis, tenuissime reticulatis, limbinerviis; pedicellis axillaribus, 1—2-nis, brevissimis, 1-floris; germine triloculari, bracteolis 2, lanceolatis stipato; sepalis patentibus, ovate oblongis, utrinque velutinis, basi interiore fovea ampla instructis. ♄

Rami teretiusculi, rugosi; ramuli compressi. Folia siccata supra fusco-virentia, subtus pallidiora; petiolo 1½‴ lg.; lamina 10—20‴ lg., 4—8‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, suberecto-patulis, supra oblitteratis, subtus venulisque reticulatis parum prominulis. Pedunculi ¼—1‴ lg. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, 2‴ lg., e latiore basi longe acutatis stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, 1½—2‴ lg., basi ¾‴ lt., exteriora acutiuscula, interiora obtusiuscula. Petala 4, suborbicularia, concava, sepalis aequalia. Stamina petalis paullo longiora. Stylus petala aequans. (v. in hb. Mart. et Vindob.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: St. Hilaire, Schüch n. 483. Pl. Dryas.

127. EUGENIA MOONIOIDES Berg: innovationibus puberulis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, obtuse leviter acuminatis, basi acutis, margine subundulatis, pallide marginatis, discoloribus, glabris, sparse fuscoque pellucido-punctatis, subreticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; floribus axillaribus, subsessilibus, binis; germine rufo-puberulo, biloculari; sepalis inaequalibus, ciliatis, minoribus rotundis, majoribus ovatis, rotundatis. ♄

Rami dichotomi, graciles, juniores compressi. Folia siccata supra atrovirentia, subtus albicantia, obsolete glandulosa; petiolo 1‴ lg.; lamina 18—22‴ lg., 9—10‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis erecto-patulis, tenuibus, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque parum prominulis. Pedicelli 1½‴ lg.; bracteis stipantibus deciduis. Germen multiovulatum. Sepala 4, exteriora ½‴ lg., interiora 1‴ lg. Petala 4, subrotunda, 2‴ lg. Stamina petala aequantia. Stylus 2½‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Ab *E. Mooniana Gardn.* differt: foliis brevius petiolatis, obtuse leviter v. vix acuminatis; floribus subsessilibus.

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Schüch n. 456. Pl. Dryas.

128. EUGENIA BATUCARYENSIS Berg: ramulis foliisque novellis ad marginem costamque mediam ferrugineo-adpresse pilosis, mox glabris; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis v. oblongis, obtuse acuminatis, basi acutis, novellis pellucido-punctatis, supra nitidis, venosis, limbinerviis; racemis 4—8-floris, brevissimis, lateralibus, confertis; germine sericeo, biloculari; sepalis inaequalibus, ovatis, obtusis, glabriusculis, eciliatis.

Arbor 10—15-pedalis; rami teretiusculi; ramuli compressi. Folia adulta impellucido-punctata; petiolo 2—2½‴ lg.; lamina 14—19‴ lg., 5—8‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, supra vix conspicuis, infra prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Rhachis 1—1½‴ lg. pedicellisque 1‴ lg., bractea ovato-oblonga, 1‴ lg. fultis minute puberula. Alabastra obovata, 1‴ lg., bracteolis 2, ovatis, basi connatis, intus minutissime puberulis stipata. Germen pluriovulatum. Sepala 4, 2 interiora majora ¾‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad Batucary in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

129. EUGENIA CAMPESTRIS DC. ramulis foliisque novellis subtus, pedunculis et alabastris ferrugineo-tomentellis; foliis petiolatis, demum chartaceis, elliptico-oblongis v. oblongis, utrinque gradatim acute acuminatis, discoloribus, supra puberulis, demum utrinque glabratis, supra impresso-, impellucido-punctatis, aveniis, subtus tenuissime venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, compressis, plus minusve abbreviatis, 3—5-floris; floribus confertis, sessilibus; germine biloculari; sepalis subaequalibus, ovato-oblongis, obtusatis, extus pubescentibus, ciliolatis. ♄

Myrtus campestris Mart. Herb.
Eugenia campestris DC. Prodr. III. 274.

Rami tereti-compressi, albidi, laeves, glabri; ramuli compressi. Folia siccata supra obscura, subtus flavo-virentia, novella membranacea; petiolo 2‴ lg.; lamina 18—32‴ lg., 6—11‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, subpatulis, subtus parum prominulis. Pedunculi 1—4‴ lg., saepissime 3-flori, apice bibracteati. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, linearibus, acutis, 1‴ lg. stipata. Germen loculis pluriovulatis. Sepala membranacea 4, ¾‴ lg. Petala 4, subrotundo-obovata, extus puberula, ciliolata, 1‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in campis prov. Minarum: M. Pl. Hamadryas.

130. EUGENIA CAPITULIFERA Berg: glabra; foliis petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis, longe acuminatis, basi acutis, creberrime obscureque pellucido-punctatis, supra nitidis, subtus pallidioribus, venosis, sublongiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; floribus sessilibus, 4-natim apici rhacheolae axillaris, petiolo brevioris, recurvatae impositis; germine biloculari; sepalis subrotundis, concavis, ciliolatis. ♄

Rami teretes, tenues, laeves; ramuli compressi. Folia utrinque, praesertim superne, elevato-punctata; petiolo 2‴ lg.; lamina 23—27‴ lg., 9—11‴ lt.; nervo medio supra basin versus impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, utroque latere circiter 12, utrinque parum prominulis; venulis interjectis ramulosis, vix manifestis. Rhacheola compressa, 1½‴ lg. Alabastra subrotunda, 1½‴ lg., bractea ovata, concava, ½‴ lg. fulta bracteolisque 2, rotundatis, concavis, ciliolatis, 1‴ lg. stipata. Germen pluriovulatum, sericeum. Sepala glabra. Petala 4, subrotunda concava, vix ciliolata. (v. in hb. Kunth.)

Habitat ad nrbem Rio de Janeiro: Gaudichaud. Pl. Dryas.

131. EUGENIA STRIGIPES Berg: ramulis foliisque novellis, pedicellis, bracteis germinibusque et sepalis utrinque rufo-strigosis; foliis longe petiolatis, pergamaceis, ovato-oblongis, obtuse acuminatis, basi rotundata in petiolum attenuatis, adultis glabris, discoloribus, supra impresso-, subtus elevato-, impellucido-punctatis, venosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis 2—6-nis, 1-floris, basi bracteatis, rhacheolae perbrevi axillari et subterminali impositis, petiolum aequantibus; sepalis ovatis, obtusis, demum patentibus. ♄

Rami teretiusculi, albidi; ramuli compressi. Folia siccata supra aeruginea, subtus fuscescentia, margine recurva; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 17—29‴ lg., 8½—16‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, suberecto-patulis, utrinque parum prominulis, utroque latere 10—12; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Pedicelli 2—3‴ lg., bractea ovata fulti. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ¾‴ lg. stipata. Germen pluriovulatum, disco planiusculo, tomentoso terminatum. Sepala 4, 2 majora 1‴ lg. Stylus 2‴ lg., in floribus defloratis praesens. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Sellow. Pl. Dryas.

132. EUGENIA DISTANS Berg: ramulis foliisque junioribus, gemmis pedicellisque et germinibus pilis rufis strigosis; foliis petiolatis, membranaceis, oblongo-lanceolatis v. lanceolatis, utrinque acutatis, apice cuspidatis, subtus pallidioribus, adultis glabris, raro pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; racemulis abbreviatis, 4—8-floris, lateralibus et axillaribus, petiolo duplo longioribus; germine triloculari; sepalis inaequalibus, ovatis, obtusis, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi, laeves, glabri; ramuli compressi. Folia margine plana; lamina 34—54‴ lg., 7—15‴ lt.; petiolo 1½‴ lg.; nervo medio supra leviter impresso, infra prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, supra vix conspicuis infra prominulis; venulis interjectis reticulatis, vix visibilibus. Racemuli plus minusve abbreviati, 2—8‴ lg., pedicellis brevissimis, bractea subulata, flore longiore fultis. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, subulatis, plus minusve elongatis stipata. Germen pluriovulatum, disco planiusculo, puberulo terminatum, dissepimentis medio discretis. Sepala 4, 2 interiora majora 1‴ lg. Petala 4, subrotunda, ⅝‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

133. EUGENIA CUSPIDIFOLIA DC. (Char. emend.) ramulis foliisque novellis, racemulis et alabastris ferrugineo-strigosis; foliis petiolatis, chartaceis, lanceolatis v. oblongo-lanceolatis, sensim longissime acuminatis, basi acutis, cartilagineo-pallideque marginatis, discoloribus, obsolete et obscure pellucido-punctatis, adultis glabris, subaveniis v. subtus tenuissime venosis, longiori a margine distantia limbinerviis; pedicellis 7—9-nis, fasciculatis v. rhacheolae brevi racemosim impositis, axillaribus, petiolum subaequantibus; germine biloculari; sepalis oblongis, obtusis, subinaequalibus, extus strigosis, demum reflexis.

Myrtus cuspidifolia Mart. Herb.
Eugenia cuspidifolia DC. Prodr. III. 279.

Arbor 20—30-pedalis; rami teretiusculi; ramuli glabri, graciles, elongati, stricti, foliosi, superne compressi. Folia disticha, siccata supra fusco-atra, subtus hepatica; petiolo 2‴ lg.; lamina 2—3½″ lg., 8—13‴ lt.; nervo medio supra sulcato, medio prominulo, subtus prominente; venis tenuissimis, erecto-patulis, utrinque oblitteratis v. subtus prominulis. Pedicelli 1—2‴ lg., bractea oblonga fulti, rhacheolae usque ad 5 lineas lg. impositi. Alabastra 1‴ lg., bracteolis 2, ovato-oblongis, strigosis, germen aequantibus stipata. Germen loculis pluriovulatis. Sepala 4, 1‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Habitat ad ripas fluminis Rio Negro in prov. do alto Amazonas: M. Pl. Najas.

134. EUGENIA DIMORPHA Berg: glabra; foliis breviter petiolatis, chartaceis, novellis oblongis, basi cuneatis, apice obtusis, adultis orbiculari-ovalibus v. ovalibus, utrinque obtusis, elevato-, vix pellucido-punctatis, reticulato-penninerviis, arcuatim limbinerviis; pedicellis 3—7-nis, 1-floris, basi bracteatis, rhacheolae brevissimae axillari v. supraaxillari impositis, petiolo aequalibus v. duplo longioribus; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis, ciliolatis. ♄

Rami teretes, laeves, stricti; novelli compressi. Folia margine recurva, juniora 14—26‴ lg., 4—11‴ lt., adulta 20—30‴ lg., 15—21‴ lt.; petiolo 1—1½‴ lg.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis oblique adscendentibus, utroque latere 8—12, utrinque prominentibus; venulis interjectis reticulatis; areolis latiusculis. Pedicelli 2—3‴ lg., bractea ovata, acuta, ciliolata fulti. Alabastra obovata, 1‴ lg., bracteolis 2, ovatis, obtusis, basi connatis stipata. Germen sericeum, multiovulatum. Sepala 4, 2 exteriora minora. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

135. EUGENIA ROMANA Berg: caule suffruticoso, inferne simplici, trigono, superne ramoso, apice ramulisque junioribus, foliis superioribus, pedicellis et germinibus adpresse pilosis; foliis rigidis, subsessilibus, ternis, sparsis v. oppositis, obverse lanceolatis, angustato-obtusiusculis, sensim basin versus cuneatis, adultis glabris, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, supra nitidis, subtus opacis, subreticulato-venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus, 1—4-nis, brevissimis; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, glabriusculis, ciliolatis.

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 74.

Caulis 3-pedalis, badius, nitidus, glaber, exophloeo delabente; rami trigoni v. ancipites, superne compressi. Folia 2—3½″ lg., 4—9‴ lt., caulina terna, ramealia terna, sparsa v. saepius opposita; nervo medio supra plano, subtus elevato; venis subpatentibus venulisque interjectis tenuioribus, ramulosis, utrinque prominentibus. Pedicelli 1—1½‴ lg., e gemmula oriundi, bractea ovata fulti. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, ciliatis, ½‴ lg. stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, 2 majora ¾‴ lg. Petala 4, orbicularia, concava, ciliolata, 3‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Vind. et Mart.)

Ab *E. suffruticosa* differt: foliis longioribus angustioribusque, obversis, basi angustatis, pellucido-punctatis; pedicellis brevissimis; germine dense sericeo.

Habitat ad Fazenda do Roma in prov. Minarum: Pohl n. 2969.

136. EUGENIA VIRIDIFLORA Camb. ramulis obsolete angulosis, glabris; foliis petiolatis, oblongis v. elliptico-oblongis, utrinque angustatis, glabris, pellucido-punctatis, venosis; floribus 2—6, axillaribus, sessilibus, glomeratis; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusiusculis.

Eugenia viridiflora Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 247. Variat:

α. oblongata: foliis oblongis, germine apice glabro.

Frutex 8—10-pedalis; rami teretes. Folia lamina 15—30‴ lg., 6—12‴ lt.; petiolo 1½—2½‴ lg.; nervo subtus prominente; venis subtus prominulis, apice anastomosantibus. Alabastra 1‴ lg., puberula, bracteolis 2, minimis stipata. Germen loculis 6—8-ovulatis. Petala 4, sepalis triplo majora, obovata, glabra. Stamina petalis duplo longiora. Stylus stamina aequans, glaber. (Camb.) †

β. elliptica: foliis elliptico-oblongis; sepalis margine rubellis; germine apice puberulo. (Camb.) †

Nascitur α. inter rupes prope As Inhumas, in parte prov. Minarum dicta Minas Novas, floret Majo; β. ad ripas rivuli Capivarhy, prope vicum Chapada in eadem provincia: St. Hilaire. Pl. Oreas.

137. EUGENIA CACHOEIRENSIS Berg: glabra; foliis longiuscule petiolatis, coriaceis, convexis, obverse oblongis, angustato-obtusis v. truncatis, basi in petiolum attenuatis, creberrime obscure pellucido-punctatis, supra subnitidis, subtus glaucescentibus, tenuiter lineato-venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus, 3—4-nis, petiolo brevioribus, rhacheolae perbrevi impositis, minutissime rufo-velutinis; germine rufo-velutino, biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, puberulis, ciliolatis. ♄

Rami compressi, albidi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia siccata supra cano-virentia, subtus pallidiora; petiolo glaucopruinoso, 4‴ lg.; lamina 3—4½″ lg., 12—21‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis tenuibus, rectiusculis, subpatulis, supra vix visibilibus, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis, subtus parum prominulis. Pedicelli validi, ¼—½‴ lg., basi bractea ovata, minima fulti. Alabastra globoso-obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, subrotundis, minimis stipata. Germen 4-ovulatum, ovulis pendulis, disco lato, puberulo terminatum. Sepala 4, concava, 2 majora 1‴ lg. Petala 4, obovata, vix ciliolata, 2‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3½‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Habitat prope S. Gabriel da Cachoeira, ad flumen Rio Negro in Brasilia boreali: Rob. Spruce n. 2274. Pl. Najas.

138. EUGENIA FLUMINENSIS Berg: glabra; foliis petiolatis, subcoriaceis, lanceolato-oblongis v. oblongis, saepissime obversis, apice subito in acumen elongatum, lineare, acutum productis, basi sensim acutatis, undulatis, discoloribus, nitidis, obscure pellucido-punctatis, venosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis axillaribus, paucis, 1-carpicis, rhacheolae axillari, perbrevi impositis; baccis globoso-depressis. ♄

Rami teretes; ramuli compressi; novelli non suppetunt. Folia lamina 3½—6½″ lg., 15—22‴ lt.; petiolo 4—6‴ lg.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis copiosissimis, tenuibus, approximatis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, supra haud manifestis, subtus visibilibus. Pedicelli 1‴ lg. Bacca 4‴ lg., 6‴ lt. Semen testa membranaceo-cartilaginea obtectum. Embryo cotylis 2, discretis; rostello brevissimo. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Sellow. Pl. Dryas.

139. EUGENIA COMPACTIFLORA Spring: glabra; foliis sessilibus, subamplexicaulibus, rigidis, ovato- v. ovate oblongis, e basi latiore cordata sensim sursum acutatis, obtusiusculis, rarius obtusis, margine pallide fasciato-undulatis, nitidulis, impellucido-glandulosis, reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; floribus subsessilibus, glomeratis, axillaribus; germine ferrugineo-sericeo, biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, concavis, ciliolatis. ♄

Eugenia monosperma Vell. Flor. Flum. V. t. 42. Text. p. 210.

Eugenia compactiflora Spring in Bleibl. z. Flora 1837. II. 81.

Rami obtuse tetragoni, superne compressi, brunnei, nitidi, sulcati, novelli ad florendi tempus desunt. Folia siccata supra atrovirentia, subtus fuscescentia, 4—5″ lg., 20—24‴ lt.; nervo medio supra prominente, subtus incrassato; venis erecto-patulis, utrinque praesertim subtus prominentibus, longiori a margine distantia arcubus amplis unitis, ibidem extrorsum iterum ramosis et anastomosantibus. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, ovatis, glabris, ciliolatis, ½‴ lg. stipata. Germen 1‴ lg., pluriovulatum. Sepala 4, membranacea, majora 1‴ lg. Petala 4, orbicularia, ciliolata. (v. in Mart. Hb. Fl. Br.)

Habitat in locis umbrosis montis Corcovado, prope Rio de Janeiro, floret Junio — Augusto: Mart. Hb. Fl. Br. n. 42.; prope S. Crucis praedium Imperiale: Vellozo. Pl. Dryas.

140. EUGENIA BADIA Berg: glabra; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis v. oblongis, subito anguste et longiuscule acuminatis, basi acutis, discoloribus, nitidis, creberrime obscureque pellucido-punctatis, reticulato-penninerviis, duplicato-limbinerviis; pedicellis 1—4-nis, basi bracteatis, rhacheolae brevissimae, axillari v. subterminali impositis, petiolo brevioribus; germine biloculari; sepalis subrotundis, ciliolatis. ♄

Myrtus glabra Vell. Flor. Flum. V. t. 67. Textus p. 215.

Rami teretiusculi; ramuli compressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia interdum obversa, margine recurva, siccata badia, subtus pallidiora; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 46—63‴ lg., 14—24‴ lt.; nervo medio supra parum, subtus magis elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, utroque latere 14—16, utrinque praesertim inferne prominulis; nervo limbali interiore arcuato, exteriore tenuiore; venulis interjectis reticulatis. Pedicelli ½—1½‴ lg., interdum absque rhacheola collaterales, bractea ovata, concava, ciliolata, ½‴ lg. fulti, interdum ex nodis defoliatis oriundi. Alabastra obovata, glabra, 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen multiovulatum, disco convexo terminatum. Sepala 4, 2 interiora majora fere 1‴ lg. Petala 4, obovata, ciliolata, 2‴ lg. Stamina petalis paullo longiora, antheris oblongis. Stylus longitudine staminum. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Sellow; prope praedium Imp. S. Crucis, in silvis maritimis, Jan. Febr. florens: Vell. Pl. Dryas.

141. EUGENIA LINGUA Berg: ramis glabris; foliis leviter petiolatis, coriaceis, convexis, oblongis v. ovate oblongis, angustato-rotundatis, basi angustato-subtruncatis, glabris, supra nitidis, creberrime impressoque impellucido-punctatis, subtus opacis,

glandulosis, obsolete venosis, sublongiori a margine distantia limbinerviis; pedicellis axillaribus et lateralibus, validis, rufo-puberulis, 2—6-nis, petiolo paullo longioribus; germine biloculari, rufo-velutino; sepalis inaequalibus, rotundatis, ciliolatis. ♄

Rami tereti-4-goni grisei; ramuli badii, nitidi, glandulosi, glabri, superne compressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia siccata, supra olivacea, subtus pallidiora, opaca; petiolo 1—$^5/_4$‴ lg., glauco-pruinoso; lamina 2$^1/_2$—3$^3/_4$″ lg., 8—16‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis tenuissimis, suberecto-patulis, utrinque vix visibilibus. Pedicelli 1—1$^1/_2$‴ lg., basi bractea minuta fulti. Alabastra obovata, 1$^1/_2$‴ lg., bracteolis 2, rotundatis, $^1/_4$‴ lg. stipata. Germen loculis pluriovulatis. Sepala 4, majora 1‴ lg., minora $^3/_4$‴ lg. Petala 4, oblonga, ciliolata, 2‴ lg. Stamina 4‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Mon.)

Habitat in vicinia oppidi Barra do Rio Negro prov. do alto Amazonas, floret Aprili: R. Spruce n. 1161. Pl. Najas.

142. EUGENIA ITAPEMIRIMENSIS Camb. glabra; foliis petiolatis, ellipticis, basin versus angustatis, acutis v. subacuminatis, raro apice rotundatis, sparse pellucido-punctatis, venosis; baccis sessilibus, ovoideis, nitidis.

Eugenia Itapemirimensis Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 249.

Frutex magnus; rami glabri, subteretes, novelli compressi. Folia 3—5″ lg., 1—2$^1/_2$″ lt.; petiolo 3—4‴ lg.; nervo subtus prominente; venis subtus prominulis, anastomosantibus. Fructus 1″ lg., niger, sapore ingratus, 1-spermus. Embryo in massam solidam coadunatus. (Camb.) †

In pascuis prope villam Itape-mirim in prov. Espiritu Santo: St. Hilaire. Pl. Dryas.

143. EUGENIA GLOMERATA Spring: glabra; foliis coriaceis, breviter petiolatis, ovali- v. lanceolato-oblongis, leviter obtuse acuminatis v. obtusatis, basi acutis, discoloribus, subtilissime punctatis, supra nitidis, subtus opacis, penninerviis, duplicato-limbinerviis; pedicellis 2—6-nis, brevibus, rhacheolae perbrevi affixis, inferioribus ad nodos defoliatos oriundis, summis axillaribus; germine biloculari, sericeo; sepalis subrotundis, glabris, deciduis; bacca elliptica, disco angustissimo terminata, 1-sperma. Variat:

α. parvifolia *Bg.* foliis brevissime petiolatis, crassis, lucem versus opacis, impellucido-punctatis, venosis.

Rami teretiusculi, rimulosi; ramuli compressi. Folia siccata supra hepatica, subtus rufa, margine recurva; petiolo crasso, 1‴ lg.; lamina 26—44‴ lg., 11—18‴ lt.; nervo medio supra saepe impresso, subtus incrassato; venis remotis, subpatulis, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis ramulosis, subtus parum prominulis. Bacca 10‴ lg., 6‴ lt., utrinque attenuata. Semen 7$^1/_2$‴ lg., compressum. (v. in hb. Berol.)

β. grandifolia *Bg.* foliis majoribus, breviter petiolatis, coriaceis, lucem versus diaphanis, obscure pellucido-punctatis, venosis.

Folia ut in *α.*; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 37—70‴ lg., 12—23‴ lt. Pedicelli $^1/_2$‴ lg., bractea minuta, ovata fulti, superiores subsolitarii. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, ovalibus, $^1/_2$‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, 1‴ lg. Sepala 4, subrotunda, vix ciliolata, 2 interiora majora $^1/_2$‴ lg. Petala 4, subrotunda, glabra, 2‴ lg. Stamina petalis subaequalia. Stylus staminibus paullo longior. (v. in hb. Berol.)

γ. genuina *Bg.* foliis longius petiolatis, subchartaceis, lucem versus subdiaphanis, pallide pellucido-punctatis, subreticulato-venosis.

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 69.

Eugenia glomerata Spring in Flora XX. Beibl. II. 82.

Arbor tenuis, stricta, 12—15-pedalis. Folia petiolo 2—3‴ lg., lamina 2—4″ lg., 10—18‴ lt. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, rotundo-ovatis, germine glabriusculo brevioribus stipata. Sepala sparse ciliolata, majora $^3/_4$‴ lg. (v. in hb. Vindob. et Berol.)

Habitat: α. in prov. Minarum: Lhotzky; β. in silvis montium Serra d'Estrella prov. Rio de Janeiro: Riedel; γ. in monte Corcovado prope Rio de Janeiro, floret Februario: Mart. Herb. Fl. Br. n. 43., Pohl n. 1041. Pl. Oreas, Dryas.

144. EUGENIA MACROPHYLLA Berg: ramulis junioribus alabastrisque rufescenti-velutinis; foliis chartaceis, petiolatis, oblongo-lanceolatis v. oblongis, saepe obversis, utrinque angustatis, apice abrupto acuminatis, basi elongato-cuneatis, discoloribus, creberrime obscureque pellucido-punctatis, supra glabris, nitidis, subtus opacis, puberulis, costatis, reticulatis, duplicato-limbinerviis; floribus ad nodos defoliatos verticillato-glomeratis, magnis; germine biloculari; sepalis membranaceis, inaequalibus, rotundatis, ciliolatis. ♄

Rami teretes, glabri, rimosi; ramuli compressi. Folia siccata supra atrovirentia, subtus pallidiora; petiolo valido, 7—8‴ lg.; lamina 7—9″ lg., 20—36‴ lt.; nervo medio supra prominente, puberulo, subtus incrassato; venis erecto-patulis, supra subimpressis, subtus validis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, supra parum, subtus magis prominulis. Pedunculi 2$^1/_2$‴ lg., validi, brevissime ramosi, 4-multiflori, pedicellis validis, 2‴ lg., bractea ovata, concava, 1‴ lg. fultis. Alabastra 3‴ lg., velutina, bracteolis 2, rotundo-ovatis, amplis, basi saepe connatis, 1‴ lg. stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, 2 majora 2‴ lg. Petala 4, orbicularia, coriacea, concava, ciliolata. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in silvis ad oppidum Ega prov. do alto Amazonas, floret Octobri: Pöppig n. 2704. Pl. Najas.

145. EUGENIA LINGUAEFORMIS Berg: ramulis foliisque subtus pilis brevissimis, sparsis et raris puberulis; foliis sessilibus, chartaceis, lineariter subobovato-oblongis, anguste obtusiusculeque acuminatis, basin versus parum angustatis, cordatis, sub undulatis, obsolete et obscure pellucido-punctatis, supra glabris, nitidis, costatis, longissima a margine distantia, 2—3-pliciter limbinerviis; bacca ovali, 1-sperma, sepalis ovatis, obtusis, ciliolatis, coronata.

Frutex 10-pedalis; rami teretiusculi; ramuli compressi. Folia lamina 45—68‴ lg., 18—30‴ lt., siccata badia; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis subpatulis, remotis, supra vix prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis. Baccae 7‴ longae, 1—4-nae, brevi-pedicellatae (pedicelli 1$^1/_2$—2‴ lg.), laterales, bracteolis 2, ovatis, acutiusculis, ciliolatis stipatae, sepalis 4, 1‴ lg., interdum et petalis ovatis, 2‴ lg., ciliolatis staminibusque coronatae. Semen reniforme. Embryo cotylis conferruminatis. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad urbem Santos prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Dryas.

146. EUGENIA CAULIFLORA Berg, nec DC.: ramis glabris; foliis breviter petiolatis, rigide chartaceis, ovalibus v. suboovatis, utrinque obtusis v. apice obtuse angustatis, margine elevato anguste arguteque limbato, glabris, nitidis, subconcoloribus, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, reticulato-venosis, longiori a margine distantia arcuatim duplicato-limbinerviis; floribus ad nodos defoliatos glomeratis, sessilibus; germine minute sericeo, biloculari; bacca sepalis rotundatis, ciliolatis coronata, subglobosa. ♄

Myrtus cauliflora Salzmann. Herb. sine diagn.

Rami validi, obtuse 4-goni, cinerei; ramuli badii, nitidi, apice subcompressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia subtus pallidiora; petiolo valido, 2‴ lg.; lamina 38—54‴ lg., 20—31‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis distantibus, erecto-patulis; supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, lucem versus diaphanis, utrinque prominulis. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ½‴ lg., ciliolatis stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, in alabastro globo petalorum breviora. Petala 4, orbicularia, concava, ciliolata, 1‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 1½‴ lg. Bacca depresso-globosa, 5‴ lata. (v. in hb. Schlechtd. et Sonder.)

Affinis *E. dicrossae, E. stictopetalae, E. subcordatae,* sed distincta: foliis tenuioribus, basi obtusis, subconcoloribus, utrinque elevato-, pellucido-punctatis; floribus glomeratis, nec umbellatis; bacca subglobosa; ab *E. rubrocincta* differt: foliis tenuioribus, pellucido-punctatis; floribus glomeratis; bacca subglobosa.

Habitat in prov. Bahiensi: Salzmann. Pl. Hamadryas.

147. EUGENIA TOCAIANA Berg: ramis glabris; foliis petiolatis, chartaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, utrinque aequaliter angustatis, breviter obtuse acuminatis v. obtusatis, basi acutis, adultis glabris, creberrime obscureque pellucido-punctatis, discoloribus, vix nitidis, tenuiter reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; floribus ternis, sessilibus, ochraceo-velutinis, rhacheolae perbrevi laterali impositis; germine biloculari; sepalis valde inaequalibus, subrotundis, carinatis. ♄

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 61.

Rami teretiusculi, graciles, superne compressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia supra obscure virentia, subtus pallidiora; petiolo 4‴ lg.; lamina 4—6½″ lg., 2—3½″ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis tenuibus, subpatulis, adscendentibus, utrinque praesertim subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque parum prominulis; areolis amplis. Pedicelli validi, vix ulli, basi bractea ovata, minuta fulti, rhacheolae ¾‴ lg. impositi. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, subrotundo-ovatis, ½‴ lg. stipata. Germen velutinum, multiovulatum. Sepala 4, in alabastro globum petalorum includentia, exteriora ¾‴ lg., interiora 2‴ lg. Petala 4, orbicularia, concava, subciliolata. (v. in hb. Vindob.)

Ab *E. Itapemirimensi Camb.* differt: foliis latioribus, creberrime pellucido-punctatis.

Habitat ad urbem Rio de Janeiro: Schüch; ad Tocaia: Schott n. 5838. Pl. Dryas.

4. Umbellatae. Pedicelli 3 et plures, axillares v. saepius ad nodos defoliatos laterales, umbellati, 1-flori.

148. EUGENIA EXECHUSA Berg: glabra; foliis petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis v. ovatis, elongate obtusiusculeque acuminatis, basi rotundatis, discoloribus, nitidis, supra creberrime verrucoso-, pellucido-punctatis, subtus minute fusco-glandulosis, venosis, limbinerviis; pedicellis 2—4-nis, basi bracteatis, rhacheolae perbrevi, axillari v. laterali impositis, petiolo duplo longioribus; germine biloculari; sepalis ovato-oblongis, obtusiusculis. ♄

Rami teretiusculi; novelli compressi. Folia siccata badia, margine plana, interdum basi breviter acuta; petiolo 2‴ lg.; lamina 8—18½‴ lg., 4—8‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Pedicelli 1—3‴ lg., bractea minuta, ovato-oblonga fulti. Germen multiovulatum. Sepala 4, marginibus involuta, ½‴ lg., patentia. Petala 4, obovato-oblonga, ciliata, ¾‴ lg. Stamina ½‴ lg. Stylus 1‴ lg. (v. in hb. Berol.)

E. oxyphyllae maxime affinis, sed distincta: foliis minoribus, magis ovatis, obtuse acuminatis, plerumque basi obtusis, ab initio glabris, supra verrucoso-punctatis, manifeste venosis; pedicellis brevioribus; stylo duplo breviore.

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Sellow. Pl. Dryas.

149. EUGENIA VINCAEFOLIA Berg: ramulis minute puberulis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, ovatis, obtusiuscule acutatis, basi obtusis v. breviter acutis, discoloribus, adultis glabris, supra impresso-, subtus elevato-, nigrescenti-punctatis, venosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis 2—4-nis, basi bracteatis, lateralibus et axillaribus, petiolo 2—3-plo longioribus; germine biloculari; sepalis subrotundis, ciliolatis.

Arbuscula 6—10-pedalis; rami teretiusculi, rimosi; ramuli compressi, novelli ad florendi tempus desunt. Folia margine recurva, obscure pellucido-punctata; petiolo 1‴ lg.; lamina 9—13‴ lg., 5—9‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis subpatulis, tenuibus, utroque latere circiter 8, distantibus, supra vix visibilibus, infra vix prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Pedicelli glabri, 1½—3‴ lg., bractea minuta fulti. Alabastra 1½‴ lg., obovata, glabra, sub calyce constricta, bracteolis 2, ovatis, basi connatis, germine brevioribus stipata. Germen turbinatum, glabrum, pluriovulatum, ½‴ lg. Sepala 4, 2 interiora majora ½‴ lg. Petala 4, ciliolata. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio Grande do Sul: Sellow. Pl. Napaea.

150. EUGENIA SONDERIANA Berg: ramulis minutissime puberulis; foliis chartaceis, petiolatis, oblongis v. oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis, apice obtusiuscule acutatis, novellis ciliolatis, adultis excepto nervo medio supra glabris, nitidis, utrinque elevato-, obscure pellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis; pedicellis 1—2-nis, glabris, axillaribus, petiolo 3-plo longioribus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, concavis, glabris, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi, glabri; novelli compressi. Folia siccata brunnea, subtus pallidiora, opaca; petiolo 1‴ lg.; lamina 11—21‴ lg., 3½—7½‴ lt.; nervo medio supra puberulo, vix, subtus manifestius elevato; venis suberecto-patulis venulisque interjectis reticulatis utrinque prominulis. Pedicelli 3—4‴ lg., bractea minuta, ovata fulti. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, subrotundo-ovatis, ciliolatis, ½‴ lg. stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, reflexa, 2 majora ¾‴ lg. Petala 4, orbicularia, minutissime ciliolata, reflexa, 2‴ lg. Stamina petalis aequalia. Stylus 2‴ lg. (v. florif. in hb. Sonder.)

Ab *E. fruticulosa DC.* differt: indumento ramulorum tenuiore; foliis glabris, chartaceis, latioribus, pellucido-punctatis, manifeste reticulatis; pedicellis petiolo 3-plo longioribus; sepalis rotundatis.

Habitat in prov. Minarum: Dr. Widgren n. 542. Pl. Oreas.

151. EUGENIA OEIDOCARPA Berg: glabra; foliis petiolatis, coriaceis, oblongo-ellipticis v. ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice rotundatis v. obtusis, basi acutis, discoloribus, nitidis, superne impresso-punctatis, subtus fuscescenti-glandulosis, venosis, limbinerviis; pedicellis fructu brevioribus, 2—4-nis, lateralibus et axillaribus, petiolo longioribus, rhacheolae brevi impositis; bacca elliptica, 1—2-sperma, sepalis ovatis, obtusis, glabris coronata. ♄

Rami teretes, glabri, grisei; ramuli compressi. Folia rarius obovato-oblonga, margine recurva, vix pellucido-punctata; petiolo marginato, 1‴ lg., lamina 1—1½″ lg., ½—¾″ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, suberecto-patulis, supra obsoletis, subtus prominulis. Pedicelli 2‴ lg., bractea minima, ovata fulti. Bacca 3‴ lg., 2‴ lt., basi bracteolis 2,

ovatis, obtusis, glabris, $^1/_2$‴ lg. stipata sepalisque conniventibus, glabris, $^1/_2$‴ lg. discoque angusto, planiusculo, glabro terminata. Semen oblongum, ventre subreniforme, testa cartilaginea, pallida, nitida obtectum. Embryo cotylis conferruminatis, rostello brevissimo. (v. in hb. Berol.)

Differt ab *E. Coarensi DC.:* foliis apice obtusis, basi acutis, supra impresso-punctatis, subtus manifeste venosis.

Habitat in prov. Rio Grande do Sul: Sellow. Pl. Napaea.

152. EUGENIA MULTIFLORA Camb. glabra v. puberula; foliis petiolatis, oblongis v. ellipticis, utrinque angustatis v. apice rotundatis, pellucido-punctatis, venosis; pedicellis axillaribus, 1—6-nis; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis, demum reflexis, ciliatis.

Eugenia multiflora Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 260. Variat:

α. glabra: ramulis petiolisque et pedicellis glabris; petalis virescentibus purpureoque coloratis.

Frutex, ramis teretibus, novellis compresso-tetragonis. Folia 15—20‴ lg., 5—10‴ lt., apice angustata; petiolo $1^1/_2$—2‴ lg.; nervo subtus prominulo; venis vix manifestis. Pedicelli 3—6-ni, 3—4‴ lg. Alabastra sub lente scabriuscula, $1^1/_2$‴ lg., bracteolis 2, minimis, ovatis, acutiusculis stipata. Germen apice glabrum, loculis pluriovulatis. Petala 4, ovata, rotundata, ciliolata, sepalis triplo longiora. Stamina petala aequantia. Stylus stamina aequans, glaber. (Camb.)

β. lutescens: ramulis pedicellisque et petiolis puberulis; bracteis calyceque et germine lutescentibus; petalis albido-lutescentibus; floribus paullo minoribus.

γ. rubiginosa: ramulis foliisque novellis pube rubiginosa, brevi tomentosis; foliis brevius petiolatis, saepe apice rotundatis; germine calyceque puberulis; floribus paullo majoribus, 1—2-nis; petalis albido-virescentibus.

Nascitur: α. in sepibus ad flumen Rio Pardo, nec non in silvis ad amnem Jacuy, in prov. Rio Grande do Sul, floret Aprili; β. in silvis caeduis prope urbem S. Pauli, floret Novembri; γ. prope urbem S. Pauli, floret Aprili: St. Hilaire. † *Pl. Napaea.*

153. EUGENIA QUATERNIFOLIA Camb. ramulis angulosis, rufo- v. rubiginoso-tomentosis; foliis subsessilibus, saepius ternis v. quaternis, ovatis v. oblongo-ellipticis, obtusis, basi saepius rotundatis, impellucido-punctatis, novellis utrinque rubiginoso-tomentosis, adultis supra subglabratis, nitidis; pedicellis axillaribus, creberrimis, tomentosis, bracteatis; germine biloculari; sepalis glabriusculis, ovato-rotundis. ♄

Eugenia quaternifolia Camb. l. c. 262.

Rami teretes, subglabrati. Folia margine revoluta, adulta subtus rufo- v. griseo-tomentosa; lamina 10—20‴ lg., 4—9‴ lt.; nervo subtus prominente, venis subinconspicuis. Pedicelli 3—4‴ lg., bracteis minimis fulti. Alabastra 1‴ lg., bracteolis 2, parvulis, ovatis, apice rotundatis, puberulis stipata. Germen tomentosum, apice glabrum, loculis 8-ovulatis. Petala 4, sepalis 4-plo longiora, viridia, subrotunda, concava, ciliolata. Stamina petalis breviora. Stylus stamina aequans, glaber. (Camb.) †

In campis prope S. Joâo, in parte prov. Minarum dicta Minas Novas, floret Majo: St. Hilaire. Pl. Oreas.

154. EUGENIA FLAVESCENS DC. ramulis pedicellisque glabris v. minute puberulis; foliis membranaceis, breviter petiolatis, ovato- v. ovate oblongis, obtuse acutatis v. acuminatis, basi obtusa breviter acutis, glabris, pallide pellucido-punctatis, obsolete reticulato-venosis, sublongiori a margine ditantia arcuatim limbinerviis; pedicellis 3—6-nis, 1-floris, ad nodos defoliatos oriundis; germine biloculari; sepalis membranaceis, inaequalibus, ovatis, obtusis, ciliolatis. ♄ Variat:

α. Guyanensis *Bg.* ramulis novellis pedicellisque minute puberulis; foliis majoribus, annuis, obtusioribus; sepalis bracteolisque hypanthis majoribus.

Rami teretiusculi, pallide fusci; ramuli compressi, glabri; novelli herbacei, virides, bicarinati. Folia prasina; petiolo $1^1/_2$—2‴ lg.; lamina 24—36‴ lg., 13—18‴ lt.; nervo medio supra plano, infra prominente; venis subpatulis, utroque latere circiter 8, distantibus, lucem versus manifestis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Pedicelli 2—3‴ lg.; basi bractea minuta, ovata fulti. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, membranaceis, pallide viridibus, subrotundo-ovatis, ciliolatis, $^1/_2$‴ lg. stipata. Germen loculis pluriovulatis. Sepala 4, 2 majora 1‴ lg., citrina. Petala 4, obovata, glabra, 2‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus 5‴ lg., flavus. (v. in hb. Berol.)

β. longifolia *Bg.* glabra; foliis minoribus, biennibus, adultis rigidioribus, oblongis v. lanceolato-oblongis, acutioribus; sepalis minoribus.

Myrtus flava Mart. Herb.

Eugenia ? flavescens DC. Prodr. III. 272.

Rami cinerei; novelli compressi, virides. Folia prasina; petiolo 1—$1^1/_2$‴ lg.; lamina 15—29‴ lg., $4^1/_2$—10‴ lt. Pedicelli $1^1/_2$—2‴ lg., glabri, virides. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ciliolatis, medio viridibus; margine flavis, $^1/_4$—$^1/_2$‴ lg. stipata. Sepala 4, 2 majora $^3/_4$‴ lg., ciliolata, margine flava. Petala 4, orbicularia, $1^1/_2$‴ lg., apice ciliolata, siccata flava (recentia alba, teste Martio). Stamina 3‴ lg., flava. Stylus 4‴ lg., flavus. (v. in hb. Mon.)

γ. parvifolia *Bg.* glabra; foliis parvis, annuis, ovato-oblongis.

Folia flavo-virentia, tenuia; petiolo 1‴ lg.; lamina 10—15‴ lg., 5—6‴ lt. Pedicelli 1‴ lg. Alabastra $1^1/_2$‴ lg. Petala 1‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Vindob. et Mart.)

Habitat: α. in savannis Guyanae Anglicae, floret Majo: Rich. Schomburgk n. 567.; β. inter frutices et dumeta in deserto prov. Bahiensis, inter Conceiçâo et Feira de S. Anna: M.; γ. prope urbem Jacobina ejusdem prov.: Blanchet n. 2791. Pl. Hamadryas.

155. EUGENIA CHRYSANTHA Berg: ramulis, costa media foliorum supra, pedicellis puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, suboblongis, obtusiuscule acutatis, basi in petiolum attenuatis, margine ciliato recurvis, glabris, subaureis, nitidulis, utrinque elevato-, pellucido-punctatis et elevato-reticulatis, antrorsum longissima a margine distantia arcuatim duplicato-limbinerviis; pedicellis 4—10-nis, abbreviatis, compressis, ad nodos defoliatos ramorum umbellatis; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, ciliolatis. ♄

Rami tereti-4-goni, fuscescentes, rugosi, glabri; novelli compressi, cinnamomei. Folia subtus vix pallidiora, bombycina; petiolo 1—$1^1/_2$‴ lg.; lamina 12—23‴ lg., 4—8‴ lt.; nervo medio utrinque elevato; venis subpatulis venulisque reticulatis utrinque prominentibus. Pedicelli virides, 1—$1^1/_2$‴ lg., basi bractea scariosa, rotundata, concava, fusca, ciliolata, minima fulti. Germen loculis multiovulatis, bracteolis 2, ovatis, concavis, aureovirentibus, ciliolatis, $^1/_4$‴ lg. stipatum, glabrum, disco elevato, 4-gono, medio concavo terminatum. Sepala 4, membranacea, aureovirentia, majora $^1/_2$‴ lg. (v. deflorat. in hb. Schlechtend.)

Maxime affinis *E. flavae*, sed distincta: foliis suboblongis, obtusiuscule acutatis, nec acuminatis, utrinque elevato-glandulosis, exactius reticulatis, subtus vix pallidioribus; pedicellis petiolum aequantibus, 4—10-nis, omnino lateralibus.

Habitat ad Cujabá in prov. Matto Grosso: Lhotzky n. 63. Pl. Oreas.

156. EUGENIA AURATA Berg: ramulis novellis pedicellisque puberulis; foliis ternis, alternis v. oppositis, breviter petiolatis, adultis chartaceis, elliptico-oblongis v. angustioribus, utrinque sensim angustatis, apice obtusiusculis, basi breviter acutis, aureis, supra lucidis, creberrime pellucido-punctatis, adultis reticulato-venosis, limbinerviis; umbellis saepissime 8-floris, ad nodos defoliatos ramorum, alternis, oppositis v. verticillatis, plerumque approximatis et densis; floribus aureis; germine biloculari; drupa depresso-globosa, sepalis minimis, adpressis coronata, 1-sperma. ♄

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 82. (annuum), Fig. 83. (adultum) et Tab. XXVII.

Caulis fruticosus v. arborescens, 10-pedalis ramisque cortice crasso, suberoso, rimoso obtectus; ramuli laeves, glabri; novelli subancipites. Folia sapore subacido-amaro, nauseoso (fide Sellowii), saepe oblonga, lanceolata v. lineari-lanceolata, margine vix recurva, novella membranacea, venis modo lucem versus visibilibus; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 10—24‴ lg., 2—10‴ lt.; nervo medio limbalique et venis reticulato-venosis demum utrinque prominentibus. Rhacheola 1‴ lg., pedicellis 2 — 3‴ lg., filiformibus, bractea ovata, concava, minima, ciliolata fultis. Alabastra obovata, glabra, 2½‴ lg., sub calyce constricta, bracteolis 2, ovatis, minutis, ciliatis stipata. Germen multiovulatum, disco planiusculo, glabro terminatum. Sepala 4, ovata, acutiuscula, ⅓‴ lg., ciliata. Petala 4, ovata, ciliolata, reflexa, 2‴ lg. Stamina erecta, 2‴ lg. Stylus demum excrescens, 3—4‴ lg. Drupa 3—5‴ diametro, atroviolacea, 1-sperma, disco angustissimo sepalisque coronata. Semen reniforme, testa membranacea arcte obtectum. Embryo cotylis omnino conferruminatis, rostello inconspicuo. (v. in hb. Berol.)

Habitat in campis et fruticetis ad oppidula S. Ignacio in prov. Paranaënsi et Ypanema in prov. S. Pauli, floret Octobri, fructificat Martio: Sellow. Pl. Oreas.

157. EUGENIA FLAVA Berg: ramulis glabriusculis; foliis chartaceis, petiolatis, ovali-oblongis, obtuse acuminatis, basi cuneatis v. subcuneatis, glabris, aureis, pallide pellucido-punctatis, utrinque manifeste reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; pedicellis 1 — 4-nis, subterminalibus axillaribusque, petiolo paullo longioribus et ad nodos defoliatos; germine biloculari; sepalis brevibus, rotundatis, subinaequalibus, minute ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi, rugosi; ramuli compressi, cinnamomei; novelli ad florendi tempus desunt. Folia supra minute nigrescenti-punctata, subtus pallidiora; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 21—28‴ lg., 10—15‴ lt.; nervo medio utrinque praesertim infra prominente; venis subpatentibus v. erecto-patulis, utrinque prominentibus; venulis reticulatis, utrinque prominulis. Pedicelli bractea minuta, puberula fulti, virides, minutissime puberuli, 1½ — 3‴ lg. Alabastra 2‴ lg., aurea, bracteolis 2, minutis, subrotundo-ovatis, ciliolatis, ¼‴ lg. stipata. Germen loculis pluriovulatis. Sepala 4, ¾‴ lg. Petala 4, orbicularia, glabra, 1½‴ lg. Stamina petalis paullo breviora. Stylus 2½ lg. (v. in hb. Vindob.)

Maxime affinis *E. flavescenti DC.*, sed distincta: ramulis foliisque novellis ad florendi tempus non praesentibus; foliis rigidioribus, aureis, medio latissimis, basi cuneatis, utrinque elevato-reticulatis, supra minute nigro-punctatis; umbellulis subterminalibus, axillaribus et lateralibus.

Habitat in prov. Ceará: Gardner n. 1617. Pl. Hamadryas.

158. EUGENIA BLANCHETIANA Berg: glabra; foliis subsessilibus, adultis coriaceis, oblongo-ovalibus, utrinque obtusis v. apice apiculatis v. obtuse acuminatis, utrinque creberrime glandulosis, reticulato-venosis, subarcuatim duplicato-limbinerviis; racemulis corymbosis, abbreviatis, 4—6-floris, axillaribus et lateralibus; rhacheola perbrevi, bracteata, petiolo longiore; germine biloculari; sepalis inaequalibus, subrotundis, membranaceo-marginatis, subtilissime ciliolatis. ♄

Rami obsolete 4-goni; novelli compressi, basi tegmentis instructi. Folia 14 — 21‴ lg., 6 — 12‴ lt., juniora membranacea, pellucido-punctata, subavenia, adulta siccata aurea; nervo medio supra vix, subtus magis elevato; venis erecto- v. subpatulis, utroque latere 12—15, utrinque prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Rhacheola ½—1½‴ lg.; pedicelli 1—2½‴ lg., bractea ovata fulti. Alabastra obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, conduplicatis, ovatis, acutis, basi connatis, glabris, subciliolatis, 1‴ lg. stipata. Germen pluriovulatum. Sepala 4, 2 interiora majora 1½‴ lg. Petala 4, subrotunda, concava, glabra, subtilissime ciliolata, 2‴ lg. Stamina petalis paullo longiora. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Berol., Mart. et Vindob.)

Habitat in montibus Serra d'Açurua prov. Bahiensis: Blanchet n. 2778. Pl. Oreas.

159. EUGENIA VERNICOSA Berg: ramulis novellis pedicellisque minute puberulis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, ovatis v. ovato-oblongis, obtusiuscule leviter acuminatis, basi breviter acutis, fusco-marginatis, discoloribus, glabris, pallide minuteque pellucido-punctatis, supra splendentibus, subtus opacis, tenuiter reticulato-venosis, sublongiori a margine distantia limbinerviis; pedicellis axillaribus et subterminalibus, 2—4-nis, validis, compressis, petiolum subaequantibus; germine biloculari, glabro; sepalis inaequalibus, rotundatis, concavis, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi, fuscescentes, glabri; ramuli compressi. Folia siccata supra olivacea, subtus viridia, fusco-glandulosa; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 13—18‴ lg., 6—10‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, utrinque parum prominulis; venis interjectis ramulosis, tenuioribus. Pedicelli 2—3‴ lg., basi bractea minuta fulti. Alabastra obovata, glabra, 4‴ lg., bracteolis 2, subrotundis, ciliolatis, ¼‴ lg. stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, in alabastro globo petalorum breviora, 2 exteriora minora 1½‴, interiora 2‴ lg. Petala 4, subrotunda, concava, vix ciliolata, 3‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus staminibus vix longior. (v. in hb. Schlechtend.)

Habitat in prov. Bahiensi: Luschnath. Pl. Hamadryas.

160. EUGENIA URUGUAYENSIS Camb. glabra; foliis oblongo-lanceolatis, utrinque gradatim angustatis, pellucido-punctatis, supra nitidis, venosis; pedicellis axillaribus, 1 — 6-nis, petiolum subaequantibus; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis, inaequalibus, ciliolatis.

Eugenia Uruguayensis Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 261.

Arbor parva; rami teretiusculi, novelli compressi. Folia lamina 1—2″ lg., 4—8‴ lt.; petiolo 2‴ lg.; nervo subtus prominente; venis vix manifestis. Pedicelli longiores 2‴ lg. Alabastra glabra v. sub lente valida pube brevissima pruinosa, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, ¾‴ lg. stipata. Germen apice puberulum, loculis pluriovulatis. Petala 4, sepalis duplo longiora, ovato-rotunda, ciliolata. Stamina petalis paullo longiora. Stylus stamina subaequans. Flores odorem suavem redolent. (Camb.) † — Differt ab *E. multiflora:* foliis angustioribus; pedunculis brevioribus; floribus majoribus, etc. (Camb.)

Ad ripas fluminis Uruguay prope castra stativa S. José, in parte occidentali rei publicae Montevideo, floret Januario: St. Hilaire. Pl. Napaea.

161. EUGENIA HILARIANA DC. ramis glabris; foliis rigidis, breviter petiolatis, lineari-lanceolatis, angustato-obtusis, basi breviter acutis, margine revolutis, adultis glabris, supra nitidis, subtus opacis, elevato-, impellucido-punctatis, costatis, subreticulatis, limbinerviis; pedicellis puberulis, 2—6-nis, ad nodos defoliatos, e rhacheola perbrevi oriundis v. axillaribus, petiolo longioribus; bacca globosa, glabriuscula, sepalis brevibus, inaequalibus, obtusis, ciliolatis, conniventibus coronata.

Myrtus Hilariana Mart. Herb.

Eugenia Hilariana DC. Prodr. III. 269.

Frutex 4 — 5-pedalis; rami tereti-tetragoni, cinerei; novelli ad fructescentiae tempus desunt. Folia lamina 2—3″ lg., 4—8‴ lt.; petiolo 1‴ lg.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis subpatentibus, supra prominulis, medio sulcatis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis, supra medio impressis. Pedicelli 4—6‴ lg., bractea ovata, minuta fulti. Baccae 3—4‴ diametro. (v. fructif. in hb. Mon. et Sonder.) — Ab *E. Lhotzkiana* differt: ramis glabris, foliis nec obversis, rigidioribus, glabris, costatis; ab *E. triphylla:* ramis glabris; foliis glabris, basi acutis, semper oppositis, costatis; pedicellis 2—6-nis, glabris.

Habitat in campestribus altis montium Serra de Grâo Mogor prov. Minarum: M. Pl. Oreas.

162. EUGENIA SPHAEROSPERMA DC. glaberrima; foliis petiolatis, chartaceis, lanceolatis v. lineari-lanceolatis, longissime obtusiuscule acuminatis, basi acutis, immarginatis, discoloribus, utrinque creberrime elevato-, pellucido-punctatis, supra nitidis, tenuiter reticulato-venosis, limbinerviis; corymbulis axillaribus, 2—6-floris, petiolo 2 — 3-plo longioribus; bacca globosa, 1-sperma, sepalis rotundatis, subaequalibus, brevibus coronata.

Eugenia sphaerosperma DC. l. c. 279.

Rami teretiusculi, graciles; novelli compressi. Folia siccata supra fusco-atra, subtus hepatica; petiolo 1½ — 2‴ lg.; lamina 2 — 4″ lg., 6 — 11‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis venulisque interjectis tenuioribus, reticulatis utrinque praesertim infra prominulis. Corymbuli rhachi ½ — 3‴ lg., pedicellis gracilibus, basi bractea minuta fultis, 2—6‴ lg. Bacca 2½‴ diametro, bracteolis 2, minimis, subrotundis stipata. Semen globosum. (v. in hb. Mon.) — Affinis *E. cuspidifoliae DC.,* sed distincta: glabritie; foliis immarginatis, utrinque reticulato-venosis, prope marginem limbinerviis, creberrime pellucido-punctatis; corymbulis petiolo multo longioribus; pedicellis gracilibus, multo longioribus; sepalis rotundatis.

Habitat ad ripas fluminis Rio Negro in prov. do Alto Amazonas: M. Pl. Najas.

163. EUGENIA PILOENSIS Camb. glabra; foliis petiolatis, oblongo-lanceolatis, utrinque gradatim angustatis, acuminatis, pellucido-punctatis, venosis; pedicellis axillaribus, 3 — 10-nis, basi bracteatis, petiolum aequantibus; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusiusculis, ciliatis.

Eugenia Piloensis Camb. l. c. 257.

Frutex ramis teretibus, novellis compressis. Folia lamina 2½—3½″ lg., 9 — 14‴ lt.; petiolo 2 — 2½‴ lg.; nervo subtus prominulo; venis vix manifestis, anastomosantibus. Pedicelli 1½—2½‴ lg., bractea minima, ovata, acuta fulti. Alabastra bracteolis 2, lanceolatis, acutis, ciliatis, minimis stipata. Germen apice glabrum, loculis 10-ovulatis. Petala 4, sepalis duplo longiora, ovata, glabriuscula, ciliata. Stamina petalis paullo longiora. Stylus glaber, staminibus paullo brevior. (Camb.) †

Prope rivum Rio dos Piloês in parte australi prov. Goyazensis, floret Julio: St. Hilaire. Pl. Oreas.

164. EUGENIA PLATYSEMA Berg: glabra; foliis petiolatis, subchartaceis, oblongo-lanceolatis v. lanceolatis, longe acutiusculeque acuminatis, adultis glabris, supra nitidis, impunctatis, obsolete venosis, longiori a margine distantia limbinerviis; pedicellis pubescentibus, 2—4-, rarius 1-nis, basi bracteatis, axillaribus, petiolum subaequantibus, rhacheolae perbrevi impositis; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis, ciliolatis, inaequalibus. ♄

Ramuli compressi, glabri; novelli ad florendi tempus desunt. Folia superiora membranacea, margine vix recurva; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 28—34‴ lg., 6—9‴ lt.; nervo medio supra impresso, infra elevato; venis suberecto-patulis, supra inconspicuis, infra parum prominulis. Pedicelli 1½—2‴ lg., tenues, bractea minuta, ovata, pubescenti fulti. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, ¼‴ lg., basi connatis, concavis, ciliolatis stipata. Germen sericeum, pluriovulatum. Sepala 4, 2 interiora majora ½‴ lg. Petala 4, obovata, ciliolata, 1‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus staminibus paullo longior. (v. in hb. Berol.)

Ab *E. distante* diversa: glabritie; foliis rigidioribus, nec cuspidatis, impunctatis, obsolete venosis, floribus umbellatis, petiolum aequantibus; differt ab *E. Piloesi:* foliis angustioribus, impunctatis.

Habitat in prov. Rio Grande do Sul: Sellow. Pl. Napaea.

165. EUGENIA CALYCOSEMA Berg: ramulis glabris; foliis petiolatis, chartaceis, lanceolato-oblongis v. oblongis, utrinque angustatis, apice acutis v. obtusiusculis, basi in petiolum attenuatis, adultis glabris, obscure pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedicellis 2—4-nis, basi bracteatis, axillaribus v. lateralibus, rhacheolae brevissimae impositis, interdum 1-nis, petiolum aequantibus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, subrotundis, convexis, late membranaceo-marginatis, ciliolatis, glabriusculis. ♄

Ramuli compressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia margine vix recurva; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 27—34‴ lg., 7—14‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, infra prominente; venis tenuibus, subpatulis, supra vix conspicuis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Rhacheola ½—1‴ lg., interdum vix ulla, pedicellis 1 — 2‴ lg., bractea ovata, minuta fultis. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, obtusis, basi connatis, ½‴ lg. stipata. Germen ochraceo-sericeum, multiovulatum, disco puberulo obtectum. Sepala 4, 2 majora 1½‴ lg. Petala 4, ovata, vix ciliolata, 2‴ lg. Stamina petala subaequantia. Stylus staminibus paullo longior. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad villam de S. José in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

166. EUGENIA LANCEOLATA Berg: glabra; foliis petiolatis, chartaceis, lanceolatis, utrinque elongato-attenuatis, apice obtusiuscule acuminatis, basi cuneatis, discoloribus, sparse pellucido-punctatis, tenuiter venosis, duplicato limbinerviis; pedicellis 4 — 12-nis, ad nodos defoliatos umbellatis; germine turbinato, biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, vix ciliolatis, interioribus margine membranaceis. ♄

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 60.

Myrtus quadriflora Vell. Flor. Flum. V. t. 77. Text. p. 217.

Rami teretiusculi, pallidi; ramuli compressi. Folia siccata supra atrovirentia, subtus fuscescentia; petiolo 3 — 5‴ lg.; lamina 3 — 6″ lg., 1 — 2″ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis tenuibus, plurimis, suberecto-patulis, utrinque prominulis. Pedicelli 3—7‴ lg. Alabastra 5‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, acutis, ¼‴ lg. stipata. Germen loculis multiovulatis. Sepala 4, exteriora 1‴ lg., interiora 2‴ lg. Petala 4, obovata, 3‴ lg. Stamina petalis aequalia. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Vindob. et Berol.)

Habitat in silvis maritimis prope praedium Imp. S. Crucis, Sept. florens: Vell.; ad Tingua prov. Rio de Janeiro: Mikan n. 1040. Pl. Dryas.

167. EUGENIA CORREAE Berg: ramulis pedicellisque minute puberulis; foliis rigide chartaceis, petiolatis, ovate oblongis v. lanceolatis, antrorsum sensim acutatis, basi latiore breviter acutis, adultis glabris, creberrime minutequo pellucido-punctatis, supra subnitidis, subtus opacis, tenuissime reticulatis, penninerviis, longissima a margine distantia 2—3-plicato-arcuatim limbinerviis; pedicellis axillaribus et lateralibus, 2—6-nis, petiolum subaequantibus; bacca ovali, sepalis rotundatis coronata, 1-sperma. ♄

Rami grisei, rugosi, glabri; ramuli compressi. Folia petiolo 3—4‴ lg.; lamina 2½—4½″ lg., 10—19‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis, supra parum prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque parum prominulis; areolis angustis. Pedicelli 2—4‴ lg. Bacca 8‴ lg., sepalis incurvis coronata. Semen reniforme. Embryo homogeneus. (v. in hb. Monac.)

In honorem dixi Ill. Joze Correa da Serra quondam Protomedici Paraënsis.

Habitat prope Barra do Rio Negro in prov. do alto Amazonas: R. Spruce n. 1514. Pl. Najas.

168. EUGENIA LEUCANTHERA Berg: innovationibus ferrugineo-strigosis; foliis petiolatis, biennibus, annotinis membranaceis, pellucido-punctatis, venosis, demum coriaceis, oblongo-lanceolatis v. lanceolatis, utrinque elongato-angustatis, fusco-marginatis, discoloribus, glabris, obsolete venosis; umbellis subsessilibus, lateralibus, 4-floris, strigosis; germine biloculari; sepalis inaequalibus, concavis, obtusis. ♄

Rami teretiusculi, glabri, superne compressi, ibidem pilosiusculi. Folia interdum alterna, siccata supra fusco-atra, subtus hepatica, annotina argute marginata, mox glabra, margine recurva; petiolo 2—3‴ lg., demum glabro; lamina 20—40‴ lg., 6—12‴ lt.; nervo medio demum supra subimpresso, subtus prominente; venis tenuissimis, erecto-patulis, diaphanis, demum opacis, obsoletis. Pedicelli 4—6‴ lg., bractea lineari fulti. Alabastra obovata, 4-loba, 3‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, ½‴ lg. stipata. Germen ferrugineo-strigosum, 1½‴ lg., loculis pluriovulatis. Sepala 4, glabra, in alabastro globum petalorum includentia, 2 exteriora subrotunda, concava, 2‴ lg., interiora oblonga, fornicata, vix ciliolata. Petala 4, subrotunda, concava, fusco-marginata, 2‴ lg. Stamina petalis paullo breviora, antheris linearibus, albidis. Stylus petalis paullo longior. (v. florif. in hb. Mart.)

Habitat ad urbem Pará: Sieber. Pl. Najas.

169. EUGENIA EXCELSA Berg: glabra; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, in acumen lineare, obtusiusculum attenuatis, basi acutis, discoloribus, obscure pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedicellis 2—6-nis axillaribus et subterminalibus, petiolo longioribus, rhacheolae brevissimae impositis; germine biloculari; sepalis obtusis ciliolatis, coloratis.

Arbor 30-pedalis, trunco 1½—2′ diametro, cortice cinereo obtecto; rami teretes, laeves; ramuli compressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia margine subrecurva, subtus pallidiora; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 19—32‴ lg., 7—12‴ lt.; nervo medio utrinque parum prominente; venis tenuissimis, subpatulis, utrinque parum prominulis. Pedicelli 3—4‴ lg., bractea ovata, concava, ½—¾‴ lg. fulti. Alabastra obovata, sub calyce constricta, 1½‴ lg.; bracteolis 2, ovatis, minimis stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, ovata, concava, alba (fide Sellow), 1‴ lg., in alabastro globum petalorum includentia. Petala 4, ovalia, concava, ciliolata, 1½‴ lg. Stamina petalis aequalia. Stylus staminibus paullo longior. (v. in hb. Berol.)

Habitat in silvis primaevis prov. Rio de Janeiro, floret Septembri: Sellow. Pl. Dryas.

170. EUGENIA MASCHALANTHA Berg: glabra; foliis petiolatis, adultis coriaceis, oblongis v. elliptico-oblongis, obtusiusculae acutatis, basi acutis, margine limbato planiusculis, junioribus utrinque elevato-, pellucido-punctatis, discoloribus, venosis, limbinerviis; pedicellis 1-floris, e rhacheola perbrevi, bracteata, axillari 2—6-nis, petiolum aequantibus v. superantibus; germine biloculari; sepalis subrotundis, membranaceo-marginatis, ciliolatis.

Frutex 10—15-pedalis; rami teretiusculi, grisei; novelli compressi. Folia juniora chartacea, adulta impellucido-punctata; petiolo 2‴ lg.; lamina 22—30‴ lg., 8—13‴ lt.; nervo medio supra basin versus parum impresso, subtus prominente; venis tenuibus, suberecto-patulis, utroque latere circiter 12, supra parum, subtus magis prominulis; venulis interjectis tenuioribus ramulosis. Pedicelli 2—3‴ lg. Aalbastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, concavis, obtusiusculis, glabris, 1‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco plano, glabro terminatum. Sepala 4, 2 interiora 1—1½‴ lg., exterioribus duplo majora, in alabastro globum petalorum subincludentia. Petala 4, subrotunda, glabra, ciliolata, fere 3‴ lg. Stamina petalis aequalia; antheris oblongis. Stylus stamina aequans, glaber. (v. in hb. Berol.)

Habitat in silvis reipublicae Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

171. EUGENIA OPACA Berg: ramulis pedicellisque et germinibus pubescentibus; foliis petiolatis, chartaceis, ovalibus, ovali-oblongis v. oblongis, obtuse acuminatis, basi acutis, discoloribus, adultis glabris, supra impresso-, subtus elevato-punctatis, venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; pedicellis 2—6-nis, axillaribus, petiolum subaequantibus, basi bracteatis, rhacheolae plus minusve abbreviatae impositis; germine biloculari; sepalis subrotundis, membranaceo-marginatis, ciliolatis. Variat:

α. Brasiliensis: foliis obtusioribus, plerumque ovalibus, obscure pellucido-punctatis, 20—26‴ lg., 9—14‴ lt. (v. in hb. Berol.)

β. Montevideensis: foliis utrinque elongatis, saepissime oblongis, impellucido-punctatis.

Arbuscula 20-pedalis; rami teretes, glabri; ramuli compressi, novelli ad florendi tempus desunt. Folia interdum obovato-oblonga, margine vix recurva; petiolo 2—4‴ lg.; lamina 28—36‴ lg., 10—16‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, suberecto-patulis, supra vix conspicuis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Rhacheola ½—2‴ lg., interdum vix ulla; pedicellis 1½‴ lg., bractea minuta, ovata, ciliata fultis. Alabastra obovata, 1½—2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, obtusis, basi connatis, pilosiusculis, ciliatis, ½‴ lg. stipata. Germen rufescenti-, sericeo-strigosum, pluriovulatum. Sepala 4, glabriuscula, in alabastro globum petalorum includentia, 2 majora 1‴ lg. Petala 4, subrotunda, ciliolata, 1½‴ lg. Stamina petala subaequantia. Stylus staminibus paullo longior. (v. in hb. Berol.)

Ab *E. calycosema* differt: indumento; foliis latioribus, obtusioribus, duplicato-limbinerviis.

Habitat: α. in prov. Rio Grande do Sul; β. in fruticetis ripariis in Montevideo, floret Decembri: Sellow. Pl. Napaea.

172. EUGENIA COCCIFERA Berg: glabra; foliis petiolatis, membranaceis, ovali-oblongis v. oblongis, obtuse acuminatis, basi acutis, supra nitidis, subtilissime pellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis; pedicellis 2—6-nis, brevibus, 1-floris, basi bracteatis, rhacheolae brevissimae, laterali impositis; germine biloculari; sepalis subrotundis, glabris; bacca 1-sperma, globosa, sepalis 2 coronata.

Rami teretiusculi, ictu cujuslibet speciei ex genere Cocci primo coccineo-verrucosi, tandem globulis granis Kermes simillimis densissime tecti; novelli compressi, laeves, glabri. Folia margine vix recurva; petiolo $1\frac{1}{2}$—$2'''$ lg.; lamina 26—38‴ lg., 10—16‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis supra vix prominulis, infra prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Pedicelli 1—2‴ lg., bractea minuta, ovata, fulti. Alabastra obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, ovatis, connatis, ciliolatis, $\frac{1}{3}'''$ lg. stipata. Germen multiovulatum, turbinatum. Sepala 4, concava, colorata, majora 2, $1\frac{1}{2}'''$ lg., decidua. Petala 4, ovata, glabra, 2‴ lg. Stamina petalis paullo longiora. Stylus stamina aequans. Bacca globosa, exsucca, 6—7‴ diametro, disco plano et sepalis 2 minoribus coronata, 1-sperma. Semen reniforme, testa coriacea obtectum. Embryo homogeneus, partibus omnibus conferruminatis, rostello dorso exarato, dimidium ambitum cingens. (v. in hb. Berol.)

Habitat in silvis montium Serra d'Estrella in prov. Rio de Janeiro: floret Junio: Sellow. Pl. Dryas.

173. EUGENIA CERASIFLORA Miq. (Char. emend.) ramulis petiolisque, pedicellis et bracteis pilis raris conspersis, demum glabrescentibus; foliis chartaceis, petiolatis, obverse oblongis, recurvato- obtuse acuminatis, cuneatis, margine pallido revolutis, glabris, pellucido-punctatis, tenuiter reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedicellis 2—4-nis, petiolo longioribus, basi bracteatis, e rhacheola perbrevi, axillari et laterali; germine biloculari; sepalis membranaceis, inaequalibus, subrotundis, glabris, ciliolatis. ♄

Eugenia cerasiflora Miquel in Linnaea XXII. 193.

Rami teretiusculi; ramuli compressi. Folia petiolo 2—3‴ lg.; lamina $1\frac{1}{2}$—3″ lg., 9—14‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis tenuibus, suberecto-patulis, utrinque parum prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque parum prominulis. Pedicelli 2—7‴ lg., bractea ovata, puberula fulti. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, parvis, ovatis, germine brevioribus stipata. Germen glabrum, multiovulatum. Sepala 4, 2 majora reliquis duplo longiora, $1\frac{1}{2}'''$ lg. Petala 4, subrotunda, ciliolata, $2\frac{1}{2}$—3‴ lg. Stamina stylusque 2‴ lg. (v. in hb. Vindob.) — Ab *E. Ilhensi* differt: foliis obverse oblongis, recurvato-acuminatis, cuneatis, tenuiter reticulato-venosis.

Habitat prope oppidum Jacobinae in prov. Bahiensi: Blanchet n. 3727. Pl. Oreas.

174. EUGENIA VICOZENSIS Berg: innovationibus rufo-sericeis; foliis petiolatis, chartaceis, elliptico-oblongis, utrinque angustatis, apice acuminatis, basi acutis, discoloribus, supra glabris, nitidulis, subtus opacis, verrucoso-glandulosis, venosis, limbinerviis; pedicellis 2—4-nis, immediate v. e rhacheola brevi axillaribus, rufo-sericeis, petiolo longioribus; germine biloculari, sericeo; bacca globosa, puberula, sepalis inaequalibus, rotundatis, sericeis coronata. Variat:

α. sericea: foliis saepe obversis, basi cuneatis, abrupte recurvatoque acuminatis, margine revolutis, subtus tenuissime brevissimeque sericeis; pedicellis plerumque 4-nis, rhacheolae impositis.

Frutex 4—6-pedalis, ramosus; rami teretiusculi, glabri, superne compressi. Folia siccata supra olivacea, subtus albido-micantia; petiolo 2—3‴ lg.; lamina $1\frac{1}{2}$—3″ lg., 8—16‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, utrinque parum prominulis. Pedicelli 2—5‴ lg. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, membranaceis, ovatis, concavis, ciliolatis, $\frac{3}{4}'''$ lg. stipata. Germen pluriovulatum. Sepala 4, in alastro globo petalorum duplo breviora, majora fere 1‴ lg., utrinque sericea. Petala 4, ovali-rotunda, 2‴ lg. Bacca (haud plane matura) 4‴ diametro. (v. in hb. Mart. et Sonder.)

β. glabrata: foliis medio latissimis, basi acutis, apice leviter recteque acuminatis, subtus subglabratis; pedicellis 2-nis.

Frutex 6-pedalis. Folia petiolo 1—2‴ lg., lamina 12—32‴ lg., 5—15‴ lt. Pedicelli 3‴ lg. Alabastra $2\frac{1}{2}'''$ lg. (v. in hb. Mart. et Sonder.)

Maxime affinis *E. sericeae*, sed distincta: foliis acute acuminatis, subtus verrucoso-glandulosis, minus sericeis; pedicellis petiolo longioribus; sepalis alabastro duplo brevioribus.

Habitat ad Villam Viçoza in prov. Porto Seguro: Princ. de Neuwied. Pl. Dryas.

175. EUGENIA SERICEA Berg: ramulis novellis foliisque subtus, pedicellis et alabastris nitide sericeis; foliis petiolatis, chartaceis, lanceolato- v. elliptico-oblongis v. oblongis, obtusiuscule longius acuminatis, basi acutis, discoloribus, obscure pellucido-punctatis, supra glabris, subnitidulis, adultis subtus subglabratis, elevato-glandulosis, tenuissime venosis, subduplicato-limbinerviis; pedicellis 2—4-nis, basi bracteatis, axillaribus, petiolum aequantibus, rhacheolae perbrevi impositis, 1-floris; germine biloculari; bacca globosa, glabra, 1—2-sperma, sepalis inaequalibus, ovatis, obtusis, ciliolatis, patulis, sericeis coronata. ♄

Rami teretes, glabri; ramuli compressi, albidi, nigrescenti-glandulosi. Folia interdum antice latiora, margine revoluta, siccata supra fusca, subtus sordide argentea, postremo pallide fuscescentia; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 2—5″ lg., 6—21‴ lt; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, erecto- v. subpatulis, supra vix manifestis, subtus tenuissimis. Rhacheola $\frac{1}{2}$—5‴ lg., pedicellis 2—6‴ lg., interdum recurvatis, bractea minuta, ovata fultis. Alabastra turbinata, sub calyce vix constricta, ferrugineo-sericea, 3‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ferrugineo sericeis, ciliatis, 1‴ lg. stipata. Germen rufo-sericeum, pluriovulatum. Sepala 4, sericea, 1‴ lg. Petala 4, ovalia, extus puberula, 3‴ lg., ciliolata. Stamina stylusque petala aequantia. Bacca 3‴ diametro, disco planiusculo sepalisque coronata. Embryo cotylis carnosis, margine conferruminatis. (v. flor. et fruct. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in prov. Bahiensi: Sellow, Blanchet n. 1631. Pl. Hamadryas.

176. EUGENIA PLEURANTHA Berg: glabra; foliis longe petiolatis, chartaceis, ovali- v. subobovato-oblongis, obtuse acuminatis, basi in petiolum attenuatis, utrinque elevato-, obscure pellucido-punctatis, venosis, duplicato- arcuatimque limbinerviis; pedicellis 2—4-nis, pilosiusculis, basi bracteatis, rhacheolae brevissimae, ad nodos defoliatos ramorum veterum oriundae impositis; germine biloculari; sepalis subrotundis, concavis, adultis obtusis, ciliolatis, inaequalibus. ♄

Rami teretiusculi, saepe ictu speciei cujuslibet *Cocci* verrucosi; novelli compressi. Folia lamina 24—38‴ lg., 11—16‴ lt.; petiolo 4—6‴ lg.; nervo medio supra planiusculo, infra elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, remotis, utroque latere circiter 10, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. Rhacheola vix ulla, pedicellis 2—4‴ lg., bractea minima fultis. Alabastra subgloboso-obovata, $2\frac{1}{2}'''$ lg., glabra, bracteolis 2, ovatis, obtusis, ciliolatis, $\frac{1}{2}'''$ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco plano, glabro obtectum. Sepala 4, patula, 2 interiora majora 1‴ lg. Petala 4, orbicularia, concava, ciliolata, 2‴ lg. Stamina $2\frac{1}{2}'''$ lg. Stylus stamina aequans. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad urbem Ypanema in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

177. EUGENIA PSYCHOTRIOIDES Mart. Hb. innovationibus sericeis; foliis petiolatis, rigidis, ovali-oblongis, rarius ovalibus, leviter obtuse acuminatis, basi acutis, glabris, adultis impellucido-punctatis, supra nitidis, subaveniis, subtus creberrime glandulosis, venosis, limbinerviis; pedicellis 4—8-nis, basi bracteatis, axillaribus et subterminalibus, petiolo 2-plo longioribus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, exterioribus rotundatis, interioribus ovatis, obtusis, vix ciliolatis.

Eugenia psychotrioides Mart. Herb. in Herb. Sonder., nec in Herb. Mon., nec in Herb. Mart., sine diagn.

Frutex 6-pedalis, ramosus, foliosus; rami teretes, glabri; novelli compressi. Folia perennantia, siccata fusca; petiolo 2‴ lg.; lamina 18—32‴ lg., 8—20‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis erecto-patulis, supra oblitteratis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuissimis, reticulatis, subtus vix visibilibus. Pedicelli 2—4‴ lg., basi bractea ovata, concava, minuta fulti. Alabastra subglobosa, 2‴ lg., glabra, bracteolis 2, ovatis, minimis stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, interiora 1‴ lg. Petala 4, orbicularia, ciliolata, 2‴ lg. Stamina petalis aequalia. Stylus stamina aequans. (v. in hb. Sonder.)

Habitat in arenosis ad villam Viçoza prov. Porto Seguro, floret Junio: Princ. de Neuwied. Pl. Dryas.

178. EUGENIA POLYCARPA Berg: glabra; foliis breviter petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis v. ovatis, utrinque acutis v. obtusis, margine fusco- v. luteo-limbatis, discoloribus, supra nitidis, haud v. obscure pellucido-punctatis, vix venosis, subtus nigrescenti-glandulosis, reticulato-venosis, subarcuatim duplicato-limbinerviis; pedicellis 2—4-nis, basi bracteatis, axillaribus et lateralibus, rhacheolae perbrevi impositis; germine biloculari; bacca oblonga, 1—3-sperma, sepalis subrotundis, incurvis, ciliolatis coronata. Variat:

α. bimarginata: arbuscula 15—20-pedalis; foliis ovali-oblongis, utrinque acutis v. apice obtusiusculis, margine parum elevato argute et anguste fusco-limbatis, obscure pellucido-punctatis, 18—27‴ lg., 7½—11‴ lt. (v. in hb. Berol.)

β. marginata: frutex 10-pedalis; foliis ovali-oblongis, utrinque obtusiuscule acutis, margine simpliciter fusco-limbatis, obscure pellucido-punctatis, 14—25‴ lg., 6½—14‴ lt.; baccis 6‴ lg. 2½‴ lt. (v. in hb. Berol.)

γ. ovata: frutex 6—10-pedalis; foliis ovatis v. ovalibus, utrinque obtusis v. apice obtuse acutatis, margine simpliciter luteo-limbatis, impellucido-punctatis, 11—28‴ lg., 5—12‴ lt.

Rami rugosi, superne compressi; novelli non suppetunt. Folia supra atro-virentia, subtus fusco-virentia; petiolo 1—1½‴ lg.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis subpatulis, utroque latere sub-10, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis reticulatis. Pedicelli floriferi 2—3‴ lg., fructiferi duplo longiores, filiformes, bractea minima, puberula fulti. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, concavis, basi connatis, ¼‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco plano, glabro terminatum. Sepala 4, inaequalia, 2 interiora majora ½‴ lg. Petala 4, obovata, ciliolata, 2‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 2‴ lg. Bacca glabra. Semen reniforme, testa coriacea obtectum. Embryo homogeneus. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio Grande do Sul: α. et β. ad Villam do Rio Pardo, fructificat Septembri; γ. ad oppidum S. Leopoldi, floret Aprili: Sellow. Pl. Napaea.

179. EUGENIA BICOLOR Berg: ramulis novellis pube tenui obtectis; foliis petiolatis, coriaceis, oblongo-ovalibus v. ovali-oblongis, breviter obtuse acuminatis, basi acutis, discoloribus, adultis glabris, utrinque elevato-, impellucido-punctatis, supra nitidis, subreticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; pedicellis 2—4-nis, basi bracteatis, axillaribus v. lateralibus, rhacheolae brevissimae impositis, glabris, petiolo longioribus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, subrotundis, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi; novelli compressi. Folia siccata supra prasina, subtus flavescenti- v. fuscescenti-virentia, margine revoluta, novella ad florendi tempus desunt; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 18—25‴ lg., 9—14‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis subpatulis, utroque latere 8—10, supra vix manifestis, infra prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis; interstitiis amplis. Rhacheola ½‴ lg., interdum vix ulla; pedicellis 2—2½‴ lg., tenuibus, bractea minuta, ovato-oblonga fultis. Alabastra obovata, glabra, 1½‴ lg., sub calyce constricta, bracteolis 2, ovatis, obtusis, glabris, infima basi connatis, minimis stipata. Germen pluriovulatum, disco plano, glabro obtectum. Sepala 4, interiora 2 majora ½‴ lg. Petala 4, ovata, ciliolata, ¾‴ lg. Stamina petala aequantia. (v. in hb. Berol.)

Differt ab *E. polycarpa*: indumento; foliis coriaceis, nec limbatis.

Habitat in prov. Rio Grande do Sul: Sellow. Pl. Napaea.

180. EUGENIA PLURIFLORA DC. glaberrima; foliis breviter petiolatis, rigide coriaceis, ovali-oblongis, interdum obversis, utrinque gradatim attenuatis, apice angustato obtusis, discoloribus, utrinque elevato-punctatis, supra nitidis, subtus opacis, subreticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis gracilibus, 3—10-nis, aggregatis, ex nodis defoliatis oriundis, 1-floris; germine biloculari; sepalis subinaequalibus, ovatis, obtusis, ciliolatis. ♄
Variat:

α. opaca *Bg.* foliis ovali-oblongis, brevius petiolatis, impellucido-punctatis; floribus 5—7-nis.

Eugenia pluriflora DC. Prodr. III. 270.

Rami validi, teretiusculi, rugosi, pallidi; annotini exophloeo membranaceo, fuscescenti, nitido, secedente obtecti, subcompressi, novelli ad florendi tempus desunt. Folia siccata supra fusco-virentia, subtus opaca, cinnamomea; petiolo 1‴ lg.; lamina 20—28‴ lg., 8—14‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. Pedicelli 1—1½‴ lg. Germen ¾‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ½‴ lg. stipatum, multiovulatum. Sepala 4, ¾‴ lg. (v. in hb. Monac.)

β. perforata *Bg.* foliis saepe obovato-oblongis, longius petiolatis, pellucido-punctatis; floribus 3—10-nis.

Frutex 10-pedalis. Folia petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 15—26‴ lg., 7—12‴ lt. Pedicelli 1—3‴ lg. Petala 4, subrotunda, ciliolata, demum reflexa, 2‴ lg. Stamina petala subaequantia. Stylus staminibus paullo longior. (v. in hb. Berol.)

Habitat: α. in prov. Minarum: M.; β. ad urbem Sorocaba in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

181. EUGENIA ROSTRATA Berg: glabra; foliis petiolatis, coriaceis, ovalibus v. oblongo-ellipticis, elongate et acutiuscule acuminatis, basi acutis, discoloribus, glabris, nitidis, supra impresso-, impellucido-punctatis, subtus laevigatis, obsolete venosis, sublongiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; pedicellis 2—4-nis, basi bracteatis, rhacheolae brevissimae axillari, subterminali et laterali impositis, petiolo parum longioribus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, subrotundis, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi; ramuli compressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia margine recurva, siccata supra fusco-virentia, subtus badia, juniora elliptico-oblonga; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 19—32‴ lg., 9—17½‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis tenuissimis, utrinque vix manifestis. Pedicelli 2—3‴ lg., bractea minuta, ovata, puberula fulti. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, minimis stipata. Germen pluriovulatum, disco plano, glabro terminatum. Sepala 4, 2 majora ½‴ lg. Petala 4, subrotunda, ciliolata, 1‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Brasilia: Sellow.

182. EUGENIA FEIJOI Berg: ramulis foliisque junioribus petiolisque pilis rarissimis inspersis; foliis petiolatis, membranaceis, ovato- v. ovate oblongis, longe obtusiuscule recurvato-acuminatis, basi obtusa in petiolum attenuatis, cartilagineo-pallide limbatis, mox glabris, discoloribus, crebro pellucido-punctatis, tenuiter reticulato-venosis, longissima a margine distantia arcuatim irregulariterque duplicato-limbinerviis; pedicellis 3—4-nis, sericeis, petiolum subaequantibus, lateralibus; germine sericeo, triloculari, sulcato; sepalis oblongis, concavis, obtusis, ciliolatis, demum reflexis. ♄

Rami teretiusculi, fusci; ramuli compressi, glandulosi. Folia conduplicata, siccata supra atrovirentia, subtus pallida; petiolo 2—2½‴ lg.; lamina 2—4¼‴ lg., 12—17‴ lt.; nervo medio supra prominulo, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis, antrorsum adscendentibus, utrinque venulis interjectis tenuioribus, reticulatis parum prominulis. Pedicelli 1½—2½‴ lg., ad nodos defoliatos ramorum fasciculati. Alabastra obovata, sub calyce constricta, 4-loba, 4‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ciliolatis, ½‴ lg. stipata. Germen 1‴ lg., loculis pluriovulatis. Sepala 4, in alabastro globum petalorum includentia, demum reflexa, 2½‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Speciem in honorem Joam da Silva Feijó dicavi, cui debetur *„Memoria sobre a Capitania do Ceará, in Jornal literario, o Patriota, Rio de Janeiro 1814.“*

Habitat in vicinia Santarem prov. Paraënsis, floret Julio: R. Spruce n. 820. Pl. Najas.

183. EUGENIA ILHENSIS Berg: ramulis foliisque junioribus ad petiolum nervumque medium et marginem et pedicellis puberulis; foliis breviter petiolatis, rigide chartaceis, ovali- v. ovato-oblongis, obtuse- acutatis v. -acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, adultis glabris, opacis, sparse pellucido-punctatis, obsolete venosis, sublongiori a margine distantia arcuatim subduplicato-limbinerviis; pedicellis 2—8-nis, e rhacheola brevissima oriundis, inferioribus lateralibus, superioribus axillaribus, petiolo paullo longioribus; germine glabro, basi obsolete costato, biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, concavis, glabris, ciliolatis.

Myrtus maritima Mart. Herb., nec Kunth.
Eugenia maritima DC. Prodr. III. 271., nec 282.

Rami teretiusculi, glabri, subdivaricati; ramuli compressi. Folia interdum oblongo-elliptica, subtus pallidiora, nigrescenti-glandulosa; petiolo 1‴ lg.; lamina 1—2½″ lg., ½—1″ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, utrinque vix manifestis, erecto-patulis; venulis interjectis obsoletis. Rhacheola usque ad 1½‴ lg.; pedicellis ½—2‴ lg., bractea ovata, minuta, puberula fultis. Alabastra obovata, glabra, 2‴ lg., bracteolis 2, brevissimis, ovatis, obtusiusculis, glabris, ciliolatis, ⅓‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, glabrum. Sepala 4, 2 interiora exterioribus duplo majora 1—1½‴ lg. Petala 4, subrotunda, concava, alba, glabra, ciliolata sepalisque grosse glandulosa, 1½—2‴ lg. Stamina petala subaequantia. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Mart., Berol., Vindob. et Sonder.)

Not. Ill. Candolleus sub eodem nomine *Eugeniae maritimae* duas diversas species alteram Brasilianam, alteram Mexicanam in prodromo descripsit; nomen speciei Brasiliensis serius datum igitur mutavi.

Habitat in silvis prope Ilheos oppidum et aliis locis prov. Bahiensis, floret Decembri: M., Blanchet n. 2655. Pl. Hamadryas.

184. EUGENIA SUBEROSA Camb. ramulis compresso-tetragonis, rufo-tomentosis; foliis subsessilibus, elliptico-oblongis, utrinque gradatim angustatis, obtusis, pellucido-punctatis, supra subglabratis nitidisque, subtus rufo-griseove tomentosis, venosis; pedicellis axillaribus, 3—6-nis, basi bracteatis, puberulis; germine biloculari; sepalis glabriusculis, ovato-rotundis, ciliolatis.

Eugenia suberosa Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 262.

Arbor 8—10-pedalis, tortuosa, cortice suberoso. Rami teretes, glabrati, cortice rimoso. Folia supra interdum tomento brevissimo, griseo donata; lamina 1½—3″ lg., 8—18‴ lt.; nervo subtus prominente; venis vix manifestis. Pedicelli 3‴ lg., bracteis parvulis, rubiginoso-tomentosis fulti. Alabastra lutescentia, puberula, 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, obtusis, puberulis, ciliolatis, parvulis stipata. Germen apice glabrum, loculis 14—16-ovulatis. Petala 4, ovato-rotunda, concava, ciliolata, staminibus styloque sepalis 3—4-plo longiora, glabra, virescentia. (Camb.) †

In campis prov. Minarum prope urbem Barbacena, floret Martio: St. Hilaire. Pl. Oreas.

185. EUGENIA BAHIENSIS DC. ramulis petiolisque superioribus et pedicellis minute puberulis; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, obtusiuscule leviterque acuminatis, basi acutis, adultis glabris, supra nitidis, subaveniis, subtus pallidioribus, fusco-glandulosis, venosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis 2—7-nis, ad nodos defoliatos aggregatis v. e rhachi brevissima oriundis; germine minutissime puberulo, biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, ciliolatis.

Eugenia Bahiensis DC. l. c. 271.

Rami teretiusculi, rugosi; ramuli compressi. Folia siccata supra fusco-atra, subtus hepatica, impellucido-punctata; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 27—42‴ lg., 12—21‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus incrassato; venis tenuibus, subpatulis, supra obsoletis, subtus prominulis; venulis interjectis ramulosis, subtus parum prominulis. Rhacheola usque ad 2‴ lg., pedicellis basi bractea minuta fultis, tenuibus, 2½—5‴ lg. Alabastra 2½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, ciliolatis, minimis stipata. Germen disco tenuissime velutino obtectum, multiovulatum. Sepala 4, 2 majora 2‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Habitat in opacis ad fluvium Itahype in prov. Bahiensi: M. Pl. Hamadryas.

186. EUGENIA APIOCARPA Berg: glabra; foliis petiolatis, coriaceis, elliptico-oblongis, oblique et obtusiuscule recurvato-acuminatis, basi in petiolum attenuatis, supra lucidis, utrinque plus minusve elevato-, impellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedicellis 2—4-nis, basi bracteatis, rhacheolae perbrevi laterali impositis; bacca obovata, basi plus minusve attenuata, 1-sperma, sepalis minimis, inflexis coronata, pedicello longiore.

Frutex 10-pedalis; rami teretiusculi, rugosi; novelli desunt. Folia margine recurva, novella haud suppetiunt; petiolo 4—6‴ lg.; lamina 25—45‴ lg., 10—19‴ lt.; nervo medio supra basin versus sulcato, infra prominente; venis utroque latere 8—10, remotis, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis ramulosis, vix visibilibus. Rhacheola ½—1½‴ lg.; pedicellis 2—4‴ lg., bractea minuta, decidua fultis. Bacca atropurpurea, glandulosa, valde adstringens (fide Sellowii), 6—9‴ lg., 4—6‴ lt., basi bracteolis 2, minimis, ovatis, obtusis, connatis stipata, sepalis ¼‴ lg. discoque angustissimo coronata. Semen reniforme, testa subpergamacea, nitida obtectum. Embryo curvatus, cotylis conferruminatis. (v. in hb. Berol.)

Habitat in fruticetis prov. Rio de Janeiro, fructificat Septembri: Sellow. Pl. Dryas.

187. EUGENIA TINGUYENSIS Camb. ramulis compresso-tetragonis pedicellisque et alabastris brunneo-puberulis; foliis petiolatis, oblongis, acuminatis, pellucido-punctatis, glabris, venosis; pedicellis axillaribus, pluribus, basi bracteatis; germine triloculari; sepalis ovato-rotundis, demum reflexis. ♄

Eugenia Tinguyensis Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 258.

Rami teretes, glabrati. Folia margine revoluta, subtus pallida; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 3—4″ lg., 12—15‴ lt.; nervo supra impresso, subtus prominente; venis vix manifestis. Pedicelli 3—7‴ lg., bracteis parvis, oblongis, acutis fulti. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, minimis, puberulis, deciduis stipata. Germen apice glabrum, loculis pauci-ovulatis. Petala 4, sepalis triplo longiora, ovata, extus hirta, demum reflexa. Stamina petalis paullo longiora. Stylus glaber, stamina subaequans. (Camb.) † — Ab *E. Jequitinhonhensi* distincta; foliorum forma; pube ramulorum calycisque longiore; petalis hirto-puberulis; germine trl-loculari. (Camb.)

In silvis primaevis montis vulgo Serra de Tinguy in prov. Rio de Janeiro, floret Augusto: St. Hilaire. Pl. Dryas.

188. EUGENIA PIAUHIENSIS Berg: ramis glabris; foliis petiolatis, coriaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, recurvato- plus minusve acuminatis, basi obtusis, glabris, crebro pellucido-punctatis, supra nitidis, subtus opacis, fusco-glandulosis, utrinque elevato-, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis 1—4-nis, minute puberulis, axillaribus et lateralibus, petiolum aequantibus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, ciliatis. ♄

Rami teretiusculi, cinerei, rimulosi; ramuli compressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia siccata supra obscure viridia, subtus pallidiora; petiolo 2‴ lg., lamina 20—30‴ lg., 14—20‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis erecto-patulis, utrinque venulisque interjectis tenuioribus, reticulatis, prominulis. Pedicelli 1—2‴ lg., bractea ovata, minuta fulti. Alabastra obovata, 3‴ lg., nigrescenti-glandulosa, bracteolis 2, ovatis, concavis, ciliolatis, ¾‴ lg. stipata. Germen sparse pilosiusculum, multiovulatum. Sepala 4, in alabastro globo petalorum multo breviora, 2 majora ¾‴ lg. Petala 4, orbicularia, concava, 2‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Vind.)

Habitat in prov. Piauhiensi: Gardner n. 2169. Pl. Hamadryas.

189. EUGENIA FERREIRAEANA Berg: ramulis foliisque novellis, pedicellis, bracteis, germinibus, calycibus rufo-velutinis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, ovalibus, abrupte obtuse acuminatis, basi acutis, adultis glabris, creberrime obscure pellucido-punctatis, supra nitidis, oblitterato-venosis, limbinerviis; pedicellis 2—8-nis, axillaribus et lateralibus, validis, petiolum aequantibus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, ciliolatis. ♄

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 66.

Rami teretiusculi, cinerei, glabri; novelli compressi. Folia siccata supra olivacea, subtus fusca; petiolo 3‴ lg.; lamina 28—32‴ lg., 16—20‴ lt.; nervo medio utrinque elevato; venis tenuissimis, subpatulis, utrinque vix manifestis. Pedicelli 1—1½‴ lg. Alabastra obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ½‴ lg. stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, in alabastro globo petalorum multo minora, 2 majora ¾‴ lg. Petala 4, obovata, ciliolata, nigrescenti-punctata, concava, demum reflexa, 2‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Speciem in honorem Dr. Alexandri Rodriguez Ferreira, Bahiensis, dicavi.

Habitat in vicinia Barra do Rio Negro in prov. do alto Amazonas: R. Spruce n. 1160. Pl. Najas.

190. EUGENIA CUSPIDATA Berg: ramulis pedicellisque puberulis, novellis rufo-velutinis; foliis petiolatis, chartaceis, ovalibus v. oblongo-ovalibus, subito in acumen lineare, totius ¼—⅓ partem longitudinis efficiens productis, basi acutis, undulatis, glabris, nitidis, discoloribus, creberrime pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedicellis 2—4-nis, basi bracteatis, rhacheolae brevissimae, axillari et subterminali impositis, petiolo paullo longioribus; germine biloculari; sepalis demum reflexis, obtusis, ciliolatis. ♄

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 78.

Rami teretes, glabri; ramuli tenues, compressi. Folia juniora elliptico-oblonga, margine recurva; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 21—32‴ lg., 10—16‴ lt., acumine 6—9‴ lg.; nervo medio supra elevato, subtus planiusculo; venis creberrimis, tenuibus, suberecto-patulis, utrinque venulisque ramulosis prominulis. Pedicelli 2—4‴ lg., bractea oblonga fulti. Alabastra glabra, obovata, 1‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, ⅓‴ lg., ciliolatis stipata. Germen multiovulatum, disco plano obtectum. Sepala 4, ovato-oblonga. Petala 4, ovalia, sepalis duplo longiora, 1‴ lg., ciliolata. Stamina fere 1‴ lg. Stylus 1‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Sellow. Pl. Dryas.

191. EUGENIA CASSINOIDES Berg: glabra; foliis subsessilibus, obovato-oblongis v. obovatis, apice rotundatis, margine anguste limbatis, discoloribus, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, tenuiter remote venosis, subarcuatim limbinerviis; pedicellis gracilibus, petiolo longioribus, 2—6-nis, ad nodos defoliatos ramorum umbellatis, rarius solitariis; germine biloculari; bacca globosa, sepalis parvis, subaequalibus, rotundatis, ciliatis, incurvis coronata. ♄ Variat:

α. robusta: ramis validioribus; foliis brevius petiolatis, majoribus, coriaceis, basi angustata oblique truncatis, umbellulis solitariis v. 2—3-nis, ad nodos collateralibus v. superpositis.

Myrtus cassinoides Salzmann Herb. sine diagn.

Rami teretiusculi, rugosi, cinerei, superne compressi, albidi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia siccata supra atro-fusca, subtus rufa, fusco-glandulosa; petiolo ½‴ lg.; lamina 19—25‴ lg., 1—1½″ lt.; nervo medio parum prominulo, subtus elevato; venis tenuibus, utroque latere circiter 9, distantibus, subpatulis, utrinque parum prominulis. Pedicelli 2—4‴ lg., glandulosi, basi bractea minuta fulti. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, late ovatis, ciliolatis, fere ¼‴ lg., basi saepe connatis stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, in alabastro globo petalorum multo minora, fere ¼‴ lg. Petala 4, suborbicularia, glandulosa, ciliolata, demum reflexa, 1½‴ lg. Stamina stylusque 2‴ lg. Bacca 2½‴ lg. (v. in hb. Schlechtend.)

β. gracilis: ramis tenuioribus; foliis longius petiolatis, chartaceis, basi cuneatis; pedicellis saepe solitariis.

Eugenia bimarginata Salzmann Herb., nec DC.

Folia subtus fuscescentia; petiolo 1‴ lg.; lamina 20—22‴ lg., 12—14‴ lt. (v. in hb. Sonder.)

Habitat in collibus prov. Bahiensis: Salzmann. Pl. Hamadryas.

192. EUGENIA SCHOTTIANA Berg: ramis glabris; foliis petiolatis, coriaceis, ovali- v. obovato-oblongis, basi acutis, apice angustato-obtusis v. rotundatis, marginatis, glabris, supra nitidis, creberrime elevato-glandulosis, junioribus pellucido-punctatis, subtus opacis, subreticulato-venosis, duplicato- arcuatim limbinerviis; pedicellis 4—6-nis, umbellatis v. racemosis, pubescentibus, ad nodos defoliatos; germine velutino, biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, glabris, ciliolatis. ♄

Rami teretes, cinerei, dichotomi; ramuli compressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia siccata supra fusco-atra, subtus pallidiora, pallide marginata, adulta impellucido-punctata; petiolo 3—4‴ lg.; lamina $1^1/_2$—3″ lg., 10—21‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis subpatulis, supra oblitteratis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, subtus parum prominulis. Rhachis aut nulla aut 4‴ lg.; pedicelli validi, 2—4‴ lg., bractea minuta, ovata fulti. Alabastra obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, rotundatis, $^1/_2$‴ lg. stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, exteriora $^1/_2$‴ lg., interiora 1‴ lg. Petala 4, subrotunda, ciliata, 2‴ lg. Stamina stylusque 3‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat ad Tocaia provinciae Rio de Janeiro: Schott n. 5832. Pl. Dryas.

193. EUGENIA CYCLOPHYLLA Berg: ramis glabris; foliis subsessilibus, chartaceis, orbicularibus v. ovalibus, utrinque rotundatis v. basi obtusis, margine recurvis, glabris, subconcoloribus, obscure grosseque pellucido-punctatis, tenuiter venosis, limbinerviis; pedicellis gracilibus, 1—4-nis, ad nodos defoliatos aggregatis, glabris; bacca globosa, sepalis minutis, deltoideis, ciliolatis, adpressis coronata.

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 72.

Rami tenues, teretiusculi, albidi; novelli compressi. Folia subtus pallidiora; petiolo usque ad lineam longo; lamina 14—23‴ lg., 12—18‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis tenuibus, distantibus, utroque latere circiter 8, erecto-patulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, subreticulatis. Pedicelli 2—4‴ lg. Bacca $2^1/_2$‴ diametro, bracteolis 2, minutis, ovatis stipata. (v. fructif. in hb. Monac.)

Differt ab *E. rotundifolia Casar.* ramis gracilioribus, foliis multo tenuioribus, margine vix recurvis, pellucido-punctatis, tenuiter quidem sed manifeste venosis; pedunculis fructiferis filiformibus; bacca globosa.

Habitat in campis ad fluvium Rio S. Francisco prov. Minarum: M. Pl. Hamadryas.

194. EUGENIA ROTUNDIFOLIA Casar. (Char. emend.) glaberrima; foliis breviter petiolatis, crassis, rigidis, suborbicularibus, ovalibus v. ovali-oblongis, utrinque rotundatis v. obtusis v. basi acutis, margine circumcirca exacte revolutis, discoloribus, impellucido-punctatis, supra nitidis, obsolete venosis, limbinerviis; pedicellis 2—6-nis, 1-floris, ad nodos defoliatos ramorum umbellatis, fructiferis incrassatis; germine biloculari; bacca ovali, sepalis brevibus, rotundatis, ciliolatis, adpressis coronata. Variat:

α. genuina *Bg.* foliis suborbicularibus, utrinque rotundatis.

Eugenia rotundifolia Casar. Decad. 40.

Frutex 3—4-pedalis, ramosus; ramis crassis, rugosis, albidis, teretiusculis, superne compressis. Folia siccata supra atrovirentia, subtus cinnamomea; petiolo $1^1/_2$—2‴ lg.; lamina 2—$2^1/_2$″ lg., $1^1/_2$—2″ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus incrassato; venis oblitteratis, utroque latere circiter 9, distantibus, inferioribus divaricatis, superioribus subpatentibus. Pedicelli fructiferi 5—6‴ lg., validi, sursum sensim incrassati. Bacca (immatura) 4‴ lg. (v. in fructif. in hb. Mart.)

β. oblongata *Bg.* foliis ovali-oblongis, basi acutis.

Eugenia pluriflora Mart. in Flora XX. Beibl. II. 83., nec DC. Prodr. III. 270.

Frutex ramosus, tortuosus. Folia petiolo 2‴ lg.; lamina $1^1/_2$—3″ lg., 11—19‴ lt. Pedicelli floriferi filiformes, 3—5‴ lg., basi bractea minuta fulti. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, ovalibus, concavis, ciliolatis, $^3/_4$‴ lg. stipata. Sepala 4, in alabastro globo petalorum multo minora. Petala 4, orbicularia, ciliolata, albissima. (v. in hb. Mart.)

Habitat in arenosis maritimis inter Capocabana et Lagoa de Rodrigo de Freitas, prope urbem Rio de Janeiro, floret Junio, Julio: α. Raben n. 474., β. Luschnath n. 24., Mart. Herb. Fl. Br. n. 48. Pl. Dryas.

195. EUGENIA SPHENOPHYLLA Berg: ramulis foliisque novellis dense tenuissimeque ochraceo-, velutino-pulverulentis, mox glabratis; foliis longiuscule petiolatis, demum chartaceis, spathulatis, obtusis, basi in petiolum attenuatis, utrinque glandulosis, tenuiter venosis v. reticulato-venosis, subduplicato-limbinerviis; pedicellis puberulis, 2—14-nis, ad ramorum nodos defoliatos umbellatis v. rhachi perbrevi impositis; germine biloculari, glabro; bacca elliptica, glabra, 2—4-sperma, sepalis ovatis, obtusatis coronata. Variat:

α. coaetanea: foliis novellis ad florendi tempus nondum plane evolutis, pedicellis abbreviatis, 2—4-nis; sepalis ovato-oblongis, obtusis.

Eugenia ramiflora Miq. in Linnaea XXII. 536., nec Desv.

Folia novella (adulta non vidi) petiolo 2—$2^1/_2$‴ lg.; lamina 9—19‴ lg., 3—6‴ lt. Pedicelli 1—2‴ lg. — Ab *E. ramiflora Desv.* distincta: foliis spathulatis, obtusis, nec acuminatis, subtus tenuissime farinoso-velutinis, nec subtomentosis; pedicellis puberulis, nec tomentosis, rufis. (v. in hb. Sonder.)

β. angustifolia: foliis ad florendi tempus evolutis, obverse lanceolato-oblongis, obsoletissime pellucido-punctatis, siccatis obscuris, supra subaveniis, subtus tenuissime venosis, simpliciter limbinerviis; pedicellis brevibus, 2—14-nis; sepalis ovatis, obtusis.

Folia petiolo 3‴ lg.; lamina 2—$2^1/_2$″ lg., 8—10‴ lt. Pedicelli 2‴ lg. (v. in hb. Sonder.)

γ. tristis: foliis ad florendi tempus evolutis, obverse oblongis, praecedentibus multo majoribus, opacis, impellucido-punctatis, siccatis obscuris, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis longiusculis; sepalis rotundo-ovatis, ciliolatis.

Eugenia umbellata Sprengel Neue Entd. II. 169.

Folia petiolo 4—6‴ lg.; lamina 42—48‴ lg., 14—18‴ lt. Pedicelli 3—5‴ lg. (v. in hb. Berol.)

δ. prasina: foliis ad florendi tempus evolutis, coriaceis, obverse oblongis v. obovato-oblongis, supra laete viridibus, nitidis, impellucido-punctatis, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis abbreviatis; sepalis ovatis, obtusis, ciliolatis.

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 63.

Folia petiolo 2—3‴ lg.; lamina 24—45‴ lg., 7—17‴ lt. Pedicelli 2—3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Frutex 10—15-pedalis; rami teretes, glabri, albidi v. cinerei; ramuli compressi. Folia margine recurva, interdum apice retusa; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuibus, erecto- v. subpatulis, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. Pedicelli bractea ovata, minuta fulti. Alabastra obovata, glabra, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, $^1/_2$—$^3/_4$‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco marginato, glabriusculo obtectum. Sepala 4, ciliolata, 2 exteriora rotundata, 2 interiora majora ovato-oblonga, obtusa, $1^3/_4$‴ lg. Petala 4, subrotunda, sepala interiora subaequantia. Stamina 2‴ lg. Stylus staminibus paullo longior. Bacca 7‴ lg., 5‴ lt. Seminis testa cartilaginea. Embryo reniformis, cotylis omnino conferruminatis; rostello vix conspicuo.

Habitat: α. in prov. Minarum: Dr. Regnell I. n. 131.; β. in eadem provincia: Dr. Widgren n. 539.; γ. in prov. Rio de Janeiro: Sellow; δ. ad ripas prope Banhados prov. Rio Grande do Sul: Sellow. Pl. Vaga.

196. EUGENIA DODONEAEFOLIA Camb. ramulis tetragono-compressis foliisque novellis albo-, rubiginoso- v. albido-tomentosis; foliis petiolatis, obovato-oblongis, subcuneatis, apice rotundatis, opacis, adultis subglabratis, venosis; pedicellis axillaribus 2—6-nis; germine biloculari; bacca sepalis glabriusculis, obovatis, ciliolatis coronata, ooidea, glabra, 1—2-sperma.

Eugenia dodoneaefolia Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 263.

Arbor parva; rami teretes, subglabrati. Folia lamina 2—$2^1/_2$″ lg., 9—14‴ lt.; petiolo 3—4‴ lg.; nervo subtus prominulo; venis vix manifestis. Pedunculi 1—$2^1/_2$‴ lg., tomentosi v. glabrati. Alabastra $2^1/_2$‴ lg., bracteolis 2, ovatis, obtusis, $^3/_4$‴ lg., glabriusculis, ciliolatis stipata. Germen tomento laxo donatum, apice tomentosum, loculis pluriovulatis. Petala 4, obovata, ciliolata, sepalis triente longiora. Stamina petala subaequantia. Stylus stamina aequans, glaber. (Camb.) †

In silvis primaevis prope villam Jundiahy in prov. S. Pauli, floret Octobri: St. Hilaire. Pl. Oreas.

197. EUGENIA JEQUITINHONHENSIS Camb. ramulis compressis foliisque novellis, pedicellis et alabastris brunneo-puberulis; foliis petiolatis, ovatis v. ellipticis, acuminatis, pellucido-punctatis, adultis glabratis, venosis; pedicellis axillaribus, pluribus, basi bracteatis; germine biloculari; bacca sepalis ovato-rotundis, subinaequalibus coronata, ooidea, 1—2-sperma.

Eugenia Jequitinhonhensis Camb. l. c. 257.

Frutex 7—8-pedalis; rami teretes, glabri. Folia lamina 2—4″ lg., 1—2″ lt.; petiolo 2‴ lg.; nervo supra impresso, subtus prominente; venis vix manifestis, apice anastomosantibus. Pedicelli 3—4‴ lg., bractea minima, acuta, puberula fulti. Alabastra $1^1/_2$‴ lg., dense puberula, bracteolis 2, minimis, ovatis, acutissimis, puberulis stipata. Germen loculis 6-ovulatis. Petala ovata, glabra, ciliolata, sepalis triplo longiora, demum reflexa. Stamina petalis paullo longiora. Stylus stamina subaequans, glaber. (Camb.) Fructus 6‴ lg. niger, succulentus. (St. Hilaire.) † — Ab *E. Piloensi* differt: foliis ovatis v. ellipticis, non oblongo-lanceolatis; ramis novellis floribusque pube brunnea vestitis, nec glabris, etc. (Camb.)

In silvis primaevis ad flumen Jequitinhonha, in parte prov. Minarum dicta Minas Novas, floret Junio: St. Hilaire. Pl. Oreas.

198. EUGENIA OBOVATA Berg: glabra; foliis petiolatis, pergamaceis, obovato-oblongis, subito in acumen lineare, elongatum, obtusiusculum elongatis, basi cuneatis, discoloribus, supra nitidis, elevato-, pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedicellis 2—5-nis, 1-floris, basi bracteatis, rhacheolae perbrevi axillari v. laterali impositis, petiolo 2—3-plo longioribus; bacca globosa, 1-sperma, sepalis oblongis, conniventibus coronata.

Arbor 18-pedalis; rami teretes, laeves; ramuli elongati, compressi. Folia subtus pallida, margine recurvo; petiolo 2‴ lg.; lamina 26—32‴ lg., 7—13‴ lt., acumine 4—6‴ lg.; nervo medio utrinque elevato; venis tenuissimis, subpatulis, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis ramulosis. Pedicelli 5—6‴ lg., in ramulis annotinis axillares et subterminales, in adultioribus laterales, bractea ovata, concava, $^1/_2$‴ lg. fulti. Bacca subglobosa, $2^1/_2$‴ diametro, dilute rubra, glandulosa, dulcis (fide Sellowii), basi bracteolis 2, minutis stipata, sepalis discoque concavo, interdum et stylo persistente coronata. Testa seminis membranacea. Embryo cotylis carnosis, omnino conferruminatis; rostello minuto. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro, fructificat Novembri: Sellow. Pl. Dryas.

199. EUGENIA FUSCA Berg: glabra; foliis petiolatis, chartaceis, obverse v. obovato-oblongis, obtuse acuminatis, basi cuneatis, discoloribus, obscure pellucido-punctatis, venosis, duplicato-limbinerviis, pedicellis 2—6-nis, 1-carpicis, rhacheolae brevissimae impositis, ad nodos ramorum defoliatos; bacca ovali, sepalis ovatis, obtusis, conniventibus coronata. ♄

Rami teretiusculi, rugosi; ramuli compressi; novelli desunt. Folia margine recurva, siccata supra fuscoatra, subtus brunnea; petiolo 2‴ lg.; lamina 42—60‴ lg., 13—21‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis tenuibus, suberecto- v. erecto-patulis, utroque latere circiter 18, utrinque praesertim infra prominulis. Pedicelli 3—4‴ lg., fructiferi interdum solitarii, validi. Baccae 6‴ lg., 4‴ lt., sepalis 4, concavis, glabris, inaequalibus, 2 majoribus 2‴ lg., 2 minoribus 1‴ lg. discoque planiusculo coronatae (in specimine, quod obstat, immaturae). (v. in hb. Berol.)

Habitat ad Pres. de S. Joâo Baptista in Serra do Mar prov. Minarum: Sellow. Pl. Dryas.

200. EUGENIA UMBELLIFLORA Berg: glabra; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, recurvato- obtusiuscule acuminatis, basi in petiolum attenuatis, utrinque elevato-, obscure pellucido-punctatis, discoloribus, supra nitidis, venosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis 2—10-nis, 1-floris, basi bracteatis, rhacheolae perbrevi axillari v. laterali impositis, petiolo brevioribus v. subaequalibus; bacca ovali, sepalis minimis, inflexis coronata, 1-sperma. ♄

Rami teretiusculi, grisei, sulcati; novelli compressi. Folia margine recurvata, adulta impellucido-punctata; petiolo 4—6‴ lg.; lamina 32—48‴ lg., 14—21‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus elevato; venis suberecto-patulis, remotis, utroque latere circiter 10, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis reticulatis. Pedicelli 2—4‴ lg., compressiusculi, nigropunctati, basi bractea minima fulti. Alabastra obovata, $1^1/_2$—2‴ lg., basi bracteolis 2, ovatis, obtusis, minutis, ciliolatis stipata. Germen multiovulatum, disco convexo, marginato terminatum. Sepala 4, ovata, obtusa, ciliolata, alabastro multo minora. Petala 4, obovata, extus grosse nigro-punctata, ciliolata, reflexa, 2‴ lg. Stamina petalis aequalia. Stylus staminibus paullo longior. Baccae ovales, glabrae, 4‴ lg., disco angusto sepalisque coronatae. Semen testa tenui, cartilaginea obtectum. Embryo cotylis carnosis, conferruminatis. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. S. Pauli ad urbem Santos: Sellow. Pl. Dryas.

201. EUGENIA DICHROMA Berg: adulta glabra; foliis longe petiolatis, chartaceis, ovatis v. ovalibus, brevissime lateque recurvato-obtuseque acuminatis v. obtusis, basi obtusis v. subcordatis et brevissime acutis, undulatis, discoloribus, obscure pellucido-punctatis, supra nitidis, venosis, arcuatim limbinerviis; pedicellis 1—6-nis, validis, 1-carpicis, axillaribus, rhacheolae plus minusve abbreviatae impositis, petiolo brevioribus v. aequalibus; bacca ovali, 1-sperma, pedicellis longiori, sepalis obtusis coronata.

Rami teretiusculi; ramuli compressi, hinc inde pedunculis pedicellisque velumine ferrugineo tecti; novelli haud suppetunt. Folia siccata supra atrovirentia, subtus flavovirentia; petiolo valido, 7—9‴ lg.; lamina $2^1/_3$—5″ lg., $1^1/_3$—3″ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis distantibus, erecto-patulis, utroque latere circiter 12, superne parum prominulis, inferne prominentibus; venulis tenuioribus, reticulatis. Rhacheola 1—3‴ lg.; pedicellis 3—4‴ lg. Bacca 8‴ lg., 7‴ lt., bracteolis 2, ovatis, 3‴ lg. stipata, sepalis 1‴ lg., involutis v. patulis discoque

planiusculo coronata. Semen testa cartilaginea obtectum. Embryo cotylis plano-convexis, carnosis, margine conferruminatis. (v. in hb. Berol.)

Habitat in campis ad urbem Rio de Janeiro: Sellow. Pl. Dryas.

202. EUGENIA RUBROCINCTA Berg: glaberrima; foliis brevissime petiolatis, rigide coriaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, utrinque obtusis, margine incrassato anguste et argute limbatis, discoloribus, utrinque elevato-, impellucido-punctatis et reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis 4—10-nis, e rhacheola perbrevi oriundis, axillaribus, brevibus, 1-floris; germine biloculari; bacca ovali, sepalis subaequalibus, rotundatis, membranaceo-marginatis, ciliolatis coronata.

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 73.

Frutex 8—10-pedalis; rami teretiusculi; ramuli tereti-compressi, pallide cinnamomei. Folia siccata supra atrovirentia, subtus cinnamomea, 17—28‴ lg., 10—18‴ lt.; nervo medio supra prominulo, subtus elevato; venis subpatulis, utrinque prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis; nervo limbali exteriore supra purpureo. Pedicelli 2—3‴ lg., bractea ovata, minuta fulti. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, germine brevioribus stipata. Germen multiovulatum, disco marginato obtectum. Sepala 4, majora ¾‴ lg. Petala 4, orbicularia, ciliolata, 2‴ lg. Stamina petala aequantia. Stylus 2½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Ab *E. dicrossa, E. stictopetala, E. subcordata* differt: foliis non cordatis.

Habitat in campis prope urbes Pantago et S. Paulo prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Dryas.

203. EUGENIA BIMARGINATA Berg: ramis glabris; foliis subsessilibus, rigide coriaceis, oblongo-ovatis v. ovato-oblongis, e basi rotundata antrorsum sensim angustatis, leviter obtuse acuminatis, adultis excepto nervo medio subtus glabris, discoloribus, elevato- obscure pellucido-punctatis, supra nitidis, subtus opacis, subreticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; racemis axillaribus, 4—12-floris, puberulis, folio multo brevioribus; pedicellis rhachi subaequalibus v. longioribus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, subrotundis, ciliolatis. ♄

Rami compresso-teretiusculi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia siccata supra atro-fusca, subtus cano-fusca; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 39—41‴ lg., 19—23‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis subpatulis, utroque latere circiter 12, utrinque prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Racemi rhachi 2—6‴ lg., pedicellis basi bracteatis, 4—6‴ lg. Alabastra 2‴ lg., glabra, bracteolis 2, subrotundis, ciliolatis, germine brevioribus stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, 2 majora ¾‴ lg. Petala 4, obovata, vix ciliolata, 2‴ lg. Stamina petalis paullo breviora. Stylus petala aequans. (v. florif. specimen solitarium in hb. Berol.)

Ab *E. dicrossa* differt: foliis basi non cordatis, leviter obtuse acuminatis; racemis 4—12-floris, puberulis.

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

204. EUGENIA DICROSSA Berg: glaberrima; foliis subsessilibus, rigide coriaceis, ovate v. ovato-oblongis, obtusis v. angustato-obtusis, basi cordatis, margine incrassato anguste et argute limbatis, discoloribus, supra laevigatis, nitidis, subtus elevato-, interdum pellucido-punctatis, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis 2—8-nis, rhacheolae brevissimae impositis, inferioribus lateralibus, superioribus axillaribus, petiolo longioribus; germine biloculari; bacca ovali, sepalis brevibus, rotundatis, ciliolatis, inaequalibus coronata. Variat:

α. parvifolia: foliis parvis, inferioribus ovato-, superioribus ovate oblongis, apice obtusis.

Myrtus albida Vell. Flor. Flum. V. t. 72. Text. p. 216.
Eugenia bimarginata DC. Prodr. III. 271.

Folia 9—19‴ lg., 4—11‴ lt. Pedicelli 2‴ lg. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, minimis stipata. (v. in hb. Monac.)

β. latifolia: foliis duplo majoribus, ovatis v. ovato-oblongis, obtuse angustatis.

Folia 17—38‴ lg., 10—22‴ lt. Pedicelli 1—2‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

γ. longifolia: foliis majoribus, ovate oblongis, apicem versus elongato-acutatis, angustato-obtusis.

Myrtus lateriflora Mart. Herb.
Eugenia umbellaris DC. l. c. 273.

Folia 16—54‴ lg., 8—21‴ lt. Pedicelli 2‴ lg. (v. in hb. Mon.)

Frutex 8—10-pedalis; rami teretiusculi, rimulosi; ramuli compressi. Folia siccata supra fuscescenti-virentia, subtus hepatica; petiolo ½—1‴ lg.; nervo medio supra prominulo, medio sulcato, subtus incrassato; venis erecto- v. subpatulis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis ibique extrorsum iterum ramosis et anastomosantibus venulisque reticulatis praesertim inferne plus minusve prominentibus. Pedicelli bractea ovata, minuta fulti. Alabastra obovata, sub calyce constricta, bracteolis 2, ovatis, ciliolatis, ½‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco plano, glabro terminatum. Sepala 4, patentia, 2 interiora reliquis duplo majora, membranaceo-marginata, 1‴ lg. Petala 4, rotundata, ciliolata, 2‴ lg. Stamina petalis paullo breviora. Stylus petalis longior. Baccae 8‴ lg., 6‴ lt.

Habitat: α. in silvis maritimis prope Rio de Janeiro: Vell., M.; β. inter Capaõ et Alferes Melchior-Rio Escuro grande: Pohl n. 1015.; nec non ad oppidum Jundiahy in prov. S. Pauli: Sellow; γ. in silvulis regionis Vâo do Paranan in prov. Goyazensi, floret Octobri: M. Pl. Oreas.

205. EUGENIA MICROPORA DC. *l. c. 269.* †

Myrtus umbellata Mart. Herb., nec Sprengel.

Habitat ad flumen Amazonum: M. Pl. Najas.

206. EUGENIA DITTOCREPIS Berg: glaberrima; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis v. oblongis, acuminatis, basi acutis, undulatis, discoloribus, utrinque nitidis, crebro inaequaliter grosseque pellucido-punctatis, reticulato-venosis, longiori a margine distantia duplicato-limbinerviis; pedicellis 2—6-nis, basi bracteatis, petiolum aequantibus, rhacheolae brevi, axillari impositis; germine biloculari; sepalis subrotundis, inaequalibus, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi; novelli compressi, verrucosi. Folia siccata supra fusco- v. flavo-virentia, subtus fuscescentia; petiolo 4—7‴ lg.; lamina 31—72‴ lg., 11—30‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis distantibus, erecto-patulis, utrinque prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Rhacheola 1—1½‴ lg., in axillis ramorum adultorum, pedicellis 4—5‴ lg., bractea ovata, obtusa, ¾‴ lg. fultis. Alabastra obovata, glabra, 2‴ lg., sub calyce constricta, bracteolis 2, ovatis, ciliatis, ⅓‴ lg. stipata. Germen 6—8-ovulatum. Sepala 4, concava, majora 1‴ lg. Petala 4, subrotunda, ciliolata. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in silvis ad villam Ega in prov. do alto Amazonas: Pöppig n. 113. 3109. Pl. Najas.

207. EUGENIA STICTOPETALA DC. glaberrima; foliis subsessilibus, rigide coriaceis, ovali-oblongis v. suboblongis, utrinque obtusis v. basi cordatis, discoloribus, impunctatis, utrinque elevato-, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis 5—10-nis, crassiusculis, e rhachi valida, abbreviata racemosis, ad nodos defoliatos dispositis; germine biloculari; sepalis brevibus, latis, rotundatis, subaequalibus, ciliolatis; petalis grossiuscule nigro-punctatis. ♄

Myrtus stictopetala Mart. Herb.
Eugenia stictopetala DC. Prodr. III. 270.

Rami incrassati; ramuli tereti-compressi, validi, pallide cinnamomei, laevigati. Folia siccata supra obscure fusca, subtus cinnamomea, 3—4″ lg., 16—34‴ lt.; nervo medio supra versus basin subimpresso, versus apicem prominulo, colorato, subtus incrassato; venis erecto-patulis, utrinque prominentibus, supra coloratis; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Rhacheola usque ad 4‴ lg., pedicellis bractea ovata, minuta fultis, 4—6‴ lg. Alabastra globoso-obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, ovatis, germine brevioribus stipata. Germen ¾‴ lg., multiovulatum, disco elevato terminatum. Sepala 4, ½‴ lg. Petala 4, orbicularia, concava, ciliolata, 3‴ lg. Stamina petala subaequantia. (v. in hb. Monac.) — Differt ab *E. dicrossa* et *E. subcordata:* foliis impunctatis, utrinque elevato-reticulatis, obsoletius limbatis; rhachi pedicellisque validis; petalis grossiuscule nigro-punctatis.

Habitat in campis interioribus prov. Minarum: M. Pl. Hamadryas.

208. EUGENIA SOLIMOENSIS Berg: ramulis pedicellisque brunneo-adpresse pilosis; foliis petiolatis, membranaceis, ovato-oblongis, apicem versus gradatim angustatis, acuminatis, basi breviter acutis, subundulatis, glabris, opacis, creberrime obscureque pellucido-punctatis, costatis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; pedicellis 4—6-nis, petiolum subaequantibus, rhacheolae perbrevi axillari impositis; bacca depresso-globosa, subcostata, puberula, sepalis lanceolatis, acutis, patentibus, coronata. ♄

Myrcia amazonica DC. in Herb. Mart., pro parte.

Rami teretiusculi, cinerei, glabri, superne compressi. Folia siccata supra fusco-atra, subtus pallidiora, minute glandulosa; petiolo 4‴ lg.; lamina 30—63‴ lg., 1—2″ lt.; nervo medio supra impresso-elevato, subtus incrassato; venis suberecto-patulis, utrinque prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, supra prominulis, subtus obliteratis. Pedicelli 3‴ lg. Bacca (immatura) 4‴ lt. Sepala 2‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Not. Specimen alterum hujus speciei in herb. Monacensi signatura originali Candolleana instructum, ab Ill. Candolleo prius Eugenia, demum *Myrcia amazonica* nominatum toto coelo ab hac differt.

Habitat ad flumen Amazonas in prov. do alto Amazonas: M. Pl. Najas.

209. EUGENIA LONGIFOLIA DC. ramulis summis pedicellisque et alabastris minute puberulis; foliis petiolatis, membranaceis, lanceolato-oblongis, acute breviterque acuminatis, basi acutis, adultis glabris, creberrime pellucido-punctatis, supra trinerviis, subtus costatis, tenuiter reticulatis, duplicato-limbinerviis, nervo limbali interiore valido, a margine distante subtriplinerviis; pedicellis 3—5-nis, 1-floris, ad nodos defoliatos ortis, summis axillaribus; germine costato, biloculari; sepalis inaequalibus, exterioribus minoribus ovatis, interioribus rotundis, ciliolatis.

Myrtus longifolia Mart. Herb.
Eugenia longifolia DC. Prodr. III. 269.

Arbor laxiuscula; rami expansi, teretiusculi, glabri, superne compressi; novelli ad florescentiam desunt. Folia siccata supra obscure viridia, subopaca, subtus pallidiora, nitentia; petiolo 5‴ lg.; lamina 4½—9″ lg., 16—30‴ lt.; nervo medio limbalique et venis distantibus, erecto-patulis supra planiusculis, subtus elevatis; venulis interjectis tenuissimis, reticulatis. Pedicelli 3‴ lg., basi bracteati, e rhacheola perbrevi oriundi. Alabastra oblonga, 1‴ lg., bracteolis 2, ovatis, germine brevioribus stipata. Germen 8-costatum, puberulum, pluriovulatum. Sepala 4, membranacea, 2 exteriora ½‴ lg., 2 interiora 1‴ lg. Petala 4, subrotunda, 3‴ lg., glandulosa, ciliolata. Stamina stylusque 2‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Habitat in udis umbrosis ad flumen Itahype et alibi in prov. Bahiensi, floret Novembr: M. Pl. Hamadryas, Dryas.

210. EUGENIA MARTIUSIANA DC. glaberrima; foliis petiolatis, rigide coriaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, recurvato- obtuse leviterque acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, impellucido-punctatis, supra nitidis, utrinque elevato-, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis 5—9-nis, aggregatis, ad nodos defoliatos oriundis, 1-floris; germine biloculari; sepalis inaequalibus, brevissimis, rotundatis; bacca globosa, 3-sperma. ♄

Myrtus Lindleyana Mart. Herb., nec Kunth.
Eugenia Martiusiana DC. l. c. 269.

Rami teretiusculi, nodosi, albidi; novelli compressi. Folia complicata, siccata supra fusco-atra, subtus pallidiora; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 2—4″ lg., 18—28‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis erecto-patulis venulisque reticulatis utrinque prominulis. Pedicelli 2—3‴ lg., fasciculati v. rhacheolae perbrevi impositi, basi bractea fulti. Alabastra globoso-obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, rotundato-ovatis, minimis stipata. Germen ¾‴ lg., pluriovulatum. Sepala 4, in alabastro globo petalorum multo breviora. Petala 4, orbicularia, concava, ciliolata, 2‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. Bacca 5‴ diametro. (v. in hb. Monac.) — Ill. Candolleus speciem hanc praepositam in prodromo sub nomine *E. Martiusianae* descriptam in herb. Mon. *E. Lindleyanam* signaverat.

Habitat in silvaticis prov. Bahiensis: M. Pl. Hamadryas.

211. EUGENIA NIGRA DC. glaberrima; foliis breviter petiolatis, rigide coriaceis, ovali- v. ovato-oblongis, abrupte acute acuminatis, basi acutis, nitidis, utrinque elevato-, impellucido-punctatis, tenuissime subreticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis 3—4-nis, validis, ad nodos defoliatos oriundis; bacca globosa, disperma, disco tetragono coronata. ♄

Myrtus nigra Mart. Herb.
Eugenia nigra DC. l. c. 268.

Rami teretiusculi, nodosi; ramuli dichotomi, nigri, laevigati, apice subcompressi, 2—3-nodes, nodo infimo basi ramuli approximato linea circulari notato, internodiis reliquis remotis; novelli ad fructescentiae tempus desunt. Folia siccata supra fuliginea, subtus obscure hepatica; petiolis basi nodosis, linea semicirculari conjunctis (vestigia stipularum?), 1—2‴ lg.; lamina 3½—5½″ lg., 26—32‴ lt.; nervo medio supra vix sulcato, subtus incrassato; venis tenuissimis, subpatulis venulisque interjectis ramulosis utrinque prominulis. Pedicelli fructiferi 3‴ lg. Bacca 6‴ diametro. Semina testa crustacea obtecta. (v. sine flor. in hb. Mon.)

Habitat prope villam Ega prov. do alto Amazonas: M. Pl. Najas.

212. EUGENIA PLATYPHYLLA Berg: glabra; foliis longiuscule petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, utrinque aequaliter angustatis, obtuse acuminatis, basi acutis, nitidis, minutissime pellucido-punctatis, reticulato-costatis, longa a margine distantia duplicato-limbinerviis; umbellis sessilibus, 1—3-nis, axillaribus et lateralibus, 2—4-floris; germine biloculari; sepalis subaequalibus, rotundatis, ciliolatis.

Eugenia latifolia Mart. Herb. Fl. Br. n. 687., nec Aubl.

Frutex arborescens 30-pedalis; rami stricti, graciles, teretes, supra compressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia interdum subbullata, siccata rufescentia, subtus pallidiora; petiolo valido, 4—6‴ lg.; lamina 4—7″ lg., 23—40‴ lt.; nervo medio

utrinque elevato; venis erecto-patulis, utrinque praesertim subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Umbellae basi bracteis ovatis, ciliatis cinctae; pedicellis filiformibus, 3—7‴ lg. Alabastra subglobosa, 3‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen hemisphaericum, multiovulatum. Sepala 4, 1‴ lg. Petala 4, orbicularia, glabra, fere 3‴ lg., reflexa. Stamina petala aequantia. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Mart., Berol. et Vindob.)

Differt ab *E. latifolia Aubl.*: glabritie; petiolis incrassatis; foliis ovali-, nec ovato-oblongis, basi angustatis, duplicato-limbinerviis; petalis glabris; stylo staminibus breviore.

Habitat in prov. Bahiensi, floret Januario: Luschnath. Pl. Hamadryas, Dryas.

5. Corymbiflorae. Pedunculi solitarii, oppositi, approximati, ad corymbos dispositi v. corymbi pluriflori.

213. EUGENIA OBVERSA Berg: ramulis foliisque novellis utrinque, petiolis rhachibusque rufescenti- v. ochraceo-tomentosis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, obverse v. obovato-oblongis, obtuse acuminatis, basi longe cuneatis, acutis, adultis subglabratis, supra nitidis, subtus opacis, sparse elevato-, vix obscure pellucido-punctatis; venosis, sublongiori a margine distantia limbinerviis; pedicellis 2—8-nis, axillaribus, rhacheolae brevi impositis, folio brevioribus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, subrotundis, ciliolatis. ♄

Rami tereti-tetragoni, rimosi; ramuli tetragoni, glabri; novelli compressi. Folia subtus pallidiora, juniora interdum obverse oblongo-lanceolata; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 22—36‴ lg., ½—1″ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis patentibus, utroque latere circiter 12, supra parum prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Rhacheola ½—4‴ lg., saepe gemma terminata; pedicelli 4—6‴ lg., puberuli, compressi, bractea oblonga, tomentella, ½—1‴ lg. fulti. Alabastra obovata, 3‴ lg., glabra, bracteolis 2, oblongis, ciliatis, 1‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco amplo, late marginato ibique puberulo, medio concavo, glabro terminatum. Sepala 4, 2 interiora majora 2‴ lg. Petala 4, suborbicularia, ciliolata, 3‴ lg. Stamina petalis subaequalia. Stylus staminibus paullo brevior. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

214. EUGENIA SUBCORYMBOSA Berg: ramulis foliisque junioribus sparse puberulis; foliis sessilibus, coriaceis, obovato-oblongis, utrinque obtuse angustatis, supra nitidis, impresso-, subtus elevato-, obsolete pellucido-punctatis, adultis glabris, reticulato-venosis, longiori a margine distantia limbinerviis; corymbulis plus minusve abbreviatis, 2—6-floris, rhachi rufo-tomentella; germine glabro, biloculari; sepalis inaequalibus, suborbicularibus, ciliolatis.

Frutex 3-pedalis; ramis elongatis, glabris. Folia subtus pallidiora, 30—36‴ lg., 14—20‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis erecto-patulis venulisque reticulatis utrinque prominulis. Corymbuli rhachi 1—6‴ lg., pedicellis dilatatis, pilosiusculis, 6‴ lg., bractea ovata, tomentella fultis. Alabastra subglobosa, 3‴ lg., bracteolis 2, obovato-oblongis, germine brevioribus stipata. Germen hemisphaericum, multiovulatum. Sepala 4, majora 1½‴ lg. Petala 4, orbicularia, ciliolata, 3‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat ad Chapada prov. Goyazensis, floret Majo: Gardner n. 4164. Pl. Oreas.

215. EUGENIA EGENSIS DC. glabra; foliis petiolatis, chartaceis s. membranaceis, oblongis v. elliptico-oblongis, plus minus ve elongato-acuminatis, basi elongato- v. breviter acutis, discoloribus, pellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis, corymbis v. umbellis axillaribus, 1—2-nis, 2—14-floris, petiolo longioribus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, deltoideis, obtusatis, ciliolatis. ♄

Myrtus Egensis Mart. Herb.

Eugenia Egensis DC. Prodr. III. 281. Bentham in Hook. Journ. of Bot. II. 322. Variat:

α. angustifolia *Bg.* foliis chartaceis, oblongis, longissime, rarius longiuscule acuminatis supra sparsius, subtus densius punctatis, approximatissime limbinerviis; corymbis multifloris, pedicellis elongatis, filiformibus; baccis ovalibus.

Rami teretiusculi; ramuli compressi. Folia siccata supra fusco-atra, subtus pallide virenti-fuscescentia; petiolo 2‴ lg.; lamina 28—53‴ lg., 8—16‴ lt.; nervo medio utrinque elevato; venis subpatulis, utroque latere circiter 15, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis tenuioribus, reticulatis, supra vix manifestis, subtus prominulis. Rhachis corymbi plerumque 5‴ lg., aut brevior aut fere deficiens; pedicelli graciles, 7—9‴ lg., bractea minuta, lanceolata, acuta, ciliolata fulti. Alabastra ⅝‴ lg., bracteolis 2, minutis, ovatis, ciliolatis stipata. Germen loculis circiter 6-ovulatis. Sepala 4, brevia. Petala 4, subrotunda, concava, apice parum ciliolata. (v. in hb. Mon., Vindob. et Sonder.)

β. latifolia *Bg.* foliis chartaceis, elliptico-oblongis, longiuscule acuminatis, utrinque crebro elevato-punctatis, prope marginem limbinerviis; corymbi pedicellis validioribus, abbreviatis; baccis subglobosis.

Folia 38—54‴ lg., 15—23‴ lt.; petiolo 1—1½‴ lg.; corymbi fructiferi pedicellis 6—7‴ lg.; baccae 3‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Not. Specimen ex herbario Sonderiano ab Ill. de Martio communicatum, differt ab speciminibus genuinis: pedicellis validioribus, 3—4‴ lg., baccis globosis; quam ob rem certe speciem propriam format.

γ. grandifolia *Bg.* foliis membranaceis, oblongis, longiuscule acuminatis, minute pellucido-punctatis, prope marginem limbinerviis; pedicellis fructiferis gracilibus, longiusculis; baccis ovalibus.

Folia 4¼—6⅛″ lg., 18—26‴ lt.; petiolo 3‴ lg.; pedicelli fructiferi 7—10‴ lg.; baccae 4‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

δ. parvifolia *Bg.* foliis membranaceis, demum chartaceis, ovali-oblongis, longiuscule acuminatis, utrinque crebro elevato-punctatis, prope marginem limbinerviis; pedicellis fasciculatis, validioribus, abbreviatis, rhacheola vix ulla, interdum ad ramum basi flores laterales, superne folia gerentem excrescente.

Folia 20—34‴ lg., 8—15‴ lt.; petiolo ½—1‴ lg.; pedicelli 4—5‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

ε. bimarginata *Bg.* glaberrima; foliis chartaceis, ovate v. ovato-oblongis, longe acuminatis, basi obtusis v. obtusatis, supra obsolete, subtus creberrime punctatis, duplicato-limbinerviis; pedicellis elongatis, filiformibus, 4—10-nis.

Folia 46—66‴ lg., 15—24‴ lt.; petiolo 2‴ lg.; corymbi rhacheola 1½—4‴ lg.; pedicellis 9—12‴ lg., bractea minuta, ovata fultis; alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ciliolatis, ¾‴ lg. stipata; germen fere semiinferum, disco late marginato ibique puberulo, medio convexo obtectum; sepala ½‴ lg.; petala subrotunda, ciliolata, 1½‴ lg.; stamina petalis paullo longiora; stylus 2‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vind.)

ζ. tenuiramis *Bg.* foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, elliptico-oblongis, longiuscule acuminatis, basi in petiolum attenuatis, longiori a margine distantia subduplicato-limbinerviis; pedicellis abbreviatis, tenuibus.

Eugenia tenuiramis Miq. Pl. Surin. 39.

Folia petiolo 3—4‴ lg.; lamina 3—4¾″ lg., 11—19‴ lt. Pedicelli 3—4‴ lg. (v. in hb. Kegel.)

Habitat: α. et β. in Guyana Anglica: Rob. Schomburgk n. 943.; nec non in silvis obscuris ad oppidum Ega prov. do alto Amazonas, fructificat Septembri: M., Pöppig n. 2566.; γ. ad Yurimaguas in Maynas, fructificat Julio: Pöppig; δ. in silvis ad Ega, floret Septembri: Pöppig n. 2537.: ε. ad Ega: Pöppig n. 2566.; ζ. in campis mediterraneis ad ripas fluminis Surinam in Guyana Batava, floret Aprili: Kappler 1920. Pl. Najas.

216. EUGENIA MACULATA Berg: glaberrima; foliis submarginato-petiolatis, membranaceis, ovali-oblongis, obtusiuscule abrupte recurvato-acuminatis, basi acutis, discoloribus, pallide pellucido-punctatis, supra albo-maculatis, obsolete v. eglandulosis, subtus fusco-glandulosis, tenuiter subreticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; corymbulis abbreviatis, axillaribus, sub-10-floris, oligocarpicis, pedicellis rhacheola petiolum subaequante longioribus; bacca globosa, 1-sperma, sepalis brevibus, triangularibus, acutiusculis coronata. ♄

Myrcia Maynensis Pöppig Herb.

Rami teretiusculi; ramuli compressi, novelli ad fructescentiae tempus desunt. Folia supra obscure viridia, subtus virenti-fuscescentia; petiolo 2‴ lg.; lamina 32—48‴ lg., 14—22‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis, utroque latere circiter 12, supra vix manifestis, subtus venulisque interjectis tenuioribus reticulatis, prominulis. Rhachis racemuli bracteata, 2—3‴ lg., pedicellis 4—5‴ lg. Baccae 1½‴ diametro, sepalis 4 coronatae. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Differt ab *E. Egensi DC.:* foliis marginato-petiolatis, recurvato-acuminatis, albo-maculatis, supra obsolete v. eglandulosis, pallide pellucido-punctatis, duplicato-limbinerviis; racemulis abbreviatis, baccis globosis.

Vulgaris in silvis ad Yurimaguas in Maynas, fructificat Aprili: Pöppig n. 2409.

217. EUGENIA CANDOLLEANA DC. ramulis glabris; foliis petiolatis, membranaceis, recurvatis, ovali-oblongis, elongate obtusiusculeque acuminatis, basi acutis, plerumque complicatis, glabris, discoloribus, creberrime utrinque elevato-, obscure pellucido-punctatis, supra nitidis, tenuissime reticulato-venosis, longiori a margine distantia arcuatim duplicato-limbinerviis; racemis puberulis, axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, folio brevioribus, 7—15-floris, pedicellis demum excrescentibus; germine biloculari; bacca sepalis inaequalibus, rotundatis, ciliolatis, utrinque puberulis coronata, ovali. ♄

Myrtus nitida Vell. Flor. Flum. V. t. 68. Text. p. 216.
Myrtus Candolleana Mart. Herb.
Eugenia Candolleana DC. Prodr. III. 281.

Rami teretes; novelli compressi. Folia lamina 15—31‴ lg., 8—14‴ lt.; petiolo 1½—2‴ lg.; nervo medio supra subimpresso, subtus prominente; venis tenuissimis, suberecto-patulis, utroque latere circiter 7, adscendentibus, utrinque venulisque interjectis tenuioribus, reticulatis parum prominulis. Racemi 7—18‴ lg., pedicellis demum 3—5‴ lg. Alabastra obovata, perfecta 2‴ lg., bracteolis 2, ovalibus, concavis, ½‴ lg. stipata. Germen loculis 4-ovulatis. Bacca (immatura) 3‴ lg. (v. in hb. Mart., Sonder. et Vindob.)

Habitat in prov. Alagoas: Gardner n. 1308.; nec non in silvulis aridis maritimis ad Rio de Janeiro, Murtinho *vocata, Aug. flor.: Vell., M. Pl. Dryas.*

218. EUGENIA MIKANIANA Berg: ramulis foliisque novellis, racemis et alabastris tenuissime rufo-velutinis; foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, ellipticis v. elliptico-oblongis, utrinque acuminatis, cito glabris, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, subnitidis, tenuiter reticulato- venosis, longissima a margine distantia arcuatim duplicato-limbinerviis; racemulis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis; 3—9-floris, petiolo longioribus; germine biloculari; sepalis rotundatis, concavis, ciliolatis, utrinque puberulis, inaequalibus. ♄

Myrtus quadrisperma Vell. Flor. Flum. V. t 63. Text. p. 215.

Rami compressi, albidi. Folia lamina 18—52‴ lg., 7½—20‴ lt.; petiolo 4—6‴ lg.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, distantibus, suberecto-patulis venulisque tenuioribus, reticulatis supra vix manifestis, subtus prominulis. Racemi ½—1″ lg., pedicellis brevibus, demum excrescentibus, 3—4‴ lg. Alabastra obovata, 1‴ lg., bracteolis 2, minutis, ovatis stipata. Germen loculis pluriovulatis. Sepala 4, 2 interiora majora 1‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Nota. *E. Mikaniana DC.* est *Myrcia Mikaniana* mihi.

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Mikan. Pl. Dryas.

219. EUGENIA MIKANIOIDES Berg: glaberrima; foliis chartaceis, breviter petiolatis, ovatis v. ovato-oblongis, recurvato-obtusiuscule acuminatis, basi rotundatis, subcordatis, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, supra nitidis, tenuiter reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; corymbis laxis, paucifloris, axillaribus, 1—2-nis, folio duplo brevioribus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, inaequidistantibus, rotundatis, ciliolatis.

Frutex 2—3-pedalis; rami tereti-compressi, superne compressi. Folia petiolo 1‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 14—24‴ lt.; nervo medio supra subimpresso-, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque parum prominulis. Corymbi 4-flori, terminales, interdum ad ramulum novellum basi flori-, apice foliiferum excrescentes, rhachi 4—7‴ lg., pedicellis remotis, ½—1″ lg., bractea minuta, lanceolata, pilosa fultis. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, ½‴ lg. stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, 2 majora ¾‴ lg. Petala 4, obovata, ciliolata, 3‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus stamina paullo superans. (v. in hb. Mart.)

Differt ab *E. Mikaniana Bg.,* nec *DC.:* glabritie; foliis breviter petiolatis, basi obtusis; racemis 4-floris, petiolo multo longioribus.

Habitat ad Chapada prov. Goyazensis, floret Majo: Gardner. Pl. Oreas.

220. EUGENIA CINERASCENS Gardn. glaberrima; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis v. ovali-oblongis, angustato-obtusis, basi acutis, discoloribus, supra nitidis, pellucido-punctatis, subtus fusco-glandulosis, tenuissime venosis, limbinerviis; corymbis 2—6-floris, folio brevioribus, axillaribus et subterminalibus, interdum ad ramum foliatum, basi floriferum excrescentibus; germine biloculari, sepalis orbicularibus, inaequalibus, vix ciliolatis, demum reflexis.

Eugenia cinerascens Gardn. in Hook. Lond. Journ. of Bot. IV. 102.

Frutex 4-pedalis, ramosus; rami teretes, cinerei, superne compressi. Folia siccata supra atrofusca, subtus pallida; petiolo 2‴ lg.; lamina 1—1½″ lg., 4—9‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus parum prominulo; venis tenuissimis, erecto-patulis, supra oblitteratis, subtus parum prominulis. Corymbi rhachi 1—6‴ lg., pedicellis 3—10‴ lg. Alabastra subglobosa, 4‴ lg., bracteolis 2, subrotundis, 1‴ lg. stipata. Germen glabrum, vertice ad marginem latum, sericeum. Sepala 4, minora 1—¾‴ lg., majora 2‴ lg., concava, fusco-glandulosa. Petala 4, subrotunda, minute ciliolata, 3‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in montibus Serra dos Orgaôs prov. Rio de Janeiro: Gardner n. 5717. Pl. Dryas.

221. EUGENIA NUTANS Berg: glabra; foliis petiolatis, crassis, coriaceis, ovali-oblongis, angustato-obtusis, basi acutis, utrinque minute impellucido-punctatis, discoloribus, supra nitidis, subaveniis, subtus opacis, obsolete subreticulato-venosis et duplicato-limbinerviis; pedicellis nutantibus, 1-floris, axillaribus, solitariis v. in ramulis contractis, aphyllis, ad corymbum 4-florum congestis; germine ochraceo-velutino, biloculari; sepalis orbicularibus, inaequalibus. ♄

Rami teretiusculi, albi, novelli compressi. Folia siccata supra luteo-virentia, subtus flavescenti-fusca; petiolo 2‴ lg.; lamina 1½—2″ lg., 8—12‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, supra oblitteratis, subtus prominulis. Pedicelli 8—10‴ lg. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, minutis, ovatis stipata. Germen multiovulatum, 1½‴ lg. Sepala 4, in alabastro globum petalorum obtegentia, exteriora 2‴ lg., interiora 2¼‴ lg., siccata fusco-atra. Petala 4, orbicularia, 2‴ lg., vix ciliolata. (v. in hb. Monac. et Mart.)

Habitat in prov. Bahiensi: Mart. Herb. Fl. Br. n. 1228. Pl. Hamadryas.

222. EUGENIA SPRINGIANA Berg: ramis glabris; foliis petiolatis, coriaceis, oblongo-lanceolatis v. oblongis, longiuscule acuminatis, basi in petiolum attenuatis, adultis glabris, obsolete et impellucido-punctatis, supra nitidis, subtus opacis subaveniis; corymbis axillaribus et subterminalibus 3—7-floris, dense puberulis, folio 2—3-plo brevioribus; germine dense ochraceo-velutino, biloculari; sepalis ovatis, obtusis, subaequalibus, utrinque velutinis.

Eugenia laurifolia Spring in Flora XX. Beibl. II. 82., nec Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 257.

Frutex ramosus; rami teretiusculi, albidi; ramuli compressi; novelli ad florendi tempus desunt, sed certe puberuli v. velutini. Folia margine plana, siccata supra badia, subtus pallida, opaca; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 20—32‴ lg., 5—12‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato, apicem versus, sensim evanido; venis vix visibilibus. Corymbi rhachi 2—7‴ lg., pedicellis 5—6‴ lg., compressis, validis, bractea minuta, ovata, velutina fultis. Alabastra pyriformia, 3‴ lg., bracteolis 2, subulatis, 1‴ lg., deciduis stipata. Germen multiovulatum. (v. in Mart. hb. Fl. Br.) — Nomen *E. laurifoliae* Ill. Cambessedius jam anno 1829 detulit.

Habitat in silvis humilioribus (Caapoens) ad fluvium Capivarhy, prov. S. Pauli, floret Jan.: Padre da Silva Manso n. 283. Pl. Oreas.

223. EUGENIA PYRIFLORA Berg: glabra; foliis petiolatis, chartaceis, elliptico-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi acutis, glanduloso-punctatis, supra nitidis, subtus pallidioribus, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; corymbis 4—10-floris, oppositis, axillaribus, folio brevioribus; germine sulcato, sericeo, biloculari; sepalis inaequalibus, subrotundis, glabriusculis, ciliolatis. ♄ Variat:

α. major: foliis longius (4‴ lg.) petiolatis, majoribus, 3—5″ lg., 15—27‴ lt., supra lucidis; pedicellis longioribus, 16—20‴ lg.; floribus majoribus, 10‴ diametro.

β. minor: foliis brevius (2—3‴ lg.) petiolatis, minoribus, 2—3½″ lg., 10—22‴ lt., supra subnitidis; pedicellis brevioribus, 2—9‴ lg.; floribus minoribus, 8‴ diametro.

Rami teretiusculi; novelli compressi. Folia superiora pellucido-punctata; nervo medio utrinque prominente superne medio sulcato; venis erecto-patulis venulisque reticulatis utrinque prominulis. Rhachis brevissima, plerumque gemma minuta terminata, rarius antrorsum ad ramulum foliatum excrescens; pedicellis compressis, basi bractea minuta, ovata fultis. Alabastra obovato-globosa, 5—6‴ lg., bracteolis 2, ovatis, germine duplo brevioribus stipata. Germen turbinatum, 1½—2‴ lg., multiovulatum, disco amplo, tetragono, late marginato ibique puberulo, medio concavo, glabro obtectum. Sepala 4, reflexa, 2 interiora majora, 2—3‴ lg. Petala 4, subrotunda, 3—4‴ lg., ciliolata. Stamina 4—5‴ lg. Stylus staminibus subaequalis. (v. in hb. Berol. et Mart.)

Habitat in prov. Bahiensi: Sellow, Princ. Neuwied. Pl. Hamadryas.

224. EUGENIA SUBCORDATA Berg: glaberrima; foliis coriaceis, sessilibus, orbiculari-ovalibus, obtusissimis, basi subcordatis, margine incrassato anguste et argute limbatis, supra nitidis, utrinque elevato-, pellucido-punctatis et reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; racemis ad apices ramulorum, axillaribus, plus minusve abbreviatis, foliis brevioribus, 4—12-floris; bacca ovali, 1—2-sperma, sepalis ovatis, obtusis, ciliolatis coronata.

Frutex 2—3-pedalis; rami tereti-tetragoni, superne angulati, badii, nitidi, glandulosi. Folia supra flavescenti-virentia, subtus fuscescentia, 16—41‴ lg., 11—32‴ lt., sursum gradatim minora; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis erecto-patulis, adscendentibus, utrinque praesertim inferne prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis. Rhacheola 3—7‴ lg., pedicellis 4—6‴ lg., oppositis, infimis saepe geminatis, bractea ovata fultis. Baccae ovales, 4‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ¾‴ lg. stipatae, sepalis 4, concavis, 1‴ lg. coronatae, 1—2-spermae. Seminis testa cartilaginea. Embryo cotylis crassis, conferruminatis. (v. in hb. Berol.)

Maxime affinis *E. dicrossae*, sed distincta: caule humiliore; foliis rotundioribus, supra creberrime elevato-punctatis, utrinque elevato-reticulatis; racemulis ex axillis foliorum summorum oriundis.

Habitat ad Porto Alegre in prov. Rio Grande do Sul: Selloiv Pl. Napaea.

225. EUGENIA MAGNIFICA Spring (Char. emend.): ramulis foliisque glabris; his petiolatis, rigidis, ovali-oblongis v. suboblongis, utrinque angustatis, apice obtusatis v. brevissime obtuseque acuminatis, elevato-, impellucido-punctatis, supra nitidis, subreticulato-penninerviis, limbinerviis; pedicellis 2—6-nis, subterminalibus, elongatis, validis, compressis, rufescenti-sericeis, oppositis, 1-floris, e rhachi plus minusve abbreviata oriundis, corymbosis, petiolo longioribus, basi bracteatis; germine velutino, biloculari; sepalis inaequalibus, ciliolatis, exterioribus carinatis, obtusis, interioribus rotundatis, obtusissimis.

Eugenia magnifica Spring in Flora XX. Beibl. II. 86.

Arbor 20-pedalis, firma; ramuli crassi, pallidi, rugosi, superne compressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia pallida, subtus nigrescenti-glandulosa; petiolo valido, 5—7‴ lg.; lamina 5—7″ lg., 2—4″ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus incrassato; venis plurimis, tenuibus, erecto-patulis, utrinque parum prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque parum prominulis. Pedicelli ½—1½″ lg., e rhachi 1—8‴ lg., oriundi, bractea minuta fulti. Alabastra turbinata, 8‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ventricosis, 1—1½‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, turbinatum, 4‴ lg. Sepala 4, basi puberula, 2 exteriora 3‴ lg. et lt., 2 interiora 4‴ lg., 6‴ lt. (v. in hb. Mart. et Vindob.) — Incaute Ill. Springius plantam glaberrimam describit, quamquam pedicelli et germina pubescunt, praeterea autem ramuli novelli ad florendi tempus desunt.

Habitat in campis ad Boa Perna, ad Lagoa Sacoarema, in prov. Rio de Janeiro, floret Julio: Mart. Herb. Flor. Bras. n. 54. Pl. Dryas.

6. Racemulosae. Racemuli abbreviati, pauciflori; rhacheola manifesta, petiolo plerumque longiore.

226. EUGENIA MYROBALANA DC. glabra; foliis rigidis, petiolatis, ovali-oblongis, obtuse acuminatis, basi angustato-obtusis, impellucido-punctatis, supra reticulato-venosis, subtus costatis, arcuatim limbinerviis; racemis abbreviatis, paucifloris, axillaribus, petiolum aequantibus; bacca oblonga, 1-sperma, sepalis obtusis, subintrocurvis coronata. ♄

Myrtus myrobalana Mart. Herb.
Eugenia myrobalana DC. Prodr. III. 278.

Rami tereti-compressi, glabri; novelli ad fructescentiae tempus desunt. Folia petiolo crasso, 7‴ lg.; lamina 8″ lg. et ultra, 3—4″ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis suberecto-patulis, remotis, supra prominulis, subtus elevatis, antrorsum adscendentibus et arcubus amplis anastomosantibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis. Racemis rhachi 3—5‴ lg., pedicellis 4 (semper ?), validis, 4‴ lg. Bacca 14‴ lg., 6‴ lt., calyce parvo coronata. (v. in hb. Monac.) — Exemplar unicum Martianum depauperatum; descriptio exactior fiat non licet.

Habitat in prov. do alto Amazonas: M. Pl. Najas.

227. EUGENIA MACRANTHA Berg: glabra; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis v. lanceolato-oblongis, utrinque angustatis, acutis v. apice obtusiusculis, subundulatis, elevato-, impellucido-punctatis, reticulato-penninerviis, duplicato-limbinerviis; racemulis axillaribus et lateralibus, petiolo subaequalibus, subsexfloris; floribus magnis; germine sulcato, puberulo, biloculari; sepalis rotundis, glabris, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi, superne compressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia margine vix recurva; petiolo crasso, 3—4‴ lg.; lamina 5—7¼″ lg., 1¾—2½″ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis utroque latere 15—20, distantibus, utrinque prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Rhacheola 3—6‴ lg., pedicellis 1—2‴ lg., incrassatis, puberulis, bractea minuta, ovata fultis. Alabastra obovata, 6‴ lg., bracteolis 2, subrotundo-ovatis, basi connatis, 1—1½‴ lg. stipata. Germen turbinatum, 2‴ lg., pluriovulatum, disco latissime marginato obtectum. Sepala 4, magna, 2 interiora majora 3—4‴ lg. Petala 4, ovato-rotunda, coriacea, 3‴ lg., basi ciliolata. Stamina 3—4‴ lg. Stylus 5—6‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Brasilia: Sellow.

228. EUGENIA PARAENSIS Berg: ramis glabris; foliis petiolatis, coriaceis, oblongis v. ovali-oblongis, sensim obtuse acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, excretis glabris, discoloribus, impellucido-punctatis, subnitidis, subtus costatis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; racemulis abbreviatis, lateralibus, 1—2-nis, tomentellis, 4—8-floris; germine biloculari, tomentello; sepalis utrinque tomentellis, subaequalibus, ovalibus, concavis, demum reflexis. ♄

Rami obsolete angulati, superne compressi; novelli ad anthesin desunt. Folia siccata supra atrovirentia, subtus hepatica; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 4½—6″ lg., 22—28‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis distantibus, utroque latere circiter 9, suberecto-patulis, adscendentibus, arcubus amplis anastomosantibus, supra planiusculis. subtus elevatis; venulis interjectis multo tenuioribus, reticulatis, subtus vix manifestis. Racemuli rhachi 3—4‴ lg., valida, pedicellis 2—3‴ lg., basi bractea minuta fultis. Alabastra turbinata, ochraceo-tomentella, 3‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ¼‴ lg. stipata. Germen loculis pauciovulatis. Sepala 4, in alabastro globum petalorum obtegentia, 2‴ lg. Petala 4, obovata, 4‴ lg. Stamina 1½—2‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Ab *E. glomerata Spring* differt: foliis longius petiolatis, subtus costatis; venis angulum acutiorem formantibus; floribus racemulosis, tomentellis; sepalis ovalibus; ab *E. axillari Poir.*: indumento; foliis angustioribus, costatis; floribus multo majoribus.

Habitat in prov. Paraënsi: Sieber. Pl. Najas.

229. EUGENIA OBLONGATA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, petiolis, pedunculis, bracteisque et alabastris plus minusve ferrugineo-velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, lanceolato-oblongis v. oblongis, plus minusve acuminatis, basi acutis, adultis glabris v. subglabratis, supra laevigatis, subtus sparse impellucido-glandulosis punctisque minutissimis, lucidis, creberrimis inspersis, tenuiter venosis, duplicato-limbinerviis; racemulis abbreviatis, axillaribus, 3—5-floris, petiolum aequantibus; germine biloculari; bacca globosa, 1—2-sperma, sepalis inaequalibus, concavis, ovatis, obtusis, involutis coronata, glabriuscula. ♄ Variat:

α. velutina: indumento denso, velutino, sero deciduo; foliis sensim acuminatis, lanceolato-oblongis, subtus reticulato-venosis; pedunculis interdum 1-floris; sepalis extus tomentosis.

Frutex ramosissimus, 15-pedalis, quandoque arbor (fide Sellow.); rami teretiusculi, glabri; ramuli compressi, ad fructescentiae tempus adhuc velutini. Folia siccata subtus ochracea, praesertim ad nervum velutina; petiolo velutino, valido, 4—6‴ lg.; lamina 3—5″ lg., ¾—1½″ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis remotis, suberecto-patulis, supra vix manifestis, subtus parum prominentibus; venulis interjectis ramulosis, oblitteratis. Pedunculi 1—2‴ lg., pedicellis validis, 2—3‴ lg. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, persistentibus, 1‴ lg. stipata. Germen pluriovulatum, disco plano, lato, marginato terminatum. Sepala 4, intus glabra, 2 majora 1½—2‴ lg. Stylus 2½‴ lg. Bacca 6‴ diametro, purpurea (fide Sellow), 1—2-sperma. Semen reniforme, testa membranacea, arcte adhaerente. Embryo cotylis purpurascentibus (teste Sellow.), omnino conferruminatis, rostello vix conspicuo. (v. in hb. Berol.)

β. glabrata: ramis et foliis excretis glabris, his leviter obtuse acuminatis, subtus venosis; racemulis fructiferis sepalisque extus puberulis.

Innovationes ad fructescentiae tempus desunt. Folia petiolo glabro, 4—5‴ lg.; lamina 57—78‴ lg., 18—26‴ lt. Rhachis racemuli valida, puberula, 4‴ lg., pedicellis 1‴ lg., basi 1-, apice bibracteolatis, bracteis bracteolisque ovatis, brevissimis, his basi connatis, fructu multo minoribus. Bacca 5—6‴ diametro, primum puberula, sepalis extus puberulis, 2‴ lt. coronata. Seminis testa membranacea, arcte adhaerens. Embryo cotylis carnosis, margine conferruminatis. (v. in hb. Berol.)

Not. Specimina herbarii Sellowiani ambo fructifera valde incompleta, utrum varietates ejusdem speciei an species diversae sint, in incerto relinquunt. Glabrities enim formae alterius, indumentum autem alterius, diversa acuminatio foliorum et inflorescentia separationi favent, at habitu totali, foliorum forma, nervatione, conditione praesertim paginae inferioris inter se non longe absunt.

Habitat ad urbem Santos prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Dryas.

230. EUGENIA SUPRAAXILLARIS Spring: glabra; foliis petiolatis, coriaceo-crassis, ovali-oblongis, obtuse acuminatis, basi breviter acutis, discoloribus, supra splendentibus, subtus pallidioribus, nitidulis, obsolete et impellucido-punctatis, adultis supra impresso-, subtus elevato-, reticulato-venosis, duplicato- arcuatim limbinerviis; racemis subpaniculatis, abbreviatis, paucifloris, ex infimo nodo ramuli annotini, basi nudis; germine biloculari; sepalis inaequalibus, ovatis, obtusis, ciliatis, intus sericeis; bacca globosa.

Eugenia axillaris Vell. Flor. Flum. V. t. 41. Text. p. 209. Eugenia supraaxillaris Spring in Flora Rat. XX. Beibl. II. 83.

Arbor 20—25-pedalis; rami ad nodos obsolete 4-goni, rugosi, cinerei, exophloeo soluto badii; annotini compressi. Folia siccata supra rufescentia; petiolo valido, 4‴ lg.; lamina 2½—5″ lg., 15—23‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis tenuibus, subpatulis, distantibus venulisque tenuioribus, reticulatis utrinque prominulis, demum supra impressis. Racemi 8‴ lg., circiter 9-flori, supraaxillares, ramo infimo 3-floro, 2½‴ lg., reliquis 1-floris, 1—2‴ lg. Germen ½‴ lg., 4-ovulatum. Sepala 4, interiora majora 1‴ lg. Stylus 2‴ lg. Fructus magni, mesocarpio crasso (fide Spring.), monocarpi (Vell.). (v. in hb. Mart.)

Habitat in monte Corcovado et ad ripas fluv. Taguahy, prov. Rio de Janeiro, Tatú *dicta, floret Junio — Augusto: Vell., Mart. Hb. Fl. Br. n. 49. Pl. Dryas.*

231. EUGENIA PHAEA Berg: ramulis foliisque novellis ad petiolum et costam, pedicellis germinibusque subtilissime sericeis; foliis petiolatis, adultis rigidis, elliptico-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi acutis, discoloribus, glabris, supra nitidis, subtus creberrime glandulosis, subreticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis 4—8-nis, 1-floris, basi bracteatis, rhacheolae brevi, axillari v. laterali impositis, petiolo vix longioribus; germine biloculari; sepalis subrotundis, vix ciliolatis. ♄

Eugenia disperma Vell. Flor. Flum. V. t. 38. Text. p. 209.

Rami teretiusculi, glabri; ramuli compressi; novelli brunneo- v. rufo-sericei. Folia novella membranacea, pellucido-punctata, siccata fusco-atra, margine recurva, adulta rigidiora, supra olivacea, subtus fusca; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 2—4″ lg., 8—22‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis distantibus, suberecto-patulis, utroque latere circiter 12, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Pedicelli 1—2½‴ lg., bractea ovata, ciliata, concava, ⅓—½‴ lg. fulti, rhacheolae saepissime ad nodos defoliatos oriundae, rarius ad ramulum apicem versus foliiferum, basi floriferum excrescenti, puberulae, 1—4‴ lg., interdum subnullae impositi. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, ad cupulam bilobam, glabram, ciliolatam, ½‴ lg. connatis stipata. Germen multiovulatum, disco puberulo, late marginato terminatum. Sepala 4, margine membranacea, demum patula, 1‴ lg. Petala 4, obovata, vix ciliolata, 1½‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in montibus Serra Negra prov. Minarum, nec non in silvis maritimis Praedii S. Crucis prov. Rio de Janeiro, Julio floret: Vell., Sellow. Pl. Dryas.

232. EUGENIA OLIVACEA Berg: innovationibus rufo-tomentellis; ramis glabris; foliis longissime petiolatis, rigidis, ovalibus v. ovali-oblongis, obtuse acuminatis, basi acutis, glabris, discoloribus, supra splendentibus, subtus nitidulis, creberrime pellucido-punctatis, reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; pedunculis rufo-tomentellis, 2—3-floris, petiolum subaequantibus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, ciliolatis, utrinque rufo-velutinis.

Eugenia dipoda, β. brachypoda Mart. in Flora Rat. XX. Beibl. II. 83., nec DC.

Ramuli compressi, pallidi, glabri, glandulosi. Gemmae rufo-tomentellae. Folia siccata supra olivacea, subtus fuscescenti-virentia, interdum aeruginea; petiolo 4—7‴ lg., supra canaliculato, pubescente, mox glabro; lamina 2—3¼″ lg., 12—16‴ lt.; nervo medio supra impresso, pubescente, mox glabro, subtus elevato; venis suberecto-patulis, tenuibus venulisque tenuioribus, reticulatis, utrinque praesertim inferne prominulis. Pedunculi 1—2‴ lg., pedicelli 2—3‴ lg., basi bractea fulti. Germen rufo-tomentellum, bracteolis 2, ovatis, acutis, ¼‴ stipatum, 1‴ lg., multiovulatum, disco velutino obtectum. Sepala 4, 2 majora ½‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2½‴ lg. (v. in hb. Mart.) — Maxime affinis *E. strigipedi*, sed distincta: foliis longius petiolatis, ovali-, nec ovato-oblongis, basi acutis, supra splendentibus, creberrime pellucido-punctatis, evidenter reticulato-venosis; pedunculis 2—3-floris. Ab *E. dipoda* maxime distincta; ab *E. Candolleana* differt: indumento; foliis rigidis; pedunculis 2—3-floris.

Habitat ad Canta Gallo, coloniam Helvetorum in prov. Rio de Janeiro, floret Julio: Mart. Hb. Fl. Br. n. 46. Pl. Dryas.

233. EUGENIA RACEMULOSA Berg: ramulis racemulisque puberulis; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice retusis v. truncatis, basi acutis, adultis glabris, supra nitidis, impresso-, obscure pellucido-punctatis, subtus pallidioribus, elevato-glandulosis, venosis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; racemulis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, 3—6-floris, folio multo brevioribus; sepalis subrotundis, ciliolatis. Variat:

α. parviflora: nervo limbali sublongiori a margine distantia remoto; racemulis brevioribus; floribus minoribus.

Folia 12—26‴ lg., 5—12‴ lt. Racemuli 2—4‴ lg. Alabastra ¾‴ lg. Sepala fere ½‴ lg. Petala 1‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

β. grandiflora: nervo limbali longiori distantia a margine remoto; racemulis longioribus; floribus longioribus.

Folia 15—22‴ lg., 8—11‴ lt. Racemuli 4—8‴ lg. Alabastra 2‴ lg. Sepala ¾‴ lg. Petala 2‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Frutex 6—10-pedalis; rami teretiusculi; ramuli compressi. Folia siccata brunnea, margine recurva, minora interdum obovato-oblonga; petiolo 1½—2‴ lg.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis erecto-patulis, supra vix visibilibus, subtus tenuissimis. Pedicelli basi 1-, apice bibracteati, bracteis ovatis, ciliolatis, ¼—½‴ lg. Alabastra subglobosa. Germen sericeum, pluriovulatum, disco 4-gono, plano, puberulo obtectum. Sepala 4, subrotunda, extus glabra, ciliolata, intus sericea. Petala 4, oblonga, glabra, ciliata.

Habitat ad Tapanhúacanga in prov. Minarum: Sellow. Pl. Oreas.

234. EUGENIA REPANDA Berg: ramulis minutissime puberulis; foliis petiolatis, rigide coriaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, subrhombeis, utrinque gradatim angustatis, margine crenulato-repandis, glabris, supra aveniis, impresso-, subtus elevato-, impellucido-punctatis, tenuiter venosis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; racemulis glabris, bracteatis, 3—6-floris, axillaribus, folio duplo brevioribus; germine biloculari, glabro; sepalis rotundatis, subaequalibus, ciliolatis. ♄

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 86.

Rami teretiusculi, albidi, glabri; novelli compressi. Folia siccata obscura; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 9—15‴ lg., 6—9‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus subprominente; venis tenuibus, subpatentibus, supra haud visibilibus, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis, subtus parum prominulis. Racemi 4—6‴ lg., pedicellis ½—¾‴ lg., bractea minuta, ovata fultis. Alabastra 1‴ lg., bracteolis 2, parvis, subrotundis stipata. Germen loculis pluriovulatis. Sepala 4, vix ½‴ lg. Petala 4, obovato-oblonga, ciliolata, 1½‴ lg. Stamina stylusque 1½‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat ad Tocaia in prov. Rio de Janeiro: Schott n. 5881. Pl. Dryas.

235. EUGENIA MORAVIANA Berg: ramulis novellis racemisque et alabastris tomentellis; foliis petiolatis, chartaceis, ovatis v. ovato-oblongis, acuminatis, basi acutis, margine undulatis, glabris, pellucido-punctatis, obsolete venosis et limbinerviis; racemulis 6-floris, axillaribus, folio 3-plo brevioribus; germine biloculari; sepalis subaequalibus, rotundatis, concavis, hirtis, ciliatis. ♄

Rami teretiusculi, pallidi, glabri; ramuli compressi. Folia siccata fuscescentia; petiolo 2‴ lg.; lamina 11—20‴ lg., 6—10‴ lt.; venis tenuissimis, subpatulis, utrinque vix visibilibus. Racemuli 6‴ lg., pedicellis 1—2‴ lg., bractea brevi, ovata fultis. Alabastra obovata, hirta, 2‴ lg., bracteolis 2, subrotundo-ovatis, obtusis, ½‴ lg., hirtis stipata. Germen hirtum, pluriovulatum. Sepala 4, ¾‴ lg., in alabastro globo petalorum breviora. Petala 4, subrotunda, ciliolata, 1½‴ lg. Stamina petalis aequalia. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Sonder. et Mart.)

Habitat in via, quae ducit ad Moravianos.

236. EUGENIA LHOTZKYANA Berg: ramulis foliisque pubescentibus; foliis subsessilibus, coriaceis, obverse lanceolatis v. -lineari-lanceolatis, utrinque angustatis, apice obtusis, basi sensim cuneatis, elevato-, impellucido-punctatis, supra nitidis, venosis, limbinerviis; pedicellis 2—4-nis, 1-floris, basi bracteatis, rhacheolae brevi, axillari impositis, petiolo longioribus; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi, exophloeo secedente asperi; ramuli compressi. Folia apice interdum subtruncata, margine subrecurva; petiolo ½—1‴ lg.; lamina 21—28‴ lg., 5—7‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, utroque latere circiter 17, utrinque vix prominulis; venulis interjectis vix manifestis. Pedicelli 2‴ lg., glabri, rhacheolae 1—2‴ lg., apice gemma strigosa terminatae impositi, basi bractea ovata, ferrugineo-strigosa fulti. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, obtusis, minutis, glabris, ciliatis stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, 2 exteriora minora. (v. in hb. Berol.)

Maxime affinis ramis annotinis *E. dimorphae*, sed diversa.

Habitat in prov. Minarum: Lhotzky. Pl. Oreas.

237. EUGENIA FREIREANA Berg: ramulis foliisque novellis pedicellis alabastris pilis albis sericeo-villosis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, lineari- v. oblongo-lanceolatis, longissime acuminatis, apiculatis, basi obtusatis, adultis glabris, creberrime obscureque pellucido-punctatis, subaveniis; racemis 1—2-nis, axillaribus, 3—7-floris, folio brevioribus; germine strigoso, biloculari; sepalis subaequalibus, ovatis, obtusatis, saepe cuspidatis.

α. latifolia: robustior, foliis ad florendi tempus glabris, oblongo-lanceolatis, basi subovatis, supra manifeste impresso-punctatis; racemis longioribus; floribus majoribus.

Rami graciles teretiusculi, exophloeo delabente, superne compressi. Folia petiolo 1‴ lg.; lamina 12—20‴ lg., 4—6‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis tenuissimis vix visibilibus. Racemi 3—8‴ lg., pedicellis 2‴ lg., bractea lanceolata, acuta fultis. Alabastra strigosa, 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, strigosis, ½‴ lg. stipata. Germen loculis pluriovulatis. Sepala 4, ¾‴ lg. Petala 4, subrotunda, ciliata, 1½‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus fere 2‴ lg. (v. in hb. Mon.)

β. angustifolia: gracilior; foliis ad florendi tempus utrinque sericeis, lanceolato-linearibus supra obsolete impresso-punctatis; racemis densifloris, abbreviatis; floribus minoribus.

Folia 6—17‴ lg., 1—4‴ lt. Racemuli 3—4‴ lg., ad apices ramorum saepe capitatim congesti. Alabastra 1‴ lg., bracteolis ¼‴ lg. stipata. Petala 1‴ lg. Stamina petalis paullo breviora. Stylus 1‴ lg. (v. in hb. Mon.)

Speciem in honorem dixi professoris Bot. Sebastianopol. Franc. Freire Allemao.

Habitat in vicinia oppidi Santarem prov. Paraënsis: R. Spruce n. 538. Pl. Najas.

7. Dichotomae. Pedunculi bifidi, triflori v. simpliciter aut ramosissime dichotomi, 6-multiflori, flore in dichotomiis sessili, lateralibus saepissime pedicellatis.

238. EUGENIA ARBUTIFOLIA Berg: ramulis foliisque junioribus utrinque dense minuteque rufescenti-velutinis; foliis rigidis, breviter petiolatis spathulatis, apice rotundatis v. obtusis, basi cuneatis, adultis puberulis, impellucido-punctatis, supra reticulato-venosis, subtus obsolete venosis; pedicellis basi bracteatis, 1—3-nis, 1- v. 3-floris, folio brevioribus; germine glabro, biloculari; sepalis inaequalibus, puberulis, rotundatis, ciliolatis; baccis ovalibus. Variat:

α. obscura: foliis petiolatis, obscuris, basi acutis; pedicellis saepe 3-floris, folio duplo brevioribus.

Eugenia Kochiana DC. Prodr. III. 268., pro parte.

Frutex. Rami dense ramosi, rimosi; ramuli tetragoni, superne compressi. Folia petiolo ¾—1‴ lg.; lamina 5—13‴ lg., 2—5‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, subpatulis, utrinque praesertim supra prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis, supra parum prominulis. Pedicelli 3‴ lg., bractea perbrevi fulti, saepius bifidi, triflori; flore centrali sessili, lateralibus pedicellatis, pedicellis secundariis 1—1½‴ lg., rarius iterum bifidis, 3-floris. Alabastra 2½‴ lg., bracteolis 2, brevissimis, ovatis, ciliolatis stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, 2 majora ¾‴ lg. Petala 4, rotundata, concava, ciliolata. (v. in hb. Monac.)

β. pallida: foliis subsessilibus, pallidis, basi oblique truncatis; pedicellis 1-floris, folio triplo brevioribus.

Eugenia Kochiana DC. l. c. 268., pro parte.

Folia 8—14‴ lg., 3—5‴ lt. Pedicelli 2‴ lg. (v. in hb. Mon.) — Ab *E. Kochiana* differt: indumento; foliis spathulatis, reticulato-venosis.

Habitat in montibus Serra da Villa do Rio de Contas in mediterraneis prov. Bahiensis, Sept. Oct. florens: M. Pl. Oreas.

239. EUGENIA KOCHIANA DC. glabriuscula; foliis rigidis, sessilibus, oblongis v. oblongo-lanceolatis, utrinque angustato-obtusis, discoloribus, supra nitidis, glaberrimis, plano-rugulosis, adultis impresso-, impellucido-punctatis, utrinque aveniis, subtus opacis, planis, minute nigrescenti-punctatis; pedicellis 1—3-nis, 1-floris, basi bracteatis, axillaribus, folio 2—3-plo brevioribus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, ovatis, obtusis, ciliolatis, demum patentibus.

Myrtus Kochiana Mart. Herb.

Eugenia Kochiana DC. l. c. 268., pro parte.

Frutex 4—6-pedalis; rami rimosi; ramuli 4-goni; novelli compressi, minutissime puberuli. Folia supra obscura, subtus pallidiora, novella supra reticulato-venosa, sub lente valida minute puberula, 8—12‴ lg., 2—3½‴ lt.; nervo medio utrinque basin versus prominulo. Pedicelli 2—4‴ lg., bractea minuta fulti, glabri. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, minimis, lanceolatis stipata. Germen glabrum, multiovulatum, disco margine puberulo terminatum. Sepala 4, 2 minora triangularia, ½‴ lg., 2 majora oblonga, 1½‴ lg. Petala 4, obovata, 2‴ lg. Stamina stylusque petala aequantia. (v. in hb. Mon. et Sonder.)

Not. Sub nomine *E. Kochianae DC.* in herbario Monacensi tres diversae species inveniuntur, quarum prima cum diagnosi Candolleana plane congruit et supra exactius descripta est; secundam in herbario signatura Candolleana quidem instructam plane ab illa diversam, sub nomine *E. arbutifoliae* descripsi; tertiam fructiferam ad *E. spathophyllam* duxi.

Habitat in montibus Serra da Villa do Rio de Contas in mediterraneis prov. Bahiensis, Sept. et Oct. florens: M. Pl. Oreas.

240. EUGENIA RIBEIREANA Berg: glabra; foliis petiolatis, coriaceis, obovato-oblongis, obtusis v. obtusatis, basi cuneatis, pallidis, glabris, supra impresso-, subtus elevato- fuscoque-, impellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedunculis validis, compressis, axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, 1-floris, folio brevioribus; germine 3—4-loculari; sepalis ovatis, obtusis, concavis, extus glabris, intus sericeis.

Frutex ramosissimus, diffusus; rami teretiusculi, laeves, nodosi; novelli compressi. Folia siccata flavovirentia, supra laevigata; petiolo $^1/_2$—1‴ lg.; lamina 9—11‴ lg., $4^1/_2$—7‴ lt., margine plano; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis erecto-patulis, supra haud visibilibus, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. Pedunculi 7—10‴ lg.; inferiores laterales, basi nudi, rarissime 3-flori. Germen sericeum, bracteolis 2, ovatis, carinatis, 1‴ lg. stipatum, multiovulatum, disco 4-gono, planiusculo, glabro, punctato terminatum. Sepala 4, demum reflexa, 2 majora 1‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Speciem in honorem dixi Franc. Xaverii Ribeiro de Sampaio, cui debetur: *Diario da Viagem, que fezem visita e correiçam das Povoaçoens da Capitania de S. Jozé de Rio Negro.*

Habitat in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

241. EUGENIA POHLIANA DC. (Char. emend.) ramulis petiolisque annotinis et pedunculis rufescenti-puberulis; foliis rigidis, petiolatis, complicatis, ovato-oblongis, basi obtusis, apice obtusiuscule acuminatis, novellis pilosiusculis, pellucido-punctatis, ciliatis, mox glabris, supra nitidis, subtus opacis, utrinque glandulosis, obsolete venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, folio longioribus, 1- v. 3-floris; germine velutino, biloculari; sepalis inaequalibus, ovatis, obtusis, velutinis, fimbriato-ciliatis. — Variat foliis minoribus et majoribus rigidioribus.

Myrtus Pohliana Mart. Herb.
Eugenia Pohliana DC. Prodr. III. 264.

Rami rimosi, obsolete 4-goni; ramuli compressi. Folia petiolo $^1/_2$—1‴ lg.; lamina 3—12‴ lg., $^5/_4$—6‴ lt.; nervo medio subtus prominente, puberulo, tandem glabro; venis tenuibus, utrinque vix manifestis. Pedunculi 3—14‴ lg., 1- v. 3-flori, flore centrali sessili, lateralibus pedicellatis; pedicellis 2‴ lg. Alabastra velutina, 4‴ lg., bracteolis 2, linearibus, deciduis stipata. Germen pluriovulatum. Sepala 4, demum reflexa, intus sericea, 2 majora $^5/_4$‴ lg. Petala 4, subrotunda, extus sericea, fimbriato-ciliata, 3‴ lg. Stamina petalis paullo breviora. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Monac. et Sonder.)

Habitat in desertis mediterraneis prov. Minarum: M. Pl. Hamadryas.

242. EUGENIA DECUMBENS Camb. ramulis subangulosis pedunculisque puberulis; foliis breviter petiolatis, lanceolatis, utrinque gradatim angustatis, acutiusculis, glabris, pellucido-punctatis, venosis; pedunculis axillaribus, folio paullo brevioribus, 3-, rarius 1-floris; bacca globosa, glabra, 2-sperma, sepalis erectis, ovatis, acutiusculis coronata.

Eugenia decumbens Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 243.

Suffrutex decumbens, ramosus; rami teretes, glabrati. Folia 8—12‴ lg., 2—3‴ lt.; petiolo $^3/_4$‴ lg.; nervo subtus prominulo; venis vix manifestis. Baccae 2‴ diametro. Seminis subrotundi testa membranacea. Embryo curvatus; cotylis crassis, coadunatis; rostello apice libero, acutiusculo. (Camb.) †

In monte Serra da Ibitipoca locis altis siccisque prov. Minarum, fructificat Martio: St. Hilaire. Pl. Oreas.

243. EUGENIA ADAMANTIUM Camb. ramulis foliisque novellis utrinque, pedunculis et alabastris cano-pubescentibus; foliis petiolatis, lanceolatis, utrinque angustatis, acutis, pellucido-punctatis, adultis supra subglabratis, venosis; pedunculis axillaribus, folio brevioribus, rarius aequalibus, 3-, rarius 1-floris; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis.

Eugenia Adamantium Camb. l. c. 245.

Frutex 2—3-pedalis; caule erecto, solitario; ramis teretibus, subglabratis. Folia lamina 1—$1^1/_2$‴ lg., 4—6‴ lt.; petiolo 1—2‴ lg.; nervo subtus prominulo; venis vix manifestis. Germen apice glabrum, loculis 4—6-ovulatis. Petala 4, sepalis duplo longiora, obovata, extus cano-puberula. Stamina petala superantia. Stylus glaber, stamina aequans. (Camb.) †

In pascuis sabulosis prope pagulum Chapada in parte prov. Minarum, dicta Distrito dos Diamantes, floret Septembri: St. Hilaire. Pl. Oreas.

244. EUGENIA PYRIFORMIS Camb. ramulis subtetragonis, albido-tomentosis; foliis petiolatis, oblongo-lanceolatis, utrinque gradatim angustatis, obtusiusculis, pellucido-punctatis, supra puberulis v. subglabratis, subtus cano-tomentosis, venosis, limbinerviis; pedunculis ramosis, folium subaequantibus, albido-tomentosis; bacca pyriformi, velutina, sepalis coronata, pendula.

Eugenia pyriformis Camb. l. c. 241.

Arbor parva; rami teretiusculi, subglabrati. Folia lamina 15—30‴ lg., 6—8‴ lt.; petiolo 2—3‴ lg.; nervo subtus prominulo; venis utrinque vix prominulis. Bacca pruni mediocris magnitudine, lutea, edulis. Semina globosa, paullulum compressa, testa membranacea obtecta. Embryo globosus, rectus; rostello brevissimo; cotylis coadunatis. (Camb.) †

In silvulis partis prov. S. Pauli, dictae Campos Geraës, fructificat Februario: St. Hilaire. Uvalha do Campo *incolis. Pl. Dryas.*

245. EUGENIA LUTESCENS Camb. ramulis foliisque subtus, pedunculis et alabastris lutescenti-tomentosis; foliis breviter petiolatis, oblongis, basi rotundatis, acuminatis, pellucido-punctatis, supra puberulis, venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, folio brevioribus, 3—9-, rarius 1-floris; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusiusculis, demum reflexis, intus glabris.

Eugenia lutescens Camb. l. c. 245.

Suffrutex ramis teretiusculis, subglabratis. Folia $2^1/_2$‴ lg., 1‴ lt., sursum sensim minora, summa minima; petiolo 2—$2^1/_2$‴ lg.; nervo subtus prominente; venis vix manifestis. Germen bracteolis 2, lineari-subulatis, $1^1/_2$‴ lg. stipatum, tomentosum, $1^1/_3$‴ lg., loculis 6-ovulatis. Sepala 2‴ lg. Petala 4, elliptica, pubescentia, 3‴ lg. Stamina petalis paullo breviora. Stylus stamina superans, puberulus. (Camb.) † — *E. Itajurensi* valde affinis, distincta: foliis minoribus, alabastris obtusis, nec acutis, lutescenti-, nec canescenti-tomentosis. (Camb.)

In campis montuosis prope Bom Jardim in parte dicta Sertam prov. Minarum, floret Septembri: St. Hilaire. Pl. Hamadryas.

246. EUGENIA PIRESIANA Camb. ramulis tetragonis foliisque utrinque, pedunculis et alabastris luteo-tomentosis; foliis petiolatis, oblongis, utrinque angustatis, breviter acuminatis, acutis, haud pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, brevissimis, 1—2-nis, 3—5-floris; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusiusculis. ♄

Eugenia Piresiana Camb. l. c. 245.

Folia lamina 2—$3^1/_2$‴ lg., 10—13‴ lt., margine revoluta; petiolo 3‴ lg.; nervis subtus prominentibus. Pedunculi 6‴ lg. Germen bracteolis deciduis stipatum, obconicum, $1^1/_2$‴ lg., loculis 10—12-ovulatis. Sepala 4, $2^1/_2$‴ lg. Petala 4, rotunda, pubescentia, 3‴ lg. Stamina puberula, petala paullum superantia. Stylus stamina aequans, pubescens. (Camb.) †

Prope vicum Itabira de Mato Dentro prov. Minarum: Manoel José da Silva Pires. Pl. Oreas.

247. EUGENIA ISCHNOSCELES Berg: ramulis foliisque novellis subtus, nervo medio petioloque, gemmis, pedunculis et alabastris fuscescenti-hirtis; foliis breviter petiolatis, adultis chartaceis, oblongis v. ovali-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi subcuneatis, oblique breviter truncatis, creberrime pellucido-punctatis, subglabratis, reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, 3-floris, folio brevioribus; germine triloculari; sepalis ovatis, obtusis, utrinque velutinis, ciliolatis. ♄

Rami tereti-compressi, glabri; ramuli compressi. Folia juniora membranacea, margine pubescentia; petiolo 1‴ lg.; lamina 30—36‴ lg., 10—13‴ lt.; nervo medio utrinque, praesertim inferne, elevato; venis utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Pedunculi 11—20‴ lg. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 1‴ lg. stipata. Germen pluriovulatum. Sepala 4, concava, 1‴ lg. Petala 4, subrotunda, extus velutina, ciliata. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

248. EUGENIA TERNATIFOLIA Camb. ramulis foliisque et pedunculis puberulis; foliis saepe ternis, breviter petiolatis, oblongis, breviter acuminatis, pellucido-punctatis, reticulato-venosis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, ramosis, 3—9-floris, folio brevioribus; germine biloculari; sepalis cano-tomentosis, ovatis, apice rotundatis, subinaequalibus.

Eugenia ternatifolia Cambess. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 241. t. 150.

Frutex 2—2½-pedalis, caule erecto, simplici v. ramosissimo, inferne glabro. Folia 2—3″ lg., 6—10‴ lt.; petiolo 1—1½‴ lg.; nervo utrinque praesertim subtus prominente; venis prominulis. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, lineari-subulatis, 1‴ lg. stipata. Germen apice puberulum, loculis sexovulatis. Petala 4, sepalis duplo longiora, obovato-rotundata, concava, extus cano-puberula. Stamina petalis paullo breviora. Stylus stamina aequans, glaber. (Camb.) †

Prope locum vulgo Gurgulho et in monte Serra Dourada in parte australi prov. Goyazensis, floret Julio: St. Hilaire. Pl. Oreas.

249. EUGENIA SUBAMPLEXICAULIS DC. (Char. emend.) glabra; foliis chartaceis, sessilibus, ovate oblongis v. lanceolatis, basi cordatis, apice sensim acuminatis, impellucido-punctatis, nitidulis, tenuiter reticulato-venosis, subduplicato- arcuatim limbinerviis; pedunculis supraaxillaribus, oppositis, basi bractea fultis, 3-floris; flore centrali sessili, lateralibus divaricato-pedicellatis; germine minimo, costato, biloculari; calyce utrinque minutissime puberulo, campanulato, lobis 2 rotundatis, 2 subtriangularibus, demum profundius partitis, reflexis. ♄

Myrtus subamplexicaulis Mart. Herb.
Eugenia subamplexicaulis DC. Prodr. III. 277.

Rami teretiusculi, exophloeo lamellatim soluto; novelli compressi, badii. Folia siccata cano-virentia, 2—4″ lg., 6—16‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis, utrinque venulisque interjectis, reticulatis prominulis. Pedunculi e nodo infimo ramulorum annotinorum, bractea lineari, 1½‴ lg. fulti, 1″ lg., badii, glandulosi; pedicellis 4—5‴ lg., bractea subulata, 1‴ lg. fultis. Alabastra minutissime cano-puberula, obovato-globosa, 3‴ lg., sub calyce haud constricta, apice aperta, bracteolis 2, subulatis, ¼‴ lg. stipata. Germen pluriovulatum, loculis intus pilosis, ovulis minimis. Calyx 2½‴ lg., in alabastro juvenili ipso lobatus, lobis 4, 1‴ lg., demum ad verticem germinis partitis. Petala 4, obovata, ciliolata, 3‴ lg., demum reflexa. Stamina 4‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Nota. Species haec ob calycem demum profundius partitum ad Calycorecten spectat, quum autem calyx solus, nec ut in hoc genere etiam hypanthium productum se dividat, praeterea autem petala maxima adsint, tamen ad Eugeniam pertinet.

Habitat in silvis primaevis ad montem Formoso dictum, in finibus provinciae Rio de Janeiro et S. Pauli, floret Decembri: M. Pl. Dryas.

250. EUGENIA SILVATICA Camb. ramulis subtetragonis, glabris; foliis petiolatis, oblongis, utrinque angustatis, acuminatis, crassis, impellucido-punctatis, glabris, nisi supra ad basin nervi puberulis, venosis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, folio multo brevioribus, 5—7-floris, puberulis; germine biloculari; sepalis ovatis, apice rotundatis, inaequalibus, ciliolatis, extus glabris, intus puberulis.

Eugenia silvatica Camb. l. c. 242., nec Gardn.

Frutex magnus; rami glabri, teretes, glandulosi. Folia lamina 3—4″ lg., 1—1½″ lt.; petiolo 4—5‴ lg.; nervo supra sulcato, subtus prominente; venis vix manifestis, apice anastomosantibus. Pedunculi 1″ lg., floribus laxis. Alabastra 2‴ lg., glabra, bracteolis 2, ovatis, acutis, ½‴ lg., ciliatis stipata. Germen apice glabrum, loculis 5—6-ovulatis. Petala 4, sepalis duplo longiora, obovata, concava, ciliolata. Stamina petalis triente breviora. Stylus stamina paullo superans, glaber. (Camb.) †

In silvis prope pagum Farinha Podre, in parte occidentali-meridionali prov. Minarum, floret Septembri: St. Hilaire. Pl. Oreas.

251. EUGENIA SUAVEOLENS Camb. ramulis subtetragonis pedunculisque brunneo-puberulis; foliis sessilibus v. brevissime petiolatis, ovatis, breviter acuminatis, acutis, pellucido-punctatis, supra glabriusculis, subtus puberulis, venosis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, folio triente brevioribus, 3-floris; germine biloculari; sepalis ovato-rotundatis, subaequalibus, extus puberulis.

Eugenia suaveolens Camb. l. c. 244.

Frutex 4—5-pedalis; rami teretes. Folia lamina 1½—2½″ lg., 9—15‴ lt.; nervo supra impresso, subtus prominente; venis vix manifestis. Germen puberulum, apice glabrum; loculis pluriovulatis; bracteolis stipantibus deciduis. Petala 4, sepalis triente longiora, rotundata, extus pubescentia. Stamina petalis duplo longiora. Stylus stamina aequans, glaber. (Camb.) †

Ad rivum dictum Urussanga in prov. S. Pauli, floret Octobri: St. Hilaire. Pl. Dryas.

252. EUGENIA PRUNIFORMIS Camb. ramulis subtetragonis pedunculisque brunneo-puberulis; foliis longe petiolatis, ovatis v. ellipticis, acuminatis, pellucido-punctatis, adultis glabratis, novellis supra puberulis, venosis; pedunculis axillaribus, brevibus, 3-floris; bacca ellipsoidea, glabra, 1-sperma, sepalis erectis, ovatis, subglabratis coronata.

Eugenia pruniformis Camb. l. c. 244.

Frutex 4—5-pedalis; rami teretes, glabrati. Folia lamina 1½—2½″ lg., 9—16‴ lt.; petiolo 5—6‴ lg.; nervo supra impresso, subtus prominente; venis vix manifestis. Pedunculi 4—5‴ lg. Bracteolae hypocarpicae ovatae, acutiusculae, ½‴ lg., puberulae. Bacca pruni magnitudine, nigra, sepalis ¾‴ lg. coronata. Semen ellipsoideum, 7‴ lg., testa membranacea obtectum. Embryo in massam ellipsoideam, crassam coadunatus. (Camb.) † — *E. suaveolenti* maxime affinis.

In silvis prope urbem Rio de Janeiro, fructificat Julio: St. Hilaire. Pl. Dryas.

253. EUGENIA MUTABILIS Berg: ramulis foliisque subtus, pedunculis et alabastris pilis ferrugineis, demum expallentibus et albidis tomentosis; foliis longe petiolatis, rigide coriaceis, ovali-oblongis, interdum obversis, obtusis v. obtusatis, basi acutis, junioribus supra puberulis, demum glabris, nitidis, minute impresso-subimpellucido-punctatis, impresso-, subtus elevato-, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, di- v. trichotomis, folio paullo brevioribus; floribus in dichotomiis sessilibus; germine biloculari; bacca oblonga, sepalis rotundatis, subaequalibus, utrinque velutinis coronata, velutina. ♄

Rami obsolete 4-goni, exophloeo soluto glabri, fuliginei; novelli compressi. Folia perennantia, siccata supra pallida, subtus demum albida, novella subtus dense tomentosa, demum tenuiter velutina; petiolo 4—7‴ lg., valido; lamina 1½—3″ lg., 10—22‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis utroque latere circiter 8, erecto-patulis, supra impressis, subtus valde prominentibus; venulis interjectis reticulatis, supra vix manifestis, subtus prominulis. Pedunculi 1—1½″ lg., 2- v. 3-fidi, ramis 5—8‴ lg., apice bifidis, 3-floris; flore centrali sessili; pedicellis lateralibus 3—4‴ lg. Alabastra obovata, 3‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen pluriovulatum, disco velutino obtectum. Sepala 4, ¾‴ lg. Petala 4, orbicularia, extus tomentosa, 1½‴ lg. Stamina 2½‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Ab *E. lutescenti Camb., E. Piresiana Camb., E. Itajurensi Camb.* differt: foliis ovali-oblongis, obtusis, subimpellucido-punctatis, praeterea ab hac, sepalis rotundatis, ab illa pedunculis elongatis.

Habitat ad Congonhas do Campo in prov. Minarum: Dr. Stephan, Claussen n. 523. Pl. Oreas.

254. EUGENIA ITAJURENSIS Camb. ramulis tetragonis pedunculisque rufescenti-tomentosis; foliis petiolatis, oblongis, utrinque gradatim angustatis, acutis v. acuminatis, supra minute puberulis, subtus lutescenti-tomentosis, obsolete pellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, folio brevioribus, 3—9-floris; germine biloculari; sepalis ovatis, acutis, demum reflexis; bacca calyce marcescente coronata, subpyriformi-rotundata, 1-sperma, pubescenti. ♄

Eugenia Itajurensis Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 244.

Rami teretes, subglabrati. Folia lamina 2½—5″ lg., 1—2″ lt., margine revoluta; nervo subtus prominulo. Pedunculi 1″ circiter longi. Germen bracteolis 2, subulatis, 1‴ lg. stipatum, canescenti-tomentosum, 1½‴ lg., apice pilosiusculum, loculis 7—8-ovulatis. Sepala 2½‴ lg. Petala 4, sepalis paullo longiora, obovata, extus pubescentia. Stamina petalis paullo breviora. Stylus staminibus paullo brevior. Bacca diametro circa pollicari. Semen testa coriacea, crassa obtectum. Embryo cotylis inaequalibus, crassis, magnis; rostello minimo. (Camb.) †

In montibus prope praedium, vulgo Itajuru de S. Miguel de Mato dentro: St. Hilaire; nec non in monte Serra do Caraça in prov. Minarum: Laruotte. Lecta cum floribus fructibusque maturis, Februario. Pl. Oreas.

255. EUGENIA LEANDREANA Berg: ramulis foliisque junioribus utrinque, petiolis cymisque pilis brevibus, raris, sparsis obtectis, mox glabris; foliis petiolatis, rigidis, ovato-oblongis, antrorsum angustatis, obtuse acuminatis v. obtusiusculis, basi obtusis et in petiolum anguste et breviter attenuatis, margine leviter lateque crenatis, supra nitidis, utrinque creberrime et minute nigrescenti-glandulosis, reticulato-costatis, sublongiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; cymis axillaribus, folio duplo brevioribus, dichotomis; germine biloculari; lobis calycinis concavis, ovatis, obtusis, extus glabriusculis, intus sericeis, ciliolatis. ♄

Rami crassi, atro-badii; ramuli compressi. Folia rigida; petiolo 6—9‴ lg., crasso, canaliculato; lamina 4—6″ lg., 20—34‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus valde incrassato; venis remotis venulisque tenuioribus, reticulato-ramosissimis supra prominulis, subtus prominentibus. Cymae 1½—3″ lg., rhachi valida, compressa, ramis 1—ter dichotomis, ultimis sericeis; floribus in dichotomiis sessilibus. Alabastra pyriformia, sub calyce haud constricta, 2‴ lg.; bracteolis 2 caducis. Germen extrorsum et vertice sericeum, pluriovulatum. Calyx 4-lobus, lobis demum patentibus, 2 majoribus 1‴ lg. Petala 4, subrotunda, extus sericea, ciliolata, 1½‴ lg. Stamina petalis subaequalia. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Speciem in honorem dixi P. R. Leandri do Sacramento, quondam Prof. Botanices in schola Sebastianopolitana strenuissimi.

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

256. EUGENIA EXCORIATA Berg: glabra; foliis coriaceis, petiolatis, ovali-oblongis v. oblongo-ovalibus, utrinque angustatis, apice obtuse acuminatis, basi acutis, supra nitidis, impresso-, impellucido-punctatis, subtus opacis, glandulosis, reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; pedunculis axillaribus, bifidis, 3-floris; germine sericeo, biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, utrinque sericeis, ciliatis. ♄

Rami subtetragoni, exophloeo fuligineo soluto rufi, superne compressi, nitidi, glabri, fuliginei; novelli ad florescentiam desunt. Folia petiolo crasso, 4—8‴ lg.; lamina 42—78‴ lg., 23—48‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis subpatulis, plurimis, utrinque prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis. Pedunculi 11—12‴ lg., flore centrali sessili, lateralibus pedicellatis; pedicellis 5‴ lg. Alabastra sericea, 5‴ lg., bracteolis 2, linearibus stipata. Germen multiovulatum, loculis intus sericeis, disco planiusculo, lato, velutino terminatum. Sepala 4, 2 majora reliquis duplo majora, 2‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Sellow. Pl. Dryas.

8. Racemosae. Racemi plus minusve elongati, interdum paniculati.

257. EUGENIA SALICIFOLIA Berg: ramulis foliisque subtus pedunculisque sericeis; foliis petiolatis, chartaceis, lineari-lanceolatis, utrinque elongate attenuatis, apice anguste acuminatis, mucronatis, basi in petiolum attenuatis, supra sparse adpresso-pilosiusculis, nitidulis, crebro pellucido-punctatis, obsolete venosis, limbinerviis; racemis axillaribus, oligocarpicis; bacca pyriformi, densissime glandulosa, pilosiuscula, sepalis conniventibus, ovato-oblongis, concavis, acutis, sericeis coronata. ♄

Rami teretiusculi, graciles, rufi, minutissime puberuli; ramuli compressi. Folia siccata supra brunnea, subtus pallidiora, margine recurva; petiolo 1½‴ lg.; lamina 15—30‴ lg., 3—5‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis tenuissimis, arrectis, utrinque vix visibilibus. Racemi pedicellis 3—4‴ lg. Bacca 6‴ lg., 4‴ lt., bracteolis 2, lanceolatis, ½‴ lg. stipata, sepalis ¾‴ lg. coronata. Seminis testa cartilaginea. Embryo homogeneus. (v. in Hb. Fl. Br. Mart.)

Maxime affinis *E. modestae DC.*, sed distincta: indumento sericeo; foliis chartaceis, mucronate acuminatis, crebro pellucido-punctatis; baccis pyriformibus, sepalis acutis coronatis.

Habitat ad urbem Cujaba in prov. Matto Grosso: Lhotzky et Manso, Mart. Hb. Fl. Br. n. 1226.

258. EUGENIA COMPLICATA Berg: glabra; foliis breviter petiolatis, coriaceis, complicatis, lanceolatis v. lineari-lanceolatis, utrinque angustatis, obtuse acuminatis, basi acutis, discoloribus, supra nitidis, subtus fusco-, impellucido-punctatis, utrinque reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; racemis a basi bracteatis, axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, folio brevioribus, apicem versus paucifloris, bracteolis hypanthis linearibus, alabastro longioribus; germine biloculari; sepalis rotundo-ovatis, membranaceo-marginatis, ciliolatis; bacca globosa.

Frutex 3-pedalis; ramuli 4-goni, superne compressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia lamina 2—3″ lg., 5—7‴ lt.; petiolo 1—1½‴ lg.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis plurimis, erecto-patulis venulisque interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominentibus. Racemi 1—2⅓″ lg., bracteis lanceolatis obsiti, inferioribus vacuis, superioribus floriferis. Alabastra 2½‴ lg., bracteolis 2, linearibus, acutis, 2‴ lg. stipata. Germen pluriovulatum. Sepala 4, ¾‴ lg. Petala 4, orbiculata, concava, ciliolata, 2‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat ad Chapada in prov. Minarum, floret Majo: Gardner n. 5162. Pl. Oreas.

259. EUGENIA BARRERENSIS Berg: glaberrima; foliis breviter petiolatis, rigide coriaceis, lineari-lanceolatis v. lanceolatis, utrinque obtusiuscule angustatis, supra splendentibus, sparse impresso-, impellucido-punctatis, subtus crebro glandulosis, tenuiter venosis, limbinerviis; racemis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, folio brevioribus, 3—6-floris; germine biloculari; sepalis orbicularibus, glabris, eciliatis. ♄

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 84.

Rami nodosi, rugosi; ramuli pallidi, 4-goni; novelli ad florendi tempus desunt. Folia interdum oblonga; petiolo ½—¾‴ lg., fusco-atro; lamina 9—22‴ lg., 3½—6‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis erecto-patulis, utrinque parum prominulis. Racemi 8—15‴ lg., interdum apice ad ramulum excrescentes; rhachi badia, nitida, glandulosa; pedicellis 3—4‴ lg., basi bractea lanceolata, acuta fultis. Alabastra globosa, siccata badia, 3‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, ¾‴ lg. stipata. Germen loculis pluriovulatis. Sepala 4, ¾‴ lg. Petala 4, orbicularia, glabra, 2‴ lt. Stamina 2½—3‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat ad Barreros in prov. Minarum: Pohl hb. n. 3196. Pl. Oreas.

260. EUGENIA VIRGATA Gardn. ramis glabris; foliis breviter petiolatis, coriaceis, oblongo-lanceolatis, obtuse acuminatis, basi subcuneatis, glabris, opacis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, solitariis, racemosis, 6—12-floris, folio brevioribus, rufo-pubescentibus; germine biloculari, pubescente; sepalis ovato-oblongis, obtusis, triherviis.

Eugenia virgata Gardn. in Hook. Lond. Journ. IV. 102.

Frutex 3—5-pedalis. Folia supra viridia, subtus pallida, 15‴ lg., 5—6‴ lt. Pedicelli bracteis linearibus, obtusis fulti. Germen bracteolis 2, acutis stipatum, pluriovulatum. †

Habitat in montibus Serra dos Orgàos, floret Martio: Gardner n. 5713. Pl. Dryas.

261. EUGENIA MODESTA DC. (Char. emend.) ramulis foliisque novellis puberulis, demum glabris; foliis petiolatis, subcoriaceis, lanceolatis v. lineari-lanceolatis, utrinque angustatis, apice longissime subtruncato- v. retuse acuminatis, basi acuminatis, margine recurvis, glaberrimis, supra nitidis, aveniis, impresso-, obscure pellucido-punctatis, subtus obsoletissime venosis et limbinerviis, nigrescenti-glandulosis; racemis 4—11-floris, solitariis, oppositis, subterminalibus et axillaribus, petiolo longioribus alabastrisque strigosis; germine biloculari, strigoso; bacca sepalis inaequalibus, ovatis, obtusis, pubescentibus, ciliolatis coronata, globosa. Variat:

α. Brasiliensis *Bg.* foliis chartaceis, utrinque tenuissime prominulo-venosis.

Myrtus modesta Mart. Herb.
Eugenia modesta DC. Prodr. III. 279.

Rami teretiusculi, glabri; ramuli compressi. Folia petiolo 1—2‴ lg.; lamina 15—30‴ lg., 3—8‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus elevato; venis tenuibus, arrectis, supra oblitteratis, subtus prominulis. Racemi rhachi 4—8‴ lg., pedicellis 1‴ lg., bractea ovata, parva fultis. Bacca 3‴ diametro, sepalis ¾‴ lg. coronata, bracteolis 2, ovatis, ciliolatis, ½‴ lg. stipata. (v. fructif. in hb. Monac.)

β. Jamaicensis *Bg.* foliis rigidioribus, supra aveniis, subtus impresso-venosis.

Rami tereti-compressi, glabri; novelli ad florendi tempus desunt. Folia siccata fusca; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 1½—3″ lg., 3—9‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, arrectis, supra haud visibilibus, subtus demum impressis. Racemi 6—9‴ lg., pedicellis rhachi brevioribus, bractea minuta, ovata fultis, 1—2‴ lg. Alabastra 2‴ lg., bracteolis triangularibus, acutis, carinatis, ⅜‴ lg. stipata. Germen loculis 18—20-ovulatis. Sepala majora 1‴ lg. Petala 4, rotunda, ciliolata, 1½‴ lg. Stamina 2‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Ab *E. lancea Poir.* et *E. Maynensi* differt: foliis angustioribus, latius et obtusius acuminatis, subtus obsoletissime venosis.

Habitat: α. in montanis silvaticis udis prope Ilheos prov. Bahiensis, fructificat Decembri: M.; β. in Jamaica: Hooker. Pl. Hamadryas.

262. EUGENIA PATULA DC. ramulis pedunculisque junioribus minute puberulis; foliis membranaceis, lanceolato-linearibus v. lanceolatis, longissime acute acuminatis, basi acutis, glabris, obsolete pellucido-punctatis, subtus remote arrecto-venosis, longiori a margine distantia limbinerviis; racemis axillaribus et subterminalibus, folio brevioribus, gracilibus, divaricatis, 5—7-floris; pedicellis divaricatis; germine biloculari, glabriusculo; sepalis inaequalibus, rotundatis, ciliolatis.

Myrtus patula Mart. Herb.
Eugenia patula DC. l. c. 284.

Rami tenues, tereti-compressi; ramuli plano-compressi. Folia siccata obscura; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 30—50‴ lg., 5—11‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuibus, arrectis, distantibus, utroque latere 8, supra vix manifestis, subtus prominentibus. Racemi 1—1½″ lg., ad apicem ramorum in paniculam terminalem transeuntes; pedicelli 3—4‴ lg., filiformes, bractea minuta fulti. Germen multiovulatum, bracteolis 2, subrotundis, ciliolatis, ¼‴ lg. stipatum. Sepala 4, reflexa, ½‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Habitat ad flumen Solimoês in prov. do alto Amazonas: M. Pl. Najas.

263. EUGENIA ORBIGNYANA Berg: ramulis foliisque novellis et pedunculis puberulis; foliis ternis, breviter petiolatis, membranaceis, oblongo-lanceolatis v. oblongis, utrinque angustatis, apice leviter acuminatis, mox glabris, utrinque elevato-, tandem supra impresso-, pellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis; racemis gracilibus, 5—7-floris, axillaribus, folio brevioribus; pedicellis brevibus, erecto-patulis; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, ciliolatis. ♄

Ramuli angulati. Folia interdum sparsa, siccata supra hepatica, subtus pallidiora; petiolo ½‴ lg.; lamina 14—18‴ lg., 5—6‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis tenuissimis, subpatentibus, utrinque vix visibilibus. Racemi 9—16‴ lg., pedicellis 1½—2‴ lg., bractea lanceolata, parva fultis. Alabastra 1‴ lg., bracteolis 2, minutis, ovatis, ciliatis stipata. Germen loculis pluriovulatis, glabrum. Sepala 4, brevia. Petala 4, obovato-oblonga, 1½‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Maxime affinis *E. Chiquitensi*, sed distincta: foliis ternis, membranaceis, latioribus, basi acutis, novellis elevato-, nec impresso-, manifeste pellucido-punctatis; racemis densioribus.

Habitat in Chiquitos: d'Orbigny n. 907. Pl. Najas.

264. EUGENIA ACUMINATISSIMA Berg: ramulis foliisque novellis utrinque, pedunculis, floribus, baccis laxe albo-sericeis; foliis petiolatis, membranaceis, demum chartaceis, oblongis v. ovato-oblongis, longissime angusteque acuminatis, setaceo-mucronatis, basi in petiolum attenuatis, convexis, supra cito glabris, nitidis, impresso-, primo pellucido-punctatis, aveniis, subtus postremo subglabratis, tenuiter venosis, limbinerviis; racemis gracilibus, axillaribus et subterminalibus, 3—8-floris, folio 2—3-plo brevioribus; germine biloculari; bacca sepalis inaequalibus, utrinque villosulis, fimbriato-ciliatis, minoribus ovatis, cuspidatis, majoribus ovato-oblongis, obtusis coronata, globosa, 1-sperma. ♄

Rami teretiusculi, rufi, glabri; ramuli compressi. Folia petiolo 2‴ lg.; lamina 21—33‴ lg., 6—12‴ lt.; nervo medio supra plicato-impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, erecto-patulis, subtus interdum vix impressis, ceterum haud visibilibus, subtus demum prominulis. Racemi ¼—1″ lg., pedicellis 2‴ lg., bractea subulata, 1‴ lg. fultis. Germen sericeo-villosum, multiovulatum, bracteolis 2, lineari-lanceolatis, acuminatis, 1‴ lg. stipatum. Sepala 4, 2 majora 1‴ lg., minora ¾‴ lg. Bacca 3‴ diametro. Seminis subreniformis testa pallida, cartilaginea. (v. in hb. Monac.)

Differt ab *E. Hoffmannseggii, intermedia, Macarensi, dysantha, albida:* indumento tenuiter sericeo; foliis tenuioribus, longius angustiusque acuminatis, setaceo-mucronatis; racemis gracillimis, 3—8-floris; sepalis inaequalibus.

Habitat prope Barra do Rio Negro in prov. do alto Amazonas, floret Octobri: Spruce n. 1863. Pl. Najas.

265. EUGENIA HOFFMANNSEGGII Berg: ramulis, foliis subtus, pedunculis, alabastris pilis albo-rubrescentibus, demum nigrescentibus sericeo-villosis; foliis petiolatis, rigidis, ovato-oblongis, sensim elongate acuminatis, mucronatis, convexis, basi acuminatis, junioribus supra subvillosis, demum glabris, nitidis, grosse impressoque primum pellucido-punctatis, subaveniis, subtus obsolete venosis; pedunculis racemosis, 5—15-floris, rarius paniculatis v. 1-floris, lateralibus et axillaribus; germine biloculari; bacca subglobosa, puberula, sepalis coronata, his rotundatis, utrinque velutinis, 2 brevioribus breviter apiculatis. ♄ Variat:

α. grandifolia: foliis longioribus, longius acuminatis; racemis gracilibus, multifloris, folio paullo brevioribus, interdum paniculatis.

Myrtus discolor Willd. Herb. n. 9561.
Eugenia Mini Willd. Herb. n. 9497.

Rami angulati; novelli compressi. Folia siccata supra hepatica, margine revoluta; petiolo 3‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 9—15‴ lt.; nervo medio supra plicato-impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, suberecto-patulis, supra plicatura notatis, subtus parum prominulis. Pedunculi 6—28‴ lg., in ramo prioris anni una cum ramo annotino ex axilla egredientes, folium subaequantes, 11—15-flori, summi saepe bractea fulti et ad corymbum terminalem dispositi, in ramis annotinis inferiores bractea fulti, 5—7-flori, superiores axillares, saepe 1-flori, folio triplo breviores; pedicelli 2—3‴ lg., bractea lanceolata, acuminata fulti. Alabastra 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acuminatis stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, 2 breviora latiora, rotundata, 2 majora ovata, obtusa, 1‴ lg. Bacca 4‴ diametro. (v. in hb. Willd.)

β. parvifolia: foliis minoribus, latioribus, brevius acuminatis; racemis 1—2-nis, brevioribus, paucifloris, validioribus.

Folia siccata fusco-virentia; petiolo 2‴ lg.; lamina 12—23‴ lg., 6—14‴ lt. Racemi ¾—1½″ lg., 3—11-flori, antrorsum sensim in pedunculos 1-floros redacti. (v. in hb. Monac.)

Differt ab *E. albida H. B. K.:* indumento rubrescenti; foliis tenuioribus, latioribus, evidentius acuminatis; pedunculis pedicellisque graciliorибus, his bractea persistenti fultis; alabastris duplo minoribus; sepalis inaequalibus, minoribus breviter apiculatis; ab *E. dysantha Benth.:* indumento conformi; foliis tenuioribus, latioribus, evidentius acuminatis, supra vix plicato-impressoque venosis; racemis gracilioribus; sepalis rotundatis; ab *E. Macarensi:* indumento conformi, nec partim stellato; foliis tenuioribus, exactius acuminatis; racemis plus minusve elongatis; sepalis rotundatis; ab *E. intermedia:* indumento pallide rubrescenti; foliis latioribus, exactius acuminatis, supra vix plicato-impressoque venosis; racemis plus minusve elongatis; germine biloculari; sepalis rotundatis.

Habitat: α. in prov. Paraënsi: Sieber; β. ad Caripi, juxta Pará, floret Augusto: Spruce n. 449. Pl. Najas.

266. EUGENIA YPANEMENSIS Berg: ramulis petiolisque novellis puberulis; foliis petiolatis, coriaceis, elliptico-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi acutis, glabris, supra nitidis, impresso-, obscure pellucido-punctatis, subtus pallidioribus glandulosis, obsolete venosis, limbinerviis; racemis axillaribus, 3—5-floris, folio multo brevioribus; pedicellis nutantibus, 1-floris; germine biloculari; sepalis ex ovata basi acuminatis, ciliolatis, jam in alabastro patulis. ♄

Rami teretes, glabri. Folia siccata hepatica, petiolo 2—2½‴ lg.; lamina 18—22‴ lg., 9—11‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominulo; venis tenuissimis, utrinque vix visibilibus. Racemi 6‴ lg., rhachi pedicellisque puberulis, his 2‴ lg., bractea lanceolata fultis. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, carinatis, ciliolatis, ½‴ lg. stipata. Germen loculis 6-ovulatis. Sepala 4, ¾‴ lg. Petala 4, oblonga, ciliolata, 1½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad oppidulum Ypanema prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

267. EUGENIA GARDNERIANA Berg: ramulis racemisque adpresse hirtis; foliis membranaceis, petiolatis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice acuminatis, sparse pellucido-punctatis, junioribus utrinque pilis raris, adpressis inspersis, mox glabris, tenuiter venosis, duplicato-limbinerviis; racemis 1—2-nis, lateralibus et axillaribus, 5—13-floris, pedicellis abbreviatis; germine biloculari, glabro; sepalis inaequalibus, rotundatis, ciliolatis. ♄ Variat:

α. dives: foliis minoribus, membranaceis; racemis elongatis, multifloris.

Rami teretes, laeves; ramuli compressi. Gemmae rufescenti-strigosae. Folia pallida, exsiccatione decidua; petiolo 2‴ lg.; lamina 16—24‴ lg., 7—12‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus prominente; venis tenuissimis, distantibus, suberecto-patulis, utrinque parum prominulis, longiori a margine distantia arcuatim unitis. Racemi 12—30‴ lg., interdum pedicello altero, infimo, racemoso subpaniculati, pedicellis 1—1½‴ lg., bractea ovata, ciliata, ¾‴ lg. fultis. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, membranaceis, ovatis, ciliatis, ¾‴ lg. stipata. Germen pluriovulatum, disco glabro terminatum. Sepala 4, extus glabra, glandulosa, intus sericea, 2 majora ¾‴ lg. Petala 4, rotunda, concava, ciliolata. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

β. DEPAUPERATA: foliis majoribus, demum chartaceis; racemis abbreviatis, paucifloris.

FOLIA PETIOLO 4—5‴ lg.; lamina 32—48‴ lg., 13—20‴ lt. RACEMI 9—14‴ lg., 3—7-flori, pedicellis 2‴ lg. (v. in hb. Vind.)

Habitat in prov. Cearaënsi: α. Gardner n. 1615., β. Gardner n. 1017. Pl. Hamadryas.

268. EUGENIA RACEMOSA DC. ramulis petiolisque superioribus, pedunculis et alabastris rufescenti-strigosis; foliis petiolatis, chartaceis, ovate v. ovato-oblongis, longissime acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, novellis utrinque adpresso-subvillosis, demum supra glabris, nitidis, impresso-, parce pellucido-punctatis, subaveniis, subtus sericeis, tandem glabris, pallidioribus, tenuissime venosis, limbinerviis; racemis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, pedunculatis, 7—9-floris, folio multo brevioribus; germine biloculari; sepalis rotundatis, apiculatis, ciliatis, utrinque puberulis.

Myrtus racemosa Mart. Herb.
Eugenia racemosa DC. Prodr. III. 281.

ARBOR gracilis, RAMIS elongatis, cortice laevigato, subalbo v. albocinerascente obtectis; RAMULIS tetragonis, novellis compressis. FOLIA supra laevigata, siccata supra obscure rufa, subtus opaca; PETIOLO 2‴ lg.; lamina 18—38‴ lg., 8—15‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, subpatulis, supra subimpressis, subtus parum prominulis. RACEMI 6—15‴ lg., pedicellis 1‴ lg., bractea lanceolata, acuta, strigosa, 1—2‴ lg. fultis. ALABASTRA 2½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, cuspidatis, ciliatis, extus strigosis, 1‴ lg. stipata. GERMEN strigosum, multiovulatum. SEPALA 4, 1‴ lg. PETALA 4, obovata, 2‴ lg. STAMINA 2‴ lg. STYLUS 3‴ lg. (v. in hb. Monac. et Sonder.)

Habitat in silvis ad flumen Solimoês prov. do alto Amazonas: M. Pl. Najas.

269. EUGENIA VELUTINA BERG: ramulis foliisque novellis, racemis et bracteis pilis ferrugineis, demum canis dense velutinis; foliis longiuscule petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, basi in petiolum attenuatis, apice leviter acuminatis, discoloribus, obsolete impellucideque punctatis, adultis supra glabris, nitidis, subtus tenuiter cano-velutinis, tenuiter reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; racemis capitatis, axillaribus et subterminalibus, 1—3-nis, rhachi petiolum aequante; germine biloculari, glabro, bracteolis incluso; sepalis inaequalibus, rotundatis, extus glabris, intus puberulis, fimbriato-ciliatis. ♄

Folium: Tabula nostra IV. Fig. 62.

RAMI teretiusculi, glabri; RAMULI obtuse 4-goni, superne compressi. FOLIA siccata supra fere vitellina; PETIOLO 5—6‴ lg.; lamina 3—4¼″ lg., 1—2″ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis erecto-patulis, tenuibus, utrinque venulisque interjectis tenuioribus, reticulatis prominulis, longiori a margine distantia arcuatim unitis et extrorsum iterum anastomosantibus. RACEMI 5—14‴ lg.; rhachi valida, compressa. FLORES sessiles, bractea ovata, acutiuscula, concava, extus velutina, fimbriato-ciliata, 1‴ lg. fulti. ALABASTRA 2‴ lg. GERMEN bracteolis 2, obtusissimis, sese amplexantibus, utrinque velutinis inclusum, multiovulatum. SEPALA 4, 2 exteriora minora rotundata, 2 interiora truncata, 1‴ lg., 1½‴ lt. PETALA 4, spathulata, ciliolata, 2½‴ lg. STAMINA STYLUSque 3‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in Brasilia: Pohl n. 1024.

270. EUGENIA MACROSPERMA DC. ramulis petiolisque, foliis subtus pedunculisque pilis rufis, demum expallentibus velutinis; foliis longe petiolatis, chartaceis, oblongis v. lanceolato-oblongis, utrinque elongato-angustatis, apice longissime acute acuminatis, supra glabris, nitidis, vix lucem versus pellucido-punctatis, obsolete venosis, duplicato-limbinerviis; racemis validis, abbreviatis, petiolum aequantibus, 3—5-carpicis; bacca ovali, sepalis brevibus, obtusis, conniventibus coronata, glabra, 1-sperma. ♄

Eugenia macrosperma DC. l. c. 277.

RAMI teretes, tenues, novelli compressi. FOLIA utrinque elevato-glandulosa; PETIOLO 5‴ lg.; lamina 4¼—5¼″ lg., 15—23‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis suberecto-patulis, utrinque parum manifestis; venulis interjectis reticulatis, supra visibilibus. PEDUNCULI 5‴ lg., pedicellis bractea stipatis, abbreviatis. BACCA 9‴ lg. SEMEN Fabae simile, 7‴ lg., 5‴ lt. EMBRYO homogeneus. (v. in hb. Monac.)

Habitat in deserto prov. Bahiensis: M. Pl. Hamadryas.

271. EUGENIA MAYNENSIS BERG: ramulis 4-gonis, novellis puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, basi acutis, apice abrupte obtusiuscule lineari-acuminatis, discoloribus, glabris, minute pellucido-punctatis, supra aveniis, subtus tenuissime venosis, limbinerviis; racemis axillaribus, 5—13-floris, folio 2—3-plo brevioribus, cano-strigosis; germine strigoso, biloculari; sepalis ovalibus, obtusis, extus strigosis, intus sericeis. ♄

RAMI teretes, laeves glabri. FOLIA siccata supra fusco-atra, subtus hepatica; PETIOLO 1½—2‴ lg.; lamina 21—31‴ lg., 8—15‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, subpatulis, supra vix visibilibus, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. RACEMI 8—20‴ lg., pedicellis 1—3‴ lg., bractea lanceolata, brevi fultis. ALABASTRA 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, parvis stipata. GERMEN loculis 2—6-ovulatis. SEPALA 4, subinaequalia, ¾‴ lg. PETALA 4, obovata, 2‴ lg. STAMINA STYLUSque 2‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in silvis humidis v. paludosis ad Yurimaguas in Maynas, floret Aprili: Pöppig n. 2375. Pl. Najas.

272. EUGENIA INUNDATA DC. (Char. emend.) ramulis foliisque novellis subtus puberulis, mox glabris; foliis breviter petiolatis, obovatis, obovato-oblongis v. obverse oblongis, obtusis v. leviter obtuse acuminatis, interdum retusis, basi cuneatis, discoloribus, supra impresso-punctatis, aveniis, subtus fusco-glandulosis, tenuiter venosis, limbinerviis; racemis gracilibus, axillaribus, folio brevioribus, 1—2-nis, 3—7-floris, canescenti-pubescentibus; pedicellis rhachim aequantibus v. superantibus; germine cano-sericeo, biloculari; bacca globosa, sepalis subrotundo-ovatis, ciliolatis, extus dorso puberulis, intus subsericeis coronata, 1-sperma.

Eugenia inundata DC. l. c. 280.
Myrcia myoporina DC. l. c. 246., pro parte. Variat:

α. MEMBRANACEA *Bg.* foliis membranaceis, postremo rigidis, obverse oblongis v. obovato-oblongis, obtusis, pellucido-punctatis; racemis 3—7-floris; staminibus circiter 30-nis.

RAMI exophloeo delapso laevissimi, pallidi; RAMULI compressi, glabri. FOLIA siccata supra fusco-atra, subtus cinnamomea; PETIOLO ½—¾‴ lg.; lamina 11—18‴ lg., 3—8‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus parum prominente; venis tenuissimis, arrectis, subtus prominulis. RACEMI rhachi 3—4‴ lg., tenui, pedicellis basi bracteatis. ALABASTRA 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ventricosis, ciliolatis, ¼‴ lg. stipata. GERMEN multiovulatum, disco subconcavo, glabro terminatum. SEPALA 4, ½‴ lg. PETALA 4, oblonga, ciliolata, 2‴ lg. STAMINA 3½‴ lg. STYLUS staminibus paullo brevior. BACCA 5‴ diametro. EMBRYO homogeneus. (v. in hb. Monac. et Sonder.)

NOTA. Specimina florentia *Myrciae myoporinae DC.* in herbario Monacensi ad hanc varietatem *Eugeniae inundatae DC.* attinent et certo ab eodem frutice lecta sunt.

β. CORIACEA *Bg.* foliis coriaceis, obovatis, apice rotundatis v. retusis v. obovato-oblongis, supra evidentius impresso-, vix pellucido-punctatis, racemis plerumque 3—4-floris, staminibus circiter 40-nis.

FRUTEX 4—8-pedalis, apice ramosissimus; RAMI breves, tortuosi. FOLIA 10—17‴ lg., 4—7‴ lt. RHACHIS racemi 2—5‴ lg.; pedicelli 4—6‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat: α. in prov. do alto Amazonas, ad fluvium Rio Negro, nec non in udis irriguis ripis lacuum prope flumen Solimoês in prov. do alto Amazonas, floret Novembri: M.; et ad ripas fluminis das Trompetas et lacus Quiriquiry in prov. Paraënsi, fructificat Decembri: R. Spruce n. 317.; et ad ripas fluminis Amazonas inter Santarem et Barra do Rio Negro in prov. do alto Amazonas, floret Octobri: R. Spruce n. 1159.; β. vulgatissima in marginibus camporum saepe inundatorum aliasque stirpes fere excludens, ad oppidum Ega prov. do alto Amazonas, floret Octobri: Pöppig n. 2729. Pl. Najas.

273. EUGENIA FLORIDA DC. ramulis novellis paniculisque minute puberulis; foliis petiolatis, membranaceis, ovate oblongis v. ovate oblongo-lanceolatis, longissime acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, glabris, parce pellucido-punctatis, venosis, longissima a margine distantia iterato arcuatim limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio longioribus, saepe foliatis, ideo racemos simplices, axillares, folio breviores formantibus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, ciliolatis.

Myrtus florida Mart. Herb.

Eugenia florida DC. Prodr. III. 283.

ARBOR 30—40-pedalis; RAMI teretes; RAMULI compressi, glabri. FOLIA lamina 30—50‴ lg., 8—17‴ lt.; PETIOLO 2‴ lg.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis utroque latere circiter 8, patentibus, apice longe adscendentibus, supra obsoletis, subtus prominentibus. RACEMI simplices, 1—2″ lg., ad paniculam foliatam, 3—8″ lg. dispositi v. paniculae aphyllae, 3—4″ lg. ALABASTRA 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ¼‴ lg. stipata. GERMEN multiovulatum. SEPALA 4, 2 majora ¾‴ lg. PETALA 4, orbiculari-obovata, minutissime ciliolata, 2‴ lg. STAMINA STYLUSque 3‴ lg. (v. in hb. Monac. et Sonder.)

Habitat ad flumen Solimoês in prov. do alto Amazonas: M. Pl. Najas.

274. EUGENIA RECURVATA BERG: ramulis glabris; foliis longe petiolatis, membranaceis, recurvatis, ovatis v. ovato-oblongis, obtuse acuminatis, basi rotundata breviter acutis v. obtusis, glabris, creberrime pellucido-punctatis, utrinque nitidis, discoloribus; reticulato-penninerviis, amplissima a margine distantia 2—3-plicato- arcuatim limbinerviis; racemis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, 11—15-floris, petiolo duplo longioribus, brunneo-tomentellis; germine biloculari; sepalis inaequalibus, subrotundis, ciliolatis, utrinque puberulis. ♄

RAMI teretiusculi, laeves, cinerei; RAMULI compressi, novelli ad florendi tempus desunt. FOLIA siccata fuscescenti-virentia; PETIOLO 3—6‴ lg.; lamina 3—4″ lg., 16—27‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, utroque latere circiter 15, apice adscendentibus, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. RACEMI 5—15‴ lg., saepe recurvati; pedicellis oppositis, 1-floris, 1½‴ lg., bractea oblonga, ½‴ lg. fultis. ALABASTRA obovata, puberula, 1‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, puberulis, ¾‴ lg. stipata. GERMEN multiovulatum. SEPALA 4, ½‴ lg., 2 exteriora minora. PETALA 4, ovalia, extus puberula, ciliolata, 2‴ lg. STAMINA petalis subaequalia. STYLUS longitudine staminum. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Brasilia meridionali: Sellow.

275. EUGENIA VERRUCULOSA DC. ramulis racemisque minutissime puberulis; foliis coriaceis, petiolatis, oblongis v. oblongo-lanceolatis, abrupte acuteque recurvato-acuminatis, basi acutis, glabris, discoloribus, supra laevigatis, nitidis, impresso-, impellucido-punctatis, subaveniis, subtus opacis, tenuissime venosis, limbinerviis; racemis axillaribus et terminalibus, validis, 4—14-carpicis, ad paniculam terminalem elongatam dispositis; bacca subglobosa, verrucosa, 1-sperma, sepalis inaequalibus, rotundatis, brevibus, patulis coronata. ♄

Myrtus verruculosa Mart. Herb.

Eugenia verruculosa DC. l. c. 284.

RAMI obtuse 4-goni, glabri, novelli compressi. FOLIA siccata supra fusco-atra, subtus cano-fuscescentia; PETIOLO 2—3‴ lg.; lamina 28—54‴ lg., 9—20‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis tenuissimis, rectis, subpatulis, supra impressis, subtus prominulis. RACEMI 1—4″ lg., pedicelli validi, 3—4‴ lg. BACCAE 7‴ diametro, bracteolis 2, rotundatis, ½‴ lg. stipatae, sepalis 4, ½—1‴ lg. coronatae. (v. fructif. in hb. Monac.)

Habitat in ripa fluvii Japurá provinciae do alto Amazonas: M. Pl. Najas.

276. EUGENIA ROBUSTA BERG: ramulis foliisque utrinque, pedunculis fructibusque junioribus et calycibus puberulis; foliis rigide coriaceis, petiolatis, oblongis v. subovali-oblongis, utrinque attenuatis, basi obtusis, apice obtuse acuminatis v. angustato-obtusis, supra nitidis, obsolete minutissimeque impresso-, impellucido-punctatis, reticulato-penninerviis, duplicato- arcuatim limbinerviis; racemis axillaribus, 7—8-floris, folio 2—3-plo brevioribus; bacca globoso-ovali, sepalis subrotundis, patulis coronata, 1-sperma. ♄
Variat:

α. CAPPARIDIFOLIA: foliis minoribus; racemis solitariis, folio triplo brevioribus.

Myrtus capparidifolia Mart. Herb.

Eugenia capparidifolia DC. l. c. 281.

RAMI obtuse 4-goni, validi. FOLIA interdum apice angustato-truncata v. -retusa; PETIOLO valido, 2—3‴ lg.; lamina 11—45‴ lg., 13—18‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus incrassato; venis validis, erecto-patulis venulisque tenuioribus, reticulatis utrinque prominentibus. PEDUNCULI validi, 9—12‴ lg., pedicelli bracteis minutis, ovatis fulti, 3—4‴ lg., validi. BACCAE 5‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ⅜‴ lg. stipatae, sepalis 4, concavis, obtuse breviterque acuminatis, 1½‴ lg. coronatae. (v. fructif. in hb. Monac.)

β. FIRMA: foliis superioribus majoribus; racemis elongatis, folio duplo brevioribus, interdum 2-nis.

Myrtus firma Mart. Herb.

Eugenia firma DC. l. c. 282., pro parte.

FOLIA PETIOLO 1—2‴ lg., lamina 3—4½″ lg., 14—28‴ lt. RACEMI 20—30‴ lg. BACCAE 7‴ diametro (v. in hb. Mon.).

In campis districtus Serro Frio, in prov. Minarum: M. Pl. Oreas.

277. EUGENIA NEGLECTA BERG: ramulis pedunculisque puberulis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, ovatis v. ovato-oblongis, basi subcordatis, apice acutis, glabris, supra nitidis, manifeste impresso-, pellucido-punctatis, demum opacis, reticulato-venosis, duplicato- arcuatim limbinerviis; racemis axillaribus, 6—10-carpicis, folio brevioribus; bacca globosa, sepalis ovatis, puberulis, ciliatis coronata, puberula. ♄

Eugenia firma DC. l. c. 282., pro parte.

RAMI tereti-compressi. FOLIA recurvata; PETIOLO 2‴ lg.; lamina 22—42‴ lg., 14—26‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis erecto- v. subpatulis, distantibus, tenuibus, utrinque venulisque reticulatis prominentibus. RACEMI 14—26‴ lg., validi; pedicellis 3—

4‴ lg., validis. Bacca 3—7‴ diametro, sepalis 4, inaequalibus, 2 majoribus 1½‴ lg. coronata. (v. in hb. Monac. sub nomine *E. firmae DC.*) — Ab *E. firma DC. (E. robusta Berg.)* differt: foliis glabris, basi, nec medio latissimis, tenuioribus, manifeste impresso-, pellucido-punctatis, serius demum opacis, nervatura tenuiore quidem, sed manifestius expressa. — Sine ulla dubitatione vera idonea species.

Habitat in prov. Minarum: M. Pl. Oreas.

278. EUGENIA OLIGONEURA Berg: ramulis paniculisque tenuissime puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis v. lanceolato-oblongis, elongate lineari-acuminatis, basi acutis, glabris, junioribus pellucido-punctatis, costatis, longiori a margine distantia 2—3-pliciter arcuatim limbinerviis; racemis gracilibus, axillaribus et subterminalibus, petiolo longioribus, 11-floris; germine biloculari; sepalis inaequalibus, ovatis, obtusis, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi, laeves, glabri; ramuli compressi. Folia interdum elliptico-oblonga, margine plana; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 40—72‴ lg., 14—24‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, infra elevato; venis utroque latere 7—9, supra impressis, infra prominentibus; venulis interjectis tenuissimis, reticulatis. Racemi 1—1½″ lg., pedicellis 1½‴ lg., bractea ovata, minuta fultis. Alabastra obovata, 1‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ciliolatis, ¼‴ lg. stipata. Germen pluriovulatum. Sepala 4, extus glabra, intus subtilissime sericea, demum reflexa, 2 interiora majora ⅓‴ lg. Petala 4. Stylus fere 2‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in silvis ad Muniches in Mayras, floret Martio: Pöppig n. 2353. Pl. Najas.

279. EUGENIA SCHLECHTENDALIANA Berg: ramulis, racemis, alabastris cano- v. brunneo-strigosis; foliis petiolatis, membranaceis, oblongis v. oblongo-lanceolatis, abrupte acuminatis, basi breviter acutis, subconcoloribus, supra glabris, nitidis, crebro elevatoque pellucido-punctatis, subtus pallidioribus, puberulis, mox glabris, glandulosis, margine fusco limbatis, tenuiter reticulato-venosis, subduplicato-limbinerviis; racemis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, folio brevioribus v. longioribus, ad thyrsum terminalem foliis intermixtum dispositis; germine biloculari, sulcato, sericeo; sepalis inaequalibus, utrinque sericeis, ciliolatis, reflexis, minoribus rotundatis, majoribus oblongis, truncatis. ♄

Rami teretiusculi, ad nodos obtuse 4-goni, exophloeo albido detrito rufi; ramuli compressi. Folia siccata supra olivacea, subtus fuscescentia; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 2½—5″ lg., 10—20‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis erecto-patulis, tenuibus, utrinque venulisque reticulatis parum prominulis, subtus coloratis. Racemi 1—4″ lg., longiores saepe paniculati, omnes cujusve foliis instructi rami v. ramuli thyrsum terminalem elongatum foliis intermixtum formant, qui eodem modo ad ramum primarium dispositi sunt. Alabastra 1½‴ lg., bracteolis 2, rotundo-ovatis, ¼‴ lg. stipata. Germen loculis pauciovulatis, disco lato, 4-gono, medio concavo terminatum. Sepala 4, exteriora minora ¾‴ lg., interiora ⅝‴ lg. Petala 4, spathulata, vix ciliolata, 3—4‴ lg. Stamina 4‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Ab *E. riparia, Fenzliana, racemifera, muricata* differt: foliis subtus fusco-glandulosis; thyrso terminali foliato.

Habitat ad cataractas fluminis Aripecurú in prov. Paraënsi, floret Decembri: R. Spruce n. 450. Pl. Najas.

280. EUGENIA RIPARIA DC. ramulis foliisque novellis subtus, racemis, alabastris pilis rufescentibus sericeo-velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, oblongis v. lanceolato-oblongis, sensim elongato-acuminatis, basi breviter acutis, discoloribus, supra glabriusculis, nitidis, creberrime impressoque demum impellucido-punctatis, subaveniis, subtus demum glabris, margine recurvo anguste fusco-que limbatis, penninerviis, approximato-limbinerviis; racemis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, folio 2—3-plo brevioribus, 9—15-floris; germine biloculari, sulcato, tomentello; sepalis inaequalibus, subrotundis, utrinque sericeis, ciliolatis, reflexis, majoribus subtruncatis, minoribus apiculatis.

Myrtus riparia Mart. Herb.
Eugenia riparia DC. Prodr. III. 283.

Arbor 30-pedalis; rami tereti-4-goni, superne compressi. Folia siccata fusco-atra, subtus cinnamomea; petiolo 3‴ lg.; lamina 4—6½″ lg., 15—24‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis plurimis, tenuibus, rectis, subpatulis, supra vix visibilibus, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, subtus prominulis. Racemi 14—36‴ lg., simplices, pedicellis distantibus, divaricatis, 4—8‴ lg. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acuminatis, ¾‴ lg. stipata. Germen loculis 3—4-ovulatis, disco lato, planiusculo obtectum. Sepala 4, concava, 2 exteriora fere duplo minora, apiculata, 2 interiora ⅝‴ lg. (v. in hb. Monac. et Sonder.)

Habitat ad ripam fluminis Solimoês in prov. do alto Amazonas: M. Pl. Najas.

281. EUGENIA AMAZONICA Berg: ramulis, petiolis superioribus, racemis, bracteis, alabastris brunneo-tomentellis; foliis longe petiolatis, chartaceis, ovate oblongis v. oblongis, acutissime abrupte longiuscule acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, discoloribus, creberrime obscure elevatoque pellucido-punctatis, supra nitidis, demum glabratis, subtus sparse puberulis, costato-venosis, duplicato-limbinerviis; racemis validis, axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, folio 1—2-plo brevioribus, 10—14-floris; germine laevi, tomentello, biloculari; sepalis inaequalibus, subrotundis, utrinque sericeis, ciliolatis, reflexis, majoribus subtruncatis. ♄

Tabula nostra XXVIII.

Rami superne compressi. Folia margine recurva, siccata supra fusco-atra, subtus brunnea, opaca; novella ad florendi tempus desunt; petiolo 6—7‴ lg.; lamina 59—73‴ lg., 19½—25‴ lt., nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis erecto-patulis, distantibus, utroque latere circiter 15, supra vix manifestis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuissimis, ramulosis, subtus parum prominulis. Racemi 1½—3″ lg., rhachi compressa, pedicellis validis, 2—5‴ lg., bractea lanceolata, acuta, 2—3‴ lg., decidua fultis. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, 1‴ lg., basi saepe ad cupulam brevem, truncatam, subbilobam connatis stipata. Germen 8—12-ovulatum. Sepala 4, 2 majora 1½‴ lg. Petala 4, obovata, ciliolata, 2‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 2½‴ lg. (v. in hb. Vindob. et Berol.)

Differt ab *E. Fenzliana, muricata, racemifera, riparia, Schlechtendaliana* foliis duplo longius petiolatis; racemis validis et excepta *E. racemifera* germine laevi.

Habitat in silvis ad oppidum Ega in prov. do alto Amazonas, floret Decembri: Pöppig n. 2864. Pl. Najas.

282. EUGENIA RACEMIFERA Berg: ramulis, petiolis, foliis subtus, racemis, alabastris brunneo- tenuiter velutinis; foliis petiolatis, membranaceis, demum rigidis, elliptico-oblongis, abrupte recurvato-acuminatis, basi acutis, discoloribus, supra glabris, nitidis, creberrime impressoque demum impellucido-punctatis, obsolete venosis, subtus tenuiter reticulato-venosis, tum venosis, subduplicato-limbinerviis; racemis strictis, axillaribus, 2—3-nis, folio brevioribus v. longioribus, 15—23-floris; germine biloculari, laevi, tomentello; sepalis inaequalibus, subrotundis, utrinque sericeis, ciliolatis, patulis, majoribus subtruncatis.

Arbor 20-pedalis; rami teretiusculi, glabri; ramuli castanei, compressi. Folia margine recurva, siccata supra fusca, subtus pallidiora, opaca; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 2⅓—4½″ lg., 14—23‴ lt.; nervo medio supra canaliculato, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis, rectis venulisque reticulatis supra vix visibilibus, subtus prominulis, his demum oblitteratis. Racemi 2—4″ lg., ex eodem nodo valde inaequales, pedicellis 3—5‴ lg., inferioribus saepe 2-nis, bractea ovata, acuta fultis. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ½‴ lg., ciliolatis stipata. Germen loculis 3—4-ovulatis, disco planiusculo, puberulo terminatum. Sepala 4, 2 interiora majora fere 1‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Ab *E. muricata DC.* differt: foliis elliptico-oblongis, basi acutis, subtus et adultis dense tenuissimeque sericeo-velutinis, reticulato-venosis; germine laevi; ab *E. riparia DC.:* indumento densiore; foliis latioribus, tenuioribus, abrupte recurvato-acuminatis, subduplicato-limbinerviis; germine laevi.

Habitat in silvis ad Huallaga in Maynas, floret Aprili: Pöppig n. 2395. Pl. Najas.

283. EUGENIA FENZLIANA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, racemis, alabastris dense rufescenti-sericeis, foliis petiolatis, membranaceis, ovali-oblongis, abrupte anguste breviterque acuminatis, basi breviter acutis, discoloribus, supra glabriusculis, subnitidis, creberrime minute impressoque pellucido-punctatis, subtus sparse sericeis, margine recurvo anguste fuscoque limbatis, penninerviis, remotiuscule limbinerviis; racemis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, folio fere duplo brevioribus, 9—28-floris; germine biloculari, sulcato, tomentello; sepalis inaequalibus, subrotundis, utrinque sericeis, ciliolatis, reflexis, majoribus subtruncatis. ♄

Eugenia riparia Mart. Herb., nec DC. Prodr. III. 283.

Rami teretiusculi, superne compressi. Folia siccata supra fusco-atra, subtus umbrina; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 4½—5½″ lg., 22—30‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis subpatulis, supra non manifestis, subtus prominentibus; venulis interjectis ramulosis, subtus vix visibilibus. Racemi 2—3½″ lg., pedicellis 2—4‴ lg., bractea ovata, acuminata, puberula, ¼—¾‴ lg. fultis, divaricatis. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, ciliolatis, ½‴ lg. stipata. Germen loculis pauciovulatis, disco lato, planiusculo obtectum. Sepala 4, majora ¾‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Monac. et Vindob.)

Differt ab *E. riparia DC.:* foliis membranaceis, latioribus, abrupte acuminatis et adultis pellucido-punctatis, remotiuscule limbinerviis; sepalis exterioribus muticis; ab *E. racemifera:* foliis penninerviis, et adultis pellucido-punctatis, subtus glabratis; germine laevi.

Habitat ad ripam fluminis Solimoês in prov. do alto Amazonas: M.; in silvis ad oppidum Ega, floret Oct.: Pöppig. Pl. Najas.

284. EUGENIA MURICATA DC. ramulis novellis racemisque et alabastris dense sericeis; foliis petiolatis, coriaceis, ovato-oblongis, abrupte acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, discoloribus, supra pilosiusculis, cito glabris, impresso-, obscure pellucido-punctatis, nitidis, obsolete venosis, subtus sparse minutissimeque sericeis, demum glabris, remote venosis, limbinerviis; racemis axillaribus et subterminalibus 1—2-nis, 9—15-floris, floriferis folio brevioribus, fructiferis subaequalibus; germine biloculari; bacca pyriformi, tuberculis obtusis exasperata, sepalis rotundis, inaequalibus, puberulis, ciliolatis coronata, 1-sperma.

Myrtus muricata Mart. Herb. icon. in tab. physiogn. X. Flor. Bras.

Eugenia muricata DC. l. c. 283.

Redowskia odorata Willd. Herb.

Arbor 15—20-pedalis; rami exophloeo ferrugineo secedente, obsolete 4-goni, superne compressi. Folia siccata supra fusco-atra, subtus rufescentia; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 3—7½″ lg., 14—32‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis tenuibus, distantibus, subpatulis, supra vix visibilibus, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, tenuissimis, subtus vix visibilibus. Racemi floriferi 20—40‴ lg., fructiferi 3—5″ lg., interdum e ramulis axillaribus v. subterminalibus, abbreviatis, aphyllis oriundi; pedicellis 7—8‴ lg., bracteis lanceolatis, caducis fultis, floriferis gracilibus, fructiferis validis. Alabastra subglobosa, 4‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acuminatis, ciliolatis, ½‴ lg. stipata. Germen loculis 2-, rarissime loculo altero 3-ovulatis. Sepala 4, orbicularia, 2 majora 1½‴ lg. Petala 4, orbicularia, ciliolata. Bacca basi in stipitem nudum attenuata, pericarpio crasso instructa, 6‴ lg., 4‴ lt. (v. in hb. Mart., Sonder. et Willd.) — Ab *E. riparia DC.* differt: foliis rigidioribus, ovato-oblongis, subtus sparse minutissimeque sericeis, venosis; alabastris duplo majoribus, loculis germinis 2—3-ovulatis.

Habitat in prov. Rio Negro ad Topinambarana, floret Octobri: M.; nec non in prov. Paraënsi: Sieber. Pl. Najas.

285. EUGENIA GRANDIFOLIA Berg: ramulis novellis pedunculisque et alabastris sericeis; foliis subsessilibus, coriaceis, ovato- v. ovate oblongis, e basi lata, cordata antrorsum sensim acutatis v. leviter acuminatis, glabris, discoloribus, pellucido-punctatis, utrinque nitidis, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; pedunculis axillaribus, bibracteatis; 1—3-floris, interdum in ramulo aphyllo racemosis; germine biloculari, bracteolis 2, reniformibus stipato; sepalis suborbicularibus, obtusissimis, ciliolatis. ♄

Rami tereti-compressi, exophloeo delabente; ramuli compressi. Folia siccata supra pallide virentia, subtus fuscescentia, 6—9″ lg., 1½—4″ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis remotis, erecto-patulis venulisque tenuioribus reticulatis, utrinque prominentibus. Pedunculi validi, compressi, 1½—3‴ lg., pedicelli iis similes, 2—3‴ lg., bractea ovata, acuta, conduplicata, ciliolata, 1½‴ lg. fulti. Germen sericeum, multiovulatum, bracteolis 2, minutissime sericeis, ciliolatis, 2‴ lt., demum patentibus stipatum. Sepala 4, inaequalia, concava, extus verrucosa, subtilissime puberula, 2‴ lt., exteriora minora. Petala 4, oblonga, glabra, alba, erecta, ciliolata, 5‴ lg. Stamina stylusque 6‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Sellow, Schott. Pl. Dryas.

286. EUGENIA TETRASTICHA Pöpp. Herb. ramulis racemisque brunneo-pubescentibus; foliis tetrastichis, breviter petiolatis, chartaceis, orbiculari-ovatis v. ovatis, obtusiuscule acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, discoloribus, supra nitidis, adultis glabris, subtus praesertim ad nervos hirtis, creberrime pellucido-punctatis, supra profunde impresso-, subtus elevato-, reticulato-costatis, arcuatim duplicato-limbinerviis; racemis axillaribus et lateralibus, petiolo longioribus, abbreviatis, densifloris, tetrastichobracteatis; germine biloculari; bacca sepalis triangularibus, inaequalibus, acutiusculis, extus pilosiusculis, ciliatis coronata, oblonga, 1-sperma.

Eugenia tetrasticha Pöppig Herb. sine diagn.

Arbor 15—20-pedalis, trunco interdum parasitice radicante (Pöppig); ramuli 4-goni. Folia siccata fusco-atra, subtus virentia, superiora supra pilis raris, sparsis, brevissimis obsita, novella desunt ad florendi tempus; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 52—96‴ lg., 36—64‴ lt.; nervo medio venisque incrassatis, subpatulis, supra impressis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, subtus prominentibus. Racemi rhachi 6—18‴ lg., pubescente, pedicellis floriferis ½‴ lg., fructibus 5—6‴ lg., brunneo-pubescentibus, bractea ovata, minuta fultis. Alabastra 1‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, ciliolatis stipata. Germen multiovulatum,

strigosum. SEPALA 4, 2 majora $^1/_2$‴ lg. PETALA 4, ovalia, ciliata, 1‴ lg. STAMINA plura, $1^1/_2$‴ lg. STYLUS incrassatus, $2^1/_2$‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in silvis paludosis ad Yurimaguas in Maynas, floret fructificatque Decembri: Pöppig n. 2139. Pl. Najas.

† Species non satis notae.

287. EUGENIA ARRABIDAE BERG. — *Eugenia campestris Vell. Flor. Flum. V. t. 36.*

288. EUGENIA VELLOZIANA BERG. — *Eugenia crenata Vell. Flor. Flum. V. t. 39.*

289. EUGENIA VIRIDIS BERG. — *Myrtus viridis Vell. Flor. Flum. V. t. 74.*

Omnes ad unum Dryades in prov. Rio de Janeiro indigenae.

†† Species exclusae.

1. E. ACUMINATA *Link.* = *Pseudocaryophyllus sericeus Bg.*
2. E. ACUMINATISSIMA *Miq.* = *Blepharocalyx acuminatissimus Bg.*
3. E. ANGUSTIFOLIA *Sprcng.* = *Eugenia Sprengelii DC.*
4. E. BIMARGINATA *DC.* = *Eugenia dicrossa, α. parvifolia Bg.*
5. E. BRASILIENSIS *Lam.* = *Stenocalyx Brasiliensis Bg.*
6. E. CALYCINA *Camb.* = *Phyllocalyx calycinus Bg.*
7. E. CAMPESTRIS *Mart., nec DC.* = *Myrciaria Schüchiana Bg.*
8. E. CAPPARIDIFOLIA *DC.* = *Eugenia robusta, α. capparidifolia Bg.*
9. E. CAULIFLORA *DC.* = *Myrciaria cauliflora Bg.*
10. E. CAULIFLORA *Miq.* = *Myrciaria trunciflora Bg.*
11. E. CILIOLATA *Camb.* = *Myrciaria ciliolata Bg.*
12. E. CISPLATENSIS, *α. Camb.* = *Myrcianthes Cisplatensis Bg.*
13. E. CISPLATENSIS, *β. et γ. Camb.* = *Blepharocalyx lanceolatus Bg.*
14. E. COLLINA *DC.* = *Aulomyrcia collina Bg.*
15. E. COSTATA *Camb.* = *Stenocalyx costatus Bg.*
16. E. CRASSIFOLIA *Miq.* = *Aulomyrcia obovata Bg.*
17. E. DELICATULA *DC.* = *Myrciaria delicatula Bg.*
18. E. DEPAUPERATA *Camb.* = *Blepharocalyx depauperatus Bg.*
19. E. DESERTI *Camb.* = *Myrciaria deserti Bg.*
20. E. DIPODA *DC.* = *Eugenia vaga Bg.*
21. E. DUARTEANA *Camb.* = *Stenocalyx Duarteanus Bg.*
22. E. DYSENTERICA *DC.* = *Stenocalyx dysentericus Bg.*
23. E. ELLIPTICA *Hook.* = *Blepharocalyx ellipticus Bg.*
24. E. FELISBERTI *DC.* = *Myrcia involucrata Bg.*
25. E. FIRMA *DC.* = *Eugenia robusta, β. firma Bg.* / *Eugenia neglecta Bg.*
26. E. FORMOSA *Camb.* = *Phyllocalyx formosus Bg.*
27. E. FULVESCENS *DC.* = *Pseudocaryophyllus fulvescens Bg.*
28. E. INSIPIDA *Mart., nec Camb.* = *Eugenia prasina Bg.*
29. E. INVOLUCRATA *DC.* = *Phyllocalyx involucratus Bg.*
30. E. KUNTHIANA, *β. DC.* = *Eugenia prominens Bg.*
31. E. KUNTHIANA, *γ. DC.* = *Eugenia arctostaphyloides Bg.*
32. E. LAEVIGATA *DC.* = *Eugeniopsis laevigata Bg.*
33. E. LAURIFOLIA *Spring., nec Camb.* = *Eugenia Springiana Bg.*
34. E. LAXA *DC.* = *Stenocalyx laxus Bg.*
35. E. LIGUSTRINA *Willd., Camb.* = *Stenocalyx ligustrinus Bg.*
36. E. LIGUSTRINA *Miq.* = *Phyllocalyx calycinus Bg.* / *Stenocalyx xanthoxyloides Bg.* / *Stenocalyx reticulatus Bg.*
37. E. MARITIMA *DC.* (Bras.) = *Eugenia Ilhensis Bg.*
38. E. MAXIMILIANA *DC.* = *Myrciaria Maximiliana Bg.*
39. E. MICHELII *DC.* = *Stenocalyx Michelii Bg.*
40. E. MICROPETALA *Mart.* = *Aulomyrcia micropetala Bg.*
41. E. MIKANIANA *DC.* = *Myrcia Mikaniana Bg.*
42. E. MYRCIOIDES *Camb.* = *Myrceugenia myrcioides Bg.*
43. E. MYRIOPHYLLA *Casar.* = *Myrciaria myriophylla Bg.*
44. E. MYRTIFOLIA *Camb.* = *Stenocalyx myrtifolius Bg.*
45. E. PANICULATA *Camb.* = *Eugeniopsis paniculata Bg.*
46. E. PIA *DC.* = *Stenocalyx pius Bg.*
47. E. PISTACIAEFOLIA *DC.* = *Stenocalyx pistaciaefolius Bg.*
48. E. PLURIFLORA *Mart., nec DC.* = *Eugenia rotundifolia Casar., β. oblongata Bg.*
49. E. PSEUDO-CARYOPHYLLUS *DC.* = *Pseudocaryophyllus sericeus Bg.*
50. E. PUMILA *Gardn.* = *Myrciaria pumila Bg.*
51. E. RAMIFLORA *Miq.* = *Eugenia sphenophylla Bg.*
52. E. RIVULARIS *Camb.* = *Myrciaria rivularis Bg.*
53. E. RUBIGINOSA *Camb.* = *Myrciaria rubiginosa Bg.*
54. E. SESSILIFOLIA *DC.* = *Stenocalyx sessilifolius Bg.*
55. E. SYLVATICA *Gardn., nec Camb.* = *Eugeniopsis silvatica Bg.*
56. E. SPARSIFLORA *DC.* = *Abbevillea Martiana Bg.*
57. E. SPECIOSA *Camb.* = *Phyllocalyx speciosus Bg.*
58. E. SPICIFLORA *Nees et Mart.* = *Rubachia spiciflora Bg.*
59. E. SULCATA *Spring.* = *Stenocalyx sulcatus Bg.*
60. E. TENELLA *DC.* = *Myrciaria tenella Bg.*
61. E. TENELLA *Miq.* = *Myrciaria cuspidata Bg.*
62. E. TOMENTOSA *Camb.* = *Phyllocalyx tomentosus Bg.*
63. E. TWEDIEI *Hook.* = *Blepharocalyx Twediei Bg.*
64. E. UBENSIS *Camb.* = *Stenocalyx Ubensis Bg.*
65. E. UMBELLATA *DC.* = *Eugenia dicrossa, γ. longifolia Bg.*
66. E. UMBELLARIS *DC.* = *Eugenia dicrossa, γ. longifolia Bg.*
67. F. UMBELLATA *Spreng.* = *Eugenia sphenophylla, tristis Bg.*
68. E. UNIFLORA *L.* = *Stenocalyx Michelii Bg.*
69. E. UVALHA *Miq., nec Camb.* = *Stenocalyx lanceolatus Bg.*
70. E. XANTHOXYLOIDES *Camb.* = *Stenocalyx xanthoxyloides Bg.*

XIII. PHYLLOCALYX BERG.

EUGENIAE *et* MYRTI *species auct.*

HYPANTHIUM (calycis tubus auct.) supra germen vix v. non productum, basi bracteolis 2, plerumque magnis, foliaceis, germine longioribus stipatum. GERMEN 2—3-loculare, inferum; OVULA plurima, sporophoris centralibus affixa. SEPALA 4, margini hypanthii inserta, magna, foliacea, oblonga v. lanceolata, in alabastro globo petalorum longiora, erecta, persistentia. PETALA 4, perigyna, sepalis alterna. STAMINA plurima, ante petala margini hypanthii libero inserta; FILAMENTA libera, filiformia, in alabastro incurvata, demum recta; ANTHERAE ovales, dorso supra basin affixae, glandula terminatae, biloculares, longitudinaliter

dehiscentes; GRANULA POLLINIS trigona, tripora. CARPOPHYLLA 2—3, verticem germinis stylumque formantia. STYLUS filiformis. STIGMA simplex. BACCA calyce coronata, plerumque 1-sperma. Testa SEMINIS cartilaginea, pallida. EMBRYO exalbuminosus; COTYLIS carnosis, plano-convexis, margine conferruminatis v. discretis; ROSTELLO inconspicuo.

SUFFRUTICES, FRUTICES v. ARBUSCULAE Brasilienses; FOLIIS plerumque oppositis, exstipulatis, glandulosis, venosis, arcuatim limbinerviis; PEDUNCULIS axillaribus v. lateralibus, solitariis saepissime praecocibus e gemma oriundis; FLORIBUS speciosis.

1. PHYLLOCALYX EDULIS BERG: ramulis foliisque novellis subtus, pedunculis et germinibus brunneo-tomentosis; foliis breviter petiolatis, distichis, chartaceis, ovalibus, ovatis v. oblongo-obovatis, breviter et obtusiuscule acuminatis, creberrime pellucido-punctatis, supra nitidis, excepto nervo glabris, adultis pilis sparsis puberulis, venosis, duplicato-limbinerviis; pedunculis lateralibus v. axillaribus, 1—2-nis, 1-floris, petiolum aequantibus v. superantibus, basi bractea fultis; germine biloculari, bracteolis 2 hypanthis ovatis, acutis, ciliatis, flore brevioribus; bacca sepalis oblongo-lanceolatis, acutis v. acutiusculis, puberulis, ciliatis coronata, oblonga, costata.

Tabula nostra V. Fig. 90. (folium) et Tab. XXIX.

Eugenia Selloi hortor. Variat:

α. DEPAUPERATA: foliis basi obtusis, supra splendentibus; pedunculis paucis, petiolum aequantibus.

FRUTEX 2—4-pedalis, ramosus, RAMI teretiusculi, glabri, novelli compressi. FOLIA obscura; PETIOLO 1‴ lg.; lamina 15—25‴ lg., 10—15‴ lt., margine revoluta; nervo supra impresso, subtus prominente; venis subpatulis, tenuibus, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. PEDUNCULI 1—4‴ lg., ex infimis ramorum annotinorum nodis v. axillares. ALABASTRA 4—5‴ lg., bracteolis 2, extrorsum pilosis, 1½—3‴ lg. stipata. GERMEN sericeum, loculis multiovulatis. SEPALA 4, in alabastro globo petalorum duplo longiora et erecta, extus fusco-glandulosa, 3—4‴ lg., 1¾‴ lt. PETALA 4, subrotundo-ovalia, ciliata, 4‴ lg., 3‴ lt. STAMINA 3‴ lg. STYLUS 2‴ lg. BACCA oblonga, costata, lutea, edulis, sapore acido-vinoso (testante Beyrichio). (v. in hb. Berol. et Vindob.)

β. DIVES: foliis obovato-oblongis, basi cuneatis, obsolete venosis, supra parum nitidis; pedunculis e basi ramorum annotinorum, petiolo longioribus; sepalis oblongis.

RAMI pallidi, laeves. FOLIA 12—16‴ lg., 8—11‴ lt. PEDUNCULI ex infimis 2—3 nodis ramorum, 4—7‴ lg. SEPALA 3‴ lg., 2‴ lt. STAMINA STYLUSque 3‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Ph. tomentoso maxime affinis, sed diversus: foliis minoribus, brevius petiolatis; pedunculis saepe binis, basi bracteatis; bracteolis hypanthis alabastro brevioribus; sepalis oblongo-lanceolatis v. oblongis.

Habitat: α. in arenosis maritimis prope Rio de Janeiro: Sellow, Beyrich: ad Tejuco: Mikan n. 1011.; β. circa Rio de Janeiro: Schott n. 1012. Pitangatúba *incolis. Pl. Dryas.*

2. PHYLLOCALYX TOMENTOSUS BERG: ramulis subtetragonis foliisque subtus, pedicellis et alabastris brunneo-tomentosis; foliis petiolatis, elliptico-oblongis, utrinque gradatim angustatis, acuminatis, pellucido-punctatis, supra glabris, venosis; pedicellis extraaxillaribus, brevissimis, solitariis; bracteolis hypanthis florem amplectentibus ipsoque paullo longioribus, ovatis, acutis; sepalis ovatis, acutis. ♄

Eugenia tomentosa Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 254.

RAMI teretes, glabrati. FOLIA 2—3½″ lg., 9—18‴ lt.; PETIOLO 2—3‴ lg.; nervo supra impresso, subtus prominente; venis vix manifestis, apice anastomosantibus. PEDICELLI 2‴ lg. ALABASTRA 3‴ lg. SEPALA 4, intus glabra. PETALA 4, sepalis triente longiora, obovata, extus pubescentia. STAMINA longitudine calycis. STYLUS staminibus paullo brevior, glaber. (Camb.) †

Habitat prope urbem Rio de Janeiro: St. Hilaire. Pl. Dryas.

3. PHYLLOCALYX HERBACEUS BERG: caulibus simplicibus, herbaceis, apice foliisque novellis pilis adpressis, rigidis, rufescentibus instructis, mox glabris; foliis sessilibus, oppositis, rarius alternis v. ternis, coriaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice recurvato- leviter retusis v. -obtusis, basi breviter acutis v. obtusis, elevato-, impellucido-punctatis, supra lucidis, subtus nitidis, obsolete venosis; pedunculis axillaribus, solitariis, oppositis, 1-floris, ancipitibus, folio plerumque longioribus; bracteolis hypanthis magnis, foliaceis, cordatis; germine 2—3-loculari; sepalis foliaceis, oblongo-ovatis, obtusis.

CAULIS hypogaeus, repens, lignosus, 2‴ diametro, CAULES epigaei, plures, ½—¾-pedales, compresso-angulati, nitidi, glandulosi, glabri, a basi foliati. FOLIA 24—29‴ lg., 9—11‴ lt., sursum majora, infima saepe squamaeformia, adulta glaberrima, interdum geminatim connata; nervo medio et limbali venisque supra impressis, subtus vix visibilibus. PEDUNCULI 2—3″ lg., ex infimis 3—5 nodis caulis elongati, apice dilatati, glaberrimi, nitidi, glandulosi. ALABASTRA magna, 5‴ lg., glabra, bracteolis 2, foliaceis, magnis, germen superantibus et tegentibus, cordatis, obtusis, rubrescentibus, persistentibus, 4—5‴ lg., 3—4‴ lt. stipata. GERMEN multiovulatum, 2—3‴ lg. SEPALA 4, oblongo-ovata, obtusa, foliacea, 3—4‴ lg., 2—3‴ lt., rubrescentia, in alabastro corolla longiora, exteriora 2 minora. PETALA 4, subrotunda, alba, glandulosa, sepalis paullo longiora, rufo-ciliata. STAMINA petalis duplo breviora. STYLUS stamina duplo superans, glaber. (v. in hb. Berol.)

A *Ph. formoso* differt: caulibus simplicibus; foliis sessilibus, nec obovatis, sed apice recurvatis; pedunculis omnibus ex axillis infimis oriundis, duplo longioribus, ancipitibus; floribus majoribus; staminibus petalis duplo brevioribus; stylo stamina duplo superante.

Habitat in campis prov. Rio Grande do Sul, floret Novembri: Sellow. Pl. Napaea.

4. PHYLLOCALYX FORMOSUS BERG: ramulis subtetragonis foliisque novellis brunneo-puberulis; foliis breviter petiolatis, basi angustatis, obovatis et apice rotundatis, rarius oblongis et apice acutiuscule angustatis, pellucido-punctatis, adultis glabratis, supra nitidis, venosis; pedunculis in axillis inferioribus solitariis, saepe ad apicem ramulorum ex eadem gemma pluribus; germine biloculari, bracteolis foliaceis, calyce paullo brevioribus ipsumque amplectentibus, subcordatis, obtusiusculis stipato; sepalis ovatis, obtusis.

Eugenia formosa Camb. l. c. 255.

SUFFRUTEX 1½—2-pedalis, CAULE erecto, RAMIS vetustioribus teretibus, glabratis. FOLIA 1½—2½″ lg., 10—15‴ lt., subtus pallida; PETIOLO 1½—2‴ lg.; nervo supra impresso, subtus prominente; venis vix manifestis. PEDUNCULI 6—15‴ lg., glabri. ALABASTRA 3—5‴ lg., bracteolis calyce paullo brevioribus, glabris stipata. SEPALA 4, glabra. PETALA 4, calyce triente longiora, obovata, ciliolata STAMINAque et STYLUS, inter se aequilonga. (Camb.) †

Ad rupes in monte Serra de Curumatahy in parte dicta Sertam prov. Minarum, nec non in pascuis prope Pé do Morro in eadem provincia: Laruotte; floret Septembri: St. Hilaire. Mama de Cachorro *incolis. Pl. Hamadryas.*

5. PHYLLOCALYX CALYCINUS Berg: caule superne subtetragono foliisque novellis et pedunculis puberulis; foliis breviter petiolatis, oblongo-lanceolatis, subacuminatis, pellucido-punctatis, glabratis, reticulato-venosis; pedunculis axillaribus, solitariis, folio brevioribus; germine biloculari, bracteolis 2, calycem aequantibus ipsumque amplectentibus, ovatis, obtusiusculis, ciliolatis stipato; sepalis foliaceis, lanceolatis, obtusis, glabris, ciliolatis.

Eugenia calycina Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 253.

Caulis 1—1½-pedalis, inferne teretiusculus, glabratus. Folia 2—3½" lg., ½—1" lt., subtus pallida; petiolo 1—1½‴ lg.; nervo subtus prominente; venis utrinque prominulis, apice anastomosantibus. Pedunculi ½—1" lg. Germen apice glabrum, loculis 16—18-ovulatis. Sepala fere 6‴ lg. Petala 4, obovata, glabra, sepalis aequalia. Stamina petalis paullo breviora. Stylus staminibus paullo brevior, glaber. (Camb.) †

In campis prope praediolum vulgo Sitio de Gregorio Nunes, in parte australi prov. Goyazensis, floret Augusto: St. Hil. Pl. Oreas.

6. PHYLLOCALYX SPECIOSUS Berg: ramulis tetragonis foliisque novellis et pedunculis puberulis; foliis petiolatis, ellipticis v. obovato-ellipticis, apice obsolete breviterque acuminatis, raro rotundis, pellucido-punctatis, glabratis, subtus pallidis, venosis; pedunculis axillaribus, solitariis, folio brevioribus; germine biloculari, bracteolis 2, oblongo-linearibus, obtusis stipato; sepalis foliaceis, ovatis, obtusis, reflexis, tenuissime ciliolatis.

Eugenia speciosa Camb. l. c. 252.

Frutex magnus, ramosissimus; rami teretes, glabri. Folia 2—3" lg., 14—16‴ lt.; petiolo 2—3‴ lg.; nervo medio subtus prominulo; venis vix manifestis, apice anastomosantibus. Pedunculi 12—18‴ lg. Alabastra 7‴ lg., glabra, bracteolis stipantibus 3‴ lg. Germen apice puberulum, loculis pauciovulatis. Petala 4, obovata, ciliolata, glabra, sepala aequantia. Stamina petalis paullo longiora. Stylus longitudine staminum, glaber. (Camb.) †

In sabulosis prope praedium vulgo Fazenda d'Araracuára in prov. S. Pauli, floret Octobri: St. Hilaire. Pl. Oreas.

7. PHYLLOCALYX LAEVIGATUS Berg: ramulis foliisque novellis ad costam subtus, marginem et supra ferrugineo-strigosis, demum glabris; foliis perennantibus, petiolatis, junioribus membranaceis, adultis coriaceis, ovali- v. subobovato-oblongis, recurvato-acuminatis, basi acutis, supra nitidis, novellis aveniis, adultis obsolete venosis, impresso-, impellucido-punctatis, subtus creberrime elevato-glandulosis, subreticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis lateralibus et axillaribus, folio brevioribus; bracteolis hypanthis maximis, foliaceis, cordatis, ciliolatis, fusco-glandulosis; germine biloculari; sepalis ovali-oblongis v. oblongis, utrinque angustatis, apice obtuse angustatis. ♄

Rami teretes, glabri, exophloeo cinereo delabente; ramuli compressi. Folia annotina laevigata; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 14—30‴ lg., 7—13‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, supra vix manifestis, subtus prominulis, venulis interjectis reticulatis, vix visibilibus. Pedunculi 10—13‴ lg., inferiores squamula fulti, superiores axillares. Bracteolae hypanthae 5—6‴ lg., 4—5‴ lt. Germen multiovulatum, disco puberulo terminatum. Sepala 4, subinaequalia, 5—6‴ lg., 2½—3½‴ lt., ciliolata. Petala 4, subrotunda, ciliolata, 6‴ lg. Stamina 5‴ lg. Stylus 6‴ lg. (v. in hb. Vind.)

Maxime affinis *Ph. involucrato*, sed diversus: foliis novellis laevigatis, aveniis, adultis supra obsolete impresso-punctatis, subtus creberrime glandulosis; pedunculis axillaribus, folio brevioribus; sepalis latioribus, utrinque angustatis; a *Ph. stricto* differt; foliis perennantibus, brevius petiolatis, nec pellucido-punctatis, nec utrinque reticulato-venosis.

Habitat ad urbem Rio de Janeiro: Schott n. 5834. Pl. Dryas.

8. PHYLLOCALYX INVOLUCRATUS Berg: ramis foliisque novellis ad costam subtus, marginem et supra ferrugineo-strigosis, demum glabris; foliis perennantibus, petiolatis, junioribus membranaceis, demum subcoriaceis, elliptico-oblongis, recurvato-acuminatis, basi acutis, supra laevigatis, manifeste impresso-, impellucido-punctatis, subaveniis, subtus sparse fuscoque glandulosis, tenuissime venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, 1-floris, ex inferioribus rami annotini nodis, basi squama v. folio minuto fultis; bracteolis hypanthis maximis, foliaceis, cordatis, ciliatis; germine biloculari; sepalis lanceolato-linearibus, acutiusculis.

Eugenia involucrata DC. Prodr. III. 264.
Eugenia bracteata Vell. Flor. Flum. V. t. 40. Text. p. 209.

Arbuscula orgyalis; ramis erecto-patentibus, rugosis; ramulis obsolete 4-gonis, novellis compressis. Folia annotina obsolete venosa; petiolo 2—4‴ lg.; lamina 10—29‴ lg., 7—13‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, erecto-patulis, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis, subtus vix visibilibus. Pedunculi 7—9‴ lg. Bracteolae hypanthae 5‴ lg., 3½‴ lt., subtus fusco-glandulosae. Germen multiovulatum. Sepala 4, 4‴ lg., 1½‴ lt. Petala 4, subrotunda, ciliolata, 5—6‴ lg. Stamina 5‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Habitat ad scaturigines fluvii Taguahy, Julio florens: Vell.; et alibi in prov. Rio de Janeiro: M. Pl. Dryas.

9. PHYLLOCALYX CERASIFLORUS Berg: ramulis foliisque novellis supra ad nervum medium et marginem subtus sericeis; foliis longe petiolatis, biennibus, adultis coriaceis, obovato-oblongis, obtuse acuminatis, basin versus sensim attenuatis, glaberrimis, supra splendentibus, subtus pallidioribus, nitidis, creberrime pellucido-punctatis, venosis, sublongiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, 1-floris, bractea fultis; bracteolis hypanthis magnis, membranaceis, cordatis, acutis, germine biloculari longioribus; sepalis magnis, lanceolatis, acutis. ♄

Myrtus aggregata Vell. Flor. Flum. V. t. 65. Text. p. 215.

Rami teretes, laeves, rugulosi, bicolorati; ramuli compressi, glabri, albidi, nigro-punctati. Folia margine recurva, novella tenuia, oblonga v. lanceolata; petiolo 4—5‴ lg.; lamina 18—29‴ lg., 8—11‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis tenuibus, suberecto-patulis utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Pedunculi 6—9‴ lg., e gemmis axillaribus, subterminalibus v. lateralibus aut omnino floriferis, tunc abbreviatis aut apice foliiferis, tunc plus minusve elongatis, ad infimos 1—2 nodos oriundi. Alabastra oblonga, 4‴ lg., bracteolis 2, pellucido-punctatis, 3—4‴ lg., 3‴ lt. stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, in alabastro recta, hoc longiora, 4—5‴ lg., 2‴ lt., reticulata, glandulosa, ciliolata. Petala 4, obovata, sepalis paullo breviora, ciliolata. Stamina 6‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Vell., Sellow. Pl. Dryas.

10. PHYLLOCALYX STRICTUS Berg: ramulis foliisque novellis subtus ad marginem et costam ferrugineo-strigosis; foliis longe petiolatis, annuis, junioribus membranaceis, adultis subcoriaceis, subobovato-oblongis, obtuse recurvato-acuminatis, basi subcuneatis, creberrime supra impresso-, subtus elevato-, pellucido-punctatis, adultis glaberrimis, supra nitidis, reticulato-venosis,

duplicato-, arcuatim limbinerviis; pedunculis elongatis, solitariis, lateralibus, 1-floris; bracteis hypanthis maximis, foliaceis, cordatis, glabris, deciduis; germine biloculari; bacca sepalis lanceolatis, obtuse angustatis coronata, oblonga, 1-sperma.

Arbor 16—25-pedalis; rami erecti, stricti, elongati, teretiusculi, novelli compressi. Folia pallida, annotina venosa; petiolo 6—7‴ lg.; lamina 26—36‴ lg., 12—17‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, suberecto-patulis, utrinque parum prominentibus, venulis interjectis reticulatis, utrinque parum prominulis. Pedunculi 11—20‴ lg., ex infimis nodis ramorum annotinorum, basi nudi. Bracteae 2 hypanthae foliaceae, reticulatae, interdum a flore remotae, 4—7‴ lg. Germen multiovulatum, vertice pubescens. Sepala 4, persistentia, reticulato-parallelinervia, 5—7‴ lg., 2—2½‴ lt. Petala 4, subrotunda, alba, ciliolata, 4‴ lt. Stamina 5‴ lg.; antheris purpurascentibus, Stylus 3‴ lg. Bacca oblonga, 6—8‴ lg., purpureo-coccinea, sapore acido (teste Sellow.). Testa seminis cartilaginea, pallida. Embryo cotylis carnosis, plano-convexis, margine conferruminatis; rostello inconspicuo. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Sellow. Pl. Dryas.

11. PHYLLOCALYX CALYSTEGIUS Berg: ramulis foliisque novellis pilosiusculis, mox glabris; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis v. oblongis, breviter obtuseque acuminatis, basi in petiolum attenuatis, elevato-, pellucido-punctatis. superne nitidis, tenuissime venosis, limbinerviis; pedunculis ad basin ramulorum, solitariis, 1-carpicis; bacca oblonga, 1-sperma, bracteolis 2, cordato-subrotundis, foliaceis, fructu brevioribus stipata, sepalis erectis, lanceolato-oblongis, foliaceis, fructum dimidium fere aequantibus coronata. ♄

Rami teretiusculi; novelli compressi. Folia subtus pallidiora; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 17—25‴ lg., 7—10‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis suberecto-patulis, supra vix manifestis, subtus venulisque ramulosis prominulis. Pedunculi 6—9‴ lg., ex infimo nodo ramorum annotinorum, basi nudi. Baccae 6‴ lg., 4‴ lt., bracteolis hypocarpicis 3—5‴ lg. stipatae, sepalis 3‴ lg. discoque plano coronatae. Embryo medio fissus, homogeneus. (v. in hb. Berol.)

A *Ph. involucrali* differt: indumento evanido, foliis angustioribus, basi acutis, longius petiolatis; pedunculis longioribus, bracteolis hypocarpicis persistentibus, glabris, cordatis sepalisque glabris; a *Ph. stricto:* foliis brevius petiolatis, duplo minoribus, nec obversis, sed medio latissimis, nec recurvato-acuminatis; pedunculis duplo brevioribus; bracteolis hypanthis persistentibus.

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

12. PHYLLOCALYX RETUSUS Berg: ramulis foliisque novellis, petiolo, nervo medio subtus margineque et pedunculis canosericeis; foliis petiolatis, membranaceis, obovato-oblongis, basi cuneatis, apice rotundatis, retusis, margine cartilagineo albo-limbatis, adultis glaberrimis, discoloribus, venosis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, 1-floris, oppositis, lateralibus et axillaribus; germine biloculari, bracteolis hoc duplo longioribus, deciduis stipato; sepalis foliaceis, oblongis, obtusis, demum reflexis. ♄

Tabula nostra V. Fig. 91. (folium) et Tab. XXX.

Rami teretes, tenues, glabri; ramuli compressi. Folia supra atrovirentia, subtus pallida; petiolo 2—2½‴ lg.; lamina 10—20‴ lg., 7—11‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis utroque latere 6—8, subpatulis, supra vix manifestis, subtus venulisque ramulosis prominulis. Pedunculi 6—12‴ lg., ex infimis 1—4 nodis ramorum annotinorum, inferiores basi nudi. Alabastra 4—6‴ lg., bracteolis 2, foliaceis, oblongis, obtusis stipata. Germen multiovulatum. Sepala 4, albo-limbata, basi attenuata, minute ciliolata, 2 interiora majora 4—6‴ lg., 1¾—2½‴ lt. Petala 4, obverse oblonga, ciliata, 3—4‴ lg. Stamina petalis aequalia. Stylus stamina vix superans. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad ripas fluminis Rio Pardo in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

13. PHYLLOCALYX MARGINATUS Berg: ramulis pedunculisque puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, ovali- v. obovato-oblongis, obtusiuscule recurvato-acuminatis, basi cuneatis, margine cartilagineo incrassatis et angustissime limbatis, discoloribus, glabris, creberrime pellucido-punctatis, tenuiter venosis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, folio brevioribus; bacca bracteolis 2, foliaceis, persistentibus, oblongis, utrinque angustatis stipata sepalisque inaequalibus, ovali-oblongis v. oblongis, utrinque angustatis, apice obtusis coronata, ovali. ♄

Rami teretiusculi, exophloeo secedente; ramuli compressi. Folia supra atrovirentia, subtus pallida; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 16—30‴ lg., 8—12‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, supra vix manifestis, subtus prominulis. Pedunculi 9—12‴ lg. Bracteolae hypanthae 4½‴ lg., 2‴ lt. Fructus (immaturus) ovalis, sepalis 4, 2 latioribus 6‴ lg., 3‴ lt., 2 angustioribus 5‴ lg., 2‴ lt. coronatus. (v. sine flore in hb. Mart.)

Maxime affinis *Ph. limbato*, sed distinctus: foliis brevius petiolatis, minoribus, recurvato-acuminatis; bracteolis hypanthis persistentibus; a *Ph. retuso:* foliis rigidioribus, majoribus, nec retusis.

Habitat in prov. Rio de Janeiro: M. Pl. Dryas.

14. PHYLLOCALYX LIMBATUS Berg: ramulis foliisque novellis strigoso-sericeis; foliis perennantibus, pergamaceis, longiuscule petiolatis, obovato oblongis, cuneatis, apice angustatis, retusis v. brevissime obtusissimeque acuminatis, margine pallide limbato undulatis, discoloribus, adultis glabris, supra opacis, creberrime elevatoque pellucido-punctatis, subaveniis, subtus fusco-glandulosis, venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; pedunculis axillaribus, 1-floris, folio dimidio brevioribus; bacca ovali, sepalis foliaceis, oblongis coronata, 1-sperma.

Folium: Tabula nostra V. Fig. 87.

Frutex 15-pedalis; rami teretiusculi, glabri; novelli compressi. Folia siccata supra atro-virentia, subtus flavo-virentia, margine cartilagineo, flavescenti limbata; petiolo 3—5‴ lg.; nervo medio supra basin versus impresso, subtus elevato; venis tenuibus, distantibus, erecto-patulis, utroque latere circiter 8, supra vix visibilibus, subtus prominulis; venulis interjectis ramulosis, haud manifestis. Bacca 15‴ lg., 12‴ lt., aurantiaca (fide Sellow.), sepalis 4, 4‴ lg., 2½‴ lt. coronata. Semen forma baccae, testa cartilaginea obtectum. Embryo cotylis carnosis, discretis, plano-convexis; rostello brevissimo. (v. fructif. in hb. Berol., flor. et fr. in hb. Vindob.)

Habitat ad Angra dos Reys in prov. Rio de Janeiro: Pohl n. 264., 5760., loco incerto ejusdem prov.: Sellow. Pl. Dryas.

15. PHYLLOCALYX MACROSEPALUS Berg; ramulis foliisque annotinis ad petiolum marginem et costam subtus, pedunculis et germinibus albo-villosis; foliis biennibus, petiolatis, membranaceis, oblongis, saepe obversis, angustato-obtusis, basi cuneatis, adultis glabris, creberrime pellucido-punctatis, longiori a margine distantia limbinerviis; pedunculis solitariis, 1-floris, inferioribus

squama fultis, superioribus axillaribus, petiolo longioribus; bracteolis hypanthis linearibus, germinis bilocularis longitudine; sepalis membranaceis, oblongis, ciliolatis, angustato-obtusis, demum reflexis. ♄

Folium: Tabula nostra V. Fig. 88.

Eugenia ? macrocalyx Mart. Herb. sine diagn.

Rami teretiusculi, rugosi; novelli compressi. Folia interdum obovato-oblonga, prasina, subtus pallidiora, utrinque elevato-glandulosa; petiolo 2‴ lg.; lamina 22—42‴ lg., 7—20‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, erecto-patulis, supra vix manifestis, subtus prominulis. Pedunculi 11—13‴ lg., validi, inferiores bractea minuta, villosa fulti. Alabastra 9‴ lg., bracteolis 2, 2‴ lg. stipata. Germen dense sericeum, 1½‴ lg., multiovulatum. Sepala 4, inaequalia, 6—8‴ lg., 2½—3‴ lt., reticulato-parallelinervia. Petala 4, ovalia, glabra, 6‴ lg. Stamina 4—6‴ lg. Stylus 7‴ lg. (v. in hb. Mart. et Zuccar. ex hb. Vindob.)

Habitat ad Alegres et Manoel Jesu praedia in prov. Minarum: Mikan, Pohl. Pl. Dryas.

16. PHYLLOCALYX GRANDIFOLIUS Berg: ramulis petiolisque et pedunculis adpresse fuscescenti-villosis; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis v. oblongis, obtusiuscule acutatis, basi acutis, undulatis, adultis discoloribus, supra glabris, nitidis, subtus opacis, minutissime puberulis, pellucido-punctatis, reticulato-venosis, longiori a margine distantia duplicato-limbinerviis; pedunculis lateralibus, basi nudis, 1-carpicis; bracteolis hypanthis deciduis; bacca ovali, tomentosa, 1-sperma, sepalis foliaceis, oblongo-lanceolatis, acuminatis, reflexis coronata.

Frutex 10—15-pedalis; rami compressi, glabri. Folia supra medium paullulum dilatata, margine limbato parum recurva, siccata supra atrovirentia, subtus fuscescentia, novella supra sparsius, subtus densius pubescentia; petiolo 4—6‴ lg.; lamina 60—71‴ lg., 22—26‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis subpatulis, utrinque praesertim inferne prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Pedunculi 6—8‴ lg., ex infimis nodis ramulorum annotinorum. Germen multiovulatum. Bacca 6‴ lg. et ultra, sepalis 4, 7—8‴ lg., 3—4‴ lt. discoque plano, puberulo coronata. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad urbem Santos in prov. S. Pauli, fructificat Majo: Sellow. Pl. Dryas.

17. PHYLLOCALYX LUSCHNATHIANUS Berg; ramulis foliisque subtus, pedunculis bracteisque et alabastris pilis rufescentibus, demum expallentibus dense sericeis; foliis biennibus, petiolatis, chartaceo-fragilibus, oblongis v. oblongo-lanceolatis, utrinque elongato-angustatis, apice recurvato- longe acuminatis, discoloribus, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, adultis supra glabris, nitidis, tenuiter supra elevato-, subtus impresso-venosis, limbinerviis; pedunculis inferioribus aut omnibus lateralibus; bracteolis hypanthis lanceolatis v. oblongis, acutis, germine biloculari longioribus; sepalis oblongis, gradatim sursum angustatis, acutis, inaequalibus.

Eugenia Luschnathiana Klotzsch. in Herb. Reg. Berol. sine diagn.

Frutex 10-pedalis; rami teretes, glabri; novelli compressi. Folia margine recurva, supra crebrius, subtus sparsius glandulosa, novella supra sparse sericea, adulta glabra, olivacea, subtus pallida, postremo glabrata; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 8—12‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, suberecto-patulis, plicato- supra elevatis, subtus impressis. Pedunculi 4—6‴ lg., superiores saepe axillares. Alabastra 4‴ lg., bracteolis 2, 2‴ lg. stipata. Germen loculis multiovulatis. Sepala 4, 2 majora 4‴ lg., basi 1¾‴ lt. Petala 4, obovata, ciliolata, 4‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus stamina paullo superans. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad Cruz de Cosma in prov. Bahiensi: Luschnath n. 152. Pl. Hamadryas.

18. PHYLLOCALYX MEMBRANACEUS Berg: ramulis foliisque subtus et alabastris sericeis; foliis petiolatis, membranaceis, oblongis, acuminatis, basi acutis, subundulatis, creberrime pellucido-punctatis, subtus pallidioribus, reticulato-penninerviis, duplicato-limbinerviis; pedunculis subterminalibus 2, 1-floris, petiolo brevioribus; germine biloculari, bracteolis 2, rhombeis, acuminatis, extus sericeis, flore paullo brevioribus stipato; sepalis lanceolatis, acutis, sericeis. ♄

Rami teretes, glabri; ramuli compressi. Folia supra viridia, subtus minute sericea, margine recurva; petiolo 2‴ lg.; lamina 34—54‴ lg., 13—21‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, plurimis, subpatulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Pedunculi 1‴ lg., sericei. Alabastra ovata, utrinque acuta, 6‴ lg., bracteolis 4½‴ lg. stipata. Germen velutinum, multiovulatum. Sepala 4, utrinque dense sericea, in alabastro globo petalorum multo longiora, exteriora acuminata, 4‴ lg., interiora acutiuscula, 3‴ lg. Petala 4, subrotunda, concava, extus sericea, ciliata, 2‴ lg. (v. in hb. Kunth.)

Habitat ad urbem Rio de Janeiro: Gaudichaud n. 762. Pl. Dryas.

19. PHYLLOCALYX RACEMOSUS Berg: ramis crassis, ad anthesin supra racemum comatis, novellis foliisque novellis bracteisque subtus, racemis et alabastris sericeo-strigosis; foliis brevissime petiolatis, chartaceis, 3—4-atim verticillatis, confertis, obverse lanceolatis, acuminatis, longissime cuneatis, ima basi obtusiusculis v. acutis, adultis glaberrimis, pellucido-punctatis, venosis, duplicato-limbinerviis; racemo terminali, solitario, elongato, multifloro, bracteato, apice comato; alabastris apertis, bibracteolatis; germine triloculari; sepalis foliaceis, maximis, oblongo-lanceolatis, acutis, subinaequalibus. ♄

Rami ½″ diametro, rugosi, superne subtetragoni; ramuli verticillati, novelli post florescentiam excrescentes, compressi. Folia perennantia, siccata obscura; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 5—9″ lg., 1½—2″ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, plurimis, subpatulis, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuissimis, lato-reticulatis. Racemus 6″ lg., sub-20-florus, pedicellis verticillatis, strictis, arrectis, ½—2½″ lg.; bractea lanceolato-lineari, ½—1″ lg. fultis, apice comatus; coma demum ad ramulum novellum excrescente. Alabastra ¾—1″ lg., bracteolis 2, foliaceis, subcordatis, acuminatis, 3—8‴ lg. stipata. Germen sporophoris bilamellatis, multiovulatis. Sepala 4, in alabastro erecta, globo petalorum duplo longiora, 2 exteriora latiora, breviora, interiora 8‴ lg. Petala 4, in alabastro orbicularia, concava, ciliolata. Stamina plurima, in alabastro vix curvata; antheris ovato-oblongis, dorso supra basin fixis. Stylus 1, stigma simplex. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

XIV. STENOCALYX Berg.

Eugeniae *species auctorum.*

Flores praecoces. **Pedunculi** 1-flori, solitarii, oppositi, ex axillis squamarum superiorum gemmae 2—6-florae, 4-fariam imbricatae oriundi. **Hypanthium** (calycis tubus auct.) supra germen vix productum. **Germen** biloculare, inferum; **ovula** in loculis plurima, rarius pauca, angulo interno loculorum affixa. **Sepala** 4, ex margine angusto, libero hypanthii oriunda, linearia, lanceolata v. oblonga, plerumque inaequalia, membranacea, in alabastro globum petalorum superantia et includentia, subvalvata, ad anthesin reflexa, tandem erecta, persistentia. **Petala** 4, perigyna ante sepala inserta, decidua. **Stamina** plurima, ante petala inserta; **filamenta** libera, filiformia, in alabastro incurvata, demum recta; **antherae** ovales v. oblongae, dorso supra basin affixae, superne glandula instructae, biloculares, longitudinaliter dehiscentes, marginibus explanatis; **granula pollinis** trigona, tripora. **Carpophylla** 2, discum epigynum, 4-gonum, latum, incrassatum, medio concavum stylumque formantia. **Stylus** filiformis. **Stigma** simplex. **Bacca** interdum costata, calyce coronata, abortu 1—4-sperma. **Semen** saepissime globosum, testa cartilaginea v. membranacea obtectum. **Embryo** exalbuminosus; **cotylis** 2, discretis, plano-convexis v. margine v. omnino conferruminatis; **rostello** brevissimo.

Frutices, rarius arbores Brasilienses; foliis oppositis; plerumque pellucido-punctatis, venosis v. reticulatis, irregulariter limbinerviis.

1. Germen costatum.

1. STENOCALYX BRUNNEUS Berg: ramulis abbreviatis, pilosiusculis; foliis annuis, membranaceis, elliptico-oblongis, obtusiuscule acutatis, basi breviter acutis, glabris, supra aveniis, minutissime impellucido-punctatis, subtus pallidis, fusco-glandulosis, diaphano-reticulatis, irregulariter arcuatim limbinerviis; pedunculis e gemma 2—4, glabris; germine 8-costato, glabro, disco glabro obtecto; sepalis glabris, oblongis, obtusis, ciliatis, demum reflexis.

Frutex 6—10-pedalis; rami teretiusculi, albidi; novelli compressi. Folia siccata supra brunnea, subtus pallidiora; petiolo $^1/_2$—$^3/_4$‴ lg.; lamina 8—15$^1/_2$‴ lg., 3—6‴ lt.; nervo medio venisque supra haud visibilibus, subtus coloratis. Pedunculi 6—8‴ lg. Alabastra 3‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen biloculare, multiovulatum. Sepala 4, 2‴ lg. Petala 4, obverse oblonga, ciliata, 2‴ lg. Stamina petalis paullo longiora. Stylus stamina paullo superans. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio Grande do Sul: Sellow. Pl. Napaea.

2. STENOCALYX STRIGOSUS Berg: gemmis, ramulis novellis, germinibus rufo-strigosis; foliis annuis, petiolatis, membranaceis, ovali-oblongis, angustato-obtusis, basi cuneatis, glabris, supra subaveniis, creberrime elevatoque pellucido-punctatis, subtus glaucescentibus, fusco-glandulosis, diaphano-reticulatis, arcuatim irregulariter limbinerviis; pedunculis e gemma 2—4, pilosiusculis; germine 8-costato, brunneo-strigoso, disco albo-velutino obtecto; sepalis oblongis, obtusis, concavis, ciliolato-fimbriatis, demum reflexis.

Frutex 10-pedalis et ultra; rami teretiusculi, albidi; novelli compressi. Folia petiolo strigoso, 1—1$^1/_2$‴ lg.; lamina 7—15‴ lg., 4—7‴ lt.; nervo venisque supra vix conspicuis, subtus coloratis. Pedunculi 3‴ lg. Alabastra 1$^1/_2$‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen biloculare, multiovulatum. Sepala 4, 1$^1/_2$‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

3. STENOCALYX AFFINIS Berg: gemmis rufo-strigosis; ramulis glabris v. basi pilosiusculis; foliis annuis, petiolatis, membranaceis, ovato-oblongis, acutiuscule acuminatis, basi acutis, glabris, supra subaveniis, supra crebro elevatoque pellucido-punctatis, subtus glaucescentibus, fusco-glandulosis, diaphano-reticulatis, arcuatim irregulariter limbinerviis; pedunculis e gemma 2—4, glabris; germine 8-costato, strigoso, disco margine albo-velutino obtecto; sepalis oblongis, obtusis, concavis, extus strigosis, ciliato-fimbriatis, demum reflexis.

Frutex circiter 10-pedalis; rami teretiusculi, albidi; novelli compressi. Folia petiolo 1‴ lg.; lamina 7—15‴ lg., 4—7‴ lt.; nervo venisque supra vix conspicuis, subtus coloratis. Pedunculi filiformes, 8‴ lg. Alabastra 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen biloculare, multiovulatum. Sepala 4, 1$^1/_2$‴ lg. Petala 4, obovato-oblonga, 2‴ lg., ciliata. Stamina stylusque petala aequantia. (v. in hb. Berol.)

Differt a *St. strigoso:* ramulis glabris; foliis ovato-oblongis, acutiuscule acuminatis; pedunculis glabris.

Habitat ad S. Ignacio in prov. Paranaënsi: Sellow. Pl. Napaea.

4. STENOCALYX IMPUNCTATUS Berg: ramulis foliisque novellis ciliatis, ad petiolum et nervum medium subtus pubescentibus; foliis setis stipularibus auctis, longe petiolatis, annuis, tenuibus, ovali-oblongis, utrinque angustatis, acutis v. obtusiuscule breviter acuminatis, novellis sparse puberulis, demum glabris, impellucido-punctatis, diaphano-reticulatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis e gemma 2—4, v. e ramulo evoluto basilaribus, singulatim oppositis, squama fultis, glabris; germine glabro, costato; sepalis oblongo-lanceolatis, obtusis, fimbriato-ciliatis, demum reflexis. ♄

Rami teretes, albidi; ramuli compressi. Folia petiolo 3‴ lg.; lamina 11—16‴ lg., 5—8‴ lt., sub lente valida minutissime punctulata; nervo medio supra parum impresso, subtus prominente; venis tenuibus, subpatentibus venulisque reticulatis, coloratis, pellucidis, haud prominentibus. Pedunculi 7—14‴ lg., squamis extus velutinis stipati. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, lineari-spathulatis, 1‴ lg., caducis, demum setis carnosis, brevibus, deciduis stipata. Germen biloculare, multiovulatum, disco minute puberulo obtectum. Sepala 4, 2‴ lg. Petala 4, obovata, ciliolata, 3‴ lg. Stamina stylusque 4‴ lg. (v. in hb. Sonder.)

Not. Species haec praeposita, ab Ill. Miquelio ad *Eugeniam multifloram Camb.* ducta, differt autem pedunculis e gemma egredientibus, solitariis, oppositis et bracteolis hypanthis lineari-spathulatis, 1‴ lg. foliisque impunctatis satis ab hac vera Eugeniae specie. — A *St. communi* distincta; foliis longius petiolatis, impunctatis; a *St. mollicoma* praeterea: foliis basi angustatis.

Habitat ad Caldas in prov. Minarum: Dr. Regnell I. n. 123. Pl. Oreas.

5. STENOCALYX LUCIDUS Berg: diffuso-ramosissimus; ramulis novellis puberulis; foliis annuis, tenuiter chartaceis, ovato-oblongis v. ovatis, obtusiuscule acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, lucidis, glabris, supra creberrime elevatoque pellucido-punctatis, diaphano-reticulatis, irregulariter arcuatim limbinerviis, subtus pallidioribus fusco-glandulosis; pedunculis glabris, e gemma solitariis; germine 8-costato verticeque glabro; sepalis lanceolatis, obtusis, concavis, glabris.

Frutex. Rami tereti-4-goni, albidi; novelli badii, compressi. Folia petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 9—22‴ lg., 3½—11‴ lt.; nervo medio pellucido, supra planiusculo, subtus prominente; venis suberecto-patulis, adscendentibus, tenuibus venulisque reticulatis utrinque prominulis. Pedunculi 5—13‴ lg. Bacca 1-sperma, 4—5‴ diametro, sepalis 1‴ lg. coronata. (v. in hb. Berol. et Schlechtdl.)

Differt a *St. reticulato:* foliis ovatis v. ovato-oblongis, lucidis, elevato-glandulosis: pedunculis solitariis e gemma; bacca disco glabra.

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Napaea.

6. STENOCALYX DASYBLASTUS Berg: diffuso-ramosissimus; ramulis novellis, gemmis, pedunculis floriferis, alabastris dense rufo-strigosis; foliis biennibus, rigidis, breviter petiolatis, ovalibus v. ovali-oblongis, angustato-obtusis, basi breviter acutis, discoloribus, adultis glabris, supra lucidis, creberrime obscure elevatoque pellucido-punctatis, reticulato-venosis, irregulariter arcuatim limbinerviis, subtus fusco-glandulosis; pedunculis demum glabriusculis, solitariis, oppositis, 2—4 e gemmis axillaribus et subterminalibus; germine 8-costato, dense strigoso; bacca sphaerica, costata, 1-sperma, glabra, disco puberula, sepalis oblongo-lanceolatis, obtusiusculis, ciliato-fimbriatis, incurvis coronata.

Frutex 15-pedalis et ultra; rami teretiusculi, albi; novelli compressi, rufi. Folia siccata supra atrovirentia, subtus glaucescentia, juniora adpresse pilosiuscula; petiolo pilosiusculo, demum glabro, 1½—2‴ lg.; lamina 14—20‴ lg., 7—10‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis venulisque reticulatis utrinque prominulis, haud diaphanis. Pedunculi 3—7‴ lg. Bacca sepalis 2‴ lg. coronata, coccinea, edulis. Semen globosum, testa subcoriacea obtectum. Embryo homogeneus. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad urbes Villa do Rio Pardo et Porto Alegre in prov. Rio Grande do Sul, nec non in Montevideo: Sellow. Pitanga *incolis. Pl. Napaea.*

7. STENOCALYX GLABER Berg: glaber; foliis annuis, tenuiter membranaceis, ovato-oblongis, sensim acuminatis, basi obtusis v. obtusatis supra elevato-, obscure pellucido-punctatis, subaveniis, subtus fusco-glandulosis, diaphano-, reticulato-venosis; pedunculis e gemma 2; germine glabro, 8-costato; sepalis oblongis, obtusis, glabris, ciliatis. ♄

Rami teretes, albidi, divaricato-ramosi; novelli compressi. Folia juniora diaphana; petiolo 1‴ lg.; lamina 10—18‴ lg., 6—9‴ lt.; nervo medio, venis venulisque vix visibilibus, lucem versus diaphanis. Pedunculi 6—13‴ lg. Germen multiovulatum, vertice albo-puberulo; bracteolis stipantibus caducis. Sepala 4, 2‴ lg., reflexa. Petala 4, obovato-oblonga, reflexa, 3‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Mart., Zuccar. et Vindob.)

Habitat in prov. Bahiensi: Blanchet n. 3113. A. Pl. Hamadryas.

8. STENOCALYX MICHELII Berg: glaber; foliis brevissime petiolatis, biennibus, adultis chartaceis, ovatis v. ovato-oblongis, leviter obtuse acuminatis, basi obtusis, saepe subcordatis, creberrime pellucido-punctatis, supra nitidis, reticulato-venosis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, ex eadem gemma 2—4, squama fultis v. superioribus axillaribus; germine discoque glabris: bacca sepalis oblongo-lanceolatis, obtusis, apice ciliatis, reflexis, demum erectis coronata, sphaerica, costata.

Ibipitanga Piso ed. I. 121. II. 187. (alia icon) Marcgr. 116. (prior icon). Lib. Principis 339.

Myrtus Brasiliana Linn. Spec. 674.

Plinia rubra Linn. Mant. 243. Vell. Fl. Fl. V. t. 46. Textus p. 210.

Plinia pedunculata Linn. fil. Suppl. 253. Curt. Bot. Mag. t. 473.

Eugenia Indica Micheli Gen. 226. t. 108.

Eugenia uniflora L.

Eugenia Michelii Lam. Enc. meth. III. 203. DC. Prodr. III. 263.

Eugenia Parkeriana DC. l. c. 271. Variat:

α. membranaceus: foliis annotinis membranaceis, adultis chartaceis.

Arbuscula humana altitudine v. altior; rami erecto-patentes, teretiusculi, pallidi; ramuli cinnamomei, compressi. Folia petiolo vix ullo v. 1‴ lg.; lamina 18—28‴ lg., 9—15‴ lt., supra prasina, subtus pallidiora; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, longiori a margine distantia arcuatim unitis ibique extrorsum iterum anastomosantibus, utrinque venulisque tenuioribus, reticulatis utrinque prominulis. Pedunculi filiformes, 6—18‴ lg. Alabastra 2‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen biloculare, multiovulatum. Sepala 4, 2‴ lg. Petala 4, obovato-oblonga, 3‴ lg. Stamina stylusque 2‴ lg. Baccae rubrae, edules, 4—8‴ diametro. (v. in hb. Berol., Mart., Monac., Nees., Sonder., Sprengel., Vindob.)

β. rigidus: foliis annotinis inferioribus chartaceis, adultis rigidis.

Not. Ad hanc praepositam speciem quoque *Eugenia Parkeriana DC.* pertinet, cui Ill. Candollius incaute pedicellos 5—7 aggregatos dederat; sed ut in genuina specie hi pedicelli ex infimis approximatis v. serius remotis nodis rami novelli singulatim egrediuntur et se opponunt.

Habitat in Brasilia tropica, Pitanga *dictus; frequens in prov. Rio de Janeiro: M., Pr. Max. de Neuwied, Sellow, Schüch. Alibi ob fructus edules in hortis cultus, e. gr. in insulis Antigua: Wullschlägel n. 219.; Martinique et Trinidad: Sieber, Fl. Trin. n. 245.; St. Thomas: Friedrichsthal; in Paramaribo, circa Demerari: Parker; in China: Gaudichaud; in Calcutta: Wallich; in ins. St. Mauritii: Sieber II. n. 295. etc. Pl. Dryas.*

9. STENOCALYX DENTATUS Berg: gemmis strigosis; ramulis foliisque junioribus ciliatis, supra et subtus ad nervum pedunculis pilis raris, sparsis, longiusculis obtectis, mox glabris; foliis annuis, membranaceis, oblongo-lanceolatis v. oblongis, lineariter acuminatis, basi acutis, repando-dentatis, haud elevato-, obscure pellucido-punctatis, supra aveniis, subtus obsolete reticulato-venosis, irregulariter limbinerviis, fusco-glandulosis; pedunculis e gemma 2—4; germine dense strigoso, 8-costato; sepalis oblongis, obtusis, ciliatis, apice fimbriatis, demum reflexis. ♄

Rami teretiusculi, glabri, exophloeo delabente; novelli compressi, badii. Folia ad florendi tempus nondum evoluta, tunc siccata supra fusco-atra, subtus hepatica; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina (nondum evoluta) 1—1½″ lg., 4—7‴ lt.; nervis supra haud, subtus modo colore visibilibus. Pedunculi filiformes 10—16‴ lg. Germen biloculare, loculis pauciovulatis; bracteolis stipantibus caducis. Sepala 4, 1½‴ lg. Petala 4, spathulata, 3‴ lg. Stamina stylusque 2‴ lg. (v. in hb. Mart.)

A reliquis speciebus foliis crenato-repandis v. crenato-dentatis diversa.

Habitat in prov. Paraënsi: Sieber.

10. STENOCAYX OBLONGIFOLIUS Berg: ramulis, pedunculis, baccis immaturis pilis rufis, raris, brevissimis inspersis; foliis annuis, utrinque chartaceis, petiolatis, oblongo-lanceolatis v. oblongis, tenuiter sensim acuminatis, glabris, concoloribus, supra elevato creberrimeque pellucido-punctatis, venosis, subtus fusco-glandulosis, tenuiter reticulato-venosis, arcuatim subduplicato-limbinerviis; pedunculis e gemma 1—2; bacca globosa, laevi, disco glabro sepalisque oblongis, obtusis, concavis, minutissime puberulis coronata.

Rami teretiusculi, tenues, grisei; ramuli compressi. Folia siccata laete viridia (novella desunt), exsiccatione decidua; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 17—25‴ lg., 7—9‴ lt.; nervo medio supra basin versus subimpresso, subtus prominente; venis tenuibns utroque latere circiter 8, erecto-patulis, supra oblitteratis, subtus prominulis, haud diaphanis. Pedunculi 4—7‴ lg. Bacca 4—5‴ diametro. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Dryas.

11. STENOCALYX SULCATUS Berg: ramulis novellis puberulis; foliis petiolatis, adultis chartaceis, lanceolato-, elliptico-oblongis v. oblongis, longe et obtuse acuminatis, basi in petiolum attenuatis, utrinque creberrime elevatoque pellucido-punctatis, supra splendentibus, tenuissime venosis, limbinerviis; pedunculis glabris, ex eadem gemma 2—4, squamis deciduis fultis, solitariis, oppositis; germine sulcato, glabro v. puberulo, basi attenuato, ibidem laevi; bacca subglobosa, carinis 8, subalaeformibus costata, sepalis linearibus, glabris, fructum subaequantibus, erectis coronata, 1-sperma. ♄

Tabula nostra V. Fig. 92. (folium) et Tab. XXXI. Variat:

α. latifolius: foliis minoribus, elliptico-oblongis, brevius acuminatis.

Eugenia sulcata Spring. in Flor. Ratisb. XX. Beibl. II. 85. n. 53.

Folia petiolo 2‴ lg.; lamina 15—20‴ lg., 6—9‴ lt. Pedunculi 7—8‴ lg. Alabastra oblonga, 2‴ lg., supra germen constricta. (v. in hb. Vindob. ex Mart. hb. bras.)

β. longifolius: foliis elongatis, lanceolato-oblongis v. oblongis, longius acuminatis.

Rami teretiusculi, laeves; ramuli 4-goni, purpurei, glandulosi; novelli ad nodos setis stipularibus aucti. Gemmae terminales, tegmentis ovatis, concavis, apice tenui-tomentosis, 4-fariam imbricatis tectae. Folia novella tenuissima, demum chartacea, supra prasina v. hepatica, subtus pallidiora, opaca; petiolo 2—2½‴ lg.; lamina 20—25‴ lg., 7—8‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis tenuissimis, suberecto-patulis, adscendentibus, supra vix manifestis, subtus prominulis. Pedunculi 6—10‴ lg., in ramis evolutis ex infimis 1—2 nodis egredientes, tum basi nudi. Bacca 3—4‴ diametro, sepalis 2—2½‴ lg. coronata. Semen testa cartilaginea obtectum. Embryo homogeneus, medio fissus. (v. flor. deflor. in hb. Mart., fructiferum in hb. Berol.)

γ. strictus: ramis strictis, elongatis; foliis rigidis, elongatis, lanceolato-oblongis v. oblongis, obtusiuscule acutatis, saepe apice recurvatis, supra rugulosis.

Frutex arborescens, 10—12-pedalis. Folia petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 15—24‴ lg., 5—9‴ lt. Pedunculi 6—8‴ lg. (v. in hb. Sonder.)

δ. ligustrinus: foliis ovali-oblongis, leviter acuminatis, apice truncatis v. retusis, supra laevigatis, splendentibus.

Folia petiolo 1—2‴ lg.; lamina 9—20‴ lg., 4—9‴ lt. Pedunculi 6‴ lg. (v. in hb. Berol., Mart. et Vind.)

A *St. costato* differt: glabritie; foliis longius petiolatis et inflorescentia; a *St. gemmifloro* et *ligustrino:* fructibus costatis.

Habitat in prov. Rio de Janeiro: α. in montibus Serra dos Orgâos, floret Martio: M., Schott n. 1025.; β. prope urbem Rio de Janeiro: Sellow; γ. ad montes Serra dos Orgâos, floret Septembri: Freyreiss; δ. ad littus maris in arenosis non procul a mola pulveris pyrii, ad urbem Rio de Janeiro, floret Septembri: Beyrich; ad Tijuco: Schott n. 1058. Pl. Dryas.

12. STENOCALYX RETICULATUS Berg: gemmis strigosis; ramulis novellis puberulis; foliis annuis, tenuiter chartaceis, petiolatis, oblongis, sensim obtusiuscule acuminatis, basi obtusatis, nitidulis, crebro haud elevato-, pellucido-punctatis, diaphano-reticulatis, arcuatim irregulariter limbinerviis, subtus fusco-punctatis; pedunculis e gemma 2—4, glabris; bacca 8-costata, sphaerica, glabra, disco velutino obtecta, sepalis oblongis, obtusis, concavis, glabris, incurvis coronata.

Eugenia ligustrina Miquel. in Linnaea XXII. 532., nec Willd. Spec. II. 962.

Frutex. Rami teretiusculi, albidi, superne compressi. Folia siccata prasina; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 16—30‴ lg., 7—10‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis tenuibus, arrectis, arcuatis, utrinque venulisque tenuioribus, reticulatis prominulis. Pedunculi 6—8‴ lg. Bacca (immatura) sepalis 2½‴ lg. coronata. (v. in hb. Sonder.) — Differt a *St. oblongifolio:* foliis majoribus, longius petiolatis, utrinque diaphano-reticulatis, supra haud elevato-glandulosis.

Habitat in prov. Minarum: Dr. Regnell I. n. 1236. Pl. Oreas.

13. STENOCALYX GRANDIFOLIUS Berg: ramulis petiolisque pilis sparsis, adpressis obsitis; foliis annuis, membranaceis, ovali-oblongis v. ovalibus, obtusiuscule acuminatis, basi acutis, sparse pilosiusculis, cito glabris, supra vix nitidis, elevato creberrimeque minute pellucido-punctatis, diaphano-, vix elevato-reticulatis, arcuatim irregulariter limbinerviis, subtus pallidioribus, fusco-glandulosis; pedunculis e gemma 2—6, glabris; germine 8-costato, disco puberulo, glabro; sepalis oblongis, obtusis, fimbriato-ciliatis, reflexis.

Frutex. Rami tereti-tetragoni, fusci; novelli compressi. Folia siccata supra obscure viridia, subtus subglaucescentia; petiolo 2‴ lg.; lamina 18—26‴ lg., 8—14‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, curvatis, subpatulis, utrinque venulisque reticulatis vix elevatis, coloratis. Pedunculi 10—16‴ lg. Sepala 2‴ lg. Petala 4, obovata, 4‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Sonder.)

Differt a *St. reticulato:* foliis ovali-oblongis v. ovalibus, supra elevato-glandulosis, haud elevato-reticulatis.

Habitat in prov. Minarum: Dr. Widgren n. 532. Pl. Oreas.

14. STENOCALYX COSTATUS Berg: arboreus; ramulis hirtello-puberulis; foliis petiolatis, oblongo-lanceolatis, raro ellipticis, supra medium saepe paullo dilatatis, utrinque angustatis, acutiusculis v. obsolete acuminatis, pellucido-punctatis, glabris, novellis ciliatis, venosis; pedunculis axillaribus, solitariis, filiformibus, glabris; germine biloculari; sepalis aequalibus, ovato-oblongis, obtusis, reflexis, ciliatis; petalis ovatis, ciliolatis; bacca sphaerica, costata.

Eugenia costata Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 259.

Arbor mediocris, densa; rami pauciflori, teretes, glabrati. Folia 1½—2″ lg., 6—9‴ lt.; petiolo 1‴ lg.; nervo subtus prominulo; venis vix manifestis. Pedunculi 1—1½″ lg. Alabastra 2½‴ lg., glabra, bracteolis 2, minimis, lineari-subulatis, deciduis stipata. Germen apice puberulum, loculis pluriovulatis. Petala sepalis paullo longiora.

Stamina sepalis aequalia. Stylus stamina aequans, glaber. (Camb.) Fructus cerasi crassitudine, ruber. (St. Hilaire.) † — A *St. eduli* differt: caule arboreo; foliis angustioribus; pedunculis multo longioribus; fructu sphaerico.

In silvis ad flumen Uruguay, in parte deserta occidentalique reipublicae Montevideo, floret Januario: St. Hilaire. Pl. Napaea.

15. STENOCALYX PITANGA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, petiolis et gemmis rufescenti-pilosis, mox glabris; foliis breviter petiolatis, chartaceis, elliptico-oblongis v. oblongis, utrinque sensim attenuatis, apice rotundato-obtusis v. obtusatis, basi acutis, supra nitidis, creberrime elevatoque pellucido-punctatis, reticulatis, irregulariter duplicato-limbinerviis, subtus glaucis, fusco-glandulosis; pedunculis e gemma 2—6; bacca subglobosa, 8-costata, 1-sperma, sepalis oblongo-lanceolatis, obtusis, erectis coronata; embryone cotylis carnosis, discretis.

Folium: Tabula nostra V. Fig. 95.

Fruticulus ¼—1½-pedalis, simplex v. subramosus, radice repente, caule teretiusculo, glabro. Folia novella impellucido-punctata, saepe lanceolata; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 16—32‴ lg., 8—14‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis utroque latere 6—8, apice adscendentibus, infimis longe excurrentibus, utrinque prominulis; venulis reticulatis, primum pellucidis. Gemmae mixtae, tandem ad ramulum paucifoliatum (paribus 2—4 foliorum instructum), fructiferum excrescentes, squamis 4-fariam imbricatis tectae; squamae inferiores ovatae, albotomentosae, superiores oblongae, obtusiusculae, extus margineque dense rufo-strigosae. Pedunculi ex eadem gemma plerumque 4, rarius 2 v. 6, filiformes, 2—12‴ lg. Alabastra obovata, 3‴ lg., basi loco bracteolarum utroque latere setis 1—3, carnosis, rufis, minimis stipata. Hypanthium supra germen subhemisphaericum, 8-costatum, superne constrictum, glabrum, biloculare, multiovulatum vix productum. Sepala 4, 3‴ lg., reflexa, marginibus involuta, extus praesertim ad basin, apice margineque pilis rufis villosa, 2 exteriora minora. Petala 4, obovata, sepalis duplo longiora, nervosa, eglandulosa, alba, albo-ciliata, decidua. Stamina plurima, petalis paullo breviora, antheris oblongis, dorso supra basin fixis, superne glandula instructis. Discus latus, 4-gonus, pilis raris, sparsis obsitus, ad germinis verticem. Stylus 1, superne curvatus, glaber, staminibus paullo longior, stigma minutum. Bacca obovato-globosa, obsolete 8-costata, 4‴ diametro, atrococcinea, sepalis coronata, 1-, raro 2—3-sperma, sapore dulcacido. Semen globosum, testa coriaceo-chartacea obtectum. Embryo cotylis carnosis, plano-convexis, discretis; rostello vix conspicuo. (v. in hb. Berol. et Monac.)

A *St. brasiliensi* differt: caule fruticuloso, humili; ramulis pilosis; foliis breviter petiolatis, reticulatis, haud obversis; gemmis ferrugineo-tomentosis; pedunculis brevioribus; sepalis lanceolatis; baccis costatis, cotylis discretis; a *St. xanthoxyloide* distincta; foliis majoribus, obtusis, evidenter reticulatis; pedunculis longioribus; gemmis axillaribus; sepalis longioribus; a *St. costato* differt: caule fruticuloso; foliis reticulatis, subtus glaucis; pedunculis ex gemma oriundis.

Habitat in Rio Grande do Sul, nec non in Montevideo: Sellow. Pitanga *incolis. Pl. Napaea.*

2. Germen laeve.

16. STENOCALYX LANCEOLATUS Berg: ramulis petiolisque junioribus, pedunculis et alabastris pubescentibus; foliis petiolatis, adultis chartaceis, lanceolatis, utrinque angustatis, apice obtusis, novellis tenuibus, ciliatis, pallide obsoleteque pellucido-punctatis, adultis glabris, supra nitidis, utrinque minute glandulosis, tenuissime venosis, limbinerviis; pedunculis 2—4-nis e gemma v. e ramulo evoluto basilaribus, singulatim oppositis, squama fultis; sepalis oblongis, obtusis, fimbriato-ciliatis.

Eugenia Uvalha Miq. in Linnaea XXII. 532., nec Camb.

Rami rimosi; ramuli tetragoni, puberuli; novelli compressi. Folia novella membranacea; petiolo 1‴ lg.; lamina 10—21‴ lg., 3—5‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuissimis, erecto-patulis, utrinque vix manifestis. Pedunculi 3—6‴ lg. Alabastra 2‴ lg., albido-puberula, pallida, bracteolis 2, filiformibus, 2‴ lg., fugacibus stipata. Germen biloculare, multiovulatum, disco albo-puberulo terminatum. Sepala 4, 1‴ lg., extus puberula. Petala 4, subrotunda, extus minute sericea, ciliolata, 1½‴ lg. Stamina petalis paullo breviora. Stylus stamina aequans. (v. in hb. Sonder.) — Ill. Miquelius hanc speciem ad *Eug. Uvalham Camb.* ducit, a qua autem differt: foliis novellis ciliatis, nec puberulis, manifeste petiolatis, lanceolatis, obsolete venosis; pedunculis nec axillaribus; sepalis oblongis; bracteolis hypanthis filiformibus, 2‴ lg., caducis. Est etiam Pl. Oreas, nec Napaea ut illa.

Habitat ad Caldas in prov. Minarum: Dr. Regnell II. n. 124. Pl. Oreas.

17. STENOCALYX MYRTIFOLIUS Berg: ramulis compresso-tetragonis foliisque novellis, pedunculis bracteisque et alabastris puberulis; foliis breviter petiolatis, oblongis, utrinque gradatim angustatis, subacuminatis, acutis, pellucido-punctatis, adultis glabratis; pedunculis axillaribus, solitariis, brevissimis, saepe ad apicem ramorum plurimis, inter squamas gemmarum nascentibus; sepalis ovatis, ciliolatis, inaequalibus; 2 exterioribus majoribus, acutiusculis; 2 interioribus apice rotundatis.

Eugenia myrtifolia Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 264.

Frutex 4-pedalis, habitu *Myrti communis*; rami teretes, glabrati. Folia petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 9—15‴ lg., 4—5‴ lt.; nervo subtus prominente; venis oculo nudo inconspicuis. Pedunculi longiores 2‴ lg. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, ovato-oblongis, obtusis, 1‴ lg. stipata. Germen apice puberulum, biloculare, loculis 6-ovulatis. Petala 4, sepalis duplo longiora; obovato-rotunda, glabra, ciliolata. Stamina petalis paullo longiora. Stylus staminibus paullo brevior, glaber. (Camb.) †

In silvis primaevis prope villam Uba, in prov. Rio de Janeiro, floret Octobri: St. Hilaire. Pl. Dryas.

18. STENOCALYX PIUS Berg: ramulis petiolisque et pedunculis dense pubescentibus; foliis petiolatis, membranaceis, lanceolatis v. oblongis, obtusiuscule angustatis, basi in petiolum attenuatis, ciliatis, glabris, creberrime pellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis, supra vix nitidis; pedunculis ex axillis squamarum solitariis; bacca globosa, laevi, 4-sperma, sepalis lanceolatis coronata.

Myrtus pia Mart. Herb.
Eugenia pia DC. Prodr. III. 263.

Frutex altitudine humana, ramosus; rami erecti, subtetragoni; novelli compressi. Folia petiolo 1½‴ lg.; lamina 10—16‴ lg., 3—6‴ lt., supra prasina, subtus pallidiore, utrinque creberrime elevato-glandulosa; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, suberecto-patulis, utrinque vix manifestis. Pedunculi 5—7‴ lg., graciles, supra medium cicatricibus bracteolarum notati, squama concava, spathulata, ciliata, 1½—2‴ lg. stipati. Bacca nitida, glandulosa, 6‴ diametro, sepalis 1‴ lg. coronata. Semina pallida, 2‴ lg. (v. in hb. Monac. et Sonder.) — A *St. ligustrino* differt: indumento densiore ramulorum et pedunculorum foliisque ciliatis.

Habitat ad montem Serra de Piedade prov. Minarum: M. Pl. Oreas.

19. STENOCALYX DUARTEANUS Berg: ramulis compressis foliisque subtus, gemmarum squamis, pedunculis et alabastris brunneo-tomentosis; foliis petiolatis, oblongis, basi angustatis, apice nunc rotundatis, nunc angustatis, impunctatis, supra puberulis, venosis; pedunculis ad apicem ramulorum inter squamas gemmarum subconfertis, corymbos formantibus; germine biloculari; sepalis ovatis, obtusis, reflexis; petalis obovatis, extus puberulis, ciliatis, reflexis. ♄

Eugenia Duarteana Camb. l. c. 250.

Rami teretes, subglabrati. Folia 1—2″ lg., 4—9‴ lt.; petiolo 1½—3‴ lg.; nervo subtus prominulo; venis vix manifestis, apice anastomosantibus. Pedunculi filiformes, 5—9‴ lg. Alabastra 3‴ lg., bracteolis stipantibus deciduis. Germen apice puberulum, loculis pluriovulatis. Petala 4. Stamina petala aequantia. Stylus stamina aequans, puberulus. (Camb.) †

In silvis prope Contendas, in parte dicta Sertam prov. Minarum, floret Octobri: Antonio Nogueira Duarte. Pl. Hamadryas.

20. STENOCALYX PISTACIAEFOLIUS Berg: glaberrimus; foliis petiolatis, rigidis, ovato oblongis? obtusiuscule acutatis, basi obtusis, creberrime obsoleteque pellucido-punctatis, aveniis; pedunculis ex eadem gemma 2—6, squama subrotunda fultis, 1-floris; germine laevi; sepalis inaequalibus, ciliolatis, 2 exterioribus minoribus subrotundis, 2 interioribus ovali-oblongis, obtusis. ♄

Myrtus pistaciaefolia Mart. Herb.
Eugenia pistaciaefolia DC. Prodr. III. 270.

Rami teretiusculi, rimulosi; novelli compressi. Folia laete viridia, subtus pallidiora; petiolo ½—¾‴ lg.; lamina 9—14‴ lg., 3—6‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominulo; venis tenuissimis, erecto-patulis, vix visibilibus. Gemmae floriferae tegmentis 4-fariam imbricatis, subrotundis, concavis, ¼‴ lg., inferioribus vacuis, superioribus floriferis. Pedunculi 3—5‴ lg. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, germine brevioribus stipata. Germen biloculare, pluriovulatum. Sepala 4, membranacea, inaequalia, 2 exteriora ½‴ lg., 2 interiora 1‴ lg. Petala 4, suborbicularia, 2‴ lg. Stamina stylusque petala aequantia. (v. in hb. Monac.)

Habitat ad Sincora in prov. Bahiensi: M. Pl. Hamadryas.

21. STENOCALYX LIGUSTRINUS Berg: ramulis puberulis; foliis petiolatis, demum chartaceis, elliptico-oblongis v. oblongis, utrinque aequaliter angustatis, basi in petiolum attenuatis, apice truncatis v. subretusis, glabris, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, supra nitidis, tenuissime venosis, limbinerviis; pedunculis glabris, ex axillis squamarum summarum, lineari-spathulatarum et foliorum novellorum infimis egredientibus, solitariis, oppositis; germine laevi; bacca globosa, 2-sperma, sepalis oblongis, obtusis, ciliolatis coronata. ♄ Variat pedunculis brevioribus validioribus et longioribus filiformibus, et:

α. Caribaeus: ramulis minutissime puberulis; foliis novellis vix ciliolatis, adultis supra nitidis.

Myrtus ligustrina Swartz Fl. ind. occ. 835.
Myrtus cerasina Vahl. Symb. II. 57.
Eugenia ligustrina Willd. Spec. II. 962. DC. l. c. 263., nec Camb., nec Miq.

Frutex 6-pedalis; rami teretiusculi, exophloeo secedente; ramuli compressi. Folia siccata supra obscure viridia, subtus fuscescentia; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 8—18‴ lg., 3—8‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis suberecto- v. erecto-patulis, tenuissimis, utrinque vix manifestis. Pedunculi ex gemma 2—4, summi interdum axillares, foliis stipantibus tum haud evolutis, aut brevissimi, ipsi fructiferi 3—4‴ lg. v. 12—20‴ lg. Alabastra oblonga, 3‴ lg., bracteolis 2, minimis, triangularibus, ab flore parum remotis, caducis stipata. Germen multiovulatum, fere semisuperum, glabrum. Sepala 4, 2‴ lg., glandulosa, reflexa, tandem erecta. Petala 4, obovata, sepalis paullo longiora. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2½‴ lg. Bacca 2—3‴ diametro, glandulosa, coronata. (v. in hb. Berol., Mart., Monac., Sonder., Vindob., Willd.)

β. Minensis: ramulis novellis pubescentibus; foliis novellis pilosiusculis, fimbriato-ciliatis; pedunculis glabris v. minute puberulis. (v. in hb. Sonder.)

Eugenia ligustrina Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 258., nec Miq. in Linnaea XXII. 536.

Frutex 5—6-pedalis, ramosissimus. Folia petiolo 2‴ lg., lamina 1½—2½″ lg., 7—14‴ lt. Pedunculi 1—1½″ lg., glabri. Alabastra 3‴ lg. Petala 5‴ lg., 3‴ lt., obovata. Fructus niger, edulis. (Camb.)

Not. Hanc varietatem Ill. Miquelius partim ad *Eug. calycinam Camb.*, partim ad *Eug. xanthoxyloidem* ducit, sed haec foliis subsessilibus, latioribus, basi obtusis distinguitur; illa differt foliis reticulato-venosis, pedunculis axillaribus, praesertim autem bracteolis 2 magnis, calycem aequantibus ipsumque amplexantibus.

γ. Fluminensis: ramulis glabriusculis; foliis majoribus, et novellis glabris; pedunculis glabris.

Eugenia ligustrina Camb. l. c. 258., nec Miq.

Frutex 5—6-pedalis. Folia petiolo 2‴ lg., lamina 1½—2½″ lg., 7—14‴ lt. Pedunculi 1—1½‴ lg., glabri. Alabastra 3‴ lg. Petala 5‴ lg., 3‴ lt., obovata. Fructus niger, edulis. (Camb.) (v. in hb. Mart.)

Habitat: α. in insulis Caribaeis, Cuba: Pöppig; Jamaica: Lindley, Wullschlägel n. 835.; Antigua: Wullschlägel n. 220.; Trinidad: Sieber n. 145.; St. Domingo: Rob. Schomburgk; β. in prov. Minarum: Dr. Widgren n. 557., Dr. Regnell I. n. 132.; ad Caldas: Regnell II. n. 116.; γ. prope Rio de Janeiro: Karwinsky. Pl. Vaga.

22. STENOCALYX GEMMIFLORUS Berg: ramulis pedunculisque minute puberulis; foliis petiolatis, subchartaceis, ovali-oblongis, leviter obtuse acuminatis, basi in petiolum attenuatis, adultis glabris, supra nitidis, creberrime obscureque pellucido-punctatis, tenuiter venosis, subarcuatim duplicato-limbinerviis; pedunculis 2 e gemma axillari v. terminali, 1-carpicis; bacca globosa, laevi, 1-sperma, sepalis lanceolatis, fructum aequantibus coronata. ♄

Rami teretiusculi; novelli compressi. Folia siccata supra atrovirentia, subtus fuscescentia; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 19—30‴ lg., 7—12‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis plurimis, tenuibus, suberecto-patulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis vix ramulosis. Pedunculi graciles, 12—13‴ lg., supra medium saepe bibracteolati, bracteolis subulatis, minimis, e gemma 3‴ lg., squamis imbricatis, ½—2‴ lg., glabris tecta oriundi, oppositi. Bacca 3‴ diametro, sepalis 4, 2—3‴ lg., 1‴ lt., acutiusculis, erectis, ciliolatis coronata. Semen subcompressum, testa membranacea, tenui, arcte adhaerente obtectum. Embryo cotylis carnosis, margine conferruminatis. (v. in hb. Berol.)

Habitat prope Ypanema in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

23. STENOCALYX UBENSIS Berg: fruticosus, glaber; foliis petiolatis, ellipticis, basi angustatis, acutis v. breviter acuminatis, glabris, pellucido-punctatis, supra nitidis, venosis; pedicellis ex eadem gemma pluribus, in axillis squamarum solitariis; sepalis ovatis, obtusis, ciliolatis.

Eugenia Ubensis Camb. l. c. 253.

Frutex 3-pedalis; rami teretiusculi; novelli paullo compressi. Folia subtus pallidiora; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 2—4″ lg., 10—20‴ lt.; nervo subtus prominente; venis vix manifestis, apice anastomosantibus. Squamae gemmarum imbricatae, glandulosae; inferiores ovatae, obtusae, ciliatae; superiores lanceolatae, acutae. Pedicelli 3—4‴ lg. Germen bracteolis 2, lanceolatis, 1‴ lg., deciduis stipatum, biloculare, loculis multiovulatis. (Camb.) †

In silvis caeduis, vulgo Capoeiras, prope vicum Ubá, prov. Minarum, in confinio Rio de Janeiro, floret Octobri: St. Hil. Pl. Dryas.

24. STENOCALYX SESSILIFOLIUS Berg: glaberrimus; foliis sessilibus, membranaceis, oblongis v. lanceolato-oblongis, utrinque angustatis, basi truncatis v. subcordatis, apice acute v. obtusiuscule acuminatis, discoloribus, creberrime pellucido-punctatis,

tenuissime venosis, subreticulatis, duplicato-limbinerviis; pedunculis ex infimis 1—3 nodis ramorum annotinorum, solitariis, oppositis; bacca subglobosa, laevi, sepalis lanceolatis, acutiusculis, fructum subaequantibus coronata, pleiosperma. ♄

Myrtus sessilifolia Mart. Herb.

Eugenia sessilifolia DC. Prodr. III. 263.

Rami teretiusculi, laeves; ramuli compressi, purpurei, basi tegmentis instructi. Folia siccata supra olivacea, subtus fuscescentia, 2—3″ lg., 7—16‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, erecto-patulis, utrinque venulisque interjectis tenuioribus vix prominulis. Pedunculi in ramulo evoluto laterales, basi nudi, nec vero axillares, 7—10‴ lg. Bacca 5‴ diametro, 6-sperma, sepalis fere 4‴ lg. coronata. Semen angulatum, 2‴ lg. Embryo homogeneus. (v. in hb. Monac.)

Habitat inter sepes atque in silvis caeduis prope Camamú et Ilheos in prov. Bahiensi, fructificat Decembri: M. Pl. Dryas.

25. STENOCALYX LONGIPES Berg: glaber; foliis longiuscule petiolatis, rigidis, lanceolatis v. oblongo-lanceolatis, basi cuneatis, apice acutis, discoloribus, supra nitidis, subtus minutissime impellucido-punctatis, tenuiter venosis, limbinerviis; pedunculis e gemma 4-fariam imbricata, ad anthesin excrescente 2—4, singulatim oppositis, squama lineari-spathulata fultis, elongatis, validis; germine urceolato, basi angustato; sepalis lanceolatis, obtusiuscule angustatis, ciliolatis, demum patentibus. ♄

Rami teretes, exophloeo delabente; ramuli compressi; novelli basi floriferi, apice foliiferi. Folia superne cano-virentia, subtus fuscescentia, ibidem fusco-punctulata; petiolo 2—4‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 6—11‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, patentibus, supra oblitteratis, subtus prominulis. Gemmae squamis concavis, glabris, inferioribus ovatis, superioribus lineari-spathulatis, 4‴ lg. obtectae. Pedunculi 15—21‴ lg. Germen laeve, bracteolis 2, remotiusculis, linearibus, basi concavis, 1½‴ lg. stipatum, biloculare, 1½‴ lg.; ovulis minimis, pluribus. Sepala 4, 3‴ lg., basi 1½‴ lt. Petala 4, obverse oblonga, ciliolata, 4‴ lg. Stamina petalis paullulum longiora. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Mart.)

A *St. blastantho* differt: foliis longius petiolatis, supra impunctatis, subtus minutissime glandulosis; pedunculis duplo longioribus, sepalis obtusiuscule angustatis.

Habitat in prov. Minarum: Claussen n. 312. Pl. Oreas.

26. STENOCALYX SQUAMIFLORUS Berg: ramulis novellis pedunculisque patenti-pubescentibus; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, obtuse leviter acuminatis, basi breviter acutis, adultis glabris, ciliatis, discoloribus, utrinque creberrime elevato-, pellucido-punctatis, supra subnitidis, subtus opacis, venosis, limbinerviis; pedunculis solitariis, 1-floris oppositis ex eadem gemma pluribus, squama fultis, apice ebracteatis; sepalis lanceolatis, acutis, ciliolatis, demum reflexis. ♄

Folium: Tabula nostra V. Fig. 93.

Rami teretiusculi, dichotomi; ramuli basi tegmentis instructi, pubescentes; novelli purpurei. Folia supra obscure viridia, subtus fuscescentia, margine revoluta; petiolo 1—1½‴ lg., piloso; lamina 18—26‴ lg., 7—13½‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, supra vix manifestis, subtus prominulis. Gemmae geminae, subterminales, cylindricae, 4-fariam imbricatae, paribus circiter 8 squamarum ciliatarum, inferiorum ovatarum, superiorum oblongarum tectae, apice serius ad ramum foliatum excrescentes. Pedunculi ex axillis squamarum 2—4 summarum, solitarii, iis 2—3-plo longiores, 4—6‴ lg. Germen pilosiusculum, loco bracteolarum utroque latere setis carnosis, 2—4-nis stipatum, biloculare, multiovulatum, disco 4-gono, plano, late marginato, medio concavo obtectum. Sepala 4, lanceolata, acuta, ciliolata, 2‴ lg., ½‴ lt., patentia, demum reflexa. Petala 4, obovato-oblonga, subunguiculata, ciliolata, 4‴ lg. Stamina plurima, erecta, exteriora 3‴ lg., interiora 1‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Ab affinibus speciebus differt: foliis adultis ciliatis; habitu accedit ad *St. ligustrinum, St. blastanthum, St. pterocarpum.*

Habitat in Serra de Jacobina prov. Bahiensis: Blanchet n. 2572. Pl. Oreas.

27. STENOCALYX XANTHOXYLOIDES Berg: ramulis novellis pubescentibus; foliis subsessilibus, chartaceis, oblongo-ovalibus, basi obtusis, apice obtuse angustatis, discoloribus, glabris, creberrime pellucido-punctatis, subtus nigrescenti-glandulosis, supra aveniis, subtus tenuissime venosis, prope marginem limbinerviis; pedunculis glabris, e gemma 2, solitariis, oppositis; germine glabro, laevi; sepalis oblongis, obtusis, ciliolatis, demum reflexis. ♄

Eugenia erythroxyloides Mart. Herb.

Eugenia xanthoxyloides Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 264., nec Miq.

Rami teretiusculi, rimosi; ramuli abbreviati; novelli compressi. Gemmae terminales, 4-fariam imbricatae, tegmentis sursum longioribus. Folia supra obscure viridia, subtus fuscescentia; petiolo ½‴ lg.; lamina 10—20‴ lg., 6—10‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, supra haud visibilibus, subtus vix manifestis. Pedunculi 2—3‴ lg., squamis summis gemmae fulti. Alabastra 2‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen biloculare, multiovulatum. Sepala 4, ¾‴ lg. Petala 4, obverse oblonga, ciliolata, 2‴ lg. Stamina 2½‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Not. *Eug. xanthoxyloides Miq.* in Linn. XXII. 536. attinet ad ad varietatem Minensem *St. ligustrini.*

Frequens in silvis primaevis prope Rio de Janeiro, floret Octobri: M., St. Hilaire. Pl. Dryas.

28. STENOCALYX SILVESTRIS Berg: ramulis foliisque novellis pedunculis et germinibus pilis ferrugineis adpresso-villosis; foliis petiolatis, demum coriaceis, ovali-oblongis, recurvato-obtuse acuminatis, basi acutis, adultis glabris, supra nitidis, subtus pallidioribus, fusco-, impellucido-glandulosis, obsolete venosis, limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, squama fultis, e gemma 4—6-nis; sepalis oblongis, obtusis, ciliolato-fimbriatis. ♄

Eugenia Brasiliensis, β. silvestris Mart. Herb.

Rami teretes, rimosi; ramuli obsolete 4-goni; novelli compressi. Gemmae squamis 4-fariam imbricatis, inferioribus ovatis, superioribus oblongis et spathulatis, fimbriato-ciliatis. Folia novella tenuia, pellucido-punctata, adulta siccata supra olivacea, subtus fuscescentia; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 16—26‴ lg., 8—12‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis erecto-patulis, tenuibus, utrinque vix manifestis. Pedunculi ex axillis squamarum superiorum et foliorum inferiorum gemmae oriundi, 2—3‴ lg. Alabastra 3‴ lg., ebracteata. Germen biloculare, multiovulatum. Sepala 4, oblonga, extus nervo medio et margine villosa, 2‴ lg. Petala 4, subrotunda, 2½‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 2½‴ lg. (v. in hb. Mart. et Sonder.)

Habitat ad Cabo Frio in prov. Rio de Janeiro, floret Septembri: Princ. de Neuwied. Pl. Dryas.

29. STENOCALYX MUTABILIS Berg: ramulis foliisque novellis, pedunculis et alabastris pilis ferrugineis dense nitideque strigosis; foliis biennibus, excretis longe petiolatis, membranaceis, ovali-oblongis, acuminatis, basi acutis, discoloribus, glabris, supra nitidis, impunctatis, tenuissime subreticulato-venosis, longiori a margine distantia duplicato-limbinerviis; pedunculis e gemma 2—8-nis v. ex nodis infimis ramulorum plerumque apice bifoliatorum solitariis, oppositis, basi nudis; sepalis oblongis, obtusis, utrinque velutinis, reflexis. ♄

Tabula nostra V. Fig. 89. (fol. adultum), 94. (fol. novellum).

Rami teretiusculi; ramuli 4-goni, glabri; novelli compressi, ex infimis nodis flores, ex summo par foliorum gerentes, interdum aphylli, racemum mentientes. Folia ad florendi tempus parva, 6—9‴ lg., 2—4‴ lt., serius excrescentia; petiolo 4—6‴ lg.; lamina 26—30‴ lg., 11—18‴ lt.; nervo medio supra parum impresso, subtus prominente; venis tenuibus, suberecto- v. erecto-patulis, utrinque parum prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque parum prominulis. Pedunculi basi nudi, 2—3‴ lg., summi interdum axillares, petiolo breviores, saepius spurie racemosi. Alabastra 3‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen biloculare, loculis multiovulatis. Sepala 4, in alabastro patula, globo petalorum longiora, 2‴ lg. Petala 4, subrotunda, pauciciliolata, 2½‴ lg. Stamina stylusque petala aequantia. (v. in hb. Vindob. et Mart.)

Habitat ad Tingua in prov. Rio de Janeiro: Schott n. 5854. Pl. Dryas.

30. STENOCALYX GRANDIFLORUS Berg: ramulis novellis ad basin ferrugineo-tomentellis, superne glabris; foliis annuis, petiolatis, membranaceis, ovali-oblongis, utrinque acutis v. apice acuminatis, junioribus ciliatis, ad nervos puberulis, demum glabris, impunctatis, diaphano-, reticulato-penninerviis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, ex infimis nodis ramorum annotinorum, basi nudis, puberulis v. glabris; germine velutino; sepalis ovalibus, obtusis, utrinque velutinis. ♄

Rami tortuosi, incrassati; ramuli abbreviati, subtetragoni, nodis approximatis, novelli saepissime contracti, basi flori-, apice foliiferi. Gemmae rotundo-ovatae, tomentellae, in axillis foliorum. Folia ad tempus florendi tenuissima, diaphana; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 2—3¾″ lg., 8—20‴ lt.; nervo medio utrinque parum prominulo; venis subpatentibus, utrinque vix prominulis venulisque tenuissimis, reticulato-ramosissimis, diaphanis coloratis. Pedunculi ½—1½″ lg. Alabastra velutina, obovata, 6‴ lg., bracteolis 2, pubescentibus, filiformibus, 4½‴ lg., deciduis stipata. Germen biloculare, loculis pauciovulatis, disco velutino obtectum. Sepala 4, demum reflexa, 2½‴ lg. Petala 4, obverse oblonga, extus piosiuscula, ciliata, 7‴ lg. Stamina stylusque 6‴ lg. (v. ex hb. Vindob. in hb. Mart. et Zuccar.)

Habitat ad Cavalcante in prov. Goyazensi: Pohl. Pl. Oreas.

31. STENOCALYX BRASILIENSIS Berg: glaber; foliis petiolatis, biennibus, demum coriaceis, obovatis et apice rotundatis v. obovato-oblongis et obtuse acuminatis, basin versus angustatis, novellis ciliatis, pellucido-punctatis, adultis supra lucidis, venosis, longiori a margine distantia limbinerviis; pedunculis ex eadem gemma 4—6, in axillis squamarum oppositis, solitariis; germine laevi, glabro, bracteolis 2, minimis, approximatis v. remotis stipato; sepalis oblongis, obtusis, ciliolatis, reflexis; bacca globoso-tetragona, nitida, sepalis accrescentibus, erectis coronata, 1-sperma. Variat:

α. iocarpus: fructu atroviolaceo.

Eugenia Brasiliensis Lam. Dict. III. 203. DC. Prodr. III. 267. Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 255. t. 152. Mart. in Flora Rat. XX. Beibl. II. 83. n. 45. Syst. mat. med. bras. 31., ubi auctor huc ducit Eugeniam Grumixama Vell. Flor. Flum. V. t. 71. (Textus p. 216. n. 12.)

Myrtus Dombeyi Spreng. Syst. II. 485.

Tabula nostra V. Fig. 99. (folium) et Tab. XXXI.a.

Arbor citri aurantii magnitudine; rami suberecti, teretes; ramuli subtetragoni. Folia adulta sicca supra atrovirentia v. hepatica, subtus pallidiora, margine recurva, obscure punctata; petiolo 3—6‴ lg.; lamina 1½—5″ lg., 1—2½″ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, erecto-patulis, utrinque parum prominulis. Gemmae crassae, 4-gonae, albido-puberulae, demum in ramulum basi flori- v. fructiferum, apice paucifoliatum excrescentes; squamis imbricatis, inferioribus rotundatis, sursum sensim longioribus et angustioribus, ciliatis. Pedunculi ½—1½″ lg., glabriusculi, ex axillis squamarum summarum, rarius foliorum infimorum. Germen biloculare, multiovulatum, vertice glabriusculum. Sepala 4, foliacea, 3‴ lg. Petala 4, obovata, ciliolata, 6‴ lg. Stamina 5‴ lg. Stylus longitudine staminum. Bacca cerasi magnitudine, sepalis 4‴ lg., 2‴ lt. coronata, sapore grato. Semen globosum, testa membranacea obtectum. Embryo homogeneus. (v. in hb. Berol., Mart., Monac., Sonder., Vindob.) — *Myrtus fasciculata Fl. Fl.* maxime cum hac specie convenit, sed nervatura (an recte delineata?) distincta videtur. *Myrtus Grumixama Fl. Fl. V. t. 71.* nomine habituque aequaliter ad hanc speciem pertinet, sed (an pictoris incuria?) sepalis acutis, fructu depresso-globoso differt.

β. erythrocarpus: fructu rubro. †

Eugenia Brasiliensis, β. erythrocarpa Camb. l. c.

γ. leucocarpus: fructu albo. †

Eugenia Brasiliensis, γ. leucocarpa Camb. l. c.

Habitat: α. β. in prov. Pernambuco: Schornbaum; nec non prope urbem Rio de Janeiro ibique hortis culta: M., St. Hilaire, Beyrich; γ. in partibus prov. Rio de Janeiro, dictis Distrito de Mangaratyba et Distrito d'Ilha-Grande: St. Hilaire. Grumixameira *incolis. Pl. Dryas. Fructus saccharo conditur.*

32. STENOCALYX BLASTANTHUS Berg: glaber; foliis breviter petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice acutiusculis, basi acutis, discoloribus, utrinque creberrime et elevato-, obscure pellucido-punctatis, superne nitidis, venosis, limbinerviis; pedunculis 2—3 e gemma terminali, 4-fariam imbricata; bacca globosa, laevi, 1—2-sperma, sepalis lanceolatis, acutis, fructum dimidium aequantibus coronata. ♄

Rami teretiusculi, novelli compressi. Folia siccata supra hepatica, subtus pallidiora; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 17—30‴ lg., 8—14‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis, supra parum prominulis, subtus vix visibilibus. Pedunculi 7—9‴ lg., solitarii, oppositi, ex nodis 1—2 infimis gemmae v. rami abbreviati, basi squamis imbricatis instructi. Bacca 4—6‴ diametro, laevis, sepalis 4, 2—2½‴ lg., 1‴ lt. discoque concavo, glabro coronata. Embryo cotylis crassis, plano-convexis, medio liberis, margine conferruminatis. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Dryas.

33. STENOCALYX STIPULARIS Berg: innovationibus raro sparseque puberulis, cito glabris; stipulis setaceis, caducis; foliis petiolatis, biennibus, chartaceis, elliptico-oblongis, obtuse acuminatis, basi acutis, discoloribus, creberrime pellucido-punctatis, supra nitidis, venosis, limbinerviis; pedunculis gracilibus, e gemma 4—6, ex axillis squamarum solitariis, oppositis; germine laevi, dense sericeo; sepalis oblongo-lanceolatis, obtusiusculis, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi, albidi, cortice suberoso, rimoso obtecti; ramuli compressi, glandulosi, glabri, foliati; novelli floriferi. Gemmae e squamis 4-fariam imbricatis, basi floriferae, sursum foliiferae; squamae inferiores ovales, superiores oblongae, obtusae, summae elongatae, glandulosae, pedunculo parum breviores, deciduae, dorso puberulae. Setae stipulares ad bases foliorum novellorum. Folia siccata supra laete viridia, subtus fuscescentia, margine subrecurva; petiolo $1^1/_2$‴ lg.; lamina 22—36‴ lg., 9—17‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, patulis, utroque latere circiter 18, distantibus, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. Pedunculi 6—8‴ lg. Alabastra oblonga, 4‴ lg., loco bracteolarum setis carnosis stipata. Germen biloculare, multiovulatum. Sepala 4, 2‴ lg. Petala 4. (v. in hb. Berol.)

Differt a *St. Ubensi:* foliis brevius petiolatis, minoribus; pedunculis duplo longioribus; germine sericeo; sepalis oblongo-lanceolatis; a *St. blastantho:* foliis latioribus, tenuioribus; pedunculis gracilioribus; sepalis obtusis.

Habitat in Brasilia meridionali: Sellow.

34. STENOCALYX RIEDELIANUS Berg: ramulis foliisque novellis pilis raris inspersis; foliis petiolatis, chartaceis, lanceolatis v. oblongo-lanceolatis, acute acuminatis, basi in petiolum attenuatis, mox glabris, impunctatis, obsoletissime venosis, sublongiori a margine distantia limbinerviis; gemmis 2—6-floris, squamis caducis; germine sericeo, laevi; sepalis ovate lanceolatis, concavis, acutis, minute ciliolatis. ♄

Rami exophloeo delabente glabri; novelli compressi. Folia perennantia, siccata novella pallida, adulta badia; petiolo 3‴ lg.; lamina 2—$4^1/_4$″ lg., 8—16‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis tenuissimis, densissimis, lineatis, subpatulis, utrinque vix visibilibus. Gemmae terminales mox in ramum basi floriferum, apice foliiferum excrescentes, axillares plerumque floriferae; squamis cito deciduis. Pedunculi 5—10‴ lg., superiores interdum axillares, inferiores laterales, basi nudi v. squama obverse lanceolata, acuminata fulti. Germen albo-sericeum, biloculare, multiovulatum, vertice planum, bracteolis stipantibus caducis. Sepala 4, 2‴ lg., basi 1‴ lt. Stamina stylusque 2‴ lg. (v. deflorat. in hb. Mart.)

Habitat prope praedium Mandiocca in prov. Rio de Janeiro, floret Februario: Riedel. Pl. Dryas.

35. STENOCALYX LAXUS Berg: ramulis petiolisque novellis gemmisque brunneo-sericeis; foliis membranaceis, petiolatis, ovali-oblongis, longe acute acuminatis, basi cuneatis, excepto nervo glabris, nitidis, pellucido-punctatis, reticulato-venosis, 3-plicato-limbinerviis; pedunculis filiformibus, 2—4 ex gemma, e nodis solitariis, oppositis, glabris; germine glabro, laevi; sepalis inaequalibus, glabris, ciliolatis, majoribus ovatis, obtusis, minoribus, oblongo-lanceolatis, acutiusculis; bacca pyriformi, 1-sperma. ♄

Myrtus laxa Mart. Herb.
Eugenia laxa DC. Prodr. III. 263.

Rami obsolete 4-goni, rimosi. Folia minutissime et grossius punctata; petiolo 1‴ lg.; lamina 22—45‴ lg., 8—17‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis venulisque reticulatis supra prominulis, subtus prominentibus. Pedunculi 6—16‴ lg., ex infimis nodis gemmae axillaris et terminalis, apice foliatae egredientes, squama minuta, ovata fulti. Alabastra glabra, $1^1/_2$‴ lg., bracteolis hypanthis caducis. Germen biloculare, loculis pluriovulatis. Sepala 4, majora 1‴ lg. Petala 4. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Monac. et Sonder.)

Habitat in silvaticis deserti ad Caitetė, Villam do Rio das Contas, in prov. Bahiensi: M. Pl. Hamadryas.

36. STENOCALYX ALAGOENSIS Berg: glaber; foliis petiolatis, chartaceis, elliptico-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi acutis, supra nitidulis et creberrime elevato-, subtus sparsius pellucido-punctatis, tenuiter venosis, subduplicato-limbinerviis; pedunculis e gemma laterali v. axillari plerumque 4, singulatim oppositis, squama fultis; germine glabriusculo, laevi; sepalis oblongis, obtusis, ciliatis, demum reflexis marginibusque involutis. ♄

Rami teretiusculi, superne compressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia siccata pallide fusca, novella deficientia; petiolo 2‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 8—16‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis tenuibus, suberecto-patulis, supra obliteratis, subtus venulisque tenuioribus, reticulatis parum prominulis. Gemmae (in speciminibus mihi obviis) omnino floriferae, squamis ovatis, 4-fariam imbricatis, summis majoribus, $^3/_4$‴ lg. obtectae. Pedunculi filiformes, 3—4‴ lg. Alabastra obovato-oblonga, 2‴ lg., ebracteata. Germen breve. Sepala 4, $^3/_4$‴ lg. Petala 4, obovata, ciliolata, fere 2‴ lg., reflexa. Stamina petalis paullulum longiora. Stylus 2‴ lg. (v. florif. in hb. Vindob.)

Habitat in prov. Alagoas: Gardner n. 1290. Pl. Hamadryas.

37. STENOCALYX GARDNERIANUS Berg: ramulis novellis minutissime puberulis; foliis biennibus, petiolatis, membranaceis, demum coriaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, brevissime late obtuseque acuminatis, basi obtusis v. acutis, glabris, annotinis utrinque, adultis subtus creberrime elevato-punctatis, supra vix nitidis, aveniis, subtus tenuiter venosis, limbinerviis; pedunculis e gemma solitariis, glabris; germine dense sericeo; sepalis oblongis, obtusis, ciliolatis, demum reflexis. ♄

Rami teretiusculi, albidi, laeves; ramuli subtetragoni; novelli badii, basi squamis elongatis, imbricatis, complicatis, cinnamomeis, superioribus basi ciliatis, 5‴ lg. tecti. Folia annotina minute ciliolata, pellucido-punctata, adulta interdum suborbicularia, opaca; petiolo 2‴ lg.; lamina 15—27‴ lg., 8—13‴ lt., basi rotundata, sed brevissime in petiolum attenuata v. subcuneata; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis tenuibus, saepissime subpatulis, interdum suberecto-patulis, in foliis annotinis lucem versus visibilibus, in adultis supra haud manifestis, subtus prominulis. Pedunculi (in specimine unico mihi obvio) solitarii ex gemma, glabri, 10—14‴ lg., squama fulti. Germen bracteolis 2, linearibus, acutis, 1‴ lg. stipatum. Sepala 4, 2‴ lg. Petala 4, obverse oblonga, 4‴ lg. Stamina stylusque 3‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in prov. Alagoas: Gardner n. 1291. Pl. Hamadryas.

38. STENOCALYX MOLLICOMA Berg: glaberrimus; foliis breviter petiolatis, annuis, tenuissime membranaceis, ovato-oblongis, obtuse acuminatis, basi obtusis v. subcordatis, creberrime pellucido-punctatis, tenuissime reticulato-venosis, irregulariter arcuatim limbinerviis; pedunculis ex eadem gemma 2—4; germine laevi, glabro, disco puberulo terminato; sepalis oblongo-lanceolatis, obtusis, fimbriato-ciliatis, reflexis. ♄

Eugenia mollicoma Mart. Herb.

Rami teretiusculi, exophloeo secedente; ramuli compressi. Folia petiolo 1‴ lg.; lamina 10—20‴ lg., 6—12‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus parum prominente; venis subpatentibus, binis infimis utriusque lateris reliquis manifestioribus, plerumque ante marginem longe excurrentibus venulisque reticulatis, utrinque non prominulis. Pedunculi 12—16‴ lg., filiformes. Germen biloculare, multiovulatum. Sepala 4, 2‴ lg. Petala 4, obovata, ciliolata, 3‴ lg. Stamina stylusque petala aequantia. (v. in hb. Mart.)

Differt a *St. Michelii:* foliis annuis, tenuissime membranaceis.

Habitat in silvis ad Almada et alibi juxta fluvium Itahype in prov. Bahiensi: M. Pl. Dryas.

39. STENOCALYX DYSENTERICUS Berg: glaberrimus; foliis annuis, novellis membranaceis, diaphanis, adultis coriaceis, breviter petiolatis, ovato oblongis, basi obtusis v. subcordatis, apicem versus sensim obtusiuscule acutatis, pellucido-punctatis, supra nitidis, reticulato-venosis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, e gemma 2—6, squamis fulti; germine laevi; sepalis inaequalibus, ovato-oblongis, fimbriato-ciliatis, demum reflexis; bacca depresso-globosa, coronata, 1—3-sperma.

Myrtus dysenterica Mart. Herb.

Eugenia dysenterica DC. Prodr. III. 268. Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 249.

Arbor 6—12-pedalis, torta, ad florendi tempus fere aphylla, ramosa; rami flexuosi, suberosi, cortice longitudinaliter fisso; ramuli compressi, cinerei nigrescenti-glandulosi. Gemmae squamis 4-fariam imbricatis, ciliatis, inferioribus ovatis, superioribus oblongis, summis spathulatis tectae. Folia ad florendi tempus minuta, demum sensim excrescentia siccata rufa; petiolo 1—2‴ lg.; lamina ad florendi tempus usque 14‴ lg., 6‴ lt., tandem 42‴ lg., 18‴ lt.; nervo medio venisque subpatulis et venulis interjectis tenuioribus, reticulatis utrinque praesertim superne prominulis, his inter nervum limbalem et marginem multoties anastomosantibus. Pedunculi 6—8‴ lg., ex axillis squamarum superiorum gemmae. Alabastra ovalia, 4‴ lg., ebracteata. Germen biloculare, multiovulatum. Sepala 4, 2 majora fere 2‴ lg. Petala 4, obovata, 4‴ lg. Stamina petala fere aequantia. Stylus stamina aequans. Bacca dilute citrina, succosa. Semina elliptica, alba. (v. fruct. in hb. Berol., Mon. et Sonder.)

Habitat in prov. Bahiensi: Blanchet n. 3298.; prov. Goyazensi, Minarum et S. Pauli: M.; in campis siccis, sterilibus. Cagaiteira *incolarum. Pl. Vaga.*

40. STENOCALYX BAHIENSIS Berg: innovationibus ferrugineo-strigosis; foliis annuis, membranaceis, petiolatis, ovalibus, obtuse angustatis, basi cuneatis, adultis glabris, opacis, pellucido-punctatis, obsolete venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; pedunculis e gemma 2, singulatim oppositis, squama decidua fultis; germine laevi, ferrugineo, dense strigoso; sepalis aequalibus, oblongis, obtusis, reflexis. ♄

Myrtus laxa Mart. Herb. pro parte.

Rami teretiusculi, laeves, pallidi; novelli subcompressi, sparse pilosi. Folia petiolo 2—3‴ lg.; lamina 15—20‴ lg., 8½—12‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominulo; venis tenuissimis, erecto-patulis, utrinque venulisque ramulosis vix visibilibus. Pedunculi ¾—1″ lg., ex infimo nodo gemmae axillaris, squama lanceolata, villosa, decidua fulti. Germen loculis pluriovulatis, vertice pilosiusculum. Sepala 4, 1½‴ lg. (v. deflor. in hb. Mart.)

A *St. laxo* differt: foliis ovalibus, obtuse angustatis, opacis, obsolete venosis; germine ferrugineo-strigoso; sepalis aequalibus, oblongis.

Habitat in silvaticis deserti ad Caiteté, Villa do Rio das Contas in prov. Bahiensi, floret Octobri: M. Pl. Hamadryas.

XV. MYRCIANTHES Berg.

Eugeniae *et* Myrciae *species auct.*

Hypanthium (calycis tubus auct.) supra germen haud productum. Germen inferum, 2—3-loculare, multiovulatum; ovula sporophoris centralibus affixa. Sepala 5, subrotunda, brevissima. Petala 5, margini hypanthii affixa. Stamina perigyna, cum petalis inserta, creberrima; filamenta libera, praefloratione introflexa; antherae subrotundae v. ovales, dorsifixae ibique glandula instructae, biloculares, loculis margine longitudinaliter dehiscentes; granula pollinis lenticulari-trigona, tripora. Carpophylla 2—3, verticem germinis stylumque formantia. Stylus filiformis. Stigma simplex. Fructus baccatus vel drupaceus, disco plano, sepalisque coronatus, 1—4-spermus. Semen subglobosum, testa membranacea obtectum. Embryo exalbuminosus; cotylis 2, discretis, carnosis, plano-convexis; rostello brevi, subexserto; gemmula saepe distincta, inter cotylas latens.

Arbores v. frutices, foliis exstipulatis, oppositis, pellucido-punctatis, integerrimis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, 1-, 3-floris v. dichotomis.

1. MYRCIANTHES BRUNNEA Berg: ramulis foliisque novellis ad costam marginemque brunneo-villosis; foliis breviter petiolatis, pergamaceis, ovalibus, obovatis v. oblongo-obovatis, obtusis, basi cuneatis, discoloribus, utrinque elevato-, obscure pellucido-punctatis, adultis glabris, venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, folio plerumque longioribus; germine biloculari; calyce brevissime et obtusissime 5-lobo, ciliato. ♄ Variat:

α. grandifolia: foliis tenuioribus, duplo majoribus.

Rami teretiusculi, exophloeo delapso laeves; ramuli subtetragoni; novelli compressi. Folia margine vix recurva, siccata supra atrovirentia, subtus brunnea; petiolo 1‴ lg.; lamina 8—13‴ lg., 3—8‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus parum prominente; venis tenuissimis, erecto-patulis, utrinque vix prominulis. Pedunculi 5—8‴ lg., glabriusculi, graciles, ad ramos annotinos ex inferioribus nodis oriundi. Alabastra obovata, 1½‴ lg., glabriuscula, bracteolis 2, linearibus, ½‴ lg. stipata. Germen disco planiusculo, glabriusculo obtectum. Calyx obtuse 5-repandus, lobis latis, brevibus, obtusis, ciliatis. Petala 5, subrotunda, pilosiuscula, 1‴ lg. Stamina petalis subaequalia. Stylus staminibus paullo longior. (v. in hb. Berol.)

β. parvifolia: foliis rigidioribus, minoribus.

Myrtus ovalis Spreng. Syst. II. 479. DC. l. c. 241.

Folia petiolo ½‴ lg.; lamina 3—6‴ lg., 2—4‴ lt. Pedunculi 3—5‴ lg., superiores folio aequales v. breviores. (v. in hb. Berol. et Sprengel.)

Habitat ad Fazenda do Funil prov. S. Pauli, floret Decembri: Sellow. Pl. Napaea.

2. MYRCIANTHES APICULATA Berg: ramulis foliisque novellis et pedunculis pilis adpressis, raris inspersis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, apiculatis, ovato-oblongis, acutatis, basi obtusiusculis, adultis glabris, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, supra nitidis, subtus pallidioribus, reticulato-venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, folium subaequantibus, cymoso 3-, rarius 5-floris, floribus in dichotomia sessilibus; germine biloculari; bacca subglobosa, sepalis 5, subrotundis, concavis coronata, 1—2-sperma.

Tabula nostra XXXII.

Arbor 10—15-pedalis, ramosissima; rami teretes, laeves; ramuli compressi; novelli badii. Folia 10—14‴ lg., 4—6‴ lt.; petiolo 1‴ lg.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis subpatulis venulisque reticulatis, utrinque prominulis. Pedunculi 6—9‴ lg., compressi; pedicelli 2‴ lg., bractea lanceolata fulti. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, subulatis, ½‴ lg., ciliolatis stipata. Germen glabriusculum, disco planiusculo, centro

glabro, ambitu velutino terminatum. Sepala 5, inaequalia, subrotunda, concava, ciliata, intus velutina, majora ¾‴ lg. Petala 5, obovata, ciliolata, 1½‴ lg. Stamina 2½‴ lg. Stylus glaber, staminibus brevior. Bacca 4‴ diametro, glabra. Semen testa membranacea obtectum. Embryo cotylis 2, carnosis, discretis; rostello brevi; gemmula distincta, inter cotylas latente. (v. in hb. Berol.)

Habitat in fruticetis ripariis ad S. Luzia in Montevideo, floret Januario: Sellow. Pl. Napaea.

3. MYRCIANTHES CISPLATENSIS Berg: ramulis foliisque novellis, petiolis et pedunculis sparse et raro sericeis, mox glabris; foliis petiolatis, oppositis, rarissime et subalternis ternisque, coriaceis, apicem versus sensim acutatis plerumque apiculatis, basi obtusiusculis, margine cartilagineis, utrinque creberrime elevatoque pellucido-punctatis, supra nitidis, venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, oppositis, trifloris aut bifidis, ramis trifloris, floribus in dichotomia sessilibus; germine biloculari; bacca globosa, sepalis brevibus, 2 majoribus obtusis coronata, 1—4-sperma. ♄ Variat:

α. angustifolia: foliis lanceolatis v. oblongo-lanceolatis; cymis folio longioribus.

Eugenia Cisplatensis, α. *Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 246. t. 151.*

Rami teretiusculi, laeves, subdivaricati; novelli compressi. Folia margine recurva; petiolo 1½—3‴ lg.; lamina 13—21‴ lg., 3½—6‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, utrinque prominulis; venulis interjectis ramulosis. Cymae 3- v. 7-florae, 15—22‴ lg. Alabastra obovata, glabriuscula, 1½—2‴ lg., bracteolis 2, linearibus v. ovatis stipata. Germen disco plano, minute puberulo obtectum. Sepala 5, inaequalia, ciliolata, intus sericea, 2 majora subrotunda, ¾‴ lg., 3 minora ovata, acutiuscula. Petala 5, subrotunda, ciliata, 1—⅝‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus staminibus paullo longior. Bacca 2‴ diametro, glabra. Seminis testa membranacea. Embryo cotylis discretis, plano-convexis; rostello brevi, subexserto, manifesto; gemmula conspicua. (v. in hb. Berol.)

Varietates β. et γ. *Eug. Cisplatensis Camb.* nec ad hoc genus pertinent, sed ad Blepharocalycem.

β. latifolia: foliis ovato- v. ovali-oblongis; cymis 3- v. 7-floris, folio paullo brevioribus.

Folium: Tabula nostra V. Fig. 96.

Folia lamina 14—24‴ lg., 6—9‴ lt. Cymae 9—15‴ lg. (v. in hb. Berol.)

γ. brevipedunculata: caule humiliore; foliis ovato- v. ovali-oblongis; cymis trifloris, folio duplo brevioribus.

Folia lamina 12—14‴ lg., 5—6½‴ lt. Cymae 5—6‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat: α. in arenosis Comarca do Norte in prov. S. Catharinae: Sellow: nec non in silvis ad amnem Queguay in parte occidentali reipublicae Montevidensis: St. Hilaire; β. in campis ad ripas prope S. Francisco de Paula in prov. Rio Grande do Sul: Sellow; γ. in prov. S. Catharinae districtu Comarca do Norte: Sellow, floret Novembri et Decembri. Pl. Napaea.

4. MYRCIANTHES EDULIS Berg: ramulis foliisque novellis subtus et fructibus subbrunneo-velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, oblongis v. oblongo-lanceolatis, gradatim acutatis, basi acutiusculis v. obtusiusculis, discoloribus, supra glabris, nitidis, subtilissime elevato-punctatis, adultis subtus pubescentibus, reticulato-penninerviis, ante marginem arcuatim limbinerviis; drupa subglobosa v. fere ovoidea, sepalis brevissimis coronata, 1—2-sperma.

Arbor 20—25-pedalis, habitu Cerasi acidae (fide Sellowii); rami glabri, laxi, virgati, teretiusculi; novelli compressi. Folia margine recurva, siccata supra aeruginea, subtus fuscescentia; novella obscure, adulta haud pellucido-punctata, interdum subalterna; petiolo 4‴ lg.; lamina 15—34‴ lg., 6—14‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis utroque latere 5—7 arrectis, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuissimis, reticulato-ramosissimis. Inflorescentia floresque non suppetunt. Drupa breviter pedunculata (e germine biloculari orta, fide Sellowii), 1—1½‴ diametro, sapore grato, acidodulci (Sellow.). Semen globosum, basi attenuatum. Embryo cotylis carnosis, hemisphaericis; rostello exserto. (v. fructif. in hb. Berol.)

Habitat in silvis arenosis in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

XVI. MITRANTHES Berg.

Calyptranthis *et* Psidii *species auct.*

Alabastra clausa, ovoidea, bracteolis 2 stipata. Hypanthium (calycis tubus auctor.) supra germen plus minusve productum. Germen 3—4-loculare, multiovulatum, inferum, sporophoris septiformibus, centralibus, germinis parietem subattingentibus, apice recurvis et ovuliferis. Calyx clausus, ad anthesin circumscissus et operculum laterale, demum deciduum constituens. Petala 4—5, subrotunda, pellucido-punctata, margini libero hypanthii inserta. Stamina plurima, cum petalis inserta; filamenta libera, filiformia, in alabastro introflexa; antherae subrotundae, biloculares, dorsofixae, ibique glandula instructae, loculis ad marginem longitudinaliter dehiscentibus; granula pollinis trigona, tripora. Carpophylla 3—4, verticem germinis stylumque formantia. Stylus 1. Stigma terminale, simplex. Bacca .....

Arbores v. frutices, foliis exstipulatis, oppositis, coriaceis, integerrimis, glanduloso-punctatis, venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, unifloris, folio brevioribus.

1. MITRANTHES GARDNERIANA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, pedunculis et germinibus minute puberulis; foliis petiolatis, submembranaceis, ovato- v. ovate oblongis, utrinque attenuatis, apice longe acuteque acuminatis, discoloribus, glabris, creberrime elevato-, pellucido-punctatis, supra aveniis, subtus tenuissime venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis oppositis, solitariis, 1-floris, inferioribus basi nudis, superioribus axillaribus, folio brevioribus; alabastris turbinato-obovatis, angustato-obtusis, operculo hemisphaerico; germine triloculari; petalis 4. ♄

Folium: Tabula nostra V. Fig. 97.

Rami teretiusculi, grisei, glabri; novelli compressi. Folia siccata supra fusco-atra, subtus hepatica; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 1—2″ lg., 4—11‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis tenuissimis, suberecto-patulis, subtus prominulis. Pedunculi e ramis annotinis oriundi, 6—10‴ lg. Alabastra 3‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Hypanthium supra germen multiovulatum valde productum, in calycem clausum,

demum autem transversaliter rumpentem abiens, margine libero, tandem longitudinaliter irregulariterque fisso. SPOROPHORA bilamellata, parietem germinis fere attingentia. PETALA 4, obverse oblonga, extus sericea, $1^3/_4$''' lg. STAMINA 2''' lg. STYLUS 2''' lg., stigma capitatum. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in prov. Alagoas: Gardner n. 1311. Pl. Hamadryas.

2. MITRANTHES BROWNIANA BERG: ramulis foliisque novellis ad petiolum, costam marginemque et pedunculis adpresse pubescentibus; foliis brevissime petiolatis, coriaceis, ovato-oblongis v. ovatis, recurvato- obtuse leviterque acuminatis, basi obtusis v. cordatis, novellis utrinque sparse pilosiusculis, demum glabris, elevato-punctatis, subtus venosis, sublongiori a margine distantia limbinerviis; pedunculis e ramis novellis, inferioribus basi squama fultis, superioribus axillaribus, folio brevioribus; alabastris turbinatis, cuspidatis; germine biloculari; operculo demum irregulariter rumpente; petalis 4.

Psidium Brownianum DC. Prodr. III. 236.

ARBOR 15—20-pedalis; RAMI densi, propendentes, glabri, teretiusculi, cortice cinereo-albido vestiti (teste Martio); novelli compressi. FOLIA novella pellucido-punctata, adulta opaca, siccata obscura; PETIOLO 1 — $1^1/_2$''' lg.; lamina 2—$3^1/_4$'' lg., 10—22''' lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus incrassato; venis erecto-patulis, rectis, distantibus, supra obsoletis, subtus prominentibus. PEDUNCULI 6''' lg. ALABASTRA 4''' lg., bracteolis 2, subulatis, 1''' lg. stipata. PETALA 4, concava, subrotundo-ovata, glabra, 1''' lg. STAMINA antheris subrotundis. STYLUS 1, stigma simplex. (v. in hb. Mon. et Sonder.) — Ill. CANDOLLEUS speciem hanc praepositam teste Martio, qui calycem tandem 5-lobum nominat, ad genus Psidii duxerat; sed calyce transversim rumpente, germine biloculari, stigmate simplici, nec peltato, hanc speciem haud ad Psidium, sed ad Mitranthem pertinere demonstratur.

Habitat in silvis ad urbem Villa nova da Jacobina in prov. Bahiensi: M. Pl. Hamadryas.

3. MITRANTHES EUGENIOIDES BERG: foliis petiolatis, coriaceis, oblongis v. ovato-oblongis, acuminatis, glaberrimis v. glabriusculis, utrinque elevato-, demum obscure pellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis; pedunculis erectis v. divaricatis, folio brevioribus; alabastris obovato-oblongis, apice 5-gibbis; germine triloculari; petalis 5. Variat:

α. OBLONGIFOLIA: ramulis, pedunculis foliisque novellis margine et costa alabastrisque puberulis; foliis majoribus, oblongis, utrinque angustatis, acuminatis, glabriusculis; petalis extus lanatis, staminibus styloque puberulis.

Calyptranthes eugenioides Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 267. t. 155.

FRUTEX 8 — 10-pedalis; RAMI teretes, glabri, glandulosi. FOLIA $1^1/_2$ — $2^1/_2$'' lg., 8 — 12''' lt.; PETIOLO 2 — 3''' lg.; nervo medio subtus prominente; venis vix manifestis. PEDUNCULI 4''' lg. ALABASTRA pyriformia, obtusa, 3''' lg., bracteolis 2, subulatis, 1''' lg. stipata. GERMEN multiovulatum. OPERCULUM hemisphaericum. PETALA 2''' lg. STAMINA petalis paullo longiora. STYLUS stamina aequans. (Camb.)

β. OVATA: glabra; foliis minoribus, ovato-oblongis, basi obtusis v. brevissime acutis, elongato-acuminatis; petalis extus sericeis.

RAMI obtuse 4-goni, albidi; novelli compressi, badii, nitidi, basi lente valida minutissime puberuli. FOLIA supra nitida, discoloria, glaberrima; PETIOLO $1^1/_2$—2''' lg.; lamina 12—20''' lg., 6—9''' lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuissimis, patentibus, supra vix manifestis, subtus prominulis, sublongiori a margine distantia arcuatim unitis. PEDUNCULI 4''' lg. ALABASTRA obovata, 3''' lg.; bracteolis stipantibus caducis. GERMEN sporophoris bilamellatis parietem loculorum fere attingentibus. STAMINA 3''' lg. STYLUS staminibus paullo longior. (v. in hb. Sonder.)

Habitat: α. prope Bom Jardin in parte deserta occidentalique prov. Minarum, quam vocant Sertao, floret Septembri: St. Hilaire; β. in prov. Bahiensi: Salzmann. Pl. Hamadryas.

4. MITRANTHES OVALIFOLIA BERG: ramulis pedunculisque compressis, rufo-strigosis, mox glabratis; foliis petiolatis, rigidis, ovalibus v. rotundo-ovalibus, basi acutis, apice rotundatis v. obtusis, discoloribus, supra nitidis, glabris, impresso-, impellucido-punctatis, subtus rufo-squamosis, tandem glabratis, nigrescenti-punctatis, venosis; pedunculis validis, cernuis; alabastris breviter rostratis, integris; germine 4-loculari; petalis 4. ♄

Tabula nostra XXXIII.

RAMI tereti-compressi, glabri, laeves, nodosi, internodiis abbreviatis. FOLIA margine recurva; PETIOLO 3 — 4''' lg.; lamina 25—33''' lg., $18^1/_2$—23''' lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis supra vix manifestis, subtus prominulis, suberecto- v. erecto-patulis. PEDUNCULI axillares, solitarii, 1-flori, 10''' lg. ALABASTRA 4''' lg., bracteolis 2, ovatis, carinatis, acutis, 2''' lg. stipata. OPERCULUM conicum, breviter rostratum. PETALA dorso extus rufo-sericea, ceterum glabra, $2^1/_2$''' lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Brasilia: Sellow.

XVII. CALYCORECTES BERG.

ALABASTRA clausa, obovata, bracteolis 2, parvis stipata. HYPANTHIUM (calycis tubus auct.) supra germen productum. GERMEN inferum, biloculare, loculis multiovulatis, sporophoris medio dissepimento adnatis. CALYX clausus, demum usque ad verticem germinis 4 6-partitus. PETALA 4—6, margini angusto, libero hypanthii inserta. STAMINA plurima, cum petalis inserta; FILAMENTA libera, praefloratione introflexa; ANTHERAE ovales v. subrotundae, dorso supra basin fixae, supra insertionem glandula instructae, loculis ad marginem longitudinaliter dehiscentibus, demum explanatis; GRANULA POLLINIS trigona, tripora. CARPOPHYLLA 2, verticem germinis formantia. STYLUS filiformis. STIGMA simplex. FRUCTUS .....

FRUTICES, FOLIIS oppositis, glandulosis, costatis, arcuatim limbinerviis; PEDICELLIS corymbosis v. umbellatis, axillaribus.

1. CALYCORECTES SELLOWIANUS BERG: ramulis foliisque novellis subtus, pedicellis et alabastris pilis ochraceis v. brunneis, demum expallentibus sericeis; foliis petiolatis, oblongis, ovato- v. obovato-oblongis, basi acutis, immarginatis, apice abrupte lineari-acuminatis, supra glabris, nitidis, subtus postremo subglabratis, impellucido-punctatis, costatis, longissima a margine distantia arcuatim limbinerviis; umbellis v. corymbis 2 — 6-floris, petiolo longioribus; bracteolis hypanthis ovatis; sepalis utrinque sericeis, coriaceis.

Tabula nostra XXXIV.

Frutex 8-pedalis; rami teretiusculi, pallidi, glabri; ramuli compressi. Folia juniora oblonga, rarius ovato-oblonga, adulta saepe obovato- v. ovato-oblonga, discoloria; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 32—58‴ lg., 10—26‴ lt., nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis utroque latere circiter 9, erecto-patulis, valde distantibus, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis oculo nudo haud visibilibus. Pedicelli 4—11‴ lg., basi bracteati, e rhachibus plus minusve abbreviatis, 1—4‴ lg., oppositis, axillaribus et subterminalibus v. lateralibus corymbosi v. umbellati. Alabastra apiculata, 3‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, sericeis, ciliatis, 1‴ lg. stipata. Petala 4, ovata, medio sericea, 1½‴ lg., 2 interiora margine lacera. Stamina stylusque 2½‴ lg. (v. in hb. Berol. et Sonder.)

Calyc. Mexicanus differt: indumento vix ullo; foliis leviter obtuse acuminatis, junioribus pellucido-punctatis, marginatis, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; umbellis petiolo brevioribus; sepalis glabris, membranaceis.

Habitat in prov. Rio de Janeiro, floret Septembri: Sellow. Pl. Dryas.

2. CALYCORECTES SCHOTTIANUS Berg: ramulis foliisque subtus, pedicellis et alabastris ferrugineo-tomentosis; foliis petiolatis, submembranaceis, obovato-oblongis, abrupte acuminatis, basi cuneatis, discoloribus, obsolete pallideque pellucido-punctatis, junioribus supra puberulis, demum glabris, vix nitidis, subaveniis, subtus demum glabratis, venosis, latissima a margine distantia arcuatim limbinerviis; umbellulis axillaribus, 3—6-floris, petiolo longioribus; bracteolis hypanthis nullis; sepalis coriaceis, extus tomentosis, intus glabris. ♄

Folium: Tabula nostra V. Fig. 101.

Rami teretiusculi, rimulosi; ramuli compressi. Folia siccata supra fusco-atra, subtus ferruginea, postremo, indumento delapso, pallidiora; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 1½—3″ lg., 7—14‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, distantibus, 10—12 utroque latere, erecto-patulis, supra vix visibilibus, subtus prominulis; venulis interjectis oculo nudo haud manifestis. Pedicelli 2—5‴ lg., tomentosi, bractea ovata, tomentosa, ½—1‴ lg. fulti. Alabastra obovata, dense tomentosa, obtusa, 2‴ lg. Germen biloculare, pluriovulatum, tomentosum, vertice tomentellum. Calyx clausus, demum usque ad verticem germinis 4-partitus, lobis 4, ovatis, acutis, 1½‴ lg. Petala 4, rhombea, exteriora ciliata, interiora margine lacera. Stamina stylusque 3‴ lg. (v. florif. in hb. Vindob. et Berol.)

A *Calyc. Sellowiano* differt: indumento tomentoso, nec sericeo: foliis minoribus, tenuioribus, evidenter obversis, tenuius venosis, pallide pellucido-punctatis; pedicellis brevioribus; alabastris minoribus, muticis; bracteolis hypanthis nullis; sepalis extus tomentosis, intus glabris.

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Schott n. 1044. Pl. Dryas.

XVIII. SCHIZOCALYX Berg.

Alabastra pyriformia, non plane clausa, bracteolis 2 stipata. Hypanthium (calycis tubus auctor.) supra germen valde productum, margine sepalis 4 instructum, ad anthesin in lobos 3—5, inaequales, staminiferos ad germinis verticem usque longitudinaliter fissum. Germen biloculare, loculis multiovulatis, sporophoris medio dissepimento adnatis. Sepala 4, rarius 5, brevia, coriacea, inaequalia. Petala 4, rarius 5, lata, rotundata, carnosa, una cum sepalis superne hypanthii margini inserta, perigyna. Stamina creberrima, parieti interiori hypanthii seriebus plurimis affixa; filamenta libera, praefloratione introflexa; antherae oblongae, dorso baseos affixae, superne glandula terminatae, biloculares, loculis longitudinaliter dehiscentibus marginibus explanatis; granula pollinis trigona, tripora. Carpophylla 2, verticem germinis stylumque formantia. Stylus 1. Stigma simplex. Fructus .....

1. SCHIZOCALYX POHLIANUS Berg.

Tabula nostra V. Fig. 100. (folium) et Tab. XXXV.

Variat:

α. panicularis: panicula terminali, abbreviata; pedicellis abbreviatis.

Rami obtuse 4-goni, cinerei, glabri; novelli compressi, brunneo-tomentosi. Folia longe petiolata, opposita, coriacea, oblongo-lanceolata v. lanceolata, basi breviter acuta, apice in acumen longissimum, lineare attenuata, 4—7½″ lg., 12—25½‴ lt., supra glabra, nitida, impresso-, impellucido-punctata, obsolete reticulato-venosa, subtus opaca, minute puberula, costata, longiori a margine distantia duplicato-limbinervia; petiolo 6—7‴ lg., canaliculato, tomentoso; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis plurimis, distantibus, subpatulis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, late reticulatis. Panicula terminalis, solitaria, racemosa, pauciflora, brunneo-tomentosa, 2—3″ lg., ramis brevibus, infimis 3-floris, superioribus 1-floris. Alabastra pyriformia, 8‴ lg., brunneo-tomentosa, bracteolis 2, oblongis, obtusis, 2‴ lg., subtus tomentosis, deciduis stipata. Germen biloculare, loculis sexovulatis. Sepala 4, rarius 5, inaequalia, coriacea, obtusissima, 2 interiora majora, 2‴ longa et lata, demum cum hypanthii margine libero, staminifero, velutino, direpto lacinias 4—5, irregulares, 2—6‴ lg. formantia. Petala 4—5, lata, rotundata, carnosa, ciliolata, 4‴ lg., 2½‴ lt. Stamina 6—7‴ lg. Stylus 7‴ lg. (v. in hb. Vindob. et Zuccar.)

β. triflorus: pedunculis axillaribus, elongatis 3-, rarius 1-floris. (v. in hb. Mart.)

Habitat in provincia Rio de Janeiro: α. Pohl n. 5844., β. M. Pl. Dryas.

XIX. MYRCIARIA Berg.

Eugeniae *species auctor.*

Hypanthium (calycis tubus auctor.) supra germen valde productum, in calycem abiens, demum plerumque ad germinis verticem circumscissum et deciduum. Germen inferum v. semisuperum, biloculare; ovula in loculis bina, collateralia, angulo interno loculorum affixa. Calyx 4-lobus, ad anthesin saepe profundius partitus, in alabastro globum petalorum superans et includens, lobis demum reflexis, tandem saepissime deciduis. Petala 4, perigyna, ante sepala inserta, decidua. Stamina plurima, ante petala inserta; filamenta libera, filiformia, in alabastro incurvata, demum recta;

ANTHERAE ovales v. oblongae, dorso supra basin affixae, superne glandula instructae, biloculares, longitudinaliter dehiscentes, marginibus explanatis; GRANULA POLLINIS trigona, tripora. CARPOPHYLLA 2, conum liberum germinis semisuperi v. discum epigynum germinis inferi stylumque formantia. STYLUS filiformis. STIGMA simplex, rarius capitatum. BACCA saepissime disco plano, angusto, rarissime et calyce coronata, 1—4-sperma. SEMEN saepissime globosum, testa cartilaginea v. membranacea obtectum. EMBRYO exalbuminosus; COTYLIS 2, discretis, plano-convexis v. margine v. omnino conferruminatis; ROSTELLO brevissimo.

FRUTICES v. rarius ARBORES Americanae; FOLIIS oppositis, plerumque pellucido-punctatis, venosis v. reticulato-venosis, limbinerviis; FLORIBUS plerumque axillaribus, subsessilibus, glomeratis, rarius solitariis v. paniculatis.

GENERIS DIVISIO.

1. Dichotomae.	Spec.	1— 3.
2. Paniculatae.	«	4— 5.
3. Caulifiorae.	«	6— 8.
4. Glomeratae.	«	9—40.
5. Uniflorae.	«	41—42.

1. DICHOTOMAE. Pedunculi axillares, dichotomi, 3-, 7- v. multiflori.

1. MYRCIARIA ? RUBIGINOSA BERG: ramulis subtetragonis foliisque subtus, pedunculis et alabastris rubiginoso-tomentosis; foliis breviter petiolatis, ellipticis v. rarius ovato--ellipticis, obtusis, glandulis opacis inspersis, supra subglabratis, nitidis, tenuiter venosis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, folio paullo longioribus, ramosis, multifloris; lobis calycinis brevibus, rotundis, demum reflexis, 2 majoribus.

Eugenia rubiginosa Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 243.

FRUTEX ramosus, 5—6-pedalis; RAMI teretes, glabrati, glandulosi. FOLIA lamina 15—24‴ lg., 8—12‴ lt.; PETIOLO 1‴ lg.; nervo subtus prominente; venis sub lente vix manifestis. ALABASTRA $^5/_4$‴ lg., bracteolis stipantibus deciduis. GERMEN biloculare, apice glabrum, loculis biovulatis. PETALA 4, sepalis fere duplo longiora, extus rubiginoso-puberula. STAMINA petalis duplo longiora. STYLUS staminibus paullo longior, glaber. (Camb.) †

In collibus prope praedium Cachoeira, in parte orientali prov. Minarum, floret Aprili: St. Hilaire. Pl. Oreas.

2. MYRCIARIA DESERTI BERG: ramulis subtetragonis foliisque novellis ad basin nervi medii pedunculisque et alabastris puberulis; foliis subsessilibus, oblongo-lanceolatis, obtusis, pellucido-punctatis, adultis glabratis, venosis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, folio longioribus, 3-, multi-, saepius 7-floris; sepalis ovatis, obtusis, inaequalibus, 2 majoribus. ♄

Eugenia deserti Camb. l. c. 246.

RAMI teretes, glabrati. FOLIA lamina 8—14‴ lg., 3—5‴ lt.; nervo subtus prominente; venis subtus prominulis, anastomosantibus. GERMEN biloculare, puberulum, apice glabrum, 4-ovulatum, bracteolis 2, oblongis, obtusis, $^3/_4$‴ lg., deciduis stipatum, 1‴ lg. PETALA 4, sepalis paullo longiora, obovata, ciliolata, extus puberula. STAMINA petala paullo superantia. STYLUS glaber, stamina aequans. (Camb.) †

In pascuis prope Pé do Morro, ad fines partis desertae prov. Minarum, dictae Sertam: Laruotte. Pl. Hamadryas.

3. MYRCIARIA RIVULARIS BERG: ramulis tetragonis pedunculisque et alabastris puberulis; foliis petiolatis, oblongis, utrinque angustatis, longe acuminatis, subopacis, excepto nervo supra puberulo glabris, subtilissime reticulatis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, folio brevioribus, 5—15-floris; sepalis brevissimis, ovatis, acutissimis, aequalibus, ciliolatis.

Eugenia rivularis Camb. l. c. 242.

ARBOR 20-pedalis, RAMIS brevibus, teretibus, subglabratis. FOLIA lamina 2—3″ lg., 9—12‴ lt.; PETIOLO 2‴ lg.; nervo subtus prominulo; venis utrinque vix manifestis. PEDUNCULI 6—18‴ lg., floribus laxiusculis. ALABASTRA 2‴ lg., bracteolis subulatis, minimis, caducis. GERMEN biloculare, loculis biovulatis, apice glabrum. PETALA 4, obovata, ciliolata, impunctata, $1^1/_2$‴ lg. STAMINA petala paullo superantia. STYLUS staminibus paullo longior, glaber. (Camb.) †

Ad rivulum prope praedium vulgo Fazenda de Bem Fica s. José Gonçalo, in prov. Rio de Janeiro, floret Octobri: St. Hil. Pl. Dryas.

2. PANICULATAE. Paniculae axillares et subterminales, petiolo folii multo longiores, effusae, plerumque multiflorae.

4. MYRCIARIA MICRANTHA BERG: ramulis novellis, gemmis, paniculis basi pilis rufis, adpressis strigosis; foliis petiolatis, chartaceis, elliptico-oblongis, utrinque angustatis, apice breviter obtuseque acuminatis, basi in petiolum attenuatis, adultis glaberrimis, nitidis, creberrime supra impresso-, subtus elevato-, pellucido-punctatis, reticulato-penninerviis, duplicato-limbinerviis; paniculis lateralibus, basi nudis; floribus minimis, glabris; lobis calycinis obtusis, ciliolatis. ♄

RAMI superne compressi, glabri, glandulosi. FOLIA margine vix recurva, siccata supra nigrescentia, subtus fusca; novella ad florendi tempus desunt; PETIOLO 5—6‴ lg.; lamina $3^1/_2$—$5^1/_4$″ lg., 21—28‴ lt.; nervo medio supra parum elevato, subtus crassiusculo; venis plurimis, tenuibus, erecto-patulis, utrinque venulisque tenuioribus, reticulatis prominulis. PANICULAE 1—$3^1/_2$″ lg., ex infimis nodis ramuli novelli brevissimi, terminalis, aphylli, gemma terminati laterales, compressae. ALABASTRA turbinata, $^3/_4$‴ lg., bracteolis 2, linearibus, minimis stipata. HYPANTHIUM supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem obtuse 4-lobum, ciliolatum abiens. STAMINA plura. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Brasilia meridionali, floret Februario: Sellow.

5. MYRCIARIA HAGENDORFFII BERG: ramis glabris; foliis petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis, obtuse acuminatis, basi acutis, undulatis, glabris, creberrime pellucido-punctatis, tenuiter reticulato-venosis; limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, interdum geminis, folio 2—3-plo brevioribus, decompositis, puberulis; ramis divaricatis, apice 3-floris, flore centrali sessili; lobis calycinis ovatis, concavis, obtusis, patentibus. ♄

RAMULI teretiusculi, glabri; novelli ad florendi tempus desunt. FOLIA PETIOLO 3—4‴ lg.; lamina 30—38‴ lg., 10—16‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis utroque latere circiter 16, tenuibus, subpatulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. PANICULAE 24—28‴ lg.; floribus lateralibus pedicellatis. ALABASTRA obovata, glabra 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. HYPANTHIUM supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem 4-lobum abiens. PETALA 4, obovata, ciliolata, $1^1/_2$‴ lg. STAMINA 2‴ lg., antheris linearibus, supra basin fixis. STYLUS 3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Brasilia: Hagendorff.

3. Cauliflorae. Flores congesti, involucrati, e trunco saepissime excorticante, interdum e ramis defoliatis orti.

6. MYRCIARIA JABOTICABA Berg: ramulis foliisque ad petiolum et nervum medium subtus tomentellis; foliis petiolatis, membranaceis, lanceolatis v. ovate lanceolatis, sensim acutissime acutatis, basi obtusis v. obtusatis, junioribus ciliatis, opacis, minutissime sparseque pellucido-punctatis, tenuissime obsoleteque subreticulato-venosis, longiori a margine distantia duplicato-limbinerviis; floribus brevissime pedicellatis, congestis, e trunco excorticante ortis, ternis, ab involucro quadrifariam imbricato inclusis; lobis calycinis ovatis, ciliatis, 2 exterioribus obtusis, 2 interioribus obtusatis.

Myrtus Jaboticaba Vell. Fl. Fl. V. t. 62. Textus p. 214.

Arbor 20—30-pedalis, e trunco florens; rami tenues, teretes, glabri; novelli compressi. Gemmae terminales geminae v. abortu solitariae, lanceolatae, tegmentis quadrifariam imbricatis, superioribus lanceolatis, acutatis, ciliatis. Folia disticha, opposita, supra viridia, subtus pallidiora, exceptis petiolo et nervo medio glabra; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 15—27‴ lg., 4—10‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis plurimis, erecto-patulis, tenuissimis, lucem versus diaphanis venulisque interjectis reticulatis utrinque vix visibilibus. Alabastra turbinata, glabra, 1½‴ lg. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem 4-lobum abiens, lobis subaequalibus, ½‴ lg. Petala 4, subrotunda, ciliolata, 1‴ lg. Stamina petalis subaequalia. Stylus stamina parum superans; stigma capitatum. — A *M. cauliflora* differt: ramulis tomentellis; foliis basi obtusis; floribus ternis, nec solitariis, involucro cinctis; lobis calycinis ovatis, obtusis, sinubus acutis, angustis separatis; a *M.? Guapurium:* ramulis tomentellis, nec villoso-hirsutis; foliis subtus glabris; floribus e trunco excorticante, nec e cortice rimoso erumpentibus. (v. in hb. Berol.) — Baccae depresso-globosae, 2- (vitio in icone 4-) spermae, nigrae, edules, Nov. Dec. maturae. Colitur: Vell.

Habitat in silvis primaevis prov. Rio de Janeiro et S. Pauli: Sellow, Vell. Jabuticaba *incolarum. Pl. Dryas.*

7. MYRCIARIA CAULIFLORA Berg: ramulis glabris; foliis petiolatis, membranaceis, lanceolatis, longe acuminatis, basi acutis, junioribus ad petiolum et nervum medium puberulis, adultis glabris, opacis, minutissime sparseque pellucido-punctatis, tenuissime obsoleteque reticulato-venosis, longiori a margine distantia duplicato-limbinerviis; floribus brevissime pedicellatis, congestis, e trunco ramisque excorticantibus ad veteres axillas ortis, solitariis, involucro 4-fariam imbricato inclusis; lobis calycinis lanceolatis, acutis, ciliatis, sinubus latis, obtusis separatis; bacca globosa, 1-sperma.

Myrtus cauliflora Mart. Reise I. 285. Isis 1824. 589., non Blume.

Eugenia cauliflora DC. Prodr. III. 273.

Arbor ramulis teretiusculis, dichotomis; novellis compressis. Gemmae ad florendi tempus desunt. Folia siccata obscura; petiolo 2‴ lg.; lamina 9—40‴ lg., 4—10‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis plurimis, tenuissimis, erecto-patulis venulisque interjectis reticulatis utrinque parum prominulis. Alabastra glabra, turbinata. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem 4-fidum abiens, laciniis 1‴ lg. Petala 4, spathulata, 2‴ lg. Stylus 4‴ lg.; stigma peltatum. Bacca violaceo-purpurascens, edulis. Embryo cotylis conferruminatis. (v. in hb. Mart.)

Habitat in montibus prov. Rio de Janeiro et Minarum: M. Jabuticaba *incolarum. Pl. Dryas.*

8. MYRCIARIA TRUNCIFLORA Berg: ramulis glabris; foliis annuis, glandulis stipulaceis donatis, membranaceis, longiuscule petiolatis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice acute angustissime acuminatis, ciliatis, ad petiolum et nervum medium puberulis, caeterum glabris, opacis, sparse pellucido-punctatis, diaphano-reticulatis, duplicato-limbinerviis; pedicellis elongatis, medio bibracteolatis, pubescentibus, 3—6-nis, congestis, e trunco ramisque excorticantibus ad veteres axillas ortis, basi involucro minuto imbricato cinctis; lobis calycinis 2 majoribus obtusis, 2 minoribus obtusatis.

Eugenia cauliflora Miq. in Linnaea XXII. 537., nec DC. l. c. 273.

Arbor biorgyalis. Rami teretiusculi, excorticantes, gilvi; novelli compressi. Gemmae supraaxillares, nondum evoluti. Folia siccata obscura; petiolo fere 2‴ lg.; lamina 16—24‴ lg., 5—10‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus prominente; venis tenuissimis, patulis venulisque interjectis reticulatis utrinque vix visibilibus. Pedicelli 4—6‴ lg., bracteis minutis, ovatis, saepe alternis, deciduis donati. Alabastra basi ebracteata, glabra, turbinata, 2‴ lg. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem 4-lobum abiens, lobis majoribus ¾‴ lg. Petala 4, subrotunda, ciliolata, 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. Sond.) — Differt a *M. cauliflora:* foliis annuis, ovali-oblongis, ciliatis; pedicellis elongatis, pubescentibus; lobis calycinis obtusis; a *M. Jaboticaba:* foliis annuis; pedunculis elongatis, pubescentibus; lobis calycinis sinubus angustis separatis; ab *Eug. Guapurium DC.* floribus e trunco ramisque excorticantibus oriundis; ramulis glabris.

Habitat in prov. Minarum: Dr. Regnell I. n. 124. Pl. Oreas.

4. Glomeratae. Flores axillares, subterminales v. laterales, congesti, basi bracteati. Hypanthium cum calyce demum ad verticem germinis circumscissum et deciduum. Bacca disco angusto, plano, nec calyce coronata.

9. MYRCIARIA LINEARIFOLIA Berg: ramulis foliisque novellis ad petiolum nervumque medium et marginem minute puberulis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, lanceolato-linearibus v. linearibus, utrinque angustatis, apice acutissimis, adultis glabris, supra impresso-, subtus elevato-, pellucido-punctatis, aveniis; floribus axillaribus, subsessilibus, 1—2-nis; calyce minute puberulo, obtuse 4-lobo, ciliolato.

Rami teretes, glabri. Folia lamina 5—14‴ lg., ½—2‴ lt.; petiolo 1‴ lg.; nervo medio utrinque vix prominulo. Pedicelli brevissimi, petiolo duplo breviores, puberuli, basi bractea minuta, ovata, apice puberula fulti. Alabastra globoso-obovata, minute puberula, fere 1‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutiusculis, margine nervoque medio puberulis, fere ½‴ lg., ad cupulam connatis stipata. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem utrinque minute sericeum abiens. Petala 4, ciliolata, orbicularia. (v. in hb. Berol.)

A *M. delicatula* differt: foliis angustioribus, acutioribus, 1-nerviis, supra impresso-punctatis.

Habitat ad ripam lacus Lagoa dos Patos in prov. Rio Grande do Sul: Sellow. Pl. Napaea.

10. MYRCIARIA DELICATULA Berg: ramulis foliisque novellis ad petiolum nervumque medium et marginem alabastrisque albido-puberulis; foliis breviter petiolatis, rigide chartaceis, lanceolatis v. lineari-lanceolatis, utrinque gradatim angustatis, apice acutatis v. obtusatis, adultis glabris, concoloribus, supra minute subtus creberrime elevato-, pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; floribus glomeratis, subsessilibus, rarius solitariis, axillaribus; calyce obtuse 4-lobo, ciliolato, circumscisso; bacca globosa, 1—2-sperma, disco angusto, plano coronata; cotylis carnosis, discretis. ♄

Myrtus delicatula Mart. Herb.

Eugenia delicatula DC. l. c. 273. Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 248. Variat:

α. LATIFOLIA: ramis patentibus, superne vix puberulis; foliis submembranaceis, obverse lanceolatis, obtusatis.

Folium: Tabula nostra V. Fig. 106.

FOLIA 10—20‴ lg., 3—5‴ lt. (v. in hb. Berol.)

β. CONFERTA; ramis strictis, arrectis v. suberecto-patulis; foliis lanceolatis, obtusatis.

FRUTEX 6—10-pedalis (arbor 20-pedalis, teste Mart.). FOLIA 8—18‴ lg., 2—4‴ lt. (v. in hb. Berol., Mart. et Sonder.)

γ. ACUTIFOLIA: ramis elongatis, strictis; foliis lanceolatis, acutis.

FOLIA 8—16‴ lg., 2—3½‴ lt. (v. in hb. Berol.)

δ. ANGUSTIFOLIA: ramis diffusis; foliis lanceolato-linearibus, saepe obversis, obtusatis, margine petiolisque vix puberulis.

FRUTEX 8—10-pedalis. FOLIA 10—15‴ lg., 1½—3‴ lt. (v. in hb. Berol.)

RAMI fusco-glandulosi. FOLIA basi infima fusco-pellucida; PETIOLO 1‴ lg.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuissimis, utrinque parum prominulis. PEDICELLI brevissimi, basi 1-, apice bibracteati. BRACTEOLAE 2 hypanthae ovatae, obtusae, puberulae, ciliolatae, ad cupulam connatae. ALABASTRA obovata, 1—1½‴ lg., sericea. HYPANTHIUM supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem utrinque sericeum abiens, demum ad verticem germinis circumscissum et deciduum. PETALA 4, ovata, ciliolata, 1‴ lg. STAMINA 2—2½‴ lg. STYLUS stamina superans. BACCA depresso-globosa, 3—4‴ diametro, glabra v. puberula. SEMINIS testa membranacea. EMBRYO cotylis 2, carnosis, plano-convexis; ROSTELLO brevissimo.

Habitat in prov. Minarum: Dr. Widgren n. 1186.; praesertim autem in prov. S. Pauli, floret Januario, fructificat Septembri — Novembri: M., Sellow. Pl. Oreas.

11. MYRCIARIA LANCEOLATA BERG: ramulis petiolisque superioribus superne minute puberulis; foliis petiolatis, submembranaceis, lanceolatis, lineari- v. oblongo-lanceolatis, apice elongato acutatis v. acuminatis, basi acutis v. obtusatis, glabris, utrinque grosse elevatoque pellucido-punctatis, obsolete venosis, limbinerviis; pedicellis basi bracteatis, 1—8-nis, brevissimis, glomeratis v. racemulosis; calyce cum hypanthio circumscisso, 4-lobo, villoso-ciliato. ♄ Variat:

α. ANGUSTIFOLIA: foliis densis, lineari-lanceolatis, basi elongato-angustatis; floribus 1—3-nis, glomeratis.

Folium: Tabula nostra V. Fig. 104.

RAMI teretes, rugosi, obscure fusci; RAMULI superne compressi. FOLIA siccata rufa; PETIOLO glanduloso, 1—1½‴ lg.; lamina 1—2″ lg., 3—5‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus parum prominente; venis tenuissimis, arrectis, utrinque vix visibilibus. FLORES sessiles. ALABASTRA cylindrico-obovata, 1½‴ lg., glabra, bracteolis 2, rotundatis, concavis, ½‴ lg., ad cupulam bilobam, ciliolatam connatis. HYPANTHIUM supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem breviter 4-lobum abiens, demum ad verticem germinis circumscissum et deciduum. LOBI 4 calycini rotundati, rufo- villoso-ciliolati ¾‴ lg., in alabastro globum petalorum obtegentes. PETALA 4, orbicularia, ¾‴ lg. STAMINA 1½‴ lg. STYLUS 3‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

β. LAXA: foliis laxis, lanceolatis v. oblongo-lanceolatis, basi breviter acutis v. obtusatis; floribus racemulosis, 2—8-nis.

FOLIA PETIOLO 1—1½‴ lg.; lamina 15—30‴ lg., 3—9‴ lt. RHACHEOLA ad 2‴ lg., pedicellis ½‴ lg., bractea ovata, ciliolata, ¼‴ lg. stipatis. (v. in hb. Vindob.)

γ. GLOMERATA: foliis longius petiolatis, congestis, lanceolatis v. oblongo-lanceolatis, basi obtusatis v. angustato-truncatis; floribus 2—8-nis, glomeratis.

RAMI exophloeo cinereo delapso rufi, rugulosi. FOLIA PETIOLO 2‴ lg.; lamina 16—32‴ lg., 6—10‴ lt. BRACTEAE hypanthae ad cupulam bilobam, ¾‴ lg. connatae. (v. in hb. Vindob., Berol. et Mart.)

Ab affinibus speciebus foliis grosse et utrinque elevato-glandulosis diversa.

Habitat in prov. Goyazensi: α. et β. ad flumen Manuel Alves: Pohl n. 1725.; γ. ad flumen Maranhão: Pohl n. 1057. Pl. Oreas.

12. MYRCIARIA STRIGIPES BERG: ramulis novellis hirsutis; foliis chartaceis, distichis, breviter petiolatis, ovate oblongis v. -lanceolatis, sensim acute acuminatis, creberrime pellucido-punctatis, novellis supra sparse, subtus densius albo-sericeis, adultis supra glabris, nitidis, subtus minute virescenti-sericeis, subaveniis; floribus axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, sessilibus, petiolo longioribus; hypanthio cum perigonio extus albo-adpresse villosis circumscisso et deciduo; bacca globosa, 1-sperma, disco angusto, plano coronata.

FRUTEX 4—5-pedalis; RAMI teretiusculi, glabri; RAMULI pubescentes. FOLIA PETIOLO ½—¾‴ lg.; lamina 13—22‴ lg., 5—7‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis supra vix manifestis, subtus haud visibilibus. ALABASTRA 2‴ lg., extus densissime albo-strigosa, bracteolis 2, membranaceis, puberulis, ovatis, germine longioribus stipata. HYPANTHIUM supra germen biloculare, 4-ovulatum, longe productum, in calycem 4-lobum abiens, demum usque ad verticem germinis circumscissum et deciduum. LOBI 4 calycini subaequales, oblongi, obtusi, 1—¾‴ lg., 2 exterioribus ad apicem usque strigosis, 2 interioribus apice extrorsum nudis. PETALA 4, rotundata, ciliata, extrorsum apicem versus puberula, ¾—1‴ lg. STAMINA petalis paullo longiora. STYLUS inferne sericeus, 2‴ lg. BACCA 7—8‴ diametro, puberula. EMBRYO cotylis plano-compressis, carnosis, ROSTELLO minuto. FLORES odorati. (v. in hb. Berol., Mart. et Sonder.)

Maxime affinis *M. glomeratae,* sed distincta: foliis minoribus, rigidioribus, margine revolutis, brevius petiolatis, acuminatis, subaveniis, creberrime pellucido-punctatis.

Habitat in fruticetis ad littora maris in prov. Rio de Janeiro, floret Majo: Pr. Max. de Neuwied, Sellow. Pl. Dryas.

13. MYRCIARIA LEUCADENDRON BERG: ramulis foliisque novellis ad marginem et costam mediam pubescentibus, mox glabris; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis, apice leviter obtuse acuminatis, basi acutis, creberrime elevatoque obscure pellucido-punctatis, supra nitidis, subtus pallidioribus, vix venosis, limbinerviis; baccis globosis, axillaribus, subsessilibus, disco minuto, plano, orbiculari coronatis, 1-spermis. ♄

RAMI albidi, teretiusculi, superne compressi. FOLIA siccata supra badia, subtus pallidiora; PETIOLO 1½‴ lg., puberulo; lamina 14—21‴ lg., 4—7‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, puberulo, subtus prominulo; venis tenuissimis, suberecto-patulis, vix manifestis. BACCA 5—8‴ diametro, bracteolis 2, minutis fulta. SEMINIS testa cartilaginea. EMBRYO cotylis 2, discretis, crassis, plano-convexis. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Brasilia: Sellow.

14. MYRCIARIA PARAENSIS BERG: glabra; foliis petiolatis, membranaceis, oblongo-lanceolatis v. lanceolatis, utrinque gradatim angustatis, elongato-acutatis, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, vix nitidulis, tenuissime venosis, limbinerviis; verticillastris axillaribus, multifloris, petiolum aequantibus; hypanthio glauco, circumscisso; lobis calycinis rotundatis, intus margineque velutinis. ♄

Rami teretiusculi, grisei, rugulosi; ramuli compressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia petiolo 3‴ lg.; lamina 3—4″ lg., 9—17‴ lt.; nervo medio utrinque parum prominente; venis tenuissimis, patentibus, utrinque parum prominulis. Pedicelli validi, ½—¾‴ lg. Alabastra glauca, glabra, ⅝‴ lg., bracteolis 2, ad cupulam campanulatam, obtuse bilobam, ciliolatam, ⅜‴ lg. connatis fulta. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem obtuse 4-lobum, ciliolatum abiens, ad verticem germinis demum circumscissum et deciduum. Petala 4, orbicularia, ciliolata, extus puberula, 1‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Habitat in vicinia urbis Santarem prov. Paraënsis, floret Novembri: R. Spruce n. 319. Pl. Najas.

15. MYRCIARIA SPRUCEANA Berg: ramulis petiolisque junioribus minutissime puberulis; foliis petiolatis, membranaceis, oblongis, sursum sensim acutatis, acutis, basi latiore obtusatis, glabris, opacis, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis; verticillastris axillaribus et lateralibus, 6—8-floris, petiolum superantibus; hypanthio nitido, circumscisso; lobis calycinis rotundatis, intus margineque velutinis. ♄

Rami tortuosi, teretiusculi, cinerei, exophloeo delapso rufi, superne compressi. Folia obscure viridia, subtus pallidiora; petiolo 2‴ lg.; lamina 15—28″ lg., 7—12‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus parum prominente; venis tenuibus, suberecto-patulis, utrinque parum prominulis. Flores in genere majusculi, subsessiles. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, ad cupulam campanulatam, obtuse bilobam, ciliolatam, ½‴ lg. connatis fulta. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem obtuse 4-lobum abiens, ad verticem germinis demum circumscissum et deciduum. Petala 4, orbicularia, fimbriato-ciliolata, 1‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Affinis *M. Paraënsi*, sed distincta: ramulis puberulis; foliis latioribus, brevioribus, basi obtusatis; verticillastris paucifloris; alabastris majoribus, nitidis; staminibus petala triplo superantibus.

Habitat ad cataractas fluminis Aripecurù prov. Paraënsis, floret Decembri: R. Spruce n. 318. Pl. Najas.

16. MYRCIARIA GLOMERATA Berg: ramulis novellis foliisque subtus ad nervos floribusque dense ochraceo-villosis; foliis petiolatis, chartaceis, lanceolatis, acutatis, basi obtusato-angustatis, revolutis, raro minuteque pallide pellucido-punctatis, supra puberulis, demum glabratis, nitidis, impresso- lineatoque venosis, subtus opacis, sparse villosis, elevato-venosis, limbinerviis; floribus axillaribus et subterminalibus, 2—3-nis, sessilibus, petiolum subaequantibus; hypanthio cum perigonio extus ochraceo-villosis circumscisso et deciduo. ♄

Rami teretiusculi, rimulosi, superiores compressi. Folia siccata virescentia; petiolo 2—3‴ lg., villoso; lamina 3—4″ lg., 9—14‴ lt.; nervo medio supra impresso, tomentello, subtus elevato, dense villoso; venis plurimis, suberecto-patulis, approximatis, lineatis, supra impressis, subtus prominentibus. Alabastra 2‴ lg., extus densissime ochraceo-villosa, bracteolis 2, membranaceis, ovatis, extus villosis, 1½—2‴ lg. stipata. Hypanthium supra germen minimum, biloculare, 4-ovulatum longe productum, in calycem 4-lobum abiens, demum usque ad verticem germinis circumscissum et deciduum. Lobi 4 calycini subaequales, oblongi, obtusi, 1‴ lg., 2 exterioribus ad apicem usque strigosis, 2 interioribus apice extrorsum nudis. Petala 4, oblonga, extrorsum strigosa, petalis aequalia. Stamina 2‴ lg. Stylus villosus, 3‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat in prov. Minarum: Claussen n. 619. Pl. Oreas.

17. MYRCIARIA PLICATO-COSTATA Berg: ramulis, petiolis foliisque novellis subtus dense ferrugineo-hirsutis; foliis petiolatis, chartaceis, lanceolatis v. lineari-lanceolatis, longe et anguste acuminatis, basi obtusiusculis, supra vix nitidis, excepto nervo glabris, subtus pallidioribus, pubescentibus, minute pellucido-punctatis, supra impresso-, subtus elevato-costatis, limbinerviis; bacca globosa, axillari, sessili, pubescenti, 1—4-sperma, sepalis brevibus, obtusis coronata. ♄

Eugenia edulis Vell. Fl. Fl. V. t. 34. Text. 201. n. 1.

Rami teretiusculi, albidi, glabri, laeves, novelli compressi. Folia siccata cano-virentia; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 33—51‴ lg., 8—15‴ lt.; nervo medio venisque plurimis lineatis, divaricatis, interdum ramulosis, supra sulcatis, subtus elevatis. Baccae 6‴ fere diametro, atropurpureae, dulces, adstringentes, mesocarpio succulento, albido (Sellow), hypanthio producto sepalisque patulis, brevibus et saepius petalis brevissimis coronatae, 1—2-loculares. Semen testa membranacea, arcte adhaerente. Embryo cotylis 2, discretis, plano-convexis, carnosis, purpureis (Sellow), rostello parvo, reflexo, ab hilo paullo remoto. (v. fructif. in hb. Berol.)

Habitat in nemoribus prov. Rio de Janeiro, floret Sept., fructificat Novembri: Sellow. Pl. Dryas. Vulgo Cambuca: *Vell.*

18. MYRCIARIA CILIOLATA Berg: ramulis foliisque novellis ad nervum medium, bracteis et alabastris puberulis; foliis petiolatis, oblongo-lanceolatis, utrinque gradatim angustatis, acutis, pellucido-punctatis, adultis glabratis; floribus axillaribus, 3—6-nis, subsessilibus, glomeratis; lobis calycinis rotundis, ciliolatis.

Eugenia ciliolata Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 247.

Frutex, rarius arbor parva; rami teretes, glabrati. Folia petiolo 1—3‴ lg.; lamina 1—2″ lg., 4—8‴ lt.; nervo subtus prominulo. Alabastra 1½‴ lg., bracteolis 2, ovato-rotundatis, minimis stipata. Germen rarius glabrum, biloculare, 4-ovulatum, apice pilis inspersum, loculis biovulatis. Petala 4, sepalis triente longiora, subrotunda, concava, ciliata. Stamina petalis duplo longiora. Stylus staminibus paullo brevior. (Camb.) Fructus globulosus, apice paullulum depressus, grossulariae magnitudine, nigrescens, glaucus. (St. Hil.) †

In montibus Serra dos Pilões prov. Minarum et Serra Negra prov. Rio de Janeiro, nec non prope S. Cruz, in parte australi prov. S. Pauli, floret Januario — Martio: St. Hilaire. Pl. Oreas.

19. MYRCIARIA PUMILA Berg: glaberrima; foliis petiolatis, oblongo-lanceolatis, longe acuminatis, basi attenuatis, supra nitidis, subtus pallidis, pellucido-punctatis; pedunculis axillaribus, solitariis, 3-floris, folio 4-plo brevioribus; floribus sessilibus; sepalis rotundatis, demum deciduis.

Eugenia pumila Gardner in Hook. Lond. Journ. IV. 102.

Frutex 2—3-pedalis. Folia 1½—2″ lg., 6—7‴ lt. Germen biloculare, 4-ovulatum. †

Habitat in montibus Serra dos Orgãos prov. Rio de Janeiro, floret Martio: Gardner n. 5714. Pl. Dryas.

20. MYRCIARIA DISTICHA Berg: ramis distichis, superne foliisque junioribus ad petiolum nervumque medium subtus dense pubescentibus; foliis distichis, parvis, membranaceis, brevissime petiolatis, rhombeo-obovatis v. ovali-oblongis, apice acutatis, nec apiculatis, basi cuneatis, concoloribus, junioribus puberulis, minute ciliolatis, demum glabratis, dense pellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis, demum aveniis; floribus axillaribus, subsessilibus, 1—2-nis, minimis, petiolo longioribus; calyce obtuse 4-lobo, ciliolato, circumscisso; bacca globosa, disco plano, angusto terminata. Variat:

α. Fluminensis: foliis rhombeo-obovatis.

Fruticulus distiche ramosissimus, ramis tandem laevigatis, tenuibus, superne compressis, foliosis. Folia laete viridia, tandem rigidiora; petiolo perbrevi; lamina 2—4‴ lg., ¾—2‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominulo. Alabastra obovata, glabra, ¾‴ lg., bracteolis 2, minimis, ad cupulam bilobam connatis. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem abiens, demum ad verticem germinis circumscissum et deciduum. Petala 4, subrotunda, ciliolata, ½‴ lg. Stamina ¾‴ lg. Stylus 1‴ lg. (v. in hb. Berol. et Mart.)

β. Bahiensis: foliis ovali-oblongis. (v. in hb. Schlechtdl.)

Habitat: α. in montibus Serra d'Estrella prov. Rio de Janeiro, floret Aprili: Riedel; β. in prov. Bahiensi. Pl. Dryas — Hamadryas.

21. MYRCIARIA CUSPIDATA Berg: ramulis foliisque novellis ciliolatis, subtus puberulis; foliis rigide chartaceis, subpetiolatis, lanceolatis, oblongis, elliptico-oblongis v. obovatis, utrinque angustatis, apice cuspidatis v. apiculatis, pellucido-punctatis v. opacis, adultis glabris, venosis, limbinerviis v. aveniis; pedicellis axillaribus, 1—4-nis, glomeratis, brevissimis, petiolo breviore; calyce obtuse 4-lobo, ciliolato, circumscisso; bacca globosa, 1-sperma, disco angusto terminata; embryone homogeneo. Variat:

α. humilis: caule ¾—1-pedali; foliis elliptico-oblongis, basi obtusatis, apice cuspidatis, pellucido-punctatis; floribus solitariis.

Rami rufi. Folia 4—7‴ lg., 1—3‴ lt. Alabastra ½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

β. stricta: caule 6—8-pedali; ramis strictis, arrectis; foliis oblongis, utrinque gradatim acutatis, subaveniis, cuspidatis, minute pellucido-punctatis; pedicellis 1—3-nis.

Rami pallidi; ramuli fuscescentes. Folia 5—7‴ lg., ¾—3‴ lt. Alabastra ½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

γ. diffusa: caule 8—10-pedali; ramis diffusis; foliis elliptico-oblongis, apiculatis; baccis solitariis.

Folia 6—8‴ lg., 1¾—3‴ lt. Baccae 5‴ diametro. (v. in hb. Berol.)

δ. acuminatissima: caule 4—5-pedali; foliis oblongo-lanceolatis v. lanceolatis, utrinque gradatim acutatis, apice cuspidatis, adultis obscure pellucido-punctatis; floribus 4-nis.

Folia 5—10‴ lg., 1—3‴ lt. Alabastra ½‴ lg. (v. in hb. Kunthiano.)

ε. latifolia: foliis petiolatis, obovatis v. obovato-oblongis, cuspidatis, impellucido-punctatis, pedicellis 1—3-nis.

Folia petiolo 1‴ lg., lamina 5—9‴ lg., 1½—5‴ lt. (v. in hb. Sonder.)

Eugenia tenella Miq. in Linnaea XXII. 532., sed valde diversa ab specie Candolleana.

Rami teretiusculi, glabri; novelli compressi. Folia siccata obscura; nervo medio supra plano, subtus prominulo; venis tenuissimis, patentibus, utrinque prominulis aut oblitteratis. Pedicelli vix ulli, basi bracteati. Alabastra obovata, bracteolis 2, ad cupulam tubulosam, acute 2-lobam, puberulam, ciliolatam connatis stipata. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem abiens, demum ad verticem germinis circumscissum et deciduum. Petala 4, suborbicularia, ciliolata, minima. Stamina fere 1‴ lg. Stylus staminum longitudine. Bacca globosa, glabra, 5‴ diametro, 1-sperma. Testa seminis cartilaginea, pallida. Embryo cotylis carnosis, omnino conferruminatis.

Habitat: α. β. γ. ad Itanaré prov. Rio Grande do Sul: Sellow; δ. ad Porto Alegre provinciae ejusdem: Sellow; ε. in prov. Minarum: Dr. Regnell. n. 123. Pl. Oreas — Napaea.

22. MYRCIARIA UNDULATA Berg: ramulis foliisque superioribus subtus adpresse pubescentibus; foliis distichis, petiolatis, chartaceis, oblongis, apice basique acutis, undulatis, adultis supra glabris, subnitidis, subtus subglabratis, vix pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; alabastris minimis, axillaribus, subsessilibus, 2—4-nis; sepalis ciliolatis, deciduis; baccis sessilibus, globosis, disco minuto, plano coronatis, 1-spermis.

Frutex. Rami tenues, elongati; ramuli compressi. Folia pallida; lamina 7—12‴ lg., 2¾—4‴ lt.; petiolo ½‴ lg.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis plurimis, tenuissimis, utrinque vix prominulis. Baccae axillares, solitariae, 5‴ diametro, basi bracteolis 2, minutis, ovatis stipatae. Seminis testa cartilaginea. Embryo vix verticaliter reniformis, homogeneus; rostello brevissimo. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio Grande do Sul: Sellow. Pl. Napaea.

23. MYRCIARIA TENELLA Berg: ramulis foliisque novellis ciliolatis, subtus puberulis; foliis rigide chartaceis, breviter petiolatis, elliptico-oblongis, utrinque angustatis, acutis, haud cuspidatis v. spathulatis, apice obtusis, concoloribus, adultis glabris, obsolete v. pallide pellucido-punctatis, aveniis; floribus axillaribus, subsessilibus, 1—3-nis, parvis; lobis calycinis obtusis, ciliolatis; bacca globosa, 1—2-sperma, disco angusto, plano coronata.

Tabula nostra V. Fig. 98. (folium) et Tab. XXXVI.

Myrtus tenella Mart. Herb.

Eugenia tenella DC. Prodr. III. 272. Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 248.? Variat:

α. elliptica: foliis elliptico-oblongis, utrinque gradatim angustatis, acutis.

Frutex 10—15-pedalis (3—4′ St. Hil.); rami teretiusculi, laeves, glabri. Folia nitidula, novella pubescentia; petiolo ½‴ lg.; lamina 4—10‴ lg., 2—4‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis nervoque limbali lucem versus visibilibus. Alabastra glabra, obovata, ¾‴ lg., bracteolis 2, minimis stipata. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem breviter 4-lobum abiens, demum ad verticem germinis circumcissum et deciduum. Petala 4, subrotunda, ciliata, ½‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg. Bacca atropurpurea, pruinosa, succulenta, dulcacida (fide Sellowii), 2—3‴ diametro. Semen globosum, testa cartilaginea, virescente, brunneo-variegata obtectum. Embryo cotylis carnosis, viridibus, omnino conferruminatis; rostello vix conspicuo. (v. in hb. Berol. et Mart.)

β. spathulata: foliis spathulatis, apice obtusis.

Frutex 6-pedalis. Folia petiolo ½‴ lg., lamina 4—7‴ lg., 2—3‴ lt. (v. in hb. Berol.)

γ. minor *Camb.* caule 4—6-pollicari, saepius simplici; foliis acutis; floribus paullo majoribus. ♱

Habitat: α. in deserto inter S. Anna et S. Antonio das Queimadas supra saxa granitica arida aprica in prov. Bahiensi, floret Martio: Mart. Hb. Fl. Br. n. 47.; nec non in montibus excelsis prov. Minarum: St. Hilaire, Sellow; et in prov. Rio de Janeiro: Sellow; β. ad Itanaré prov. Rio Grande do Sul: Sellow. Pl. Vaga.

24. MYRCIARIA PALLIDA Berg: ramulis petiolisque et foliis novellis subtus pedicellisque brevissimis dense pubescentibus; foliis breviter petiolatis, chartaceis, lanceolato- v. elliptico-oblongis v. oblongis, utrinque attenuatis, acutis, discoloribus, elevato-, pellucido-punctatis, junioribus tenuissime venosis, limbinerviis,

supra puberulis, adultis aveniis, subglabratis; floribus axillaribus, 1-, rarius 2-nis, subsessilibus, basi subtilissime sericeis; lobis calycinis obtusis, ciliolatis.

Caulis diffuso-ramosissimus; ramuli novelli elongati, stricti, brunnei. Folia supra obscure viridia, subtus pallida; petiolo $^1/_2$‴ lg.; lamina 8 — 12‴ lg., 3 — 5‴ lt.; nervo medio superne impresso, inferne prominente, rufo, villoso. Alabastra obovata, $^5/_4$‴ lg., basi bracteolis 2, minimis, ovatis, puberulis, basi connatis stipata. Hypanthium supra germen minimum, sericeum, biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem glabrum, obtuse 4-lobum abiens; lobis calycinis 4, brevibus, rotundatis, villoso-ciliolatis. Petala 4, minima, ciliata. Stamina 2‴ lg. Stylus stamina aequans, basi sericeus. (v. in hb. Berol.)

Myrciariae delicatulae maxime affinis, sed distincta: foliis discoloribus, latioribus, supra creberrime elevato-punctatis.

Habitat in rupibus montium altiorum vulgo Serra dos Orgaôs prov. Rio de Janeiro, floret Februario: Beyrich. Pl. Dryas.

25. MYRCIARIA MINENSIS Berg: ramulis pubescentibus; foliis breviter petiolatis, rigide chartaceis, ovate v. ovato-oblongis, apice sensim acute acutatis v. acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, puberulis, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, supra nitidulis, obsolete venosis, limbinerviis; floribus axillaribus, verticillato-glomeratis, 1—4-nis, petiolo longioribus, glabris; germine semisupero; calyce obtuse breviterque 4-lobo, ciliato.

Frutex. Rami teretiusculi, cinerei, laeves, glabri; ramuli compressi. Folia siccata viridia, subtus pallidiora, utrinque nigrescenti-glandulosa, glandulis in eodem folio aliis valde pellucidis, aliis obscure diaphanis; petiolo $^1/_2$‴ lg.; lamina 11 — 18‴ lg., 4 — 7‴ lt.; nervo medio supra obsoleto, subtus prominente; venis tenuissimis, suberecto-patulis, supra oblitteratis, subtus parum prominulis. Alabastra campanulata, nitida, glabra, 1‴ lg., bracteolis 2, subrotundo-ovatis, obtusis, infima basi connatis, pallidis, ciliolatis, $^1/_4$‴ lg. stipata. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem 4-lobum abiens, lobis rotundatis, intus minute sericeis. Petala 4, orbicularia, concava, ciliolata, $^3/_4$‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus $1^1/_2$‴ lg. (v. florif. in hb. Vindob.)

Maxime affinis *M. Maragnanensi*, sed diversa: foliis brevius petiolatis, minoribus, augustioribus, viridibus, *utrinque creberrime elevato-glandulosis*, supra nitidulis, obsolete venosis; venis angulum acutiorem formantibus; floribus minoribus, paucioribus; bracteis hypanthis pallidis.

Habitat in prov. Minarum: Gardner n. 4653. Pl. Oreas.

26. MYRCIARIA HERBACEA Berg: perennis; caulibus herbaceis, simplicibus, subtetragonis, apice foliisque novellis subtus puberulis; foliis breviter petiolatis, oppositis v. subobpositis, rigide chartaceis, inferioribus ovatis v. ovato-oblongis, superioribus oblongis v. oblongo-lanceolatis, acutis, basi obtusiusculis v. breviter acutis, adultis subglabratis, utrinque elevato-, obscure pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedicellis brevissimis, 1-, rarius 2-nis, 1-floris, axillaribus; lobis calycinis obtusis, ciliolatis.

Caudex hypogaeus horizontalis, multiceps; caules epigaei plures, $^1/_2$—$^5/_4$-pedales, a basi foliati, brunnei, nodis infimis perennantibus. Folia 9—16‴ lg., 4—8‴ lt.; petiolo 1‴ lg.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis utroque latere circiter 12-nis, utrinque parum prominulis, ramulosis. Pedicelli basi bractea ovata, puberula fulti, $8^1/_2$‴ lg. Alabastra obovata, glabra, $1^1/_2$‴ lg., bracteolis 2, ovatis, obtusis, apiculatis, glabris, basi connatis, $^1/_2$‴ lg. stipata. Hypanthium supra germen semisuperum, biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem obtuse 4-lobum, ciliolatum abiens. Petala 4, subrotunda, ciliolata. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad S. Anna et Pompeo in prov. Minarum, floret Decembri: Sellow. Pl. Oreas.

27. MYRCIARIA LEUCOPHLOEA Berg: ramulis compressis, puberulis; foliis petiolatis, membranaceis v. chartaceis, elliptico-oblongis, utrinque attenuatis, apice leviter acuminatis, basi in petiolum attenuatis, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, adultis glabris, venosis, limbinerviis; pedicellis 3—5-nis, glomeratis, axillaribus, petiolum aequantibus v. lateralibus; calyce obtuse 4-lobo, ciliolato, deciduo; baccis globosis, 1 — 2-spermis, disco angusto, plano terminatis. Variat:

α. laxa: foliis membranaceis, distichis, undulatis.

Frutex 10-pedalis. Folia 17 — 24‴ lg., 8 — $9^1/_2$‴ lt., petiolo $2^1/_2$‴ lg.

β. conferta: ramis crassioribus, densioribus; foliis confertis, chartaceis, minoribus.

Folia 10—15‴ lg., 5—8‴ lt.

Rami teretiusculi, exophloeo soluto laeves, pallide fusci; ramuli strato suberoso, albido, nigro-punctato obtecti. Folia nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis plurimis tenuissimis, subpatulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis reticulatis. Pedicelli $^1/_2$‴ lg., basi 1-, apice 2-bracteolati; bracteolae hypanthae 2, ovatae, obtusae, ciliolatae, ad cupulam tubulosam, germine multo longiorem connatae. Hypanthium turbinatum, 1—$1^1/_2$‴ lg., glabrum, supra germen semisuperum, biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem 4-, rarius 3-lobum, intus sericeum abiens, demum ad germinis verticem circumscissum. Petala 4, rarius 3, minima, puberula. Stamina 2‴ lg., petalis 4-plo longiora. Stylus longitudine staminum. Baccae 2—3‴ diametro, coccineae. Seminis testa membranacea. Embryo cotylis carnosis, margine conferruminatis, medio liberis. (v. in hb. Berol. et Mart.)

M. ciliolatae maxime affinis et forsan eadem species, sed secundum diagnosin Cambessedianam diversa: ramis compressis; foliis latioribus, acuminatis, glabris, venosis; pedicellis petiolum aequantibus, axillaribus et lateralibus; bracteolis hypanthis ad cupulam tubulosam, germine longiorem connatis.

Habitat in prov. S. Pauli, floret Februario: Sellow, Manso. Pl. Dryas.

28. MYRCIARIA MAXIMILIANA Berg: ramulis petiolisque superioribus et pedicellis minute puberulis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, ovato- v. ovate oblongis, longe acuminatis, mucronatis, basi in petiolum attenuatis, superioribus supra ad basin puberulis, demum glabris, obscuris, vix nitidis, creberrime elevato-, impellucido-punctatis, subaveniis; pedicellis 2—6-nis, rhacheolae brevi impositis, 1-floris, axillaribus, petiolo paullo longioribus; bracteolis hypanthis liberis; calyce obtuse 4-lobo, ciliolato.

Myrtus micrantha Nees et Mart. Nov. Act. Nat. Cur. Bonn. XII. 51., non Kunth.

Eugenia ? Maximiliana DC. Prodr. III. 270.

Frutex 3—4-pedalis, ramosissimus; rami teretiusculi, rugosi; ramuli compressi. Folia petiolo 1‴ lg.; lamina 10—16‴ lg., 3—7‴ lt.; nervo medio utrinque prominulo; venis tenuissimis, plurimis, oculo nudo haud visibilibus, erecto-patulis. Pedicelli $^1/_2$—1‴ lg. Alabastra glabra, $1^1/_2$‴ lg., bracteolis 2, ovatis, carinatis, ciliolatis, $^1/_2$‴ lg. stipata. Germen biloculare, 4-ovulatum. Hypanthium in calycem 4-lobum abiens. (v. in hb. Sonder. et Nees.) — Maxime affinis *M. rivulari*, differt: foliis obscuris, duplo brevius petiolatis, vix nitidis, mucronatis; pedicellis petiolo aequalibus v. longioribus, bracteolis hypanthis liberis; a *M. floribunda*: indumento; foliis rigidioribus, creberrime impellucido-punctatis; bracteolis hypanthis liberis.

Habitat in silvis primaevis circa Barra da Vareda prov. Bahiensis: Pr. de Neuwied n. 421. Pl. Hamadryas.

29. MYRCIARIA TENUIRAMIS Berg: ramulis petiolisque et nervo foliorum medio puberulis; foliis petiolatis, membranaceis, oblongis v. oblongo-lanceolatis, longe et acutiuscule acuminatis, basi in petiolum attenuatis, margine subundulatis, adultis glabris, pellucido-punctatis, tenuissime reticulato-venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus et subterminalibus, 1—5-nis, brevissimis, petiolo brevioribus; calyce obtuse 4-lobo, ciliolato, demum circumscisso.

Frutex. Rami tenues, teretiusculi, glabri. Folia inferiora ramulorum minuta, superiora 23—27‴ lg., 7—9‴ lt., opaca; petiolo 2½—3‴ lg.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis plurimis, tenuissimis, approximatis, subpatulis, utrinque prominulis. Pedicelli ¼‴ lg., e rhachi valde abbreviata oriundi, basi bractea oblonga, puberula, ½‴ lg. fulti. Alabastra obovata, ⅝‴ lg., glabra, bracteolis 2, ovatis, obtusis, ciliolatis, basi connatis, ¼‴ lg. stipata. Hypanthium supra germen semisuperum, biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem obtuse 4-lobum, ciliolatum abiens, demum circumscissum, deciduum. Petala 4, subrotunda, ciliolata, ½‴ lt. Stamina 1‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

A *M. Salzmanni* differt: foliis angustioribus, basi attenuatis floribusque minoribus.

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

30. MYRCIARIA CHARTACEA Berg: glabra; foliis petiolatis, membranaceis, demum subchartaceis, ovali-oblongis, obtuse elongatoque acuminatis, basi acutis, creberrime densissimeque pellucido-punctatis, tenuiter venosis, lata a margine distantia arcuatim duplicato-limbinerviis; floribus axillaribus, 2—4-nis, subsessilibus, basi bracteatis, petiolum subaequantibus; calyce obtuse 4-lobo, ciliolato. ♄

Rami tenues, teretiusculi, superne compressi. Folia subconcoloria; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 8—12‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, subpatulis, utroque latere 10—12, utrinque parum prominulis; venulis interjectis reticulatis, lucem versus visibilibus. Alabastra obovato-oblonga, 1‴ lg. (v. in hb. Kunth.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Gaudichaud. Pl. Dryas.

31. MYRCIARIA SPLENDENS Berg: ramulis petiolisque novellis et pedicellis minute puberulis; foliis petiolatis, submembranaceis, ovato-oblongis, sensim obtusiuscule acuminatis, e basi rotundata breviter acutis, glabris, splendentibus, utrinque praesertim subtus grosse glandulosis, obscure pellucido-punctatis, supra obsolete venosis, subtus tenuiter sed manifeste reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis brevissimis, 2—6-nis, e rhachi vix manifesta axillari et laterali oriundis, petiolo brevioribus; germine glabro; lobis calycinis rotundatis, brevissimis, demum profundius partitis, extus glabris, margine et intus tomentellis, tandem circumscissis; bacca globosa, disco angusto, plano coronata. ♄

Myrtus verticillata Salzmann Herb., nec Benth. in Hook. Journ. of Bot. II. 320.

Rami teretiusculi, rugosi; ramuli compressi, badii. Folia siccata supra hepatica, subtus pallidiora; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina ¾—1½″ lg., 4—8‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus parum prominente; venis plurimis, tenuissimis, erecto-patulis venulisque tenuioribus reticulatis utrinque parum prominulis. Pedicelli ¼‴ lg., bractea minima, ovata, concava, tomentella fulti. Alabastra ½—¾‴ lg., glabra, bracteolis 2, connatis, ¼‴ lg. stipata. Germen semiinferum, biloculare, 4-ovulatum. Lobi calycini 4. Petala 4, subrotunda, ciliolata, ½‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg. Bacca 2‴ diametro. (v. in hb. Schlechtdl. et Sonder.)

Differt ab affinibus speciebus: foliis nitidis, subtus tenuissime sed manifeste reticulato-venosis, grosse glandulosis. Habitu valde ad *Eug. casearioidem* accedit.

Habitat in sabulosis, aridis prov. Bahiensis: Salzmann. Pl. Hamadryas.

32. MYRCIARIA TOLYPANTHA Berg: foliis petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis v. oblongis, longe et acutissime acuminatis, basi acutis, supra nitidis, subtus opacis, glandulis elevatis, creberrimis, mox impellucidis inspersis, tenuissime venosis, limbinerviis; floribus minimis, glomeratis, axillaribus et subterminalibus, glabris; lobis calycinis obtusis, ciliolatis, deciduis; bacca depresso-globosa, hypanthii tubo coronata, 1—2-sperma. ♄ Variat:

α. angustifolia: glabra; foliis oblongis, basi elongato-angustatis.

Rami teretiusculi; ramuli compressi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia margine basin versus revoluta; petiolo 1½—2½‴ lg.; lamina 18—24‴ lg., 5—9‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus prominente; venis plurimis, tenuissimis, suberecto-patulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis reticulatis. Alabastra turbinata, subsessilia, ½—¾‴ lg., glabra, bracteolis 2, ad cupulam campanulatam, 2-lobam, ciliolatam, brevissimam connatis stipata. Hypanthium supra germen semisuperum, biloculare, 4-ovulatum productum, in calycem 4-lobum abiens; lobis calycinis minimis, subrotundis, concavis, ciliolatis, intus subtilissime puberulis. Petala 4, parva, subrotunda, utrinque subtilissime puberula, ciliolata. Stylus basi sericeus. (v. in hb. Berol.)

β. latifolia: glabra; foliis ovato-oblongis v. ovatis, basi breviter acutis.

Folium: Tabula nostra V. Fig. 105. 107.

Robustior. Folia siccata badia; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 16—22‴ lg., 7—12‴ lt. Alabastra 1‴ lg. (v. in hb. Vindob. et Berol.)

γ. pubescens: ramulis pubescentibus; foliis subtus pilosiusculis.

Folia petiolo 3‴ lg.; lamina 18—28‴ lg., 7—15‴ lt. Bacca 7‴ diametro. (v. in hb. Kunth.)

Habitat: α. in prov. Minarum: Claussen n. 35.; β. in arenosis ad Tocaia prov. Rio de Janeiro: Schott n. 1033.; γ. ad Rio de Janeiro: Gaudichaud n. 761. Pl. Oreas — Dryas.

33. MYRCIARIA MARAGNANENSIS Berg: ramulis foliisque junioribus puberulis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis, apice sensim acute acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, laevibus, opacis, demum glabratis, crebro obscureque pellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis; floribus axillaribus, verticillato-glomeratis, 2—6-nis, sessilibus, petiolo longioribus, glabris; germine semisupero; calyce obtuse breviterque 4-lobo, ciliato. ♄

Tabula nostra XXXVII.

Rami teretiusculi, glabri, rimulosi; ramuli compressi. Folia siccata obscura, utrinque nigrescenti-glandulosa, glandulis postremo impellucidis; petiolo 1‴ lg., pubescente; lamina 11—23‴ lg., 5—9‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus elevato; venis tenuissimis, erecto-patulis, utrinque parum prominulis. Alabastra campanulata, nitida; glabra, 1½‴ lg., bracteolis 2, subrotundo-ovatis, obtusis, infima basi connatis, badiis, ciliolatis, ¼‴ lg. stipata. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem 4-lobum abiens, lobis rotundatis, intus minute sericeis. Petala 4, orbicularia, concava, ciliolata, 1‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. florif. in hb. Vindob.)

Habitat in prov. Maranhão: Gardner n. 6023. Pl. Hamadryas.

34. MYRCIARIA SCHÜCHIANA Berg: ramis confertis, superne puberulis; foliis deflexis, petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis v. oblongis, leviter acuminatis v. acutatis, basi in petiolum attenuatis, junioribus puberulis, demum glabris, supra nitidis, sparse grossiuscule pellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis; floribus verticillato-glomeratis, axillaribus; germine semiinfero; lobis calycinis brevissimis, rotundatis, ciliolatis. ♄

Folium: Tabula nostra V. Fig. 108.

Rami teretiusculi; ramuli superne plano-compressi. Folia siccata pallide viridia; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 18—28‴ lg., 6—12‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, creberrimis, subpatulis, utrinque parum prominulis. Verticillastri multiflori. Alabastra turbinato-subglobosa, glabra, nitida, 1‴ lg., bracteolis 2, minimis, ad cupulam bilobam, ciliolatam connatis stipata. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem 4-crenatum abiens, tandem circumscissum, deciduum, lobis demum profundius partitis, deflexis. Petala 4, orbicularia, ciliolata, ¾‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2½‴ lg. (v. in hb. Vindob., Mart. et Zuccar.)

Habitat in prov. Minarum: Ackermann, Schüch n. 480. Pl. Oreas.

35. MYRCIARIA PRASINA Berg: ramulis bifariam puberulis; foliis petiolatis, submembranaceis, oblongo-lanceolatis, utrinque elongato-attenuatis, apice acuminatis, junioribus subtus pilosiusculis, demum excepto nervo glabris, supra nitidis, inaequaliter creberrimeque pellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis; floribus axillaribus, 2—4-nis, glomeratis, petiolo brevioribus; germine semiinfero; calyce obtuse 4-lobo, ciliolato. ♄

Folium: Tabula nostra V. Fig. 103.

Rami teretiusculi, superne compressi. Folia siccata prasina, subtus pallidiora; petiolo puberulo, 3‴ lg.; lamina 16—38‴ lg., 5—11‴ lt.; nervo medio supra sulcato-impresso, tomentello, subtus elevato, rubente; venis plurimis, tenuissimis, erecto-patulis, utrinque vix visibilibus. Flores sessiles. Alabastra nitida, glabra, turbinato-obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, ovato-rotundatis, concavis, puberulis, ciliatis, ¼‴ lg. stipata. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum, minimum valde productum, in calycem 4-lobum, ciliolatum, intus puberulum abiens; lobis calycinis rotundatis, ¼‴ lg. Petala 4, rotundata, sepalis aequalia. Stamina 1‴ lg. Stylus puberulus 2‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat ad urbem Jacobina in prov. Bahiensi: Blanchet n. 3726. Pl. Oreas.

36. MYRCIARIA AXILLARIS Berg: glabra; foliis petiolatis, submembranaceis, oblongis v. elliptico-oblongis, longe acuminatis, basi acutis, opacis, minutissime densissimeque pellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis; floribus axillaribus, 2—4-nis, glomeratis, petiolum aequantibus; germine infero; calyce obtuse 4-lobo, ciliolato. ♄

Rami teretiusculi, tenues, exophloeo griseo, duro delapso rufi, laeves, striati, juniores compressi. Folia siccata cano-virentia; petiolo 2‴ lg.; lamina 20—31‴ lg., 7—13‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis tenuissimis, subpatulis, utrinque vix visibilibus. Flores sessiles. Alabastra nitida, subglobosa, 1½‴ lg., bracteolis 2, glabris, subrotundis, ciliolatis, ¼‴ lg. stipata. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem 4-lobum abiens, lobis rotundatis, intus minute puberulis, ciliolatis, ⅓‴ lg. Petala 4, rotundata, ciliolata, ⅜‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Maxime affinis *M. prasinae*, sed distincta: exophloeo duro ramorum annulatim delabente; foliis brevius petiolatis, opacis, latioribus, minutissime punctatis; floribus petiolum aequantibus; germine infero.

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Gardner n. 5468. Pl. Dryas.

37. MYRCIARIA OBSCURA Berg: glabra; foliis longiuscule petiolatis, membranaceis, oblongo-lanceolatis v. oblongis, utrinque angustatis, apice elongate acuteque acuminatis, basi cuneatis, elevato-, pellucido-punctatis, tenuissime densissimeque venosis, limbinerviis; pedicellis brevissimis, 1—3-nis, lateralibus et axillaribus, petiolo brevioribus; germine semiinfero; lobis calycinis obtusis, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi, obscure fusci; ramuli compressi, albidi. Folia siccata obscura, sparse glandulosa; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 30—47‴ lg., 9—17‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus parum prominente; venis tenuissimis, creberrimis, suberecto-patulis, utrinque vix manifestis. Pedicelli ad lineam dimidiam longi, bractea minutissima fulti. Alabastra turbinato-campanulata, 2‴ lg., bracteolis 2, ⅓‴ lg., ad cupulam bilobam connatis stipata. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem obtuse 4-lobum abiens, demum circumscissum et deciduum. Petata 4, subrotunda, ciliolata, 1‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Maxime affinis *M. divaricatae*, sed distincta: glabritie ramulorum et petiolorum; foliis longius petiolatis, multo majoribus, medio nec basi latissimis; pedicellis petiolo brevioribus.

Habitat in Brasilia: M.

38. MYRCIARIA SELLOWIANA Berg: glabra; foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, sensim elongate acuminatis, basi in petiolum attenuatis, margine subundulatis, creberrime minuteque pellucido-punctatis, utrinque nitidulis, subconcoloribus, supra subaveniis, subtus tenuissime densissime venosis, limbinerviis; pedicellis brevissimis, 1-carpicis, glomeratis, axillaribus, basi bracteatis, rhacheolae perbrevi impositis; bacca 1-sperma, disco angusto, nec calyce coronata, obovato-globosa, basi stipitata. ♄

Rami teretiusculi, tenues, cinerei, exophloeo secedente; ramuli compressi badii, fusco-glandulosi. Folia fere membranacea, siccata supra fusco-virentia, subtus pallidiora; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 10—14‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis tenuissimis, creberrimis, suberecto-patulis, supra oblitteratis, subtus prominulis. Rhacheola ⅛—½‴ lg., pedicellis basi bractea ovata, concava, minima fultis, vix ullis. Bacca (immatura) 1½‴ lg., bracteolis 2, subrotundis, concavis, ad cupulam bilobam connatis, ¼‴ lg. stipata. (v. fructif. in hb. Berol.)

Habitat in Brasilia: Sellow.

39. MYRCIARIA AMAZONICA Berg: glabra; foliis membranaceis, petiolatis, ovato-oblongis, longe angusteque acuminatis, basi breviter acutis, pellucido-punctatis, concoloribus, tenuiter venosis, subreticulatis, prope marginem limbinerviis; floribus breviter pedicellatis, 2—4-nis, fasciculatis, axillaribus, petiolo brevioribus; calyce breviter obtuseque 4-lobo, minute ciliolato. ♄

Folium: Tabula nostra V. Fig. 102.

Rami graciles, tereti-compressi, superne compressi. Folia pallide viridia; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 21—44‴ lg., 6—17‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuibus, plurimis, subpatulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque parum manifestis. Pedicelli ½‴

lg. Alabastra cylindrico-turbinata, 1‴ lg., bracteolis 2, ad cupulam campanulatam, subtruncatam, minutissime ciliolatam connatis, ¼‴ lg. stipata. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem breviter 4-lobum abiens. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in insula Collares fluminis Amazonas, floret Julio: Pöppig. Pl. Najas.

40. MYRCIARIA INVOLUCRATA Berg: ramulis foliisque subtus et involucris pubescentibus; foliis chartaceis, petiolatis, oblongis, utrinque angustatis, apice acute acuminatis, basi breviter acutis, discoloribus, minute pellucido-punctatis, supra glabris, laevigatis, subtus opacis, venosis, limbinerviis; floribus 4-nis, glomeratis, axillaribus et lateralibus, involucro imbricato inclusis, petiolum aequantibus; germine strigoso; lobis calycinis brevibus, rotundatis, glabris, fimbriato-ciliolatis.

Frutex orgyalis. Rami teretes, glabri, cinerei; ramuli compressi. Folia siccata supra hepatica, subtus brunnea, pilis brevioribus et densioribus sparsis et longioribus intermixtis pubescentia; petiolo 1—1½‴ lg., pubescente; lamina 16—42‴ lg., 6—18‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, puberulo, subtus elevato; venis tenuibus, suberecto-patulis, supra haud visibilibus, subtus prominulis. Involucrum gemmae instar e bracteis 12, 4-fariam imbricatis, ovatis, sursum sensim majoribus, summis ⅝‴ lg., acutis, ciliolatis, puberulis compositum. Flores sessiles. Alabastra 1½‴ lg., bracteolis 2, ovato-oblongis, obtusiusculis, ciliolatis, 1‴ lg. stipata. Germen biloculare, 4-ovulatum. Hypanthium valde supra germen productum, in calycem 4-lobum abiens. Petala 4, rotunda, ciliolata. (v. in hb. Vindob.) Fructus pisiformis, globosus, villosus, 4-spermus. (Pöppig.)

In ripa saepe inundata fluminis Teffé, ad urbem Ega habitat, floret Decembri: Pöppig n. 2882. Pl. Najas.

5. Uniflorae. Pedunculi solitarii, axillares, 1-flori.

41. MYRCIARIA MYRIOPHYLLA Berg: ramulis foliisque novellis et pedunculis adpresse cano-pubescentibus; foliis confertis, ternis, rarius oppositis v. sparsis, brevissime petiolatis, rigidis, angustissime linearibus, acutis, supra impresso-, pellucido-punctatis, adultis glabris, 1-nerviis; pedunculis solitariis, axillaribus, 1-floris, folio duplo brevioribus, ad apices ramorum congestis; sepalis subrotundis, concavis, ciliolatis, 2 interioribus margine albomembranaceis.

Eugenia pinifolia Mart. Herb.
Myrcia Pinaster Mart. Herb. Fl. Br. n. 1229.
Eugenia myriophylla Casaretto. Dec. 77.

Frutex ramosissimus; rami foliosi, saepe verticillati, teretes, rimosi; novelli trigoni, rarius compressi. Folia petiolo ½—¾‴ lg.; lamina 9—15‴ lg., ¼—⅜‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato. Pedunculi filiformes, 2—3‴ lg. Alabastra obovata, 4-loba, 1‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Hypanthium supra germen pilosiusculum, biloculare, 4-ovulatum productum, in calycem 4-lobum abiens, lobis ½‴ lg. Petala 4, orbicularia, ciliolata, alba, ¾‴ lt. (v. in hb. Kunth., Mart., Vindob.) — Species haec praeposita ob alabastra et sepala albomarginata ad Blepharocalycem spectat, sed inflorescentia, germinis loculis biovulatis differt.

Habitat in prov. Goyazensi: Gardner n. 3182.; et in prov. Minarum prope Cachoeira do Campo: Claussen n. 1672. Pl. Oreas.

42. MYRCIARIA SERICEA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, pedunculis bracteisque et alabastris dense rufescenti-, demum expallenti-sericeis; foliis subsessilibus, coriaceis, lanceolatis, e basi latiore et obtusa antrorsum sensim angustatis, apice obtusiusculis, discoloribus, supra glabris, opacis, impresso-, impellucido-punctatis, adultis aveniis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, folio multo brevioribus; lobis calycinis ovatis, acutis, in alabastro patulis.

Fruticulus ramosissimus, 1—2-pedalis; rami teretes, glabri; ramuli compressi. Folia siccata supra fusco-atra; lamina 5—9‴ lg., 1½—2½‴ lt.; novella supra venosa, limbinervia. Pedunculi 1½—2‴ lg. Alabastra obovata, 1‴ lg., bracteolis 2, linearibus, acutis, ¾—1½‴ lg. stipata. Germen biloculare, 4-ovulatum, vertice sericeum. Sepala fere 1‴ lg. Petala 4, obovata, extus dense sericea, 1‴ lg. Stamina petalis subaequalia. Stylus sericeus, staminibus paullo longior. (v. in hb. Berol.)

Habitat in montibus Serra do Caraça prov. Minarum, floret Decembri: Sellow. Pl. Oreas.

XX. JAMBOSA Rumph.

Jambosa *Rumph. Amb. I. 121. DC. Prodr. III. 286. Endl. Gen. Blume Mus. Lugd. Bat. I. 90.* — Jambos *Adans. Fam. II. 88.* — Eugeniae *Spec. Linn., Wight.* — Myrti *Spec. Swartz, Kunth.*

Hypanthium (calycis tubus auct.) turbinatum v. ventricosum, basi saepissime attenuatum, germen superne fovens et ultra idem productum. Germen 2—3-loculare; ovulis plurimis, sporophoro centrali adnatis. Sepala 4, rarius 6—8, rotundata, praefloratione imbricato-alternativa. Petala 4, rarissime plura, summae hypanthii fauci ante sepala inserta, libera. Stamina plurima, cum petalis inserta, pluriserialia; filamenta filiformia, plerumque elongata, libera; antherae biloculares, longitudinaliter dehiscentes. Carpophylla 2, rarius 3, verticem germinis stylumque formantia. Stylus filiformis. Stigma simplex, acutum, rarius obtusiusculum. Bacca carnosa, rarissime exsucca, plerumque sepalis coronata, abortu 1-oligosperma. Semina subglobosa v. angulata; testa coriacea v. subfundosa. Embryo exalbuminosus; cotylae crassae, carnosae, saepius conferruminatae; rostellum breve, cylindricum, intra cotylas latens v. prominulum.

Arbores v. frutices praesertim in Asia tropica indigenae; foliis oppositis v. verticillatis exstipulatis.

Sect. 1. JAMBOSAE GENUINAE *Blume l. c. 91.*

Hypanthium ex turbinata forma in claviformem transiens. Sepala praefloratione manifeste alternativa, vegeto-persistentia. Stamina et stylus longissima. Fructus esculenti.

1. JAMBOSA DOMESTICA RUMPH. glabra; foliis petiolatis, chartaceis, elliptico-oblongis v. oblongo-lanceolatis, utrinque elongato-attenuatis, supra nitidis, subtus pallidis, crebro pellucido-punctatis, remote venosis, longiori a margine distantia arcuatim duplicato-limbinerviis; corymbis abbreviatis, paucifloris, lateralibus, fructu pyriformi v. turbinato-obovato, sepalis rotundatis coronato. ♄ Variat foliis angustioribus et latioribus.

Náti-Schambu Rheede Hort. Mal. I. 29. t. 18. (ic. optima.)
Jambosa domestica Rumph. Amb. I. 121. t. 37. (ic. mala.) DC. Prodr. III. 288. Blume Mus. Lugd. I. 91.

Eugenia Malaccensis Linn. Spec. 672. Lam. Enc. III. 196. Lour. Fl. Coch. 374. Willd. Spec. II. 959. Andrews Rep. VII. 458. Smith. Exot. Bot. II. 3. t. 61. Lodd. Cab. VI. n. 555. Roxb. Fl. Ind. II. 483. Tuss. Ant. III. 89. t. 25.

Jambosa Malaccensis DC. l. c. 286. Wight Ill. II. 14. t. 91/1035. Wight et Arn. Pr. Fl. Pen. Ind. or. I. 332., nec Miq.

Habitat in Moluccis, culta in India occidentali et in Brasilia.

2. JAMBOSA VULGARIS DC. glabra; foliis petiolatis, coriaceis, lanceolatis, acuminatis, basi angustatis, crebro-, pellucido-punctatis, subtus reticulato-venosis, margini parallelo-limbinerviis; racemo v. corymbo terminali, laxifloro; hypanthio elongato-turbinato; fructu subgloboso, sepalis subaequalibus, conniventibus coronato. ♄

Jambosa vulgaris DC. l. c. 286. Rumph. Amb. I. 39. Wight et Arn. Pr. Fl. Pen. Ind. or. I. 332. Wight Icon. 435. Blume Mus. Lugd. I. 93. Bot. Mag. LXI. 3356.

Eugenia Jambos Linn. Spec. 672. Willd. Spec. II. 2. 959. Roxb. Flor. Ind. II. 494. 28. Wight Ill. II. 14. 8. Jacq. Schoenbr. IV. 402. Lam. Enc. 418. Desc. Ant. V. 315. Herb. amat. II. 77. Vell. Fl. Fl. V. t. 45. Text. 210. n. 12.

Myrtus Jambos Kunth Nov. Gen. VI. 144. et Syn. Pl. orb. nov. III. 418. Spreng. Syst. II. 485. Blume Bijdr. 1085.

Habitat in Archipelago Indico in silvis humilioribus et frequentissime in hortis culta, e. gr. in Guatimala: Friedrichsthal, Dr. Oersted; in insulis Antillarum: Sieber; in Surinam: Hostmann, Kegel; in Venezuela: Humb. et Bpl., Moritz; in Bahia: Luschnath; in Rio de Janeiro, Aug. florens: M.

3. JAMBOSA SAMARANGENSIS DC. glabra; foliis subsessilibus, subcoriaceis, ovalibus v. ovato-oblongis, obtusis v. obtuse acuminatis, basi obtusis v. subcordatis, impellucido-punctatis, venosis, arcuatim limbinerviis; racemis v. corymbis laxis, paucifloris, folio 2—4-plo brevioribus; hypanthio obconico, basi attenuato; fructu turbinato-globoso, profunde umbilicato, sepalis subaequalibus, incurvis coronato. ♄

Jambosa Samarangensis DC. l. c. 286. Blume Mus. Lugd. I. 95.

Myrtus (s. Eugenia) samarangensis Blume Bijdr. 1084.
Eugenia Javanica Lam. Enc. III. 200. (ex parte).
Eugenia alba Roxb. Fl. Ind. II. 493.
Jambosa alba Wight et Arn. Prodr. Pen. Ind. or. I. 332. Wight Ill. II. 14., Icon. 548.
Jambosa macrophylla DC. l. c. 286. (ex parte).

β. GRANDIFOLIA *Bg.* foliis cordatis, supra impresso-glandulosis, longa a margine distantia arcuatim duplicato-limbinerviis; racemis 5—7-floris, folio 3—4-plo brevioribus: pedicellis 1-floris.

RAMI superne compressi. FOLIA PETIOLO 2‴ lg.; lamina 8″ lg. et ultra, 3½—4″ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis subpatulis, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuissimis, reticulatis, subtus prominulis. RACEMI 2—2½″ lg. HYPANTHIUM bracteolis ovalibus, deciduis stipatum, 3‴ lg. SEPALA 4, rotundata, 2½‴ lg. (v. in hb. Vindob., Berol. et Mart.; vivam in hort. bot. Berol.)

Culta in Rio de Janeiro: Mikan, Gaudichaud.

SECT. 2. CEROCARPUS *Blume l. c. 102.*

Hypanthium turbinato-ventricosum, basi constrictum. Sepala vegetopersistentia, praefloratione minus distincte imbricato-alternativa quam in sect. priore. Stamina stylusque elongata; stigma obtusiusculum. Fructus edulis, succulentus, saepe 3—6-spermus.

4. JAMBOSA AQUEA RUMPH. glabra; foliis subsessilibus, chartaceis, ovalibus oblongisve, saepe obversis, obtusis v. obtuse acuminatis, basi angustato-subcordatis, venosis, longiori a margine distantia simpliciter- v. duplicato-limbinerviis; racemis axillaribus et terminalibus, solitariis, laxis, 3—7-floris, longiuscule pedunculatis; hypanthio ventricoso-turbinato, basi attenuato; fructu depresso-turbinato, toroso, profunde umbilicato, sepalis subaequalibus, conniventibus coronato. ♄

Jambosa aquea Rumph. Amb. I. 126. t. 38. f. 2. DC. l. c. 288. Wight et Arn. Pr. Pen. Ind. or. I. 332. Blume Mus. Lugd. I. 102.

Eugenia aquea N. L. Burm. Flor. Ind. 114.

Eugenia Javanica Lam. Enc. III. 200. (ex parte fide Herb. Mus. Par. Bl.) Roxb. Cat. Hort. Calc. 37.; Flor. Ind. II. 492. Wight Ill. II. 14.; Icon. t. 550.

Myrtus Javanica Spreng. Syst. II. 484. Blume Bijdr. 1084.

Cerocarpus aqueus Hasskrl. Cat. Hort. Bog. 262. Flora (Ratisb.)

β. LIMBATA: foliis majoribus, obversis, obscure pellucido-punctatis, duplicato-limbinerviis; fructu albo, circa basin et umbilicum incarnato.

Jambosa aquea altera species Rumph. l. c.

FOLIA 3—6″ lg., 2—3″ lt. RACEMI 20‴ lg. et ultra. ALABASTRA 4‴ lg. (v. spec. auth. ex hb. Lugd. Bot. in hb. Berol., nec non in hb. Spreng.)

Habitat in Archipelago Indico, culta in prov. Rio de Janeiro.

SECT. 5. STERROJAMBOSA *Blume l. c. 108.*

Hypanthium subturbinatum, basi nonnihil attenuatum. Sepala praefloratione manifeste imbricato-alternativa, decidua. Stamina stylusque satis elongata; stigma simplex. Fructus globosus, hypanthio margine libero constricto coronatus, exsuccus, vix esculentus, 1-spermus.

5. JAMBOSA FIRMA BL. glabra; foliis firmis, petiolatis (majusculis), ellipticis, acuminatis, basi subacutis, impellucido-punctatis, nitidis, utrinque prominenti-, parallelo-venosis, duplicato-limbinerviis; paniculis congestis, axillaribus et terminalibus; floribus in divisionibus paniculae subcapitatis; hypanthio turbinato, basi attenuato; sepalis valde inaequalibus.

Jambosa firma Blume Mus. Lugd. Bat. I. 108.
Eugenia firma Herb. Wall. n. 3603. A.

FRUTEX. FOLIA PETIOLO 6—8‴ lg.; lamina 4½—8″ lg., 3—4″ lt. PANICULAE 2—4″ lg. ALABASTRA 6‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in montanis Sillet Indiae orientalis, nec non in plagis meridionalibus insulae Borneo; culta in Rio de Janeiro.

XXI. SIPHONEUGENA BERG.

HYPANTHIUM (calycis tubus auct.) subcylindricum, basi in stipitem haud attenuatum, supra germen valde productum, in calycem leviter 4-lobum abiens, saepissime ad verticem germinis circumscissum et deciduum. GERMEN biloculare, multiovulatum; OVULA sporophoro centrali affixa. PETALA 4, perigyna. STAMINA plurima, margini hypanthii libero inserta; FILAMENTA libera,

in alabastro incurvata; ANTHERAE ovales; dorso supra basin affixae, glandula terminatae, biloculares, longitudinaliter dehiscentes; GRANULA POLLINIS trigona, tripora. CARPOPHYLLA 2, verticem germinis stylumque formantia. STYLUS 1. STIGMA simplex. FRUCTUS .....

FRUTICES Brasilienses; FOLIIS oppositis, glandulosis; PEDUNCULIS axillaribus, 1—3-floris, racemosis v. paniculatis; FLORIBUS bibracteolatis, minoribus.

1. Hypanthii tubus ad verticem germinis circumscissus et deciduus.

1. SIPHONEUGENA WIDGRENIANA BERG: ramulis, petiolis, pedunculis pubescentibus; foliis oppositis v. ternis, petiolatis, rigidis, obverse oblongo-lanceolatis v. obverse lanceolatis, obtusiusculе acutatis, basi cuneatis, margine revolutis, adultis glabriusculis, supra impresso-, subtus elevato-glandulosis, tenuissime venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, 1—3-floris, petiolo aequalibus; hypanthio infundibuliformi, extus glabro; calyce 4-lobo, demum circumscisso. ♄

Folium: Tabula nostra V. Fig. 109.

RAMI angulati. FOLIA siccata obscura, vix pellucido-punctata; PETIOLO 3‴ lg.; lamina 25—32‴ lg., 8—10‴ lt.; nervo medio supra parum prominente, subtus elevato; venis tenuissimis, plurimis, utrinque prominulis. PEDUNCULI breves; pedicelli 1—1½‴ lg. ALABASTRA urceolata, obverse oblonga, medio constricta, glabra, 2‴ lg. HYPANTHIUM supra germen biloculare, multiovulatum valde productum, ad germinis verticem demum circumscissum et deciduum, in calycem abiens, lobis revolutis, intus pilosiusculis. (v. in hb. Sonder.)

Diagnosis ad specimen valde depauperatum, unicum, ex hb. Sond. mihi obvium designata est.

Habitat in prov. Minarum: Dr. Widgren n. 541. Pl. Oreas.

2. SIPHONEUGENA DENSIFLORA BERG: glabra; foliis rigidis, petiolatis, utrinque angustatis, brevissime obtuse acuminatis v. obtusatis, basi acutis, margine revolutis, subnitidis, supra impresso-, subtus elevato-, pellucido-punctatis, obsolete venosis; racemis plus minusve abbreviatis, petiolo longioribus, 5—9-floris, flore summo sessili; hypanthio supra germen valde producto, cyathiformi, demum ad germinis verticem circumscisso; lobis calycinis subrotundis, demum profundius partitis, fimbriato-ciliatis, intus albido-velutinis. ♄

Tabula nostra XXXVIII.

RAMI teretiusculi, rimosi; RAMULI compressi. FOLIA PETIOLO 1½‴ lg.; lamina 18—29‴ lg., 9—15‴ lt.; nervo medio utrinque elevato; venis tenuissimis, subpatulis, utrinque vix visibilibus. RACEMI rhachi 1—6‴ lg.; pedicelli 1½—3‴ lg., bractea ovata, concava, obtusa, ciliata, ½—¾‴ lg. fulti. ALABASTRA cylindrico-turbinata, 2‴ lg., glabra, bracteolis 2, ovatis, acutis, ciliolatis, ¼‴ lg. stipata. GERMEN biloculare, multiovulatum. TUBUS hypanthii liber, cum perigonio et staminibus deciduus. LOBI 4 calycini reflexi, ½‴ lg., 2 interiores apice membranacei. PETALA 4, subrotunda, extus villosa, fimbriato-ciliata, ¾‴ lg., 1‴ lt. STAMINA 3‴ lg. STYLUS 5‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in Brasilia: Schüch.

2. Hypanthium non circumscissum.

3. SIPHONEUGENA AROMATICA BERG: glaberrima; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice abrupte acuminatis, basi acutis, utrinque minute elevato-, impellucido-punctatis, reticulato-penninerviis, arcuatim limbinerviis; cymis trichotomis, axillaribus, 1—2-nis, folio duplo brevioribus; lobis calycinis rotundatis, concavis, eciliolatis. ♄

Eugenia aromatica Sonder. Herb.

RAMI tereti-compressi. FOLIA siccata supra fusco-atra, vix nitidula, subtus hepatica; PETIOLO 5—6‴ lg.; lamina 4¼—5‴ lg., 20—29‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus elevato; venis erecto-patulis, antrorsum adscendentibus, longe ante marginem excurrentibus, ibique arcubus amplis anastomosantibus, supra parum prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuibus, reticulatis, utrinque prominulis. CYMAE 2—3″ lg., ter tripartitae, ramis divaricatis, floribus sessilibus, sed basi stipitatim attenuatis. ALABASTRA turbinata, bracteolis 2, minimis, ovatis, obtusis stipata, lateralia praeterea bractea minima fulta. HYPANTHIUM supra germen biloculare, multiovulatum productum, in calycem 4-lobum abiens. PETALA 4, orbicularia, denticulata, glabra, eciliata, 1‴ lg. STAMINA 1½‴ lg., filamentis planis. STYLUS brevis. (v. in hb. Sonder.)

Habitat in Brasilia.

XXII. HEXACHLAMYS BERG.

HYPANTHIUM (calycis tubus auctor.) supra germen inferum, biloculare, pluriovulatum valde productum, basi bracteolis 2 stipatum. SEPALA 6, membranacea, lanceolata, acuta, margini libero hypanthii inserta, decidua. PETALA 6 ..... STAMINA plurima, seriebus pluribus parieti interno hypanthii affixa; FILAMENTA filiformia, omnino libera. STYLUS filiformis, longitudine staminum. DRUPA subglobosa, margine libero hypanthii coronata, putamine crustaceo, abortu 1-sperma. SEMEN magnum, exalbuminosum, basi attenuatum; testa membranacea, arcte adhaerente. EMBRYO COTYLIS carnosis, omnino conferruminatis; ROSTELLO brevi, exserto.

1. HEXACHLAMYS HUMILIS BERG.

Tabula nostra XXXIX.

TRUNCUS hypogaeus, longissime repens, 1—4‴ diametro, ramosus, RAMIS pleiocephalis, adscendentibus; CAULES epigaei simplices, herbacei, ¼—1½″ lg., paribus foliorum 2—4-nis instructi, pubescentes. FOLIA erecta, sessilia, opposita, coriacea, elongate linearia, subcarinata, sursum gradatim latiora, obtusa v. obtusiuscula, basi angustata, discoloria, siccata supra atro-virentia, subtus fuscescentia, obscure pellucido-punctata, adulta glabra, supra nitida, reticulato-venosa, limbinervia. PEDUNCULI 6—9‴ lg., solitarii, 1-carpici, oppositi, ex infimo nodo caulis, pubescentes, basi bractea lanceolata, 1‴ lg. fulti. DRUPA 6‴ diametro et ultra, sepalis reflexis, 2‴ lg. primum coronata. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad S. Ignacio prov. Paraná: Sellow. Pl. Napaea.

XXIII. AULACOCARPUS BERG.

CAMPOMANESIAE *species Bentham.*

HYPANTHIUM supra germen productum. SEPALA 5 (v. 4?), brevia, obtusa. PETALA ..... STAMINA ..... DRUPA depresso-globosa, magna, 1—5-pyrena, 1—5-sperma, disco valde excavato sepalisque coronata; pyrenis corneis v. sublignosis. SEMINA testa crassa, suberosa obtecta, exalbuminosa. EMBRYO COTYLIS 2, planoconvexis, crassis; ROSTELLO basilari, brevissimo.

Arbusculae glabrae; foliis crassis, obsolete venosis, limbinerviis; pedunculis solitariis v. aggregatis.

1. AULACOCARPUS SELLOWIANUS Berg: glaber; foliis breviter petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, abrupte lineari-acuminatis, basi acutis, nitidis, impunctatis, aveniis; pedunculis axillaribus, solitariis, articulatis, 1-carpicis; drupa quadrangulari, 4-pyrena, 4-sperma, tubo libero hypanthii coronata. ♄

Tabula nostra XL.

Rami teretiusculi, superne compressi. Folia siccata fusca; petiolo 2‴ lg.; lamina 45—58‴ lg., 18—27‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; nervo limbali obsoletissimo. Pedunculi 6‴ lg., validi. Drupa viridis, 12—16‴ lt., 10—14‴ lg., disco profunde excavato reliquiisque sepalorum coronata, pyrenis 1-spermis. Semen ovoideum, testa crassa, suberosa obtectum; cotylae 2, plano-convexae, crassae. (v. in hb. Berol.)

Differt ab *A. crassifolio (Campomanesia crassifolia Bth.)*: foliis basi acutis, abrupte acuminatis, aveniis; pedunculis solitariis, articulatis; drupa 4-sperma, disco concavo, truncato, nec calyce perfecto coronata.

Habitat in Brasilia: Sellow.

Subtrib. III. **PIMENTOIDEAE** Berg. Germen inferum, 2—16-loculare, 4- multiovulatum. Calyx clausus, calyptratim v. longitudinaliter rumpens aut 4—5-lobus. Petala 4—5. Stamina plurima, rarius pauca, in alabastro incurva, libera; antherae biloculares, longitudinaliter dehiscentes. Stylus solitarius, stigma simplex, capitatum v. peltatum. Fructus baccatus v. drupaceus. Semen saepissime reniforme, testa ossea v. membranacea instructum. Embryo exalbuminosus v. subexalbuminosus, uncinato-curvatus v. plus minusve spiralis; rostello elongato; cotylis brevissimis.

CONSPECTUS GENERUM.

I. Embryo uncinato-curvatus, subspiralis v. semiannularis.
  A. Calyx ante anthesin omnino clausus v. apice pertusus, demum ad verticem germinis direptus. . . PSIDIUM.
  B. Calyx 4—5-sepalus.
    1. Sepala in alabastro jam patentia v. reflexa, globo petalorum longiora, sinu obtuso segregata. . CALYCOLPUS.
    2. Sepala in alabastro globo petalorum incumbentia.
      a. Pedunculi 1-flori, rarius corymbosi; germen 2—4-loculare. . . . . MYRTUS.
      b. Pedunculi cymoso 3- v. multiflori; germen constanter biloculare.
        α. Sepala 4, decidua, plus minusve membranaceo-marginata, fimbriato-ciliata. . . . . BLEPHAROCALYX.
        β. Sepala 4, persistentia. . . . . PSEUDOCARYOPHYLLUS.
II. Embryo spiralis, 2—3-cyclicus.
  A. Germen 4—16-loculare; ovula ad angulum internum loculorum biserialia.
    1. Calyx in alabastro clausus v. breviter dentatus, demum ad verticem germinis longitudinaliter direptus. . . . . BRITOA.
    2. Calyx patellaeformis, coriaceus, patens, 5—4-dentatus; antherae oblongae, dorso baseos affixae, exappendiculatae. . . . . ABBEVILLEA.
    3. Calyx 4—5-partitus.
      a. Antherae basifixae, apice productae; sepala acuta v. acutiuscula. . . . . ACRANDRA.
      b. Antherae dorso baseos fixae, apice non productae.
        α. Sepala 4, maxima, coriacea. . . . . LACERDAEA.
        β. Sepala 5, membranacea, ovata v. ovato-oblonga, obtusa v. acutiuscula. . . . . CAMPOMANESIA.

XXIV. PSIDIUM Linn.

Psidium *Linn. Gen. n. 615. Lam. Ill. 416. Lindl. Coll. n. 16. DC. Prodr. III. 232. Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 198. Endl. Gen. 1231.* — Guajava *Tourn. Inst. t. 443. Gärtner Fr. I. 184. t. 38.* — Psidium *et* Burchardia *Necker. Elem. n. 327. et 728.*

Hypanthium (calycis tubus auct.) supra germen productum ibique introrsum staminiferum, in calycem abiens, basi bracteolis 2, saepe caducis stipatum. Germen inferum, 2—7-loculare, dissepimentis centripetis simplicibus, loculis multiovulatis; sporophora parietalia, axim attingentia, ibi connata v. discreta et bilamellata, lamellis reflexis, magis minusve productis, intus ovuliferis, per paria connatis, sporophora centralia bilamellata mentientibus. Calyx ante anthesin indivisus claususque v. apice pertusus v. 5 4-dentatus, demum longitudinaliter 2—5-partitus, ex margine hypanthii libero oriundus. Petala 4—5, perigyna. Stamina creberrima, parieti interiori libero hypanthii seriebus pluribus inserta; filamenta libera, praefloratione introflexa; antherae oblongae v. lineares, dorso supra basin affixae, superne glandula instructae, biloculares, longitudinaliter dehiscentes; granula pollinis trigona, tripora. Carpophylla 2—7, verticem germinis stylumque formantia. Stylus simplex. Stigma capitatum v. peltatum. Bacca calyce coronata, poly- v. abortu pleiosperma. Semina in pulpa nidulantia, hippocrepica v. reniformia, testa ossea instructa. Embryo exalbuminosus, uncinato-curvatus; rostello longissimo, hilum spectante; cotylis brevibus.

Arbores, frutices, rarius suffrutices v. herbae perennes; foliis plerumque oppositis, exstipulatis, pellucido-punctatis; pedunculis axillaribus v. lateralibus, oppositis, 1— plurifloris; floribus saepe speciosis.

Genus maxime naturale ab auctoribus tamen saepissime cum Campomanesia commutatum facile sporophoris bilamellatis et seminis testa ossea ab hac distinguendum est, cui semina ad angulum loculorum internum biserialia et testa membranacea, glanduloso-verrucosa et embryo spiralis sunt.

GENERIS DIVISIO.

1. Apertiflora. . . . . Spec. 1—32.
2. Costata. . . . . « 33—39.
3. Obversifolia. . . . . « 40—46.
4. Albo-tomentosa. . . . . « 47—56.
5. Crenatifolia. . . . . « 57—61.
6. Rigidifolia. . . . . « 62.

1. Apertiflora. Folia membranacea v. rigida, integerrima, nunquam albo-tomentosa; alabastra aperta; calyx campanulatus, 4—5-crenatus v. dentatus, demum profundius partitus; germen 2—7-loculare.

1. PSIDIUM DECUSSATUM DC. ramulis foliisque novellis margine et supra ad nervum medium et pedunculis pubescentibus; foliis brevissime petiolatis, membranaceis, ovali-oblongis, obtusis, basi acutis, glabriusculis, minute pellucido-punctatis, obsolete venosis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, 1-floris, oppositis, folium subaequantibus; alabastris apertis; germine triloculari; calyce campanulato, 5-crenato, demum 5-lobo; lobis reflexis, obtusis, ciliolatis, intus sericeis. ♄

Myrtus decussata Mart. Herb.

Psidium decussatum DC. Prodr. III. 235.

Rami tenues, teretiusculi; novelli compressi. Folia siccata fusca; petiolo $^1/_4$—$^1/_2$‴ lg.; lamina 6—10‴ lg., $2^1/_2$—$4^1/_2$‴ lt.; nervo medio venisque oblitteratis. Pedunculi 5—6‴ lg. Alabastra subgloboso-obovata, 2‴ lg., glabriuscula; bracteolis stipantibus caducis. Germen sporophoris bilamellatis. Lobi 5 calycini, demum 1‴ lg. Petala 5, subrotunda, reflexa, 2‴ lg. Stamina petala aequantia. Stylus 3‴ lg.; stigma subcapitatum. (v. in hb. Mon.)

Habitat in campis ad Contendas in prov. Minarum: M. Pl. Oreas.

2. PSIDIUM RHOMBEUM Berg: ramulis subcompressis petiolisque, pedunculis et hypanthiis sparse pilis crispulis obtectis; foliis petiolatis, membranaceis, subrhombeis, utrinque acutis v. apice obtusissime acuminatis, ciliatis, utrinque praesertim in nervo pilis raris, sparsis obtectis, elevato-, pellucido-punctatis, subaveniis; pedunculis solitariis, oppositis, unifloris, superioribus axillaribus, folio duplo brevioribus; alabastris turbinatis, hiantibus; germine triloculari. ♄

Rami teretiusculi, glabri. Folia margine plana; petiolo $1^1/_2$—2‴ lg.; lamina 8—15‴ lg., 6—9‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus vix prominente; venis lucem versus visibilibus. Pedunculi ex infimis 3 nodis ramorum annotinorum, infimi basi nudi v. foliis minutis fulti, 4—6‴ lg. Alabastra $1^1/_2$—2‴ lg. Germen multiovulatum, disco concavo, margine pilosiusculo terminatum. Calyx 4—5-lobatus, tum partitus; lobis ovatis, obtusis, glandulose punctatis, glabris, ciliatis, intus puberulis, tandem reflexis. Petala 4—5, subrotunda, concava, pellucido-punctata, glabra, ciliata, $1^1/_2$‴ lg. Stamina plurima, 1‴ lg.; antheris ovalibus, dorso baseos fixis, superne glandula terminatis. Stylus $1^1/_2$‴ lg.; stigma subpeltatum. (v. in hb. Berol. et Mart.)

Habitat in montibus Serra d'Açurua prov. Bahiensis: Blanchet n. 2815. Pl. Oreas.

3. PSIDIUM MYRSINITES DC. ramulis foliisque ad nervum supra et pedunculis pilis rufis tomentosis; foliis subsessilibus, membranaceis, annuis, oblongis v. lanceolatis, apicem versus sensim angustato-obtusis, basi truncatis v. subcordatis, discoloribus, ciliatis, creberrime obscure pellucido-punctatis, obsoletissime lucem versus diaphano-reticulatis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, e ramis novellis, infimis basi nudis v. squama fultis, superioribus axillaribus, folio 2—3-plo brevioribus; alabastris hiantibus; germine glabro, triloculari; calyce campanulato, subtruncato- 5-crenato, demum partito, lobis 4-angularibus, truncatis, intus sericeis, ciliatis.

Psidium ? Myrsinites DC. Prodr. III. 236.

Arbuscula 10-pedalis, ramosa; rami tortuosi, incrassati, teretiusculi; ramuli obsolete 4-goni; novelli compressi. Folia 12—25‴ lg., 4—9‴ lt., siccata supra atro-virentia, subtus fusca; nervo medio supra planiusculo, subtus basin versus elevato; venis obsoletis. Pedunculi 2—5‴ lg., striati. Alabastra 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen disco glabro terminatum; sporophoris bilamellatis, axi discretis. Lobi calycini $^3/_4$—1‴ lg. Petala 5, obovata, extus sericea, fere 2‴ lg. Stamina $1^1/_2$‴ lg. Stylus $1^1/_2$—2‴ lg. (v. in hb. Mart. et Sonder.)

Habitat in desertis prov. Minarum: M. Pl. Hamadryas.

4. PSIDIUM MYRSINOIDES Berg: ramulis foliisque ad nervum supra et pedunculis brunneo-tomentosis; foliis brevissime petiolatis, membranaceis, annuis, ovali- v. obovato-oblongis, angustato-obtusis v. obtusis, basi cuneatis, discoloribus, ciliatis, creberrime obscureque pellucido-punctatis, obsoletissime lucem versus reticulatis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-, rarissime 3-floris, e ramis novellis, infimis basi nudis v. squama fultis, superioribus axillaribus, folio duplo brevioribus; alabastris hiantibus; germine 3—4-loculari; calyce 5-lobo, demum profundius partito, lobis rotundatis, intus sericeis, ciliatis. ♄

Rami incrassati, squarrosi, teretiusculi; ramuli obsolete tetragoni; novelli compressi. Folia summa saepe oblonga, siccata supra virenti-atra, subtus hepatica; petiolo $^1/_2$‴ lg.; lamina 10—30‴ lg., 11—14‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus vix elevato; venis suberecto-patulis, vix visibilibus, non nisi subtus coloratis. Pedunculi $^1/_2$—1″ lg., striati. Alabastra 3‴ lg., turbinato-obovata, glabriuscula, bracteolis 2, linearibus, germine brevioribus, ciliatis, deciduis stipata. Germen disco plano, subsericeo obtectum; sporophoris bilamellatis, axi discretis. Calyx hemisphaericus, 1‴ lg., sepalis demum patentibus. Petala 5, obovata, extus sericea, 3‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg.; stigma capitatum. (v. in hb. Vindob. et Berol.)

Maxime affine *Ps. Myrsiniti DC.*, sed distincta: indumento brunneo; foliis latioribus, saepe obversis, basi cuneatis, nec basi latioribus; pedunculis duplo longioribus; alabastris majoribus; calyce profundius lobato, demum partito, lobis rotundatis, nec 4-angularibus apice truncatis.

Habitat ad Carmo et Natividade prov. Goyazensis: Pohl n. 1020. Pl. Oreas.

5. PSIDIUM MYRTOIDES Berg: glabrum; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi acutis, novellis petioloque ciliatis, discoloribus, obsolete pellucido-punctatis, venosis, sublongiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, 1-floris, summis axillaribus, folio brevioribus; germine triloculari; calyce campanulato, obtuse leviterque 5-lobo, ciliato, demum profundius partito. ♄

Rami teretiusculi; novelli compressi. Folia siccata novella brunnea, adulta supra atrovirentia, subtus fuscescentia, margine recurva; petiolo $1^1/_2$—2‴ lg.; lamina 19—32‴ lg., 8—14‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis venulisque ramulosis, tenuioribus supra vix manifestis, subtus parum prominentibus. Pedunculi 5—6‴ lg., oppositi, ex inferioribus 2—4 ramulorum nodis aut omnes basi nudi aut summi axillares. Alabastra turbinata, $2^1/_2$—3‴ lg., bracteolis 2, minutis, lanceolatis, acutis, caducis stipata. Hypanthium supra germen multiovulatum vix productum, in calycem abiens, obtuse 5-lobum; lobis calycinis latis, brevibus, ciliatis. Petala 5, subrotunda, ciliata. Stamina antheris subrotundis, dorso baseos fixis. Stylus 1, stigma planum, subpeltatum. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad vicum Ypanema prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

6. PSIDIUM TURBINIFLORUM Mart. ramulis foliisque ad petiolum, marginem et nervos, pedunculis et alabastris pubescentibus; foliis annuis, breviter petiolatis, submembranaceis, ovato-oblongis, apicem versus sensim acutatis, basi obtusis v. subcordatis, discoloribus, utrinque creberrime elevato-, obscure pellucido-punctatis, supra splendentibus, subtus opacis, reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, folio fere duplo brevioribus; alabastris hiantibus; germine triloculari; calyce campanulato, hemisphaerico, truncato, vix repando, demum 3—5-lobo, intus dense sericeo.

Psidium turbiniflorum Mart. in DC. Prodr. III. 234.

Arbuscula 6—8-pedalis; rami teretes, fusci, valde ramulosi; ramuli tetragoni. Folia siccata supra fusco-atra, subtus hepatica; petiolo $^1/_2$—$1^1/_2$‴ lg.; lamina 18—40‴ lg., 9—18‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, antrorsum adscendentibus, supra oblitteratis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis. Pedunculi 8—14‴ lg. Alabastra sub calyce valde contracta, 5‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen cylindrico-turbinatum, puberulum, 2‴ lg.; sporophoris bilamellatis, multiovulatis. Calyx 2‴ lg., extus puberulus. Petala 5, fornicata, 6‴ lg., glabra. Stamina 4‴ lg. Stylus 5‴ lg.; stigma capitatum. (v. in hb. Mon. et Sonder.)

Habitat prope villam Ega ad flumen Amazonas prov. do alto Amazonas: M. Pl. Najas.

7. PSIDIUM OVATIFOLIUM Berg: ramulis, petiolis, pedunculis, germinibus dense pubescentibus; foliis breviter petiolatis, rigide chartaceis, ovato-oblongis, recurvatis, apice angustato-obtusis, basi obtusis, minutissime glandulosis, ad nervos pilosiusculis, supra nitidis, subtus venosis, tenuiter reticulatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, 1—3-floris, petiolo 2—4-plo longioribus; germine triloculari; calyce campanulato, truncato, leviter 5-lobo, pubescente, ciliato. ♄

Rami obsolete 4-goni, glabri; novelli subcompressi. Folia obsolete pellucido-punctata, siccata supra virentia, subtus fuscescentia; petiolo $1^1/_2$—4‴ lg., lamina $1^1/_2$—4″ lg., 10—22‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, tomentello, subtus elevato, pubescente; venis suberecto-patulis, supra planis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, supra planis, subtus prominulis. Pedunculi 8—10‴ lg, saepissime 3-flori, pedicellis lateralibus, 3‴ lg., flore centrali sessili. Alabastra 8‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen multiovulatum, 2‴ lg., sporophoris bilamellatis, productis, parietem fere attingentibus. Calyx ampliatus, intus sericeus, 1‴ lg., demum 5-fidus. Petala 5, obovata, 8‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus 7‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Differt a *Ps. Maranhensi, Ps. Paraënsi, Ps. ripario Mart., Ps. Sieberiano:* foliis ovato-oblongis, recurvatis, minutissime glandulosis; calyce vix repando.

Habitat in vicinia urbis Santarem prov. Paraënsis, floret Apr. — Aug.: R. Spruce n. 826. Pl. Najas.

8. PSIDIUM MARANHENSE Berg: ramulis pedunculisque et alabastris pilis subochraceis villosis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, ovate v. ovato-oblongis, summis lineari-lanceolatis, apicem versus sensim acutatis, basi obliquis, subcordatis, supra creberrime elevato-, obscure pellucido-punctatis, puberulis, subtus velutinis, nigrescenti-glandulosis, venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis 1—2-nis, 1—3- v. dichotomo-plurifloris, axillaribus, ad paniculam terminalem, foliis intermixtam dispositis, alabastris cylindrico-turbinatis, hiantibus; germine 4-loculari; calyce campanulato, breviter 5-dentato, demum profundius partito, utrinque velutino. ♄

Rami teretiusculi, glabri; ramuli compressi. Folia siccata obscura; petiolo 2‴ lg.; lamina 2—4″ lg., $^1/_2$—$1^1/_2$″ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis subpatulis, ante marginem adscendentibus et arcuatim unitis, utrinque parum prominulis. Pedunculi $^1/_2$—1″ lg., ramis 6—8‴ lg., pedicellis 2—4‴ lg. Alabastra 5‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen sporophoris multiovulatis. Calyx 2‴ lg. Petala 5, subrotunda, 4‴ lg. Stamina 4‴ lg. Stylus 5‴ lg. (v. in hb. Mart. et Vindob.)

Maxime affine *Ps. ripario Mart.*, sed diversum: foliis petiolatis, latioribus, pellucido-punctatis, subtus velutinis; panicula terminali, foliis intermixta; calyce manifeste 5-dentato; germine 4-loculari.

Habitat ad flumen Rio Maranhão in prov. Goyazensi: Pohl. Pl. Hamadryas.

9. PSIDIUM PARAENSE Berg: ramis pedunculisque et alabastris tomentosis; foliis sessilibus, chartaceis, oblongis, basi latiore cordatis, antrorsum sensim acute acutatis, junioribus pubescentibus, demum glabris, utrinque elevato-glandulosis, supra nitidis, tenuiter reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1—4-floris, folio dimidio brevioribus; germine triloculari; calyce campanulato, hiante, truncato 5-lobo, demum partito. ♄

Folium: Tabula nostra V. Fig. 112.

Rami tereti-subcompressi, inferne pubescentes. Folia superne sensim minora, subtus opaca, siccata fusca, obscure pellucido-punctata, 1—$3^1/_4$″ lg., 3—12‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis utrinque parum prominulis, subpatentibus, adscendentibus. Pedunculi ad apices ramorum, validi, 3‴ lg. Alabastra cylindrico-turbinata, cano-virentia, 4‴ lg., bracteolis 2, linearibus, acutis, 1—2‴ lg. stipata. Germen disco tomentoso obtectum, sporophoris bilamellatis. Sepala utrinque tomentella, demum quadrangularia, truncata, 1‴ lg. Petala 5, oblonga, unguiculata, 6‴ lg. Stamina petala aequantia. Stylus 5‴ lg. (v. florif. in hb. Monac.)

Maxime affine *Ps. ripario Mart.*, sed distinctum: foliis e basi latiore sensim acutatis, acutis, mox glabris, nec lineali-oblongis, obtusis, subtus pubescentibus; pedunculis abbreviatis; germine triloculari.

Habitat in vicinia urbis Santarem prov. Paraënsis: R. Spruce n. 316. Pl. Najas.

10. PSIDIUM RIPARIUM Mart. ramulis foliisque novellis subtus, pedunculis et germinibus pilis subochraceis villoso-velutinis; foliis chartaceis, subsessilibus, inferioribus lineali-oblongis, superioribus lineari-lanceolatis, apice obtusis, basi subcordatis, margine subrepandis, adultis elevato-, impellucido-punctatis, supra puberulis, subtus pubescentibus, tenuiter venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, 1—3-floris, demum folio brevioribus; germine 5-loculari; calyce campanulato, hiante, subtruncato-5-lobo, demum partito; bacca pyriformi, coronata.

Psidium riparium Mart. Herb. DC. l. c. 235.

Arbuscula 6—8-pedalis v. plerúmque frutex; ramis patentibus et nutantibus (Mart.), teretiusculis, fuscescentibus, superne compressis. Folia caerulescenti-viridia, juniora pellucido-punctata, 2—3″ lg., 7—13‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis erecto-patulis, adscendentibus, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis, supra vix prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, vix visibilibus. Pedunculi ½—1″ lg., 1—3-flori. Alabastra cylindrico-turbinata, 5‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen multiovulatum. Calyx campanulatus, subinteger, 1½‴ lg., demum 5-partitus, lobis 4-angulis, subtruncatis. Petala ovato-oblonga. Bacca vix pollicem longa, puberula, coronata, 5-locularis. Semina in pulpa virescenti, amariuscula nidulantia. (v. in hb. Monac.)

Habitat ad ripas et in campis versus fluvium Fermozo prov. Pernambucensis: M. Pl. Hamadryas.

11. PSIDIUM SIEBERIANUM Berg: ramulis pedunculisque plus minusve tomentosis; foliis chartaceis, longe petiolatis, lanceolatis v. oblongis, angustato-obtusis, basi acutis, utrinque elevato-punctatis, ad nervum medium tomentellis v. glabris, supra nitidis, subreticulato-venosis, arcuatim limbinerviis, pedunculis axillaribus, 1—3-floris, folio 2—3-plo brevioribus; germine 3—4-loculari; calyce campanulato, breviter 5-dentato, demum profundius partito, utrinque velutino. ♄ Variat:

α. gracile: ramulis petiolisque superioribus pubescentibus; foliis chartaceis, lanceolatis; pedunculis pubescentibus, folio 3-plo brevioribus.

Rami tenues, teretiusculi, superne compressi. Folia vix pellucido-punctata; petiolo gracili, 6—7‴ lg.; lamina 2—4½″ lg., 4—10‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus elevato, rufo; venis tenuibus, erecto-patulis, utrinque prominulis. Pedunculi ad apices ramorum congesti, 3‴ lg. Alabastra 5‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen tomentosum, sporophoris multiovulatis. Calyx 2‴ lg. Petala 5, oblonga, 9‴ lg. Stamina 6‴ lg. Stylus 7‴ lg. (v. in hb. Mart.)

β. robustum: indumento densiori; foliis rigidioribus, oblongis; pedunculis folio dimidio brevioribus, validis.

Rami crassiusculi. Folia petiolo valido, 6—7‴ lg.; lamina 3—4″ lg., 10—18‴ lt. Pedunculi 10—14‴ lg. Alabasrta 8‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Differt a *Ps. Paraënsi* et *ripario Mart.*: foliis longe petiolatis, excepto nervo glabris, basi angustatis; a *Ps. Maranhensi*: foliis longius petiolatis, apice angustato-obtusis, basi angustatis, glabris, nec e basi latiore cordata antrorsum sensim acutatis, subtus velutinis.

Habitat in prov. Paraënsi: Sieber. Pl. Najas.

12. PSIDIUM MENGAHIENSE Camb. ramis teretibus, superne griseo-tomentosis; foliis sessilibus, oblongis, obtusis, basi rotundatis saepeque subcordatis, utrinque praesertim inferne griseo-puberulis et elevato-, pellucido-punctatis; pedunculis axillaribus, 1—3-floris; bacca ellipsoidea, puberula, calyce 5-lobo coronata, polysperma, 4-loculari. ♄

Psidium Mengahiense Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 204. t. 138.

Rami inferne glabrati. Folia 15—30‴ lg., 5—8‴ lt.; nervo medio subtus prominulo; venis vix conspicuis. Pedunculi 3‴ lg., teretes, rufescenti-tomentosi. Bacca 8‴ lg., 6‴ lt. Semen generis. (Camb.) † — Differt a *Ps. riparío:* calyce lobato; fructu ellipsoideo, nec pyriformi.

Habitat prope Mengahi prov. Minarum: St. Hilaire. Pl. Oreas.

13. PSIDIUM SUFFRUTICOSUM Berg: suffruticosum, glabrum; foliis chartaceis, subsessilibus, ternis, sparsis v. oppositis, lanceolatis, lineari-lanceolatis v. lanceolato-linearibus, utrinque angustatis, acutis, pellucido-punctatis, supra nitidis, tenuissime reticulato-venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, petiolo longioribus, 1- v. 3-floris, alabastris obovatis, obtusis, apice poro pertusis; germine triloculari; calyce irregulariter rumpente.

Suffrutex ½—¾-pedalis, multicaulis; ramis angulatis, glandulosis. Folia siccata supra fusco-atra, subtus pallidiora; petiolo 1‴ lg.; lamina 10—22‴ lg., 2—5‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis arrectis venulisque reticulatis parum prominulis. Pedunculi 2—4‴ lg., plerumque 1-, rarius 3-flori, pedicellis ¾‴ lg. Alabastra 3‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen sporophoris parietalibus, bilamellatis, axi approximatis, sed discretis incomplete triloculare, multiovulatum. Calyx demum irregulariter rumpens, intus sericeus. Flores in genere minores. (v. in hb. Vindob., Berol. et Mart.)

Habitat in pascuis desertorum Brasiliae: Pohl n. 1021. Pl. Hamadryas.

14. PSIDIUM ARGENTEUM Berg: ramulis argute 4-gonis, sericeis; foliis subsessilibus v. breviter petiolatis, rigidis, obovato- v. obverse oblongis, oblongo-lanceolatis v. lanceolatis, acute acuminatis, cuneatis, discoloribus, supra demum glabratis, creberrime nigrescenti-, impellucido-punctatis, nitidis, reticulato-venosis, subtus dense nitideque pilis ex fuscescenti argenteo-micantibus sericeis, arrecto- v. subpatenti-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-, rarissime 3-floris, petiolo longioribus; alabastris pyriformibus, hiantibus; germine 4—7-loculari; calyce campanulato, acute 4—5-dentato, demum 4—5-partito; baccis ovalibus. Variat:

α. grandifolium: frutex 6-pedalis; ramis validis, elongatis, strictis; foliis plerumque obverse oblongis, majoribus.

Folia petiolo marginato, incrassato, 1—2‴ lg.; lamina 30—50‴ lg., 10—22‴ lt. Pedunculi ex inferioribus axillis, 5‴ lg. (v. fructif. in hb. Berol.)

β. purpureum: frutex ramosus, ramulis, nervis marginibusque foliorum purpureis, siccatis badiis; foliis minoribus, latioribus, obovato-oblongis; germine 4-loculari; calyce 4-dentato; petalis 4.

Rami exophloeo delapso teretiusculi, laeves, nodosi. Folia opposita v. infima alterna, margine arguto recurva, juniora supra puberula; petiolo marginato, ½—1‴ lg.; lamina 20—33‴ lg., 10—16‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus incrassato; venis utroque latere circiter 8, distantibus, supra prominulis, infra elevatis, antrorsum adscendentibus et arcuatim anastomosantibus; venulis interjectis reticulato-ramosissimis, supra prominulis, infra ob indumentum haud manifestis. Alabastra subtilissime sericea, sub calyce constricta, 5‴ lg., bracteolis 2, lineari-spathulatis, 2—2½‴ lg. stipata. Germen sporophoris bilamellatis, axi discretis, multiovulatis. Calyx in alabastro subglobosus. Petala obovata, alba. (v. florif. in hb. Berol.)

γ. pumilum: fruticulus ¼—½-pedalis, ramis tenuissimis; foliis chartaceis, lanceolato-oblongis, subsessilibus, oppositis, alternis v. verticillatis; germine 5—7-loculari; calyce 5-dentato; petalis 5.

Folia 26—28‴ lg., 7—8‴ lt. Pedunculi tenues, 6‴ lg. (v. florif. in hb. Berol.)

δ. angustifolium: frutex ramosus; ramis saepe geminis; foliis rigidis, oblongo-lanceolatis v. lanceolatis, breviter petiolatis, subtus nitidis; pedunculis interdum 3-floris; germine 4—5-loculari; calyce 5-dentato; petalis 5.

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 122.

Folia 12—28‴ lg., 3—9‴ lt.; petiolo 1½‴ lg. Pedunculi 3—8‴ lg., validi; pedicelli 2‴ lg. Alabastra 6‴ lg., glabriuscula, bracteolis 2, linearibus, 2‴ lg. stipata. Calyx campanulatus, 2‴ lg., dentibus latis, ovatis, breviter acuminatis, ciliolatis, demum profundius partitis. Germen sporophoris bilamellatis, medio discretis. Petala obovata, 3‴ lg. Stamina 4‴ lg. Stylus stamina fere aequans. (v. in hb. Vindob., Berol. et Mart.)

Habitat: α. in campis prov. S. Pauli: Sellow; β. in campis prov. Rio Grande do Sul, floret Octobri: Sellow; γ. ad S. Ignacio: Sellow; δ. ad pagum Formigas in parte deserta prov. Minarum: Pohl. Pl. Oreas — Napaea.

15. PSIDIUM SERICEUM Berg: ramulis argute tetragonis, superne foliisque novellis, pedunculis et alabastris canescenti-sericeis; foliis annuis, petiolatis, chartaceis, obovato-oblongis, apice rotundatis v. obtusiusculis, cuneatis, discoloribus, utrinque elevato- et obsolete pellucido-punctatis, venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, oppositis, petiolum subaequantibus; alabastris turbinatis, apice hiantibus; germine 4—5 loculari; calyce 5-dentato, demum partito.

Frutex 1—2-pedalis, ramosus; rami exophloeo griseo lamellatim soluto laeves, cinnamomei, tereti-quadranguli; ramuli superne compressi, solummodo folia floresque gerentes. Folia opposita, rarius breviter acuminata, margine recurva, adulta subglabrata; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 12—32‴ lg., 6—17‴ lt.; nervo medio venisque supra planiusculis, subtus prominentibus, coloratis, his utroque latere subsenis, distantibus, arrectis, adscendentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, supra haud manifestis. Pedunculi compressi, inferiores foliis minutis fulti, superiores axillares, 3‴ lg. Alabastra 3‴ lg., medio vix constricta, bracteolis 2, linearibus, 1½‴ lg. stipata. Germen sporophoris bilamellatis, multiovulatis. Calyx subgloboso-ovatus, 5-dentatus, demum partitus. Petala 5. (v. in hb. Berol.)

Habitat in campis ad Carambey in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

16. PSIDIUM GARDNERIANUM Berg: ramulis novellis pedunculisque puberulis; foliis subsessilibus, membranaceis, oblongis v. lanceolatis, utrinque sensim obtusiuscule acutatis, discoloribus, novellis subciliolatis, basi minute puberulis, mox glabris, creberrime obscureque pellucido-punctatis, tenuissime reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, 1- v. 3-floris, folio brevioribus; germine triloculari; calyce demum obtuse 5-lobo, intus sericeo. ♄

Rami teretiusculi, exophloeo griseo, membranaceo delapso rufi, opaci; novelli compressi. Folia siccata supra atrovirentia, subtus pallide fuscescentia; petiolo vix ullo; lamina 16—36‴ lg., 4—12‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus parum elevato; venis tenuissimis, suberecto-patulis, utrinque vix manifestis: venulis interjectis reticulatis, tenuioribus. Pedunculi e ramis novellis oriundi, infimi saepe folio minuto fulti, ½—1″ lg.; pedicelli 4‴ lg.; flore centrali sessili. Germen turbinatum, glabrum, 1½‴ lg.; sporophoris bilamellatis, supra medium axi affixis. Lobi calycini rotundati, 1‴ lg., ¾‴ lt. Petala obovata, ciliolata, 2‴ lg. Stamina petalis aequalia. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in prov. Ceará: Gardner n. 1610. Pl. Hamadryas.

17. PSIDIUM DENSICOMUM Mart. radicans, glabrum; foliis petiolatis, membranaceis, ovato-oblongis v. ex ovata basi lanceolatis, acute et oblique acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, creberrime et obscure pellucido-punctatis, supra nitidis, venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, folio 2—3-plo brevioribus, 1—3-floris; flore centrali sessili, lateralibus longiuscule pedicellatis; germine 6-loculari, sepalis 5, coriaceis, truncatis; bacca globosa.

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 116.

Psidium densicomum Mart. Herb. in DC. Prodr. III. 235.

Arbor 20-pedalis, gregarie, nonnisi in littore lacuum obvia, vera aquarum dulcium Rhizophora. Trunci procumbentes, ligno rubro, duro corticeque cinereo donati. Rami et trunci radices longissimas, barbatas, carnosas, rubras, fasciculatas, demum solum intrantes et in truncos convertendas emittunt. Radices superficiales lignosae adeo reticulato-intertextae, ut sine ullo metu aquas et paludes in iisdem incedas. Folia laete viridia (siccata fusca), odore aromatico fere Juglandis regiae (Pöppig), opposita v. inferiora saepe subalterna, subtus opaca, pallidiora; petiolo 2—4‴ lg.; lamina 32—52‴ lg., 13—22‴ lt.; nervo medio supra basin versus impresso, subtus elevato; venis utroque latere sub-10, distantibus, suberecto-patulis, ante marginem adscendentibus et arcuatim unitis, supra vix prominulis, subtus prominentibus; venulis ramosis, subtus vix visibilibus. Pedunculi 10—17‴ lg., pedicelli 6—7‴ lg. Flores magni, bracteolis 2, lineari-lanceolatis, 6‴ lg., 1—2″ lt. deciduis stipati. Germen disco plano, 5-angulari terminatum; sporophoris bilamellatis, multiovulatis. Sepala 5, 1‴ lg., 2‴ lt. Petala 5, obovata, 6‴ lg., alba, valde fugacia (Pöppig). Stamina 3‴ lg. Stylus stamina aequans. Bacca flava, ingrato acidoque sapore, inde haud edulis (Pöppig), 7‴ diametro. Semina ossea, hippocrepica, 2—3‴ lg. Embryo generis. (v. florif. in hb. Vindob. et Berol., fructif. in hb. Mart.)

Habitat circum lacus Maynenses: Pöppig; nec non in ripis inundatis lacus Egensis: M., Pöppig; et ad ripas fluminis Amazonas in prov. do alto Amazonas: M. Puchca-Chauvintu *Maynensium,* Guayava agria *Hispanorum. Pl. Najas.*

18. PSIDIUM FIRMUM Berg: innovationibus minutissime puberulis; foliis subsessilibus, rigidis, ovalibus v. subovatis, utrinque obtusis, apice apiculatis, discoloribus, utrinque fusco-glandulosis, junioribus pellucido-punctatis, subtilissime ciliolatis, adultis glabris, utrinque elevato-, reticulato-venosis, subduplicato-limbinerviis; pedunculis axillaribus, inferioribus 2—4-floris, superioribus 1-floris; germine 5-loculari, glabro; calyce acute 5-dentato, demum profundius partito. ♄

Rami tereti-compressi, glabri, exophloeo secedente. Folia siccata supra pallide virentia, subtus fuscescentia; petiolo valido, 1—1½‴ lg.; lamina 3½—4″ lg., 22—31‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus incrassato; venis erecto-patulis, utrinque prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Pedunculi in axillis foliorum prioris anni 2‴ lg., pedicellis 6‴ lg., basi bractea ovata, acuta, ciliolata fultis, in ramo novello 1-flori, infimis squama fultis, superioribus axillaribus, folio duplo brevioribus. Alabastra 6‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, acutis, ciliolatis, 1‴ lg. stipata. Calyx campanulatus, 2‴ lg., dentibus triangularibus, acutis. Petala 5, obovata, 4‴ lg. Stamina 4‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat ad Barreiros in prov. Goyazensi: Pohl. Pl. Oreas.

19. PSIDIUM POHLIANUM Berg: glabrum; ramulis validis, angulatis; foliis interdum alternis, sessilibus, rigidis, obovato-oblongis, acute acuminatis v. acutis, basi cuneatis, discoloribus, nitidis, creberrime elevato-glandulosis, tenuiter subreticulato-venosis, subarcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, 1-carpicis, folio 3—4-plo brevioribus; bacca globosa, sepalis 5, brevibus, rotundatis coronata, triloculari, pleiosperma. ♄

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 119.

Rami crassi, cortice rimoso obtecti; ramuli angulati, pallidi, nitidi. Folia saepe opposita, interdum ovalia et basi obtusa, siccata supra obscure virentia, subtus badia, novella pellucido-punctata, 13—42‴ lg., 7—20‴ lt.; nervo medio supra vix elevato

subtus prominente; venis plurimis, tenuibus, suberecto-patulis, utrinque praesertim inferne prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis, utrinque parum prominulis. Pedunculi 5—6‴ lg., validi. Bacca 6‴ diametro. Semina ossea. (v. fructif. in hb. Vindob., sine fruct. et florib. in hb. Berol.)

A *Ps. aerugineo* differt: glabritie; foliis acute acuminatis, subreticulato-venosis; bacca triloculari.

Habitat ad S. Luzia in prov. Goyazensi: Pohl n. 913., Sellow. Pl. Oreas.

20. PSIDIUM AERUGINEUM Berg: ramulis pedunculisque subtetragonis, dense pallideque fuscescenti-velutinis; foliis perennantibus, subsessilibus, rigidis, ovalibus, oblongo-ovalibus v. ovali-oblongis, utrinque obtusis v. basi acutis, discoloribus, supra lucidis, elevato-, impellucido-punctatis, pilis crispulis, sparsis obsitis, subtus densius pubescentibus, subpatulo-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis ad basin ramulorum, 1—3-floris; bacca globosa, sepalis 5, obtusis coronata.

Frutex 10-pedalis, ramosus; rami incrassati, cortice rimoso obtecti. Folia interdum rotundo-ovalia, utrinque angustata, saepe apice obtusata v. rotundata, margine recurva, siccata supra aeruginea, subtus fusca, novella utrinque velutina; petiolo ½—1‴ lg.; lamina 1½—3″ lg., 11—22‴ lt.; nervo medio adpresse villoso, utrinque prominente; venis subpatulis, utroque latere sub-10, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus, utrinque prominulis. Pedunculi 5—8‴ lg.; pedicelli 2‴ lg. Bacca 5‴ diametro, 5-locularis, polysperma. Seminum testa ossea; embryo uncinato-curvatus; rostello longissimo; cotylis brevissimis. (v. in hb. Berol.)

Habitat in campis prov. Rio Grande do Sul: Sellow. Pl. Napaea.

21. PSIDIUM ELEGANS Mart. Hb. glabrum; ramulis tetragonis; foliis breviter petiolatis, rigidis, lanceolatis — ovalibus, utrinque acutis, apice fere cuspidatis, discoloribus, supra nigro-glandulosis, subtus pellucido-punctatis, venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, folio parum brevioribus; alabastris turbinatis, apice perforatis; bacca obovata, 4-, rarius 3-loculari, polysperma, lobis 4, calycinis, ovatis, obtusatis coronata.

Psidium elegans Mart. Herb. ex DC.

Myrtus ? elegans DC. Prodr. III. 240. Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 210. Variat:

α. angustifolium *Bg.* foliis lanceolatis v. lanceolato-oblongis.

Frutex 6-pedalis, ramosus; ramuli cinnamomei; novelli compressi. Folia margine recurvata, siccata supra aeruginea, subtus cinnamomea; petiolo ½‴ lg.; lamina 12—18‴ lg., 4—6‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis patentibus, utroque latere sub-10, adscendentibus, utrinque parum prominulis; venulis interjectis vix manifestis, ramulosis. Pedunculi 5—11‴ lg., badii. Alabastra obovata, sub calyce parum constricta, 3‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-, rarius 3-loculare, sporophoris bilamellatis, multiovulatis. Calyx campanulatus, obtusus, apice perforatus, demum 4-partitus, lobis ovatis, obtusatis, intus albo-velutinis. Petala 4, obovata, extus margineque albido-strigosa, 4‴ lg. Stamina stylusque 3‴ lg.; stigma subcapitatum. Bacca 3‴ lg. Semina parva, hippocrepica, testa crustacea obtecta. Embryo curvatus, rostello longissimo, cotylis 2, brevibus, spiralibus. (v. in hb. Berol. et Monac.)

β. latifolium *Bg.* foliis ovalibus v. elliptico-oblongis.

Folia 1—1½″ lg., 6—10‴ lt. (v. in hb. Berol.)

Ob calycem primum fere clausum, demum profunde partitum et germinis seminisque fabricam certe ad *Psidium* pertinet, sed stigma subcapitatum.

Habitat in montibus Serra do Caraça et prope Mainarde prov. Minarum: St. Hilaire, M., Sellow, Claussen n. 230. Pl. Oreas.

22. PSIDIUM OBLONGATUM Berg: ramulis foliisque novellis, pedunculis et floribus velutino-sericeis; foliis petiolatis, submembranaceis, ovali-oblongis, obtuse acuminatis, basi acutis, impunctatis, opacis, supra glabris, subtus pilosiusculis, costatis, limbinerviis; pedunculis basi bracteatis, 1—3-nis, 1-floris, ad infimos defoliatos nodos lateralibus v. ad superiores axillaribus; alabastris turbinatis, apice hiantibus; germine triloculari.

Frutex 10-pedalis; rami teretes, indumento fuscescenti vestiti; ramuli compressi. Folia utrinque gradatim angustata, margine vix recurva; petiolo 4—5‴ lg.; lamina 3¾—4¼″ lg., 15—19‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis distantibus, erecto-patulis, supra impressis, subtus prominentibus; venulis interjectis ramulosis. Pedunculi graciles, 2—6‴ lg. Alabastra medio vix constricta, 2—3‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 1‴ lg. stipata. Germen sporophoris bilamellatis, multiovulatis. Calyx campanulatus, apice 5-dentatus, demum 5-partitus. Petala alba. (v. in hb. Berol.)

Habitat in silvis ad Arrayal Tapanhuacanga in prov. Minarum: Sellow. Pl. Oreas.

23. PSIDIUM WIDGRENIANUM Berg: ramulis foliisque novellis subtus, pedunculis et alabastris brunneo-villosis; foliis petiolatis, rigidis, ovali-oblongis, utrinque gradatim angustatis, margine undulato-recurvis, ciliatis, supra opacis, sparse pilosiusculis, impresso-venosis, subtus minute impellucido-punctatis, pubescentibus, ad nervos villosis, venosis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, inferioribus basi nudis, superioribus axillaribus, folio 2—3-plo brevioribus; alabastris hiantibus; germine triloculari; calyce campanulato, leviter obtuseque 5-crenato, demum profundius partito. ♄

Rami subtetragoni; novelli compressi. Folia siccata supra atrovirentia, subtus brunnea; petiolo 1‴ lg.; lamina 11—21‴ lg., 6—10‴ lt.; nervo medio venisque erecto-patulis, supra impressis, subtus prominentibus. Pedunculi ex infimis 3—4 nodis ramorum annotinorum oriundi, 4—5‴ lg. Alabastra obovata, 4‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen sporophoris bilamellatis, medio discretis, fere parietem attingentibus. Calyx in alabastro globo petalorum duplo brevior, glabriusculus. (v. in hb. Sonder.)

Habitat in prov. Minarum: Dr. Widgren n. 534. Pl. Oreas.

24. PSIDIUM MACROSPERMUM Berg: ramulis obsolete 4-gonis supra petiolisque, foliis subtus praesertim ad nervos et pedunculis brunneo- v. ferrugineo-hirsutis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, elliptico-oblongis, saepe obversis, apice recurvato-acuminatis, basi subcuneatis, discoloribus, opacis, obsolete v. impellucido-punctatis, supra sparse puberulis, demum glabratis, impresso-, subtus elevato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-carpicis, inferioribus basi nudis, superioribus axillaribus, petiolo paullo longioribus; bacca subglobosa, oligosperma, sepalis 4—5, obtusis coronata.

Frutex 6-pedalis; rami teretiusculi, pallidi, glabri. Folia utrinque angustata, margine revoluta, siccata supra virentia, subtus fusca; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 19—40‴ lg., 7—15‴ lt.; nervo medio venisque supra impressis, subtus elevatis, his utroque latere circiter 12, subpatentibus v. patentibus; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. Pedunculi e ramis annotinis, subtetragoni, 3—4‴ lg. Baccae 4—7‴ diametro, subglabratae, 5-spermae. Semina angulata, 3‴ lg., testa ossea obtecta. Embryo uncinato-curvatus, subspiralis. (v. in hb. Berol.)

Habitat in nemorosis inter Rio Paquéquer et Sumidouro in montibus Serra dos Orgaôs prov. Rio de Janeiro, fructificat Februario: Beyrich; nec non in campis ad S. Rey: Sellow. Pl. Dryas.

25. PSIDIUM RUFUM Mart. ramulis tetragonis foliisque novellis praesertim subtus, petiolis, pedunculis bracteisque et alabastris pilis ferrugineis v. ochraceis dense villoso-velutinis; foliis rigidis, petiolatis, elliptico-oblongis v. oblongo-ellipticis, utrinque acutatis v. apice obtusatis, punctatis, adultis discoloribus, supra subglabratis, impresso-, reticulato-costatis, subbullatis, arcuatim limbinerviis, subtus facie pilosiusculis, nervis prominentibus villosis; pedunculis solitariis, 1-floris, oppositis, inferioribus bractea fultis, racemum formantibus, superioribus axillaribus, petiolo longioribus; alabastris turbinatis, apice hiantibus; germine triloculari; calyce acute 5-dentato, demum partito; bacca subrotundo-ovali, coronata.

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 115.

Psidium rufum Mart. Herb. DC. Prodr. III. 234.
Psidium pilosum Vell. Fl. Fl. V. t. 54. Text. 212. n. 7.

Frutex 4—10-pedalis, ramosus; rami teretes, glabri. Folia adulta supra cano-virentia, subtus brunnea, margine revoluta, interdum obversa, glandulis pellucidis, demum opacis inspersa; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 22—48‴ lg., 10—28‴ lt.; nervo medio venisque erecto-patulis et venulis interjectis reticulatis supra impressis, subtus elevatis. Pedunculi compressi, 3—7‴ lg., ad infimos 3—5 nodos ramuli cujusve novelli laterales, bractea lanceolata, 3—5‴ lg. fulti, racemum basilarem, apice in ramum foliatum excrescentem formantes. Alabastra medio vix constricta, 5‴ lg., supra 4‴ lt., bracteolis 2, linearibus, 3—4‴ lg. stipata. Germen sporophoris axi affixis, bilamellatis, lamellis extus ovuliferis. Calyx campanulatus. Bacca (immatura) 8‴ lg., puberula, calyce tomentoso coronata, polysperma. (v. in hb. Berol., Monac.)

Habitat in alpestribus campis prov. Minarum, floret Octobri: M., Sellow. In silvis ad praed. S. Crucis: Vell. Pl. Oeras.

26. PSIDIUM CUPREUM Berg: ramulis obsolete tetragonis foliisque novellis, pedunculis floribusque densissime cupreo-tomentosis; foliis breviter petiolatis, membranaceis, ovali-oblongis, obtusis v. obtuse acutatis, basi acutis, discoloribus, sparse pellucido-punctatis, adultis supra subglabratis, subtus praesertim ad nervos tomentosis, reticulato-costatis, arcuatim duplicato-limbinerviis; racemis abbreviatis, axillaribus, solitariis et subterminalibus geminis, petiolo longioribus, 4—8-floris; alabastris turbinatis, hiantibus; germine 2—3-loculari; calyce campanulato, 5-dentato, demum partito. ♄

Rami teretiusculi, glabrati; novelli superne compressi. Folia margine vix recurva, siccata supra atrovirentia, infra brunnea; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 5—7″ lg., 2⅓—3¼″ lt.; nervo medio supra sulcato, infra incrassato; venis utroque latere 12—15, distantibus, subpatulis, supra sulcatis, infra elevatis; venulis interjectis prominentibus, sub angulo fere recto ramosis, late lacunoso-reticulatis. Racemi 8‴ lg., interdum ad ramulum basi floriferum, antrorsum foliiferum excrescentes; pedicelli basi bracteati, 3‴ lg. Alabastra medio haud constricta, 5—6‴ lg., bracteolis 2, subulatis, 1½‴ lg., deciduis fulta. Germen sporophoris bilamellatis, medio axi adnatis, marginibus reflexis, interioribus ovuliferis. Calyx tandem irregulariter rumpens. Petala 5, concava, ovato-subrotunda, crassiuscula, pellucido-punctata, extus tomentella, ciliolata, intus glabra. Stamina plurima, parum incurva. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Sellow. Pl. Dryas.

27. PSIDIUM HIANS Mart. Hb. ramulis tetragonis petiolisque, pedunculis et germinibus ferrugineo-velutinis; foliis petiolatis, chartaceis, interdum subalternis, ovali-oblongis, apice rotundatis v. obtusis, basi acutis v. truncatis, creberrime punctatis, discoloribus, nitidis, supra sparse subtus praesertim ad nervos marginesque puberulis, reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis deflexis, ex infimis 3—5 nodis ramulorum annotinorum; inferioribus nudis, summis axillaribus, 3- v. 1-floris, petiolo longioribus; alabastris pyriformibus, apice hiantibus; germine 4—5-loculari; lobis calycinis 4—5, demum reflexis. Variat:

α. truncatum *Bg.* foliis majoribus, basi truncatis, saepe subtruncatis; pedunculis fere semper 1-floris, superioribus erectis.

Psidium hians Mart. Herb. DC. l. c. 234.

Arbor 20—30-pedalis. Folia petiolo 2—4‴ lg.; lamina 30—50‴ lg., 14—26‴ lt. Pedunculi 3—5‴ lg. (v. in hb. Monac.)

β. cuneatum *Bg.* foliis basi attenuatis; pedunculis plerumque trifloris.

Rami tetragono-teretiusculi, fusci. Folia plerumque opposita, apice rarius obtusiuscula, margine vix recurva, glandulis primum pellucidis, demum opacis inspersa, siccata brunnea, subtus pallidiora; petiolo 2‴ lg.; lamina 25—41‴ lg., 11—19‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, tomentoso, subtus prominente; venis subpatentibus, utrinque prominentibus, utroque latere sub-8-nis, distantibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis. Pedunculi compressi, 6—12‴ lg.; pedicellis 2—3‴ lg. Alabastra medio constricta, 4‴ lg., bracteolis 2, caducis fulta. Calyx campaniformis, 4—5-dentatus, tandem irregulariter 4—5-partitus, lobis oblongis. Petala 4—5, oblonga, pellucido-punctata. Filamenta in alabastro recta, brevissima; antherae longissimae, lineares, basi sagittatae, margine crenatae. Stylus 4‴ lg., stigma peltatum. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Minarum ad Vao do Paranan, in Tabuleiro et Catingas, in altis planitiebus versus Goyaz, floret Septembri: M., Sellow. Pl. Oreas.

28. PSIDIUM REFRACTUM Berg: glabrum; foliis petiolatis membranaceis, demum chartaceis, oblongis, obtusis, basi acutis, discoloribus, impellucido-punctatis, supra venosis, subtus reticulato-costatis, irregulariter arcubus amplis limbinerviis; pedunculis lateralibus, refractis, 3-floris; germine 3-loculari; calyce globoso, apice pertuso, demum irregulariter 3—4-partito. ♄

Folium: Tabula nostra V. Fig. 111.

Rami tereti-tetragoni, albidi; novelli compressi, siccati picei. Folia margine plana, siccata supra fusco-atra, subtus hepatica; petiolo 4—5‴ lg.; lamina 3½—5″ lg., 16—25‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus parum prominente; venis utroque latere 6—9, arrectis, supra vix manifestis, subtus parum prominentibus; venulis interjectis tenuissimis, reticulatis, subtus parum prominulis. Pedunculi ex infimis defoliatis nodis ramulorum, oppositi, 12—16‴ lg.; pedicelli 2—5‴ lg.; flore centrali sessili. Alabastra medio constricta, 5‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen sporophoris bilamellatis. Calyx demum lobis reflexis, 2‴ lg. Petala obverse oblonga, 4‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Mart. ex hb. Vindob.)

Habitat ad Porto Real in prov. Goyazensi: Pohl. Pl. Oreas.

29. PSIDIUM NUTANS Berg: glaberrimum; foliis sparsis v. ternis, petiolatis, chartaceis, oblongis, utrinque angustatis, acutis, margine leviter crenatis, nitidis, obscure obsoleteque pellucido-punctatis, supra reticulatis, subtus costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, nutantibus, 3-floris, superioribus folio 2—3-plo brevioribus; germine triloculari; calyce demum 4-partito. ♄

Ramuli angulati, rufi. Folia siccata supra atrovirentia, subtus fusca, utrinque praesertim inferne elevato-glandulosa, infima ramuli cujusve reliquis multo minora; petiolo 2—4‴ lg.; lamina 3—5″ lg., 15—20‴ lt.; nervo medio supra basin versus subimpresso, subtus incrassato; venis utroque latere 10—12, patentibus, adscendentibus, supra prominulis, subtus prominentibus;

venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Pedunculi compressi, 12—16‴ lg., pedicellis lateralibus, 6—8‴ lg., flore centrali sessili. Germen sporophoris bilamellatis, parietem fere attingentibus. Lobi calycini inaequales, 2½‴ lg. Stylus 6‴ lg. (v. florib. defloratis in hb. Vindob.)

Differt a *Ps. polycarpo Lamb.:* glabritie; foliis sparsis v. ternis, nitidis, obscure pellucido-punctatis, margine crenulatis; germine triloculari.

Habitat in prov. Piauhiensi: Gardner n. 2592. Pl. Hamadryas.

30. PSIDIUM ANCEPS Berg: ramulis 4-gono-ancipitibus, bicarinatis foliisque subtus et pedunculis dense canescenti-puberulis; foliis subsessilibus, rigide chartaceis, ovato-oblongis, acutatis, apiculatis, basi obtusis, discoloribus, supra nitidis, glandulosis, minute puberulis, subtus opacis, reticulato-venosis, irregulariter arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, brevissimis, 1-floris; germine triloculari; sepalis rotundatis, breviter acuminatis, utrinque velutinis. ♄

Rami carinis delapsis teretiusculi, glabri. Folia siccata supra cano-virentia, subtus cana; lamina 1½—3″ lg., 10—17‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis subpatentibus, adscendentibus, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Pedunculi 2‴ lg. Germen bracteolis 2, foliaceis, oblongis, acutis, utrinque velutinis, 2‴ lg. stipatum; sporophoris parietalibus, bilamellatis, axi discretis. Sepala 1‴ lg. Stamina 3‴ lg. (v. flore deflor. in hb. Vindob.)

Habitat in desertis Brasiliae: Pohl. Pl. Hamadryas.

31. PSIDIUM YPANEMENSE Berg: ramulis pubescentibus; foliis petiolatis, coriaceis, obovatis v. obovato-oblongis, apice rotundatis, breviter acuminatis, basi subcuneatis, discoloribus, utrinque elevato-, vix obscure pellucido-punctatis, supra nitidis, puberulis, subtus opacis, pubescentibus, reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 3-floris v. bifidis, ramis 3-floris; alabastris pyriformibus, apice hiantibus; germine 4-loculari; calyce 5-denticulato, demum partito. ♄

Rami teretiusculi; ramuli compressi. Folia margine vix recurva, siccata supra atrovirentia, subtus fuscescentia, pube tenui, canescenti obtecta; petiolo 3‴ lg.; lamina 18—40‴ lg., 12—20‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis utroque latere subocto-, patentibus, praesertim inferne prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulato-ramosis. Pedunculi validi, compressi, 4—9‴ lg., puberuli, rarius 1-flori; pedicelli 2—5‴ lg. Alabastra medio constricta, cano-puberula, 4—5‴ lg., bracteolis 2, subulatis, germine dimidio brevioribus, caducis stipata. Germen sporophoris bilamellatis, multiovulatis, centro discretis. Calyx ovoideus, obtusus, 5-denticulatus, demum irregulariter 5-partitus; lobis oblongis, intus glabris, apicem versus puberulis. Petala 5, obovata, pellucido-punctata, extus superne sericea, ciliata. (v. in hb. Mart. et Berol.)

Habitat in campis ad pagum Ypanema in prov. S. Pauli: Raben n. 757., Sellow. Pl. Oreas.

32. PSIDIUM RUBESCENS Berg: ramulis subtetragonis petiolisque, foliis subtus pedunculisque et alabastris dense rufo-albido-tomentosis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongo-obovatis v. obovatis, apice rotundatis, breviter acuminatis, basi cuneatis, discoloribus, supra demum subglabratis, elevato-punctatis, venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, 3-floris, superioribus saepe 1-floris, petiolo longioribus; alabastris pyriformibus, apice hiantibus; germine 3—4-loculari; calyce 4—5-dentato, demum partito.

Frutex 8-pedalis, ramosus; rami teretiusculi, glabri; novelli cum innovationibus pilis brevioribus cinnamomeis longioribusque albis obsiti. Folia juniora saepe obovato-oblonga, apice interdum apiculata, margine vix recurva, supra primum pubescentia, glandulis interdum obscure pellucidis inspersa; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 25—48‴ lg., 15—25‴ lt.; nervo medio supra impresso, tomentoso, subtus elevato; venis arrectis v. subpatentibus, utroque latere sub-7, antrorsum adscendentibus, supra parum manifestis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, supra vix manifestis, subtus haud visibilibus. Pedunculi subcompressi, 5—8‴ lg.; pedicellis 2—3‴ lg. Alabastra medio constricta, 6‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 2‴ lg. stipata. Calyx ovoideus, apice 4—5-dentatus, tandem ad basin irregulariter 4—5-partitus. Petala 4—5. Stylus 5‴ lg. (v. in hb. Berol.)

A *Ps. incanescenti* differt: indumento sepalisque oblongis.

Habitat ad Itanaré in prov. Rio Grande do Sul: Sellow. Pl. Napaea.

2. Costata. Folia chartacea v. coriacea, integerrima, glabra v. subtus velutina, nec albo-tomentosa, costata; alabastra clausa; germen 3—5-loculare.

33. PSIDIUM SPRUCEI Berg: ramulis foliisque novellis, petiolis et pedunculis brunneo-tomentellis; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, acutis, basi angustatis, creberrime pellucido-punctatis, supra glabratis, nitidis, subtus opacis, praesertim ad nervos puberulis, costatis, reticulatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, petiolo longioribus; alabastris pyriformibus, sub calyce constrictis, obtusis, clausis; germine puberulo, striato, 4-loculari; calyce demum irregulariter bipartito. ♄

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 118.

Rami obsolete 4-goni; novelli compressi. Folia siccata supra cano-virentia, subtus virentia; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 18—32‴ lg., 10—15‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus incrassato; venis utroque latere circiter 12, suberecto-patulis, adscendentibus, supra planis v. subimpressis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, supra vix manifestis, subtus prominulis. Pedunculi ex inferioribus axillis ramulorum, 5—6‴ lg. Alabastra 6‴ lg., mox apice pertusa. Germen multiovulatum, sporophoris bilamellatis, medio discretis. Petala 5, obverse oblonga, ciliata, 7‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus 5‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Habitat in vicinia urbis Santarem prov. Paraënsis, floret Augusto: R. Spruce n. 825. Pl. Najas.

34. PSIDIUM GUAYAVA Raddi: ramulis carinato-tetragonis foliisque subtus pedunculis et alabastris plus minusve sericeis, adpresse pubescentibus v. velutinis; foliis chartaceis, breviter petiolatis, elliptico-oblongis v. oblongis, acutis, plerumque apiculatis, basi obtusis v. breviter acutis, nunquam cuneatis, creberrime plerumque obsolete pellucido-punctatis, supra glabris v. minute puberulis, *plicato-costatis;* venis suberecto- v. erecto-patulis, rectis, *lineatis*, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, 1- v. 3-floris, petiolo longioribus; alabastris pyriformibus, sub calyce constrictis, clausis, apice acutis, apiculatis v. cuspidatis; germine 3—5-loculari; calyce demum irregulariter partito; bacca globosa, turbinato-globosa v. pyriformi.

Planta maxime variabilis, sed nervatura foliorum facile discernenda.

Folium: Tabula nostra V. Fig. 114.

Psidium Guayava Raddi Mem. 1821. 2.

Psidium pyriferum Linn. Spec. 672. Rheede Mal. III. t. 34. Rumph. Amb. I. t. 47. Treu et Ehret Pl. sel. 12. t. 43., ibidem conf. synon. antiquiora. Gil et Xuarez Osserv. t. 26.

Lam. Enc. t. 416. Descourt. Fl. Ant. II. t. 72. DC. Prodr. III. 233. Vell. Flor. Flum. V. t. 48. Text. 211. n. 1. Bot. Reg. XIII. t. 1079.

Guayava pyriformis Gärtn. Fr. I. t. 38.

Psidium vulgare Rich. Act. soc. h. Par. 110. ?

Psidium pomiferum Linn. Spec. 672. Rheede Ma. III. t. 34. Rumph. Amb. I. t. 48. Tussac. Ant. II. t. 22. Dict. sc. nat. 224. DC. l. c. 234.

Psidium sapidissimum Jacq. Schönbr. III. 62. t. 366.

Crescit spontanea et culta in Mexico: C. Ehrenberg, Schiede; nec non in insulis Cuba: Ed. Otto; Jamaica: West, Cumming; St. Domingo: Bertero, Rob. Schomburgk; St. Thomas: Friedrichsthal; S. Cruz, S. Barthelemi, Antigua: Wullschlägel n. 215.; Guadeloupe: Bertero; Martinique: Sieber; S. Lucie: de Karwinsky; Trinidad: Sieber; in Guatimala: Friedrichsthal; Venezuela: Moritz; Guyana: Wullschlägel n. 976.; Peruvia: Ruiz; nec non in Brasiliae provinciis Rio Negro: M.; Bahiensi: Blanchet n. 215., Pr. de Neuwied; Minarum: St. Hilaire, Dr. Widgren n. 1165½, Dr. Stephan; Rio de Janeiro: Sellow, Pohl, St. Hilaire, Beyrich, de Karwinsky; nec non culta in China, India orientali, ad promontor. bonae spei, in Senegambia etc. etc. Pl. Vaga. Guayaba *Brasilianis.*

35. PSIDIUM ARAÇA Raddi: ramulis teretiusculis foliisque subtus praesertim ad nervos, petiolis, pedunculis et germinibus ochraceo- v. brunneo-velutinis; foliis annuis, petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, oblongis v. ovalibus, acutis v. angustato-obtusis, basi cuneatis, breviter acutis v. obtusiusculis, discoloribus, obscure pellucido-punctatis, supra puberulis, reticulatis, subtus reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, 1-, rarius 2-nis, 1—3-floris, petiolo longioribus; alabastris pyriformibus, sub calyce constrictis, apice obtusiusculis, clausis; germine 3—5-loculari; bacca ovali v. obovata, coronata.

Folium: Tabula nostra V. Fig. 113.

Psidium Araça Raddi Opusc. scientif. IV. 854. DC. l. c. 235.

Psidium minus Mart. Herb.

Psidium Guineense Swartz Pr. Fl. Ind. occ. II. 881. DC. l. c. 235.

Psidium dichotomum Weinmann Sylloge Rat. II. 166.

Rami glabri, novelli compressi. Folia interdum obversa; petiolo 2—5‴ lg.; lamina 20—48‴ lg., 10—21‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis suberecto-patulis, distantibus, utroque latere sub-10, supra prominulis, subtus elevatis; venulis interjectis tenuioribus, reticulato-ramosissimis, utrinque prominulis. Pedunculi compressi, interdum subterminales, 3—7‴ lg.; pedicelli 2—4‴ lg. Alabastra 5—7‴ lg., basi bracteolis 2, subulatis, 1½‴ lg. fulta. Germen ovale v. oblongum, sporophoris septiformibus, bilamellatis, multiovulatis, axi saepe discretis. Calyx ovideus, obtusiusculus, clausus, demum irregulariter 2-, 4- v. 5-partitus. Petala 5, obovata, ciliata, extus sericea, pellucido-punctata. Stylus 5—6‴ lg. Bacca 10‴ lg., polysperma. (v. in hb. Berol., Mart., Vindob. et Sonder.) — Maxime polymorphum et ab Ill. Candolleo ipso cum *Psidio Guayava* commutatum, ab quo differt: ramulis teretiusculis; foliis longius petiolatis, coriaceis, obtusioribus, reticulato-costatis, nec plicato-costatis, nec lineatis; venis paucioribus, remotioribus, angulo acutiori adscendentibus, supra haud impressis; alabastris obtusioribus.

Habitat spontanea v. culta in insulis Caribaeis, nec non in prov. Chontales in Guatemala: Friedrichsthal n. 785.; in Peruvia ad Cuchero, floret Augusto: Pöppig n. 1235.; in Caracas: Bredemeyer et Schücht; in Guyana Anglica: Rich. Schomburgk n. 1266.; in Guyana Batava: Splitgerber, Wullschlägel n. 192.; in Brasilia ad oppidum Ega: Pöppig n. 2605.; nec non ad urbem Coary: M., in prov. do alto Amazonas; in provinciis Ceará: Gardner n. 1021.; Bahiensi: Blanchet; Ilheos: Luschnath; ad Rio S. Francisco: M.; in altis sicioribus inter Fanado et Serra de S. Antonio prov. Minarum: M., Regnell n. 129. ex parte; in prov. Rio de Janeiro: M., Sellow, Meyen, Gaudichaud, Schüch. Pl. Vaga.

36. PSIDIUM POLYCARPON Lamb. ramulis, petiolis foliisque subtus praesertim ad nervos, pedunculis et alabastris dense pubescentibus; foliis petiolatis, subchartaceis, ovali-oblongis v. oblongis, utrinque angustatis, acutis, interdum obtusis, creberrime pellucido-punctatis, supra puberulis, opacis, reticulatis, subtus costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis reclinatis, axillaribus, binis, 1-, 3- v. plurifloris, petiolo longioribus; alabastris sub calyce constrictis, clausis; germine 4-loculari; calyce ooideo, demum irregulariter 5-partito; bacca pyriformi-globosa. ♄

Psidium polycarpon Lamb. Transact. of the Linn. Soc. XI. 231. t. 17. DC. l. c. 235., nec Bentham.

Rami teretiusculi; novelli compressi. Folia infima ramulorum, reliquis minora, latiora, obtusiora; petiolo 3‴ lg.; lamina 3½—5½″ lg., 1½—2″ lt.; nervo medio supra impresso, pubescente, subtus incrassato; venis utroque latere 10—12, suberecto-patulis, adscendentibus, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Pedunculi compressi, 9—12‴ lg.; pedicelli 4—6‴ lg. Alabastra 6‴ lg., bracteolis subulatis, ¾‴ lg., caducis stipata. Germen sporophoris bilamellatis, axi discretis. Petala 5, concava. Stylus 4‴ lg.; stigma capitatum. (v. in hb. Vindob., Schlechtdl., Kegel.)

Habitat in insula Trinidad, in fruticetis prope Pamaribo in Guyana Batava: Kegel n. 132.; nec non in Brasiliae prov. Ceará: Gardner n. 1609.

37. PSIDIUM OOIDEUM Berg: ramulis tetragonis, cano-velutinis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, obovatis v. oblongo-obovatis, apice rotundatis, brevissime acuminatis, basi cuneatis, discoloribus, supra nitidis, subglabratis, elevato-, impellucido-punctatis, subtus cano-velutinis, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, 3-floris, petiolo longioribus; bacca ovali, sepalis 4, conniventibus coronata.

Frutex 3-pedalis; rami teretiusculi; ramuli interdum (insectorum ictu?) partim maxime incrassati. Folia margine recurva; petiolo marginato, 1½—2‴ lg.; lamina 26—40‴ lg., 12—30‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis utroque latere sub-7, distantibus, patentibus supra prominulis, subtus valde prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis. Pedunculi subcompressi, 5—9‴ lg., et in superioribus ramulorum nodis axillares, interdum 1-flori. Bacca ex viridi-lutescens (fide Sellow), abortu pleiosperma, 10‴ lg., 7‴ lt. Semina hippocrepica, testa ossea instructa. Embryo uncinato-curvatus; rostello longissimo; cotylis brevibus. (v. in hb. Berol.)

Ps. Sorocabensi maxime affine, sed diversum: foliis breviter petiolatis, minoribus baccaque ovali.

Habitat in Brasiliae prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

38. PSIDIUM SOROCABENSE Berg: ramulis tetragonis, canescenti-tomentosis; foliis petiolatis, coriaceis, oblongo-obovatis v. obovatis, apice rotundatis, brevissime acuminatis basi cuneatis, discoloribus, supra nitidis, minute puberulis, elevato-, impellucido-punctatis, subtus cano-velutinis, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, validis, petiolo longioribus, 1—3-floris; bacca globosa, sepalis 4, oblongis, inflexis coronata. ♄

Rami teretiusculi, glabri. Folia rarissime obovato-oblonga, margine vix recurva, siccata supra atrovirentia, subtus brunnea; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 22—51‴ lg., 16—27‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis utroque latere sub-9,

distantibus, subpatentibus, supra prominulis, subtus valde prominentibus, antrorsum adscendentibus; venulis interjectis tenuioribus, utrinque prominulis. Pedunculi 5—12‴ lg., subtetragoni; pedicelli 5‴ lg., puberuli. Bacca 11—12‴ diametro, polysperma. Semina hippocrepica, 2—3‴ lg.; testa ossea. (v. in hb. Berol.)

A *Ps. obovato* differt: foliis et adultis pubescentibus.

Habitat in campis ad urbem Sorocaba prov. S. Pauli, fructificat Augusto: Sellow. Pl. Oreas.

39. PSIDIUM INAEQUILATERUM Berg: ramulis tetragonis innovationibusque densissime rufo-velutinis; foliis petiolatis, adultis rigidis, oblongo-ovalibus, utrinque obtusis, inaequilateris, subundulatis, novellis obscure pellucido-punctatis, discoloribus, supra nitidis, tandem glabratis, subtus demum pubescentibus, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, 3-floris, ex infimis ramulorum nodis, petiolo paullo longioribus; alabastris pyriformibus, apice obtusiusculis, primum clausis; germine 5-loculari.

Frutex 5-pedalis et altior; rami glabri, glandulosi; ramuli superne compressi, tomento demum expallente. Folia annotina chartacea, adulta impellucido-punctata, rarius obtusiuscula, margine vix recurva, subtus primum velutina; petiolo 5—6‴ lg.; lamina 3—5″ lg., 22—33‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus incrassato; venis utroque latere sub-11, distantibus, suberecto-patulis, sensim adscendentibus, supra planiusculis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Pedunculi ex nodis 1—3, infimis ramulorum oriundi, 4-goni, velutini, 4‴ lg.; pedicelli 3‴ lg. Alabastra medio constricta, velutina, 4½‴ lg., bracteolis 2, caducis stipata. Germen sporophoris bilamellatis, multiovulatis. Calyx ooideus, obtusiusculus, demum irregulariter partitus. Petala oblonga, concava. (v. in hb. Berol. et Nees.)

Ab *Ps. rubescenti* differt: foliis longius petiolatis, majoribus, utrinque obtusioribus, inaequilateris; venis pluribus, patentioribus; alabastris nec hiantibus; sepalis introrsum omnino, nec modo apice tomentosis; germine 5-loculari.

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Pr. de Neuwied; nec non ad Jacaruaba in prov. S. Pauli, floret Aprili: Sellow. Pl. Dryas.

3. Obversifolia. Folia obversa, plerumque coriacea, integerrima, glabra v. glabriuscula, tenuiter venosa; alabastra apice 4—5-dentata, rarius clausa; germen 3—6-loculare.

40. PSIDIUM OBOVATUM Mart. ramulis foliisque novellis ad petiolum, nervum et marginem strigosis; foliis petiolatis, rigide coriaceis, obovato-oblongis, obtusis, basi cuneatis, novellis puberulis, adultis glabris, supra nitidis, impresso-, impellucido-punctatis, subtus subnitidis, tenuiter subreticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; bacca subglobosa, glabra, 4-loculari. ♄

Psidium obovatum Mart. Herb. in DC. Prodr. III. 236.

Rami rimosi, tetragoni, novelli compressi. Folia petiolo 2—4‴ lg.; lamina 27—34‴ lg., 17—18‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus incrassato, apicem versus evanido; venis tenuibus, suberecto-patulis, supra demum impressis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis, subtus parum prominulis. Bacca globosa, 8‴ diametro. (v. flor. in hb. Mon.) — Specimen unicum valde depauperatum, tamen ob ramos 4-gonos et indumentum strigosum species propria habendum, *Ps. coriaceo* et *variabili* affine.

Habitat in campis prov. S. Pauli: M. Pl. Oreas.

41. PSIDIUM AUSTRALE Camb. ramulis angulosis, puberulis; foliis brevissime petiolatis, obovatis, obtuse breviterque acuminatis, utrinque pube rara, brevissima inspersis, supra nitidis, subtus brunneo-glandulosis, junioribus pellucido-punctatis, reticulato-venosis; baccis ooideo-globosis, glabris. ♄

Psidium australe Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 202.

Rami grisei, glandulosi. Folia basi angustata, apice rotundata saepeque subemarginata, subtus pallida; petiolo crasso, 1‴ lg.; lamina 2½—3½″ lg., 20—30‴ lt.; nervis rubellis, subtus prominentibus. Baccae 4-loculares, polyspermae. Semina generis. † — *Psidio albido C.* affine. (Camb.)

Habitat prope vicum, vulgo Capella de S. Maria ad fines prov. Rio Grande do Sul et civitatis Las. Missiones: St. Hil. Pl. Napaea.

42. PSIDIUM ROBUSTUM Berg: glabrum; ramulis crassiusculis, tetragonis; foliis longiuscule petiolatis, crassis, rigidis, obovato-oblongis v. oblongo-obovatis, apice recurvatis, rotundatis, basi cuneatis, minute impellucido-punctatis, supra nitidis, venosis, limbinerviis; pedunculis solitariis, 1-floris, ex infimis nodis ramulorum, inferioribus basi nudis, summis axillaribus, petiolo parum longioribus; bacca globosa, sepalis 5, truncatis coronata.

Caulis arborescens; rami incrassati, rimosi, pallidi. Folia rarius ovali-oblonga, apice interdum obtusissime parum acuminata v. emarginata, margine revoluta, pallida; petiolo 3—6‴ lg.; lamina 31—52‴ lg., 18—28‴ lt., nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis circiter 11, patentibus, rectis, latiori a margine distantia subarcuatim unitis, supra impressis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. Pedunculi ex infimis 3 nodis ramulorum oriundi, tetragoni, 5—6‴ lg. Bacca 9—10‴ diametro, polysperma, acida, subamara. (v. in hb. Berol.)

A *Ps. australi Camb.* differt: glabritie, habitu validiori; foliis longius petiolatis, apice rotundatis, impellucido-punctatis; bacca globosa; a *Ps. variabili:* ramulis incrassatis, 4-gonis; foliis margine revolutis; bacca globosa.

Habitat in montibus Serra do Caraça prov. Minarum: Sellow. Pl. Oreas.

43. PSIDIUM SELLOWIANUM Berg: ramulis pedunculisque pilosiusculis; foliis annuis, membranaceis, petiolatis, obovato-oblongis, breviter saepe recurvato-acuminatis, basi cuneatis, opacis, utrinque elevato-, obscure pellucido-punctatis, glabris, tenuissime venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, 1-floris, ad ramulorum basin lateralibus v. superioribus axillaribus; alabastris clausis, obtusis, apiculatis; germine 3-loculari; calyce inaequaliter 4-partito; bacca pyriformi, sepalis inaequalibus coronata. ♄

Psidium arboreum Vell. Fl. Fl. V. t. 50. Text. 211. n. 3.

Rami teretiusculi, exophloeo delapso laeviusculi, rugulosi, subdichotomi; ramuli albidi, compressi. Folia margine parum recurva; petiolo 2‴ lg.; lamina 21—36‴ lg., 8—17‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis suberecto-patulis, vix visibilibus; venulis interjectis ramulosis. Pedunculi subtetragoni, 1½—6‴ lg. Germen sporophoris bilamellatis, medio discretis; bracteolis stipantibus caducis. Calyx inaequaliter partitus, lobo uno maximo, 3‴ longo et lato. Stylus 1‴ lg.; stigma peltatum. Bacca 1″ lg., 8‴ lt., pleiosperma. Semina ossea, 3‴ lg. (v. in hb. Berol. et Kunth.) Araçá dicitur teste Vell.

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Sellow, Gaudichaud. Pl. Dryas.

44. PSIDIUM VARIABILE Berg: glaberrimum; foliis petiolatis, coriaceis, obovatis, obovato-oblongis v. obverse oblongis, basi cuneatis, apice rotundatis, obtusis, obtuse v. acute acuminatis, saepe ibique recurvatis, siccatis discoloribus, nigrescenti-glandulosis, supra nitidis, subtus opacis, tenuiter subreticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris,

inferioribus nudis v. squama fultis, superioribus axillaribus, petiolum subaequantibus; alabastris turbinatis, apice hiantibus; germine 3—5-loculari; calyce 4—5-dentato, demum partito; bacca globosa v. pyriformi. Variet: foliis minoribus et majoribus, brevius et longius petiolatis, rarissime pellucido-punctatis; baccis subglobosis, atropurpureis *(Psidium Cattleyanum Sabine)* vel citrinis; baccis pyriformibus citrinis *(Psidium littorale Raddi)* vel atropurpureis.

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 128.

Psidium Cattleyanum Sabine in Transact. of the hort. soc. Lond. IV. 315. t. 11. Lindley Collect. t. 16. Botan. Regist. t. 622. DC. Prodr. III. 236. excepto synonymo Mart.

Psidium littorale Raddi Opusc. scient. IV. 254. cum icone. DC. l. c. 235. Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 206.

Arbuscula 8—20-pedalis; rami teretes, glandulosi; novelli compressi. Folia siccata supra cano-virentia, subtus fusca; petiolo 2—6‴ lg.; lamina 20—40‴ lg., 10—18‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus incrassato; venis subpatentibus, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis, supra oblitteratis, subtus prominulis. Pedunculi 2—6‴ lg. Alabastra 4‴ lg., bracteolis 2, subulatis, 1‴ lg., caducis stipata. Germen sporophoris bilamellatis, multiovulatis. Calyx demum 4—5-lobus, lobis coriaceis, erectis. Petala 4—5, parva. Stamina 4‴ lg. Stylus 2—3‴ lg.; stigma peltatum. Bacca ¼—1″ lg., sapore optimo, acidulo-dulci. Semina ossea. (v. in hb. Berol., Monac., Sonder., Sprengel. et Vindob.; vivum in horto bot. univ. Berol.)

Habitat in prov. Minarum, in montibus Serra d'Itacolumi, haud longe a civitate Mariana: St. Hilaire, Dr. Widgren n. 1194½.; nec non in prov. S. Pauli, in silvis primaevis ad rivulum Itaque prope S. Paulo, prope Sumidor in eadem provincia: St. Hilaire, Sellow; in insula S. Catharinae: Gaudichaud n. 233.; in prov. Rio Grande do Sul: Sellow; et in Montevideo: Sellow. Araçá v. Araçá de Praya *incolarum. Pl. Oreas — Napaea.*

45. PSIDIUM CORIACEUM Mart. ramulis petiolisque novellis et pedunculis minute puberulis; foliis petiolatis, coriaceis, ovalibus, obovatis, ovali- v. obovato-oblongis, obtusis, obtusatis v. breviter acuminatis, basi cuneatis, novellis ciliatis, glabriusculis, adultis glabris, siccatis discoloribus, nigrescenti-glandulosis, supra nitidis, subtus opacis, subreticulato-venosis, arcuatim limbinerviis, pedunculis axillaribus, petiolum subaequantibus; alabastris turbinatis, apice hiantibus; germine 4—6-loculari; calyce 4—5-dentato, ciliato, demum partito; bacca globosa, coronata. Variat:

α. obovatum *Bg.* foliis obversis, minoribus, breviter petiolatis.

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 130.

Psidium coriaceum Mart. Herb.

Psidium humile Vell. Fl. Fl. V. t. 49. Text. 211. n. 2.

Psidium Cattleyanum Weinmann Sylloge Rat. II. 166.

Arbuscula v. frutex 3—10-pedalis; rami teretiusculi; ramuli valde compressi, cinnamomei. Folia impellucido-punctata, siccata supra cano-virentia, subtus fusca; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 18—32‴ lg., 9—16‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente, apicem versus evanido; venis tenuibus, subpatentibus v. suberecto-patulis, supra vix visibilibus, subtus prominulis, venulis interjectis ramulosis, tenuioribus, subtus parum prominulis. Pedunculi 2—4‴ lg., inferiores interdum basi nudi. Alabastra 4‴ lg., glabra, glandulosa, bracteolis 2, linearilanceolatis, ciliatis, brevibus, caducis stipata. Germen 4—5-loculare, multiovulatum; sporophoris bilamellatis. Calyx lobis coriaceis, demum 2—3‴ lg. Petala 4—5, obovata, 3—4‴ lg. Stamina petalis aequalia. Stylus staminibus paullo brevior; stigma peltatum. (v. in hb. Berol. et Mart.)

β. grandifolium *Bg.* ramis validis; foliis majoribus, ovali-oblongis v. subobovato-oblongis, breviter petiolatis.

Arbuscula. Folia petiolo 1—3‴ lg.; lamina 19—42‴ lg., 11—24‴ lt. Pedunculi 2—3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

γ. longipes *Bg.* ramis validis; foliis majoribus, ovalibus, rarius obovatis, longe petiolatis.

Frutex 10-pedalis, rami cinnamomei; ramuli virides. Folia rigida, petiolo 3—8‴ lg.; lamina 15—40‴ lg., 11—24‴ lt. Pedunculi 3—6‴ lg., compressiusculi. Germen 5—6-loculare, bibracteolatum. Calyx 4—5-dentatus, demum partitus. Petala 4—5, orbicularia, alba, 3‴ lg. Stamina 5‴ lg. Stylus 3‴ lg. Bacca globosa, rubra, calyce coronata, 8—14‴ diametro, polysperma, sapore acido. Semina nidulantia, subrotunda, angulata v. compressa; testa ossea, straminea. Embryo teres, subspiralis. (v. in hb. Berol.)

A *Ps. variabili* differt: indumento puberulo foliisque junioribus et calycibus ciliatis; a *Ps. obovato Mart.:* indumento nec ferrugineo-strigoso; ramis teretibus.

Habitat: α. in prov. Rio de Janeiro, floret Octobri: M., Mikan et Schott n. 1048., Sellow, Raben n. 752.; nec non prope Taubaté et Aldea da Escada in prov. S. Pauli: M., Sellow; β. et γ. in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Dryas.

46. PSIDIUM ITANAREENSE Berg: glabrum; ramulis bicarinatis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, obovatis v. oblongo-obovatis, apice rotundatis, breviter acuminatis, basi cuneatis, utrinque fusco-, impellucido-punctatis, supra nitidis, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, 3-floris, petiolo longioribus; bacca subglobosa, disco lato terminata.

Frutex 6-pedalis; ramulis validis, compressis, 4‴ latis, fusco-glandulosis. Folia petiolo 1—2‴ lg.; lamina 63—70‴ lg., 37—44‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis utroque latere sub-7, arrectis v. subpatentibus, antrorsum adscendentibus, supra prominulis, subtus valde prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulato-ramosissimis, utrinque prominulis. Pedunculi compressi, 9‴ lg.; pedicelli 3‴ lg. Bacca 9‴ diametro. (v. in hb. Berol.)

A *Ps. variabili* differt: ramulis valde compressis, bicarinatis; foliis multo majoribus; venis valde prominentibus; pedunculis 3-floris.

Habitat in campis ad Itanaré: Sellow. Pl. Napaea.

4. Albo-tomentosa. Folia coriacea, saepe obversa, integerrima, subtus albo- v. albido-tomentosa, plerumque costata; alabastra hiantia; germen 2—5-loculare.

47. PSIDIUM RADICANS Berg: suffrutex radicans, caule erecto, simplici, superne foliisque subtus dense albido-velutinis; foliis subsessilibus, rigide coriaceis, lanceolatis v. oblongis, utrinque obtusis, angustato-obtusis v. basi cuneatis, discoloribus, supra minute puberulis, nitidis, impellucido-punctatis, impresso-, subtus elevato-costatis, arcuatim limbinerviis.

Caulis erectus, 1—2-pedalis, superne compressus. Folia inferiora breviora, latiora, utrinque obtusa, superiora angustiora, longiora, angustato-obtusa, saepe basi cuneata, siccata supra aeruginea; petiolo vix ullo; lamina 2—4″ lg., 9—17‴ lt.; nervo medio supra parum impresso, subtus elevato; venis distantibus, utroque latere circiter 8, suberecto-patulis, antrorsum adscendentibus, arcubus amplis anastomosantibus, supra impressis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, supra vix visibilibus, subtus tomento occultis. Flores et fructus ignoti. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio Grande do Sul: Sellow. Uvaca (Uvalha?) do Campo *incolis. Pl. Napaea.*

48. PSIDIUM LACTEUM Berg: ramulis tetragonis, lacteo-villosis; foliis sessilibus, rigidis, oblongo-obovatis v. obovatis, apice rotundatis, breviter acuminatis, basi cuneatis, discoloribus, supra tandem glabratis, subtilissime impellucido-punctatis, subtus lacteo-velutinis, costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris; bacca obovata, sepalis 5 coronata. ♄

Rami teretiusculi, exophloeo soluto laeves, glabri, pallide fusci; nodis protuberantibus, approximatis. Folia 14—26‴ lg., 8—15‴ lt., juniora saepe obovato-oblonga, margine recurva, supra juniora puberula, nitida; nervo medio supra vix impresso, velutino, subtus elevato; venis utroque latere sub-5, arrectis v. subpatentibus, antrorsum adscendentibus, supra prominulis, infra valde prominentibus; venulis interjectis reticulato-ramosis, tenuioribus, utrinque prominulis. Pedunculi compressi, 2‴ lg., lacteo-villosi. Baccae basi bracteolis 2, subulatis, lanatis, 1½‴ lg. fultae, obovatae, 7‴ lg., puberulae, sepalis 5, ovatis, obtusis, incurvatis coronatae, 4-loculares, polyspermae. Semina hippocrepica; testa crustacea. (v. in hb. Berol.)

A *Ps. incanescenti Mart.* differt: foliis rigidioribus, sessilibus; pedunculis 1-floris; baccis duplo majoribus, obovatis. A *Ps. microcarpo:* foliis brevioribus, sessilibus, impellucido-punctatis; fructu obovato.

Habitat in Rio Grande do Sul: Sellow. Pl. Napaea.

49. PSIDIUM INCANESCENS Mart. ramulis argute 4-gonis foliisque subtus, pedunculis et alabastris tenuiter canescenti-velutinis; foliis sessilibus v. breviter petiolatis, rigide coriaceis, apice rotundatis v. retusis, brevissime acuminatis, obovatis, basi cuneatis v. suborbicularibus v. orbiculari-ovalibus, basi obtusis v. subcordatis, discoloribus, supra nitidis, demum glabratis, glandulis opacis v. obscure pellucidis inspersis, reticulato-venosis, arcuatim et amplo limbinerviis; pedunculis 1—3-floris, axillaribus, folio duplo v. multiplo brevioribus; alabastris majoribus, turbinatis, apice hiantibus; germine 3—4-loculari; calyce demum 5-partito; bacca (immatura) ovali, coronata.

Tabula nostra V. Fig. 110. (folium) et Tab. XLI. Variat:

α. cuneatum *Bg.* foliis obovatis, basi cuneatis, majoribus.

Psidium incanescens Mart. Herb. ex DC. Prodr. III. 234. Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 202.

Arbuscula 5—6-pedalis; ramuli subpubescentes. Folia 22—32‴ lg., 11—20‴ lt. Baccae (immaturae) 6‴ lg., 4—5-spermae. (v. in hb. Monac.)

β. parvifolium *Bg.* foliis orbiculari-obovatis, basi cuneatis, breviter petiolatis, obscure pellucido-punctatis, parvis.

Folium: Tabula nostra V. Fig. 110.

Frutex 6—8-pedalis. Folia petiolo ½—1‴ lg.; lamina 6—18‴ lg., 6—16‴ lt. Pedunculi 1—4‴ lg., saepe 1-flori; pedicelli brevissimi. Alabastra turbinata, haud constricta, 5‴ lg. Calyx campanulatus, dentibus 5, latis, obtusatis, apiculatis, demum partitus. Petala 5, obovata, extus sericea, ciliata, 4‴ lg. Stamina petalis paullo breviora. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Sond. et Mart.)

γ. rotundifolium *Bg.* foliis suborbicularibus v. orbiculari-ovalibus, basi obtusis v. subcordatis, interdum obovatis, cuneatis.

Frutex 1—4-pedalis; rami teretiusculi, exophloeo soluto cinnamomei, glabri. Folia 16—24‴ lg., 14—26‴ lt., margine vix recurva, juniora supra puberula; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis subpatentibus v. suberecto-patulis, utroque latere sub-6, supra planiusculis, subtus prominentibus, venulis interjectis reticulato-ramosissimis, supra prominulis, subtus ob tomentum vix manifestis. Pedunculi compressi, rarius 1-flori, 4—5‴ lg.; pedicellis 2‴ lg., in infimis nodis ramulorum foliis minutis fulti, in reliquis axillares. Alabastra 6‴ lg., medio constricta, bracteolis 2, subulatis fulta. Germen multiovulatum. Calyx campanulatus, apice 5-dentatus, tandem partitus. Petala 5, lato-obovata, concava, alba. Stamina plurima; filamentis albis. Stylus viridis; stigma capitatum, depressum. (v. in hb. Berol.)

A *Ps. grandifolio* differt: indumento tenuiore, canescenti; foliis minoribus, semper oppositis; a *Ps. cinereo:* foliis obovatis v. subrotundo-ovalibus, brevius petiolatis v. sessilibus; alabastris duplo v. triplo majoribus, baccis ovalibus; a *Ps. lacteo:* indumento canescenti; foliis latioribus; pedunculis saepissime 3-floris; baccis ovalibus.

Habitat: α. in campis prope Taubaté prov. S. Pauli: M., Raben n. 756., 807.; β. in prov. Minarum prope urbem S. João del Rey: St. Hilaire, Dr. Widgren n. 529.; ad Chapéo d'Uvas ejusdem prov., floret Majo: White n. 4163.; γ. in campis prov. Rio Grande do Sul, floret Novembri: Sellow; ad S. Rita et S. João Baptista: Pohl n. 500.; nec non in campis ad Paracatú: Pohl n. 729. Araçá felpudo *incolarum. Pl. Oreas — Napaea.*

50. PSIDIUM CINEREUM Mart. ramulis 4-gonis foliisque subtus, pedunculis et germinibus cano-velutinis; foliis petiolatis, rigidis, obovato- v. obverse oblongis, apice rotundatis v. truncatis, in acumen breve, acutum elongatis, basi cuneatis, discoloribus, obsolete v. impellucido-punctatis, supra nitidis, puberulis, subtus costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, folio brevioribus, 1—7-floris; alabastris parvis, medio vix constrictis, apice apertis; germine 2—4-loculari; calyce acute 5-dentato, demum partito; bacca subobovata, coronata. Variat:

α. angustifolium *Bg.* foliis minoribus, breviter petiolatis, obverse oblongis, impellucido-punctatis; pedunculis brevibus, 1—3-carpicis, petiolo aequalibus v. duplo longioribus.

Psidium cinereum Mart. Herb. ex DC. l. c. 234. Camb. l. c. 204.

Arbuscula 4—5-pedalis. Folia petiolo 1½‴ lg.; lamina 14—27‴ lg., 7—10″ lt. Pedunculi 2—4‴ lg. Baccae (immaturae) 4‴ lg. (v. in hb. Mon.)

β. Intermedium *Bg.* foliis longiuscule petiolatis, obovato-oblongis, obscure pellucido-punctatis; pedunculis 3-carpicis, petiolo multo longioribus.

Folia petiolo 2—3‴ lg.; lamina 17—30‴ lg., 9—15‴ lt. Pedunculi 5—6‴ lg.; pedicelli 1‴ lg. Baccae (immaturae) 4‴ lg. (v. in hb. Berol.)

γ. grandifolium *Bg.* foliis longiuscule petiolatis, majoribus, obovato-oblongis, obscure pellucido-punctatis; pedunculis petiolo multo longioribus, 3-floris v. bis bifidis, ramulis 3-floris; floribus in dichotomia sessilibus.

Rami teretes, exophloeo soluto laeves. Folia chartacea, margine plana; petiolo 1½—3‴ lg.; lamina 24—40‴ lg., 9—18‴ lt.; nervo medio supra sulcato, infra elevato; venis patentibus, distantibus, utroque latere 5—6, supra planiusculis v. impressis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. Pedunculi compressiusculi, tomentosi, in infimis ramorum nodis basi nudi v. folio minuto fulti, in superioribus axillares, 6—10‴ lg.; pedicellis basi bracteatis, 2—3‴ lg. Alabastra turbinata, medio vix constricta, cano-velutina, 2½‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 1½‴ lg. stipata. Germen sporophoris bilamellatis, axi saepe discretis, multiovulatis. Calyx campanulatus, puberulus, apice acute 5-dentatus, demum partitus, villoso-ciliatus. (v. in hb. Berol.)

δ. brevipes *Bg.* foliis breviter petiolatis, obovato-oblongis, abrupte recurvatoque breviter acuminatis, impellucido-punctatis; pedunculis 1—3-floris, petiolo duplo longioribus.

Folia petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 18—28‴ lg., 8—14‴ lt. Pedunculi 2—4‴ lg., pedicelli 1—2‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat: α. in campis prope Contendas: Nagueira; β. frequens in campis siccis prope urbem Barbacena prov. Minarum: St. Hilaire; nec non in campis ad urbem Ypanema prov. S. Pauli: M., Sellow; γ. in prov. S. Pauli: Sellow; δ. in prov. Minarum: Claussen n. 527. Pl. Oreas.

51. PSIDIUM CUNEATUM Camb. ramulis 4-gonis, superne foliisque subtus, pedunculis et germinibus dense niveo- v. subcanescenti-velutinis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, obovato-oblongis, apice rotundatis v. retusis, mucronatis, basi cuneatis, supra nitidis, elevato-, pellucido-punctatis, costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, petiolum aequantibus; alabastris majusculis, medio vix constrictis, apertis; calyce acute 5-dentato, demum partito; baccis pyriformibus, glabris, coronatis, oligospermis. Variat:

α. niveum *Bg.* foliis supra puberulis, subtus niveo-tomentosis.

Psidium cuneatum Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 203.

Rami teretes, glabrati, grisei; ramuli fructiferi puberuli. Folia $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$″ lg., 7—14‴ lt.; petiolo $2\frac{1}{2}$‴ lg. Baccae (teste Aug. de St. Hil.) virides, punctatae, pruni Mirabellae magnitudine, rarius 1-spermae, sapore grato. †

β. incanescens *Bg.* foliis sparsis, supra glabris, subtus subcanescenti-velutinis.

Psidium microcarpum Miq. in Linnaea XXII. 532., nec Cambess.

Ramuli canescenti-tomentosi. Folia siccata supra obscure fusco-virentia; petiolo 2—$2\frac{1}{2}$‴ lg.; lamina 18—30‴ lg., 10—16‴ lt.; nervo medio venisque arrectis supra impressis, subtus prominentibus. Pedunculi 1—$2\frac{1}{2}$‴ lg. Alabastra 4‴ lg., bracteolis 2, subulatis, deciduis stipata. Germen multiovulatum. Calyx campanulatus, glabriusculus, fimbriato-ciliatus, intus velutinus. Petala 5, obovata, ciliolata, 3‴ lg. Stamina petala subaequantia. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Sonder.)

A *Ps. microcarpo Camb.* differt: foliis obovato-oblongis, nec obovatis, fructu pyriformi; a *Ps. incanescenti Mart.* et *Ps. cinereo M.:* foliis petiolatis, obovato-oblongis, manifeste pellucido-punctatis, costatis; pedunculis 1-floris, petiolum aequantibus; a *Ps. grandifolio Mart.:* indumento tenuiore; foliis petiolatis; pedunculis petiolum aequantibus.

Habitat: α. prope urbem S. Joâo del Rey provinciae Minarum: St. Hilaire; β. in eadem prov.: Dr. Regnell I. n. 129. Araçá *incolarum. Pl. Oreas.*

52. PSIDIUM MICROCARPUM Camb. ramulis tetragonis foliisque subtus niveo-tomentosis; foliis breviter petiolatis, obovatis, apice rotundatis et emarginatis, mucronatis, basi cuneatis, pellucido-punctatis, supra nitidis et puberulis; bacca globosa.

Psidium microcarpum Camb. l. c. 203., nec Miq.

Frutex. Rami teretes, glabrati. Folia 2—3″ lg., 15—22‴ lt.; petiolo $2\frac{1}{2}$‴ lg.; nervis subtus prominulis, apice anastomosantibus. Fructus (teste Aug. de St. Hil.) subglobosi, baccae grossulariae magnitudine, virides, sapore grato. † — *Ps. incanescenti Mart.* affine. (Camb.)

Habitat prope urbem S. Joâo del Rey prov. Minarum: St. Hilaire. Araçá *incolarum. Pl. Oreas.*

53. PSIDIUM LARUOTTEANUM Camb. ramulis foliisque subtus et pedunculis albido-tomentosis; foliis brevissime petiolatis, oblongis, acutiusculis, supra nitidis, puberulis, elevato-, impellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris; fructu rotundato-puberulo, calyce 5-lobo coronato, polyspermo. ♄

Psidium Laruotteanum Camb. l. c. 201.

Rami teretiusculi, inferne subglabrati. Folia 2—$3\frac{1}{2}$″ lg., 1—$1\frac{1}{2}$″ lt., margine subtus revoluta. Pedunculi 6—9‴ lg., teretes. Fructus pruno mirabella minor. Semina compressa, subreniformia, testa ossea obtecta. † — Affine *Ps. Guayavae,* distinctum: fructu minore; foliis subtus tomentosis. An hujus varietas? (Camb.)

Habitat in pascuis prope Alto da Varginha prov. Minarum: Laruotte. Pl. Oreas.

54. PSIDIUM ALBIDUM Camb. ramis tetragonis, rufescenti-tomentosis; foliis petiolatis, obovato-ellipticis, mucronulatis, pellucido-punctatis, supra nitidis et puberulis, subtus albido-tomentosis, venosis; venis apice anastomosantibus; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris; bacca ooidea, albido-tomentosa, calyce irregulariter direpto coronata, polysperma.

Psidium albidum Camb. l. c. 202.

Frutex. Folia basi gradatim angustata, apice saepius rotundata; petiolo 4‴ lg.; lamina $2\frac{1}{4}$—4″ lg., 18—30‴ lt.; nervo venisque subtus prominentibus. Pedunculi fructiferi 2—3‴ lg. Fructus immaturi triloculares, loculis 2 minoribus, maturi (teste Aug. de St. Hil.) virides, pruni mirabellae magnitudine, sapore grato. †

Habitat prope urbem S. Joâo del Rey prov. Minarum: St. Hilaire Araçá *incolarum. Pl. Oreas.*

55. PSIDIUM MULTIFLORUM Camb. ramulis foliisque subtus, pedunculis et alabastris pube densa, albida vestitis; foliis petiolatis, ellipticis, utrinque angustatis, acutis, pellucido-punctatis, supra nitidis pubeque rara inspersis, venosis; pedunculis axillaribus, plurifloris; alabastris pyriformibus, hiantibus; germine 5-loculari; limbo calycino acute 5-dentato.

Psidium multiflorum Camb. l. c. 200., nec 205.

Frutex; rami teretes, glabrati; ramuli 4-goni. Folia inferiora apice rotundata v. emarginata; petiolo 3—4‴ lg.; lamina $2\frac{1}{2}$—$3\frac{1}{2}$″ lg., 14—20‴ lt.; nervo venisque subtus prominulis. Pedunculi 8—10‴ lg., semel v. bis bifidi, 3—7-flori; floribus in dichotomis subsessilibus, rarius 1-flori, ad ramificationem bracteati. Alabastra medio paullulum constricta, 5‴ lg., bracteolis 2, subulatis, minimis, pubescentibus stipata. Germen multiovulatum; sporophoris lamelliformibus, fere ad pericarpium usque productis, apice incrassatis. Calyx 2‴ lg., demum irregulariter 4—5-fidus. Petala 5, obovato-rotundata, concava, 5‴ lg., ciliolata. Stamina petalis paullo breviora; antheris oblongis. Stylus stamina subaequans, glaber; stigma capitatum. † — *Ps. hianti Mart.* affine. (Camb.)

Habitat in silvis caeduis prope urbem S. Pauli, floret Novembri: St. Hilaire. Araçá *incolarum. Pl. Oreas.*

56. PSIDIUM GRANDIFOLIUM Mart. ramis carinato- 4—5-angulis, superne petiolisque, foliis subtus, pedunculis, alabastris et fructibus immaturis densissime albido-tomentosis; foliis brevissime petiolatis, coriaceis, obovato-oblongis, apice obtusis, brevissime acuminatis v. apiculatis, basi acutis, discoloribus, supra tandem subglabratis, nitidis, glandulis opacis punctatis, tenuissime reticulatis, impresso-, subtus elevato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, 1—3-floris, petiolo longioribus; alabastris magnis, turbinatis, apice hiantibus; germine 4—5-loculari; calyce campanulato, 5-dentato, demum partito; bacca pyriformi-globosa, coronata.

Tabula nostra XLII. Variat:

α. genuinum *Bg.* foliis oppositis, maximis, late oblongo-obovatis; pedunculis 1-carpicis.

Psidium grandifolium Mart. Herb. DC. l. c. 234.

Arbuscula 1—3-pedalis, radice crassa. Folia $3\frac{1}{2}$—$4\frac{1}{4}$″ lg., 22—30‴ lt.; petiolo crasso, 1—2‴ lg. Pedunculi 5‴ lg., validi. Bacca 1‴ lg. (v. in hb. Mon.)

β. INTERMEDIUM *Bg.* foliis oppositis, alternis v. ternis, obovato-oblongis; pedunculis 1—3-floris; bracteolis hypanthis lineari-lanceolatis.

FRUTEX 4-pedalis, ramosus; RAMI carinis flexuosis instructi; RAMULI crassiusculi, tomento albo, rubrescenti-albo v. pallide cinnamomeo obtecti. FOLIA rarius obovata, superiora saepe oblongo-obovata, margine plana, juniora supra albo-villosa; PETIOLO usque ad lineam longo; lamina 24—45‴ lg., 13—27‴ lt.; nervo medio venisque supra impressis, subtus elevatis, his utroque latere sub-6, arrectis v. subpatentibus, antrorsum adscendentibus et arcuatim unitis; venulis interjectis reticulatis, supra solummodo prominulis. PEDUNCULI compressi, interdum 1-flori et bini, 4—11‴ lg.; pedicellis 3‴ lg. ALABASTRA medio vix constricta, 8‴ lg., bracteolis 2, lineari-lanceolatis, acutis, 3‴ lg. stipata. GERMEN 5-loculare, multiovulatum; sporophoris bilamellatis, axi discretis. CALYX campanulatus, 5-dentatus, demum partitus, lobis oblongis, obtusis, inaequalibus, 5‴ lg. PETALA 5, subrotunda, extus villosa. STYLUS 5‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. Berol.)

γ. TERNATIFOLIUM *Bg.* caule suffruticoso, simplici; foliis ternis, obovato-oblongis; pedunculis solitariis, 1-floris; bracteolis hypanthis lanceolatis.

Psidium ternatifolium Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 199. t. 136.

SUFFRUTEX 2-pedalis, superne angulatus, indumento pallide rufescenti, demum albido, tomentoso. FOLIA 2½—3″ lg., 1½—2″ lt. PEDUNCULI 3—6‴ lg. ALABASTRA 5—7‴ lg., bracteolis 2, 3‴ lg. stipata. GERMEN 4—5-loculare, sporophoris bilamellatis, axi discretis. CALYX acute 5-dentatus, demum partitus. PETALA 5, obovata, concava, extus tomentosa, intus glabriuscula, 6‴ lg. STAMINA petalis subaequalia. STYLUS staminibus paullo longior; stigma capitatum. (Camb.) †

δ. HETEROPHYLLUM *Bg.* foliis inferioribus ovatis, reliquis obovatis, oppositis v. suboppositis; pedunculis 1—3-floris; bracteolis hypanthis lineari-lanceolatis, acutis v. subulatis.

FOLIA 20—30‴ lg., 12—22‴ lt. PEDUNCULI 6—8‴ lg., pedicellis 1‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

ε. TENUINERVE *Bg.* frutex ramosus; foliis breviter petiolatis, oppositis v. suboppositis, obovato-oblongis; pedunculis 1-floris, bracteolis hypanthis lineari-lanceolatis; alabastris fere clausis.

FOLIA 20—36‴ lg., 9—19‴ lt. PEDUNCULI 5—8‴ lg. ALABASTRA 6‴ lg., bracteolis 3‴ lg. stipata. (v. in hb. Vindob.)

ζ. PARVIFOLIUM *Bg.* foliis subsessilibus, oppositis, oblongis v. obverse oblongis; pedunculis 1-floris; bracteolis hypanthis subulatis.

Psidium albidum Miq. in Linnaea XXII. 532., nec Camb.

FRUTEX 4-pedalis. FOLIA 13—28‴ lg., 7—14‴ lt. PEDUNCULI 4—5‴ lg. ALABASTRA 8‴ lg., bracteolis subulatis, 2—3‴ lg. stipata. (v. in hb. Sonder.)

Ps. albidum Camb. differt: foliis longiuscule petiolatis, pellucido-punctatis.

Habitat: α. in campis ad urbem Ypanema in prov. S. Pauli, fructificat Decembri: M.; β. in campis prov. Rio Grande do Sul: Sellow; γ. in campis sabulosis prope praedium vulgo Fazenda das Lages in prov. S. Pauli, floret Octobri: St. Hilaire; δ. in prov. Minarum: Claussen n. 1527.; ε. ibidem prope urbem S. Joâo: Pohl n. 3630.; ζ. ibidem: Dr. Regnell I. n. 129.B. Pl. Oreas — Napaea.

5. CRENATIFOLIA. Folia annua, membranacea, leviter crenulata, tenuiter venosa; alabastra primum clausa; germen 2—4-loculare.

57. PSIDIUM PERSICIFOLIUM BERG: ramulis foliisque novellis, his praesertim ad nervos pedunculisque pubescentibus; foliis petiolatis, membranaceis, oblongo-lanceolatis, obtusiuscule acutatis, basi obtusis v. breviter acutis, subcrenulatis, adultis glabris, utrinque creberrime elevato- et pellucido-punctatis, venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, superioribus axillaribus, folio subduplo brevioribus; alabastris pyriformibus, clausis; germine obsolete costato, puberulo, 3-loculari. ♄

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 117.

RAMI teretiusculi. FOLIA margine planiuscula; PETIOLO 2—3‴ lg.; lamina 19—35‴ lg., 6—9‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuibus, suberecto-patulis, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis vix visibilibus. PEDUNCULI 7—9‴ lg., ex inferioribus 3—4 nodis ramorum annotinorum, infimi basi nudi. ALABASTRA sub calyce constricta, basi bracteolis 2, lanceolato-linearibus, utrinque angustatis, acutis, 2‴ lg. fulta. GERMEN 2½‴ lg., obconicum, puberulum, multiovulatum; sporophoris bilamellatis, axi discretis. CALYX in alabastro globosus, 3‴ diametro, clausus, demum irregulariter partitus, reflexus. PETALA 4, glabra, rubra, punctata, haud ciliata. STAMINA plurima; antheris ovatis, dorso baseos fixis, superne glandula terminatis. STYLUS simplex, in alabastro rectus; stigma peltatum. (v. in hb. Berol., Mart., Vindob.)

Differt a *Ps. striatulo DC.:* foliis longiuscule petiolatis, basi angustatis, siccatis viridibus, creberrime pellucido-punctatis; alabastris clausis, petalis 4.

Habitat in montibus Serra d'Açuruá prov. Bahiensis: Blanchet n. 2916. Pl. Oreas.

58. PSIDIUM STRIATULUM DC. ramulis pedunculisque sparse pilosiusculis; foliis subsessilibus, submembranaceis, oblongis v. lanceolato-oblongis, acutis, basi obtusis v. subcordatis, margine subcrenulatis, novellis ad marginem et costam strigosis, mox glabris, discoloribus, supra nitidis, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, oppositis, 1-floris, folio plerumque duplo brevioribus; alabastris glabris, apice obtusis, primum clausis; germine obsolete costato, 3—4-loculari; calyce irregulariter 2—3-partito.

Psidium striatulum DC. Prodr. III. 233.

RAMI teretes, cinerei, glabri; RAMULI compressi, badii; novelli sericei. FOLIA siccata supra nigricantia, subtus hepatica, 22—36‴ lg., 7—12‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, distantibus, supra vix manifestis, subtus prominulis. PEDUNCULI 6—13‴ lg., nigrescentes. ALABASTRA pyriformia, sub calyce constricta, fere clausa, 5‴ lg., bracteolis 2, oblongis, utrinque angustatis, 2‴ lg., caducis stipata. GERMEN obsolete costatum; sporophoris bilamellatis, multiovulatis. CALYX in alabastro globosus, demum irregulariter rumpens, intus pilosiusculus. PETALA 5, subrotundo-ovata, 7‴ lg. STAMINA 5‴ lg. STYLUS 6‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. Monac.)

Habitat in Brasilia: M.

59. PSIDIUM MARIBENSE MART. ramulis foliisque junioribus subtus et pedunculis brunneo-pubescentibus; foliis petiolatis, chartaceis, obovato- v. obverse oblongis, angustato-obtusis v. obtusatis, margine leviter repandis, basi cuneatis, utrinque elevato-, impellucido-punctatis, supra glabris, nitidis, subtus subglabratis, venosis, limbinerviis; pedunculis 1-carpicis, petiolo paullo longioribus; bacca globosa. ♄

Psidium Maribense Mart. Herb. in DC. l. c. 233.

RAMI teretiusculi, glabri; novelli compressi. FOLIA siccata supra fusco-atra, subtus hepatica; PETIOLO 1—2‴ lg.; lamina 1½—2½″ lg., ¾—1″ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis, utroque latere circiter 15, supra vix visibilibus, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, subtus parum prominulis. PEDUNCULI 3—4‴ lg. BACCA 5—6‴ diametro. (v. fructif. in hb. Mart.)

Habitat prope Maribi v. Maripi ad flumen Rio Japurá in prov. do alto Amazonas: M. Pl. Najas.

60. PSIDIUM LEPTOCLADUM Berg: glabrum; foliis breviter petiolatis, membranaceis, ovate v. ovato-oblongis, obtuse acutatis v. obtusis, basi subcordatis, margine leviter crenulatis, concoloribus, subnitidis, creberrime elevato-, pellucido-punctatis, lucem versus diaphanis, tenuissime reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-carpicis; bacca pyriformi, obsolete costata, lobis calycinis irregularibus, reflexis, 3—4 coronata, triloculari. ♄

Rami teretes, graciles; ramuli compressi, rubri. Gemmae pilosiusculae. Folia opposita, interdum subalterna; petiolo ½—1‴ lg.; lamina 17—38‴ lg., 7—14‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus elevato, purpurascente; venis tenuibus, erecto-patulis, distantibus, supra vix manifestis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis, subtus parum prominulis. Pedunculi alterni, 6—11‴ lg. Bacca 6—7‴ lg., 4‴ lt.; bracteolis 2, lineari-spathulatis, 2‴ lg. stipata; sporophoris bilamellatis. (v. fructif. in hb. Vindob.)

Differt a *Ps. striatulo DC.*: glabritie; foliis angustato-obtusis, crenulatis, concoloribus; pedunculis alternis; a *Ps. persicifolio* praeterea: foliis breviter petiolatis.

Habitat ad flumen Rio Maranhão in prov. Goyazensi: Pohl n. 1018. Pl. Najas.

61. PSIDIUM ACUTANGULUM DC. ramulis acute 4-gonis, anguste alatis, glabris v. pilosiusculis; foliis breviter petiolatis, membranaceis, ovali-oblongis v. oblongis, inferioribus ovalibus, utrinque sensim angustatis, apice acutissime acuminatis, margine subcrenulatis, glabris, opacis, creberrime minuteque pellucido-punctatis, reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, oppositis, 1-floris, folio brevioribus; germine 2—3-loculari; calyce irregulariter 2—4-lobo. ♄ Variat:

α. crassirame *Bg.* ramis incrassatis, teretiusculis, laevibus; ramulis validis; foliis membranaceo-chartaceis; germine triloculari.

Psidium acutangulum DC. Prodr. III. 233. excepta varietate β.

Folia 2—4″ lg., 15—20‴ lt.; petiolo ½—2‴ lg.; nervo medio supra impressso, subtus incrassato; venis suberecto-patulis, supra planiusculis v. impressis, subtus elevatis, adscendentibus. Pedunculi ex inferioribus nodis ramulorum oriundi, 6—12‴ lg. Germen triloculare, sporophoris bilamellatis, multiovulatis. Lobi calycini 2, 5‴ lg. Stamina 4‴ lg. Stylus 6‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. Mon.)

β. tenuirame *Bg.* ramis ramulisque gracilibus, foliis tenuissimis; germine biloculari.

Folia 3—5½″ lg., 16—26‴ lt.; petiolo 1‴ lg. Pedunculi ex infimis axillis ramulorum 13‴ lg. Germen biloculare, sporophoris bilamellatis, fere parietem attingentibus. Calyx 2—4-lobus. (v. in hb. Mon.)

Habitat prope oppidum Ega ad flumen Amazonas prov. do alto Amazonas: M. Pl. Najas.

6. Rigidifolia. Folia rigida v. tandem rigida, nec obversa, integerrima, glabra, obsolete venosa; alabastra clausa; germen 2—4-loculare.

62. PSIDIUM OLIGOSPERMUM Mart. ramulis foliisque novellis ad petiolum et marginem pedunculisque minute puberulis; foliis petiolatis, annotinis, membranaceis, ovato- v. ovate oblongis, longe acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, discoloribus, glabris, utrinque creberrime et elevato-, obscure pellucido-punctatis, subaveniis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, infimis squama fultis, reliquis axillaribus, petiolo 2—3-plo longioribus, compressis; alabastris clausis, obverse oblongis, junioribus rostratis, demum obtusatis, glabris; germine 2—3-loculari; calyce irregulariter rumpente; bacca obovata, oligosperma.

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 127.

Psidium oligospermum Mart. Herb. DC. l. c. 236.

Arbuscula 8—10-pedalis; rami plures, saepe jam ex ipsa radice divisi, erecti, valde ramosi; rami subopposite, cortice laevigato, albido-cinerascente obtecti (teste Mart.); novelli compressi. Folia biennia, siccata opaca, obscura, subtus pallidiora, adulta rigida, nitida; petiolo 2‴ lg.; lamina 12—28‴ lg., 4—11‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominulo; venis vix visibilibus. Pedunculi 2—7‴ lg. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, subulatis, 1‴ lg., caducis stipata. Germen (in speciminibus floriferis hb. Mart.) biloculare; sporophoris bilamellatis, multiovulatis. Petala 4, cucullata, apice puberula, ½‴ lg. Baccae (teste Mart.) nutantes, glabrae, flavescentes, obovato-pyriformes, plerumque triloculares; loculis 1—3-spermis; seminibus gelatina semidiaphana, amara involutis. Semina parva, hippocrepica, fusca, nitida, 1‴ lg. (v. in hb. Mart. et Sonder.)

Habitat in silvis caeduis et ad fluvii Rio S. Francisci margines prov. Bahiensis: M. Pl. Hamadryas.

† Species non satis notae.

63. PSIDIUM INDICUM Raddi *Mem. 6. DC. l. c. 237.* †

64. PSIDIUM ANTHOMEGA Vell. *Fl. Fl. V. t. 51. Text. 212. n. 4.*

65. PSIDIUM HERBACEUM Berg: perenne, glabriusculum; caule subterraneo repente, multicipite, epigaeis erectis, simplicibus, abbreviatis, 4-gonis; foliis subsessilibus, rigidis, oblongis, utrinque obtuse angustatis, discoloribus, impellucido-punctatis, reticulato-costatis, irregulariter arcuatim limbinerviis.

Caudex subterraneus, longe lateque repens, rufus, 2‴ diametro; caules epigaei 1½—2½″ lg., rufi, superne minutissime puberuli. Folia siccata supra virentia, subtus fuscescentia; petiolo vix ullo; lamina 2½—4″ lg., 12—14‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus incrassato; venis utroque latere 4—8, arrectis, supra impressis, subtus elevatis, coloratis; venulis reticulatis supra prominulis, subtus prominentibus. Flores fructusque non suppetierunt. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio Grande do Sul: Sellow. Pl. Napaea.

†† Species exclusae.

1. Ps. acutangulum *DC.* β. acidum.	=	*Britoa acida Bg.*
2. Ps. Adamantium *Camb.*	=	*Campomanesia Adamantium Bg.*
3. Ps. Brownianum *DC.*	=	*Mitranthes Browniana Bg.*
4. Ps. campestre *Camb.*	=	*Campomanesia Cambessedeana Bg.*
5. Ps. Cattleianum *Sabine*	=	*Psidium variabile Bg.*
6. Ps. cerasoides *Camb.*	=	*Abbevillea cerasoides Bg.*
7. Ps. corymbosum *Camb.*	=	*Campomanesia corymbosa Bg.*
„ „ „ *Miq.*	=	*Campomanesia salviaefolia β. Bg.*
8. Ps. desertorum *Mart.*	=	*Campomanesia repanda Bg.*
9. Ps. dichotomum *Weinm.*	=	*Psidium Araça Raddi.*
10. Ps. erianthum *Camb.*	=	*Britoa eriantha Bg.*
11. Ps. erosum *Miq.*	=	*Campomanesia fusca, α. erosa Bg.*
12. Ps. eugenioides *Camb.*	=	*Abbevillea eugenioides Bg.*
13. Ps. Guaviroba *DC.*	=	*Abbevillea Guaviroba Bg.*
14. Ps. guazumaefolium *Camb.*	=	*Campomanesia guazumaefolia Bg.*
15. Ps. littorale *Raddi.*	=	*Psidium variabile Bg.*

16. Ps. MULTIFLORUM *Camb.* p. 205. = *Campomanesia multiflora Bg.*
17. Ps. OBVERSUM *Miq.* = *Campomanesia obversa Bg.*
18. Ps. POMIFERUM *Linn.* = *Psidium Guayava Raddi.*
19. Ps. PUBESCENS *Mart.* = *Campomanesia pubescens β. Bg.*
20. Ps. PUNCTULATUM *DC.* = *Abbevillea punctulata Bg.*
21. Ps. PYRIFERUM *Linn.* = *Psidium Guayava Raddi.*
22. Ps. RIVULARE *Mart.* = *Campomanesia lineatifolia Ruiz.*
23. Ps. SUAVEOLENS *Camb.* = *Campomanesia suaveolens Bg.*
24. Ps. TENUIFOLIUM *Mart.* = *Campomanesia tenuifolia Bg.*
25. Ps. TERNATIFOLIUM *Camb.* = *Psidium grandifolium, γ. ternatifolium Bg.*
26. Ps. VELUTINUM *Camb.* = *Campomanesia velutina Bg.*

XXV. CALYCOLPUS Berg.

Campomanesiae, Myrti, Psidii *species auct.*

Hypanthium (calycis tubus auct.) supra germen hemisphaericum, costatum, 4—5-loculare vix productum; ovula plurima, sporophoris bilamellatis, ab loculorum apice dependentibus affixa. **Sepala** 5, coriacea, subrotunda v. oblonga, in alabastro jam patentia, basi attenuata ibique sinu obtuso separata, margini hypanthii adnata. **Petala** 5, obovata, in alabastro ad globum convoluta, demum patentia. **Stamina** creberrima, cum sepalis petalisque seriebus pluribus hypanthii margini inserta; filamenta libera, per praefloration em vix intus curvata, exteriora flexuosa; antherae lineari-oblongae, basi fixae, introrsum dehiscentes, glandula terminatae, biloculares, loculis margine longitudinaliter dehiscentibus; granula pollinis trigona, tripora. **Carpophylla** 4—5, e margine hypanthii sub staminibus oriunda, ad verticem (discum) germinis planiusculum coalita. **Stylus** planiusculus, inflexus. **Stigma** capitatum v. peltatum. **Bacca** calyce coronata, 4-5-locularis, pleiosperma. **Semina** hippocrepica; testa dura, nitida, pallida. **Embryo** uncinato-curvatus; rostello elongato; cotylis brevissimis.

Arbusculae in America australi indigenae, plerumque Najades, foliis oppositis vel verticillatis, glandulosis; pedunculis axillaribus et lateralibus, 1—5-nis, 1-floris; floribus speciosis.

1. CALYCOLPUS GLABER Berg: glaber; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, antrorsum sublatioribus, acute acuminatis, basi acutis, superne nitidis, creberrime subtilissimeque impresso-, pellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, folio dimidio brevioribus, 2—5-nis, corymboso-umbellatis, bracteatis; germine 4-loculari; sepalis orbicularibus, obtusissimis.

Campomanesia glabra Benth. in Hook. Lond. Journ. of Bot. II. 319.

Psidium fluviatile? Miq. in Linnaea XXII. 169., nec Rich.

Rami teretiusculi; ramuli compressi, cinerei. Folia supra olivacea, subtus fuscescentia; petiolo 2‴ lg.; lamina 43—50‴ lg., 16—20‴ lt.; nervo medio superne impresso, inferne elevato; venis subpatulis, interdum fuscatis, supra vix manifestis, infra prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, supra vix visibilibus, subtus prominulis. Pedicelli 13—19‴ lg., validi, compressi, e rhachi contracta, rarius excreta, basi bracteati, rarissime solitarii, bibracteati. Alabastra 4‴ diametro, bracteolis 2, minimis, ovatis, acutis stipata. Germen multiovulatum, disco velutino obtectum. Sepala 5, subrotunda, 2‴ diametro. Petala 5, subrotunda, ciliolata, 6—8‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus 6‴ lg.; stigma capitatum. (v. in hb. Berol. et Vindob.) — A *C. Goetheano* differt: foliis reticulato-venosis, pellucido-punctatis; pedicellis folio dimidio brevioribus; sepalis orbicularibus.

Habitat in Guyana Anglica: Rich. Schomburgk n. 1476.; ibidem ad Roraima: Rob. Schomburgk n. 266.; et Pirara: Rob. Schomburgk n. 302.; in campis arenosis prope stationem Victoria in Guyana Batava, floret Octobri: Kappler n. 1700.; nec non in Brasilia ad littora insulae Colares et fluminis Rio Pará in prov. Paraënsi, florebat Majo: Pöppig n. 2935. Pl. Najas.

2. CALYCOLPUS GOETHEANUS Berg: glaber; foliis petiolatis, pergamaceis, ovate v. ovato oblongis, acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, discoloribus, supra nitidis, creberrime et subtilissime impresso-, subtus elevato-punctatis, venosis, limbinerviis; pedicellis abbreviatis, bracteatis, axillaribus 1—2-nis, subterminalibus 3—4-nis, recurvis, folio 4-plo brevioribus; germine 4-loculari; sepalis oblongis, obtusis. ♄

Myrtus Goetheana Mart. Herb. DC. Prodr. III. 240.

Tabula nostra VI. Fig. 129. (folium) et Tab. XLIII.

Rami rugosi; ramuli compressi, badii, glabri, glandulosi; novelli apice pilis paucis inspersi. Gemmae sericeae. Folia novella submembranacea, acute acuminata, obsolete pellucido-punctata, adulta rigidiora, obtusiuscule acuminata, impellucido-punctata, supra atrovirentia v. badio-virentia, subtus hepatica; petiolo 1½—2‴ lg., canaliculato; lamina 18—44‴ lg., 6—18‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis erecto- v. subpatulis, tenuibus, adscendentibus, supra vix manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, obsoletis. Pedicelli 2—8‴ lg., validi, compressi, plerumque immediate axillares, rarissime in ramulo abbreviato, apice foliifero laterales, basi nudi v. bractea minuta fulti. Alabastra 3‴ diametro, bracteolis 2, ovato-oblongis, plus minusve abbreviatis stipata. Germen multiovulatum, disco plano, velutino obtectum. Sepala 5, inaequalia, reflexa, 1½—3‴ lg. Petala 5, 5—6‴ lg., inaequalia, subrotunda, exteriora cucullata, extimum maximum, interiora concava, omnia ciliolata. Stamina 3‴ lg. Stylus 4‴ lg. Bacca 5‴ diametro, disco convexo sepalisque coronata, polysperma. Semen 1½‴ lg. (v. in hb. Monac. et Sonder.)

A *C. glabro* differt: foliis venosis, adultis impellucido-punctatis; pedicellis recurvis, folio 4-plo brevioribus; sepalis oblongis; a *C. Schomburgkiano:* foliis brevius acuminatis, venosis; pedicellis abbreviatis, folio multo brevioribus; germine 4-loculari; a *C. Warszewicziano:* foliis tenuioribus, brevius acuminatis; pedicellis folio multo brevioribus; germine 4-loculari.

Habitat ad Barra do Rio Negro: M., Spruce n. 1804. 1840., florebat Octobri. Pl. Najas.

3. CALYCOLPUS CALOPHYLLUS Berg: glaber; foliis petiolatis, coriaceis, obovato-oblongis v. oblongis, subito breviter lateque acuminatis, basi in petiolum attenuatis, laevigatis, nitidis, subtus nigrescenti-, impellucido-glandulosis, 1-nerviis; pedunculis axillaribus, 2—3-nis, 1-floris, folio brevioribus; germine 4-loculari; sepalis 5, latis, brevibus, rotundatis. ♄

Myrtus citrifolia Willd. Herb. n. 9546.

Myrtus calophylla H. B. K. Nov. Gen. Amer. VI. 133., DC. l. c. 239., nec Miq. in Linnaea XXII. 170.

Rami teretiusculi, cinerei, superne compressi. Folia siccata utrinque hepatica; petiolo 2‴ lg.; lamina 22—28‴ lg., 9—14‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis utrinque vix visibilibus. Pedunculi minutissime puberuli, fructiferi 10—15‴ lg. Baccae hemisphaericae, obsolete costatae, 4‴ diametro, bracteolis 2, minutis stipatae, 4-loculares, polyspermae, disco plano sepalisque 2‴ lt., concavis et stylo persistente 6‴ lg., stigmate peltato terminato coronatae. (v. in hb. Willd..)

Habitat prope Maypures ad flumen Orinoco: Humb. et Bonpl. Pl. Najas.

XXVI. MYRTUS Tournef.

Myrtus *Tournef. Inst. t. 409. Linn. Gen. n. 617. partim. Gärtn. Fruct. I. 184. Kunth., Sprengel., DC. Prodr. III. 238., Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 209. (pro parte.)*

Pedunculi 1-flori, rarissime corymbosi, apice bibracteolati. Hypanthium (calycis tubus auct.) supra germen vix productum. Germen inferum, 2—4-loculare; ovula saepissime plurima, sporophoris bilamellatis, spurie centralibus affixa, rarissime bina, ad angulum loculorum centralem collateralia. Sepala 4—5, ex margine angusto, libero hypanthii oriunda, in alabastro globo petalorum incumbentia, saepissime acuta, sinu acuto separata, serius non profundius partita. Petala 4—5, perigyna. Stamina plurima, margini libero hypanthii ante petala inserta; filamenta libera, praefloratione introflexa; antherae ovales, dorso supra basin fixae, superne glandula instructae, biloculares, longitudinaliter dehiscentes; granula pollinis trigona, tripora. Carpophylla 2—4, germinis verticem stylumque formantia. Stylus simplex. Stigma saepissime obtusum, rarius subcapitatum. Bacca calyce coronata, poly- v. abortu pleiosperma. Semina reniformia v. hippocrepica, testa saepissime ossea, rarius membranacea obtecta. Embryo exalbuminosus, curvatus, uncinatus v. subspiralis; rostello elongato; cotylis brevissimis.

Frutices vel arbores, rarius suffrutices; foliis plerumque oppositis et exstipulatis, glandulosis, limbinerviis.

1. MYRTUS SELLOWIANA Berg: glaberrima; foliis sessilibus, rigide coriaceis, oblongis v. oblongo-lanceolatis, acutis, nec apiculatis, basi obtusatis, subconcoloribus, nitidis, glandulosis, venosis, subreticulatis, margini proxime limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, superioribus axillaribus, folio ¾—½ brevioribus; germine 3—2-loculari; sepalis 5, ovatis, acutis.

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 121.

Frutex 2-pedalis, ramosus; rami stricti, cinereo-splendentes, tandem decorticati; novelli badii, glandulosi, nodis vix compressi. Folia conferta, siccata badia, nisi novella impellucido-punctata, 11—13‴ lg., 4½—5‴ lt.; nervo medio subtus prominente; venis arrecto-patentibus, primo utrinque impressis, tandem utrinque prominulis, ramulosis. Pedunculi ad basin ramorum oriundi, infimi 1—2 cujusve ramuli bractea minima fulti, 3—5‴ lg. Germen bracteolis 2, lanceolatis, acutis, 1—1½‴ lg. stipatum, sporophoris bilamellatis, multiovulatis. Sepala 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. florib. defloratis in hb. Berol.)

Habitat ad Tapanhoacanga prov. Minarum: Sellow. Pl. Oreas.

2. MYRTUS SERICEA Camb. pilis albidis sericeo-tomentosa; foliis sessilibus, lanceolatis, utrinque angustatis, apice acutis, mucronatis, obsolete pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedunculis 1-floris, axillaribus, folio ⅓—½ brevioribus; germine 3—2-loculari; bacca globosa, polysperma, sepalis 4—5, lanceolatis, acutis, mucronatis coronata. Variat:

α. suffruticosa *Bg.* caule 4—6-pollicari; sepalis 5.

Myrtus sericea Camb l. c. 211.

Suffrutex 4—6-pollicaris, ramosus; rami teretes, subglabrati. Folia circiter 16‴ lg., 4‴ lt. Pedunculi teretiusculi, 4—6‴ lg. Alabastra 3‴ lg., bracteolis stipantibus deciduis. Germen triloculare, multiovulatum, sporophoris septiformibus fere ad pericarpium usque productis ibique bilamellatis. Sepala 2‴ lg. Petala 5, ovata, acuta, ciliata, 3‴ lg. Stamina calyce breviora. Stylus stamina superans. Bacca ribes grossulariae magnitudine. Semina generis. †

β. fruticosa *Bg.* caule 1—2-pedali; sepalis saepe 4.

Frutex 1—2-pedalis, dichotomo-ramosissimus; rami glabri, teretiusculi, transversim rugulosi. Folia conferta, rigida, utrinque decrescentia, 8—16‴ lg., 2—4½‴ lt., novella densius velutina; nervo medio supra planiusculo, subtus prominulo; venis ramosis, ob tomentum obsoletis. Pedunculi 2—6‴ lg., 1—2 infimi ramuli cujusve bracteis foliaceis, minutis fulti. Alabastra obovato-subglobosa, 4‴ diametro, bracteolis 2, lineari-lanceolatis, 2‴ lg., germini interdum adnatis stipata. Germen 3-, rarius 2-loculare; sporophoris bilamellatis, multiovulatis. Sepala 4—5, 2½‴ lg., persistentia, demum reflexa, intus superne velutina. Petala 4—5, ovalia, 3‴ lg. Stamina 2½‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat: α. in collibus petrosis prope vicum vulgo Capilha de Mercedes in parte occidentali reipublicae Montevideo, nec non in pascuis prope praedium vulgo Rinçao de Sareloês ad ripam amnis Ibicuy, in prov. Missionum, floret Decembri, fructificat Februario: St. Hilaire; β. ad Cerro in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

3. MYRTUS NIVEA Berg: ramulis, nervo medio foliorum pedunculisque et alabastris niveo-villosis; foliis sessilibus, pergamaceis, elliptico-oblongis v. oblongis, apiculato-acutatis, ad basin margine revoluto acutiusculis, utrinque subniveo- dense velutinis, impellucido-punctatis, vix venosis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, oppositis, superioribus folio brevioribus; germine 3—4-loculari; bacca obovata, velutina, sepalis lanceolatis, acuminatis, rectis coronata, polysperma.

Frutex 1—3-pedalis; caule tereti, laevi, nodoso, superne ramoso. Folia juniora oblongo-lanceolata, utrinque angustata, 10—17‴ lg., 3—6‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis nervoque limbali, ob tomentum vix manifestis. Pedunculi 3—8‴ lg., ex infimis nodis ramorum annotinorum, infimi folio longiores. Alabastra 4‴ lg., obovata, bracteolis 2, linearibus, acutis, 2—3‴ lg. stipata. Germen sporophoris axi adnatis, bilamellatis, multiovulatis. Bacca 4‴ lg., sepalis 2½‴ lg. coronata. (v. in hb. Berol.)

A *Myrto sericea* differt: caule rigidiori; indumento subniveo, densissimo, nervis villosis; bracteolis hypanthis in alabastro praesentibus.

Habitat in campis ad Pº dos Inforcados in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

4. MYRTUS PUBESCENS Berg: ramulis, pedunculis, alabastris tenuiter canescenti-tomentosis; foliis sessilibus, rigidis, elliptico-oblongis v. oblongis, cuspidato-acutatis, basi obtusiusculis, utrinque nigro-punctatis, tenuiter canescenti-puberulis, reticulato-venosis, margini proxime limbinerviis; pedunculis solitariis, 1-floris, superioribus axillaribus, folio triente brevioribus; germine triloculari; sepalis 5, ovatis, cuspidatis.

Caulis fruticosus, ramosus; rami subdichotomi, nodosi, teretiusculi; novelli compressi. Folia juniora pellucido-punctata; lamina 14—17‴ lg., 4—8‴ lt.; nervo medio venisque arrecto-patentibus utrinque prominentibus; venulis reticulatis. Pedunculi 4—6‴ lg., infimi 1—2 cujusve ramuli foliis minutis fulti. Alabastra obovata, 4‴ lg., bracteolis 2, lineari-lanceolatis, cuspidatis, 4‴ lg. stipata. Germen sporophoris bilamellatis, multiovulatis. Sepala 3‴ lg. Petala 5, obovata, 5‴ lg. Stamina 5‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad André Ferrina: Sellow. Pl. Napaea.

5. MYRTUS CUSPIDATA Berg: glaberrima; foliis sessilibus, rigidis, lanceolatis, oblongo- v. lineari-lanceolatis, apice sensim acutatis, cuspidatis, pungentibus, basi obtusiusculis, utrinque nitidis, elevato-, vix pellucido-punctatis, venosis, subreticulatis, margini proxime limbinerviis; pedunculis solitariis, 1-floris, superioribus axillaribus, folio duplo brevioribus; germine 2—4-loculari; sepalis 5—4, ovatis v. ovato-oblongis, cuspidatis.

Tabula nostra VI. Fig. 124. 125. (folium) et Tab. XLIV.

Variat:

α. tetramera: foliis angustioribus; bracteolis hypanthis lineari-lanceolatis, cuspidatis; sepalis 4.

Frutex 1—2-pedalis, flaccidus, subdichotomo-ramosus; rami erecto-patuli, teretiusculi, laeves; novelli compressi, glandulosi. Folia conferta, rigide coriacea, 13—16‴ lg., 3—5‴ lt., margine planiuscula; nervo medio utrinque praesertim subtus prominente; venulis utrinque prominulis. Pedunculi 3—5‴ lg., inferiores 1—2 cujusve ramuli bracteis foliaceis, minutis fulti. Alabastra obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, lineari-lanceolatis, cuspidatis, 2‴ lg. stipata. Germen triloculare, sporophoris bilamellatis, multiovulatis. Sepala 4, ovata, cuspidata. (v. in hb. Berol.)

β. pentamera: foliis latioribus; bracteolis hypanthis caducis; sepalis 5, rarissime 4.

Frutex ramosissimus; rami nodosi, teretiusculi; novelli compressi, glaberrimi, nitidi, glandulosi. Folia impellucido-punctata (nisi novella) siccata fusca v. obscure viridia; lamina 14—18‴ lg., 3—6‴ lt. Pedunculi 4—6‴ lg., inferiores 1—2 cujusve ramuli bracteis foliaceis minutis fulti, reliqui axillares. Germen 2—4-loculare, sporophoris bilamellatis, multiovulatis, disco planiusculo obtectum. Sepala 5, subcoriacea, 1½‴ lg. Petala 5, orbicularia, eciliata, 3‴ lg. Stamina petala subaequantia. Stylus 2‴ lg; (v. in hb. Berol.)

Habitat in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

6. MYRTUS ACUTATA Berg: glaberrima; foliis oppositis v. ternis, sessilibus, rigidis, lanceolatis, longe acutatis, nec mucronatis, basi obtusis, discoloribus, subtus glandulosis, obsolete venosis, limbinerviis; pedunculis brevibus, 1-floris, folio multo brevioribus; germine sulcato, biloculari; sepalis 5, ovatis, concavis, acutis. ♄

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 134.

Rami teretiusculi, exophloeo cinereo nitido delapso rufi; ramuli obtuse 4-goni, glandulosi. Folia siccata supra obscure virentia, subtus cinnamomea, impellucido-punctata, 10—26‴ lg., 3—6‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis arrectis utrinque parum prominentibus; venulis interjectis ramulosis, supra parum prominulis. Pedunculi ad ramos novellos oriundi, inferiores 4—8 bractea fulti, reliqui axillares, 2‴ lg. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, acutis, 1‴ lg. stipata. Germen obconicum, sporophoris bilamellatis, pluriovulatis. Sepala 1—1½‴ lg. Petala 5, ovalia, 3‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

7. MYRTUS MUCRONATA Camb. glabra; foliis sessilibus, rigidis, lanceolatis v. oblongis, breviter acutis, apiculatis, utrinque glandulosis, subnitidis, elevato-venosis, subreticulatis, margini proxime limbinerviis; pedunculis elongatis, 1-floris; germine triloculari; bacca globosa, polysperma, sepalis 5, ex ovata basi acutis, mucronatis coronata. Variat:

α. perforata *Bg.* foliis angustioribus, pellucido-punctatis; pedunculis folium subaequantibus v. superantibus.

Myrtus mucronata Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 211. t. 141.

Fruticulus 1½—2½-pedalis, ramosissimus. Folia 16—24‴ lg., 4—10‴ lt., nervis venisque utrinque prominulis. Pedunculi 9—12‴ lg., teretiusculi. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, mucronatis, 3‴ lg. stipata. Germen multiovulatum; sporophoris lamelliformibus, fere ad pericarpium usque productis ibique bilamellatis. Sepala 1½‴ lg. Petala 5, ovata, acutiuscula, 4‴ lg. Stamina petalis aequalia. Stylus stamina aequans; stigma parvulum. Bacca cerasi magnitudine. Semina generis. (Camb.) †

β. opaca *Bg.* foliis latioribus, impellucido-punctatis; pedunculis e basi ramorum annotinorum, inferioribus nudis v. squama fultis, superioribus axillaribus, folio brevioribus.

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 123.

Fruticulus 3-pedalis. Folia siccata partim aeruginea, 1—1½‴ lg., 4—6‴ lt.; nervo medio venisque utrinque prominentibus; venulis interjectis ramulosis, utrinque prominulis. Pedunculi fructiferi 8—12‴ lg. Bacca 6—9‴ diametro; semina hippocrepica, angulata, testa ossea instructa. Embryo uncinato-curvatus, oleoso-mollis; rostello elongato; cotylis brevibus, planis, lanceolatis, incumbentibus, spiraliter contortis. (v. fructif. in hb. Berol.)

Habitat in Montevideo: α. in sabulosis ad ripas fluminum Rio de la Plata et Uruguay, florebat Decembri, fructificabat Januario: St. Hilaire; β. in campis fructif. Februario: Sellow. Guabiroba *incolis. Pl. Napaea.*

8. MYRTUS INCANA Berg: ramulis, nervis foliorum, pedunculis, alabastris canescenti-villosis; foliis sessilibus, pergamaceis, oblongis v. lanceolato-oblongis, cuspidato-acuminatis, supra virescenti-, subtus canescenti-, breviter denseque velutinis, pellucido-punctatis, limbinerviis, venosis; pedunculis solitariis, 1-floris, axillaribus, superioribus folio duplo brevioribus; germine triloculari; bacca obovata, velutina, sepalis 5, ovatis, cuspidatis, erectis coronata, polysperma.

Tabula nostra VI. Fig. 126. (folium) et Tab. XLV.

Frutex 1—2-pedalis, ramosissimus; rami teretes, nodosi, exophloeo delapso laeves. Folia margine vix recurva, 12—20‴ lg., 4—9‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis erecto-patulis, utrinque tenuiter prominulis. Pedunculi 4—9‴ lg., ad nodos infimos foliis minoribus fulti. Alabastra obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, linearibus, acutis, 5‴ lg. stipata. Germen sporophoris bilamellatis, multiovulatis. Sepala 5, 2—2½‴ lg., persistentia. Bacca 7‴ lg. Semina hippocrepica, testa dura instructa. Embryo uncinato-curvatus, (v. in hb. Berol.)

A *Myrto sericea* differt: caule rigidiore; indumento velutino; foliis latioribus, bracteolis hypocalycinis in alabastro praesentibus.

Habitat in campis ad Cassapava in Rio Grande do Sul: Sellow. Pl. Napaea.

9. MYRTUS ? EXCELSA Camb. ramulis foliisque subtus et baccis albido-tomentosis; foliis petiolatis, elliptico-oblongis, rarius obovatis, acutis, pellucido-punctatis; pedunculis 1-floris, corymbosis; germine triloculari, 6-ovulato; bacca globosa, 1—2-sperma, sepalis 5, acutiusculis, utrinque tomentosis coronata.

Myrtus excelsa Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 210. t. 140.

Arbor magna, densa; rami teretes, glabrati. Folia supra albido-pubescentia; petiolo 3‴ lg.; lamina 1—2″ lg., 7—10‴ lt.; nervo medio subtus prominulo; venis vix manifestis. Pedunculi filiformes, 2‴ lg., saepe e gemmis plures orti corymbosque paucifloros efformantes. Alabastra obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, filiformibus, 1½‴ lg. stipata. Sepala reflexa. Petala 5, obovata, pubescentia. Stamina petala subaequantia. Stylus stamina aequans. (Camb.) †

Habitat in silvis, vulgo Catingas, ad ripas fluminis S. Francisci, in parte deserta occidentalique prov. Minarum, floret Septembri: St. Hilaire. Pl. Hamadryas.

10. MYRTUS RIGIDA Berg: glabra; foliis subsessilibus, rigide coriaceis, ovato-oblongis, acutatis, basi obtusis, discoloribus, utrinque nitidis, glandulosis, venosis, margini proxime limbinerviis; pedunculis 1-floris, ad bases ramorum annotinorum, brevissimis; bacca globosa, sepalis 5, ovatis, breviter acutis, erectis coronata, trisperma.

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 131.

Frutex 4-pedalis; rami teretiusculi, rimosi; novelli compressi. Folia siccata supra obscure viridia, subtus cinnamomea, impellucido-punctata, margine recurva 13—22‴ lg., 7½—11‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis, vix manifestis. Pedunculi 2—3‴ lg. Baccae 5—6‴ diametro. Seminis testa ossea; embryo uncinato-curvatus. (v. in hb. Berol.)

Habitat in campis ad Paranapitanga distr. Itapeva in prov S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

11. MYRTUS PAUCIFLORA Camb. suffruticosa, glabra; foliis brevissime petiolatis, ovatis, acutis, mucronulatis, pellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis; pedunculis 1-floris, folio triente v. dimidio brevioribus; germine triloculari; sepalis 5, ovatis, mucronulatis.

Myrtus pauciflora Camb. l. c. 212.

Suffrutex 4—5-pollicaris; caules subsimplices. Folia 12—15‴ lg., 6—8‴ lt.; nervo medio subtus prominente; venis utrinque prominulis. Pedunculi filiformes. Alabastra 2½‴ lg., bracteolis 2, linearibus, acutis, 3‴ lg. stipata. Germen multiovulatum; sporophoris septiformibus, fere ad pericarpium usque productis ibique bilamellatis. Sepala 1½‴ lg. Petala 5. †

Habitat in pascuis prope castra stativa vulgo Encapamento do Rincâo das Galinhas, in parte occidentali reipublicae Montevideo, floret Decembri: St. Hilaire. Pl. Napaea.

12. MYRTUS OVALIS Berg: suffruticosa; caule subsimplici, humili superne, petiolis, nervis subtus, pedunculis, calycibus canescenti-villosis; foliis subsessilibus, rigidis, ovalibus v. oblongo-ovalibus, interdum obversis, antrorsum apiculatis, rotundatis v. obtusiusculis, basi obtusis v. breviter acutis, subtus glandulosis, utrinque canescenti-puberulis, limbinerviis, reticulato-venosis; pedunculis axillaribus, solitariis, oppositis, 1-floris, folio brevioribus; bacca globoso-obovata, puberula, sepalis 5, ovatis, acuminatis coronata.

Suffrutex trunco subterraneo repente, erectus, 6—9″ altus, simplex v. simpliciter ramosus, tetragonus, superne compressus. Folia impellucido-punctata, infima rotundo-ovalia, basi saepe subcordata, 12—21‴ lg., 9½—13‴ lt.; nervo medio, venis patentibus venulisque utrinque prominentibus. Pedunculi ex inferioribus nodis caulis v. ramorum, 9—10‴ lg. Bacca 5‴ diametro, 3—4-locularis. Semina hippocrepica, testa ossea. Embryo uncinato-curvatus. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

13. MYRTUS BLANCHETIANA Berg: glabra; foliis sessilibus, alternis v. oppositis, subcoriaceis, elliptico-oblongis, saepe obversis, apice acutatis, basi cuneatis, utrinque nitidulis, creberrime elevato-, pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedunculis solitariis, 1-floris, superioribus axillaribus, folio duplo brevioribus; germine biloculari; sepalis 5, acutiusculis, haud ciliatis. ♄

Rami obsolete 4-goni, novelli compressi. Folia 21—26‴ lg., 8½—12‴ lt., margine plana; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis suberecto-patulis, vix visibilibus, pellucidis. Pedunculi 3—6‴ lg., oppositi v. alterni, ex inferioribus 2—4 nodis ramorum annotinorum, infimi squamis fulti. Alabastra glabra, obovata, 3‴ lg.; bracteolis 2, stipantibus caducis. Germen multiovulatum; sporophoris bilamellatis. Sepala 5, ovata, concava, glabra, haud ciliata, in alabastro patula, ¾‴ lg. Petala 5, subrotunda, concava, glabra, haud ciliata, 3‴ lg. Stamina stylusque petala aequantia. Stigma peltatum. (v. in hb. Berol., Vindob. et Schlechtd.)

Habitat in prov. Bahiensi: Blanchet n. 3310. Pl. Hamadryas.

14. MYRTUS ? OVALIFOLIA Camb. glabra; foliis petiolatis, ovatis, obtusiusculis, subacuminatis, pellucido-punctatis; floribus axillaribus, sessilibus, 1—2-, rarius 3-nis; germine biloculari, 4-ovulato; sepalis 5, rotundis, ciliolatis.

Myrtus ovalifolia Camb. l. c. 275.

Frutex 4—5-pedalis, dumosus; rami teretes. Folia petiolo 2—3‴ lg.; lamina 14—20‴ lg., 8—12‴ lt.; nervo medio subtus prominente; venis vix manifestis. Alabastra puberula, 1½‴ lg., bracteolis 2, minimis, ovatis stipata. Germen apice glabrum. Sepala 2 interiora majora. Petala 5, obovata, glabra, ciliolata, 3‴ lg. Stamina petalis paullo longiora. Stylus stamina subaequans. (Camb.) †

Habitat prope civitatem Cabo Frio in prov. Rio de Janeiro, floret Septembri: St. Hilaire. Pl. Dryas.

15. MYRTUS SUFFRUTICOSA Berg: suffruticosa, glaberrima; caulibus simplicibus, humilibus, paucifoliatis; foliis subsessilibus, chartaceis, orbiculari-ovalibus, obovatis v. ovalibus, interdum elliptico-oblongis, apice rotundatis v. acuminatis, semper in acumen brevissimum productis, basi subcuneatis, utrinque nitidis et glandulis minutis, elevatis obtectis, limbinerviis, reticulato-venosis; pedunculis axillaribus, solitariis, oppositis, filiformibus, 1-floris, folio plerumque longioribus; germine 3-, rarius 4-loculari; bacca sepalis 5, ovatis, cuspidatis coronata, subglobosa, 6—8-sperma. Variat:

a. latifolia: foliis intermediis suborbicularibus, superioribus obovatis v. ovalibus, impellucido-punctatis; pedunculis elongatis, 16—26‴ lg.

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 130.

β. ANGUSTIFOLIA: foliis elliptico-oblongis, pellucido-punctatis; pedunculis folio paullo brevioribus, 9—10‴ lg.

CAULES plures ex eodem trunco subterraneo, cylindrico, 1—1½‴ diametro, descendente, 4—6″ alti, paribus foliorum explicatorum in α. tribus, in β. sex obsiti, compressi, badii, glandulosi. FOLIA opposita, subopposita v. rarissime terna, tunc per paria connata, infima minuta, media maxima, 14—22‴ lg., 10—16‴ lt., margine vix recurva, siccata fusca; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis tenuibus, patentibus v. suberecto-patulis, utroque latere 8—12, utrinqne prominulis. PEDUNCULI superne subincrassati. ALABASTRA obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 3—5‴ lg. stipata. GERMEN sporophoris bilamellatis, multiovulatis. BACCA 4‴ diametro, bracteolis 2 stipata, sepalis coronata. SEMINUM testa ossea. EMBRYO uncinato-curvatus; ROSTELLO longissimo; cotylis brevibus. (v. in hb. Berol.)

Affinis *M. pauciflorae Camb.*, sed distincta: foliis latioribus, nec ovatis; pedunculis folio longioribus v. paullo brevioribus.

Habitat in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

16. MYRTUS GRANDIFOLIA BERG: ramulis foliisque novellis supra, pedunculisque minutissime puberulis; foliis rigide coriaceis, breviter petiolatis, ovato- v. ovate oblongis, acuminatis, basi obtusis, margine revolutis, glabris, discoloribus, utrinque elevato-, mox impellucido-punctatis, reticulato-venosis, limbinerviis; pedunculis solitariis, axillaribus, folio 3—4-plo brevioribus, 1-, rarissime 4-floris; germine 4-loculari; sepalis 5, triangularibus, acutis, minute ciliolatis. ♄

RAMI tetragoni, glabri; novelli compressi. FOLIA siccata supra virescenti-albicantia, subtus fusca; PETIOLO 1‴ lg., valido; lamina 21—42‴ lg., 9—19‴ lt.; nervo medio supra prominulo, subtus elevato; venis suberecto-patulis venulisque reticulatis utrinque prominentibus. PEDUNCULI 3—7‴ lg., ad basin ramorum interdum racemoso 4-flori, pedicellis 4‴ lg., basi bracteatis, saepissime 1-flori. GERMEN turbinatum; sporophoris bilamellatis, multiovulatis, 2½‴ longum, glabrum, verrucosum, bracteolis 2, subulatis, 1‴ lg., setis stipularibus auctis stipatum. SEPALA 1½‴ lg. STYLUS 3‴ lg., validus; stigma subcapitatum. (v. in hb. Vindob.)

Habitat ad Rio Jequitinhonha prov. Minarum: Pohl n. 5752. Pl. Oreas.

17. MYRTUS UMBILICATA CAMB. minute puberula; foliis breviter petiolatis, ovato-ellipticis, acutis, obsolete pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedunculis trifloris, axillaribus; baccis globosis, apice umbilicatis, glabris, 1—4-spermis.

Myrtus umbilicata Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 212.

FRUTEX 4—5-pedalis, ramosus; RAMI teretiusculi, glabrati. FOLIA margine revoluta; PETIOLO 1‴ lg.; lamina 15—18‴ lg., 7—9‴ lt.; nervo medio subtus prominulo; venis vix manifestis. PEDUNCULI 8—14‴ lg., rarius 1-flori, teretiusculi. BACCAE ribes nigri magnitudine, nitidi, nigri. SEMINA generis, sed testa membranacea, pellucida obtecta. †

Habitat ad ripas amnis Rio das Mortes in parte prov. Minarum dicta Comarca do Rio das Mortes, fructificat Februario: St. Hilaire. Pl. Oreas.

18. MYRTUS MACROCHLAMYS MART. ramulis foliisque novellis, pedunculis, alabastris fuscescenti-velutinis; foliis petiolatis, adultis rigide coriaceis, oblongis v. ovali-oblongis, utrinque obtusis, glabris, impellucido-punctatis, supra glaucescentibus, subaveniis, subtus reticulato-venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, validis, 2—6-nis, 3—5-floris; germine biloculari; sepalis ovali-oblongis v. oblongis, acutiuscutis, demum patentibus, utrinque velutinis.

Myrtus macrochlamys Mart. Herb.
Myrcia macrochlamys DC. Prodr. III. 247.

ARBUSCULA 10-pedalis; RAMI teretiusculi, glabri, albidi; novelli compressi. FOLIA novella membranacea, pellucido-punctata, adulta siccata subtus fuscescentia; PETIOLO 2‴ lg.; lamina 12—22‴ lg., 5—10‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis patulis, supra haud v. vix manifestis, subtus venulisque reticulatis prominulis. PEDUNCULI 8—24‴ lg., basi bractea ovata, minuta fulti, e rhachi perbrevi, interdum autem ad ramulum foliatum excrescente oriundi; pedicelli bractea lineari, 2‴ lg. fulti. ALABASTRA 2—3‴ lg., bracteolis 2, linearibus, ¾‴ lg. stipata. GERMEN multiovulatum, disco medio concavo, velutino terminatum. SEPALA 1½—2‴ lg. PETALA 5, obovata, ciliolata, 1—1½‴ lg. STAMINA fere 3‴ lg. STYLUS fere 4‴ lg.; stigma simplex. (v. in hb. Monac. et Sonder.)

ADNOT. Species haec praeposita ad genus Myrciae profecto non pertinet, mihi tamen quod ad genus attinet ob defectum fructus valde dubia est, nisi forte genus idoneum formet. Restitui igitur ad tempus speciem Martianam.

Habitat in campestribus ad villam Joazeiro, ad fines Pernambucenses, nec non prope villas Caytete et Rio das Contas prov. Bahiensis: M. Pl. Hamadryas.

† Species exclusae.

1. M. ANCEPS *Spreng.* = *Myrcia anceps Bg.*
2. M. CALOPHYLLA *H. B. K.* = *Calycolpus calophyllus Bg.*
3. M. DIOICA *Spreng.* = *Myrcia Schaueriana Bg.*
4. M. ELEGANS *DC.* = *Psidium elegans Mart.*
5. M. FIRMA *Spreng.* = *Myrcia nobilis Bg. ?*
6. M. FULVA *Spreng.* = *Myrcia superba Bg.*
7. M. GOETHEANA *Mart.* = *Calycolpus Goetheanus Bg.*
8. M. GRAMMICA *Spreng.* = *Calyptranthes musciflora, α. obscura Bg.*
9. M. LINIFOLIA *Spreng.* = *Eugenia Sprengelii DC.*
10. M. OVALIS *Spreng.* = *Myrcianthes brunnea, α. microphylla Bg.*
11. M. SELLOI *Spreng.* = *Aulomyrcia ramulosa Bg.*
12. M. TRIFLORA *Spreng.* = *Myrcia verticillaris, α. multicaulis Bg.*

XXVII. BLEPHAROCALYX BERG.

EUGENIAE *species auctor.*

ALABASTRA 4-loba, basi bibracteolata. HYPANTHIUM (calycis tubus auct.) supra germen productum, in calycem abiens. GERMEN inferum, biloculare, multiovulatum; OVULA sporophoro centrali affixa. CALYX margini hypanthii libero insertus, 4-partitus, deciduus, lobis interioribus majoribus, apicem versus latissime membranaceo-marginatis, fimbriatis. PETALA 4, perigyna. STAMINA plurima, cum petalis inserta; FILAMENTA libera, praefloratione introflexa; ANTHERAE subrotundae, dorso supra basin affixae, superne glandula instructae, biloculares, longitudinaliter dehiscentes; GRANULA POLLINIS trigona, tripora. CARPOPHYLLA 2, germinis verticem stylumque formantia. STYLUS 1. STIGMA simplex. BACCA disco plano, marginato coronata, 1—4-sperma. SEMINA testa membranacea obtecta. EMBRYO subspiralis v. spiralis, exalbuminosus; ROSTELLO longissimo; COTYLIS brevibus, lanceolatis.

Frutices; foliis oppositis, glandulosis, basi saepe setis stipularibus auctis; pedunculis 1—3-floris v. dichotomis.

1. BLEPHAROCALYX ANGUSTISSIMUS Berg: ramulis novellis gemmisque puberulis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, angustissime linearibus, utrinque acutis, apice recurvato-cuspidatis, glabris, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, 1-nerviis; pedunculis folio brevioribus, longitudine internodii, tenuibus, 1—3-floris; flore centrali sessili; baccis globosis, calvis, 1—2-spermis.

Frutex dichotomo-ramosissimus; rami tenues, teretes; ramuli subtetragoni, glabri. Folia supra aeruginea, subtus pallidiora, margine recurva; petiolo $^3/_4$—1‴ lg.; lamina 11—12‴ lg., 1‴ lt.; nervo medio utrinque planiusculo; setis stipularibus, brevissimis, deciduis. Pedunculi 1—2‴ lg., pedicellis 1‴ lg. Baccae 2‴ diametro, disco angusto, 4-angulo, plano coronatae. Semina subreniformia, planiuscula aut subrotunda, testa tenuissima, scrobiculata obtecta. Embryo uncinato-curvatus, subspiralis, homogeneus. (v. in hb. Berol.)

Habitat in fruticetis ripariis reipublicae Montevideo, fructificat Martio: Sellow. Pl. Napaea.

2. BLEPHAROCALYX ANGUSTIFOLIUS Berg: ramulis foliisque novellis et pedunculis sub lente pilis paucis, adpressis inspersis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, linearibus, utrinque sensim angustatis, apice acutissimis, mucronatis, basi subacutis, glabris, utrinque glandulis creberrimis, grossis, pellucidis instructis, obsolete venosis, limbinerviis; pedunculis cymoso-3-floris, axillaribus, folio longioribus v. brevioribus; baccis globosis, calvis, 1-spermis.

Arbor 10—15-pedalis, ramosus; rami teretiusculi, glabri; novelli compressi. Gemmae villosae. Folia subconcoloria, margine recurva; petiolo 1—1$^1/_2$‴ lg.; lamina 13—27‴ lg., 1$^1/_2$—2$^3/_4$‴ lt.; nervo medio utrinque planiusculo; venis parum prominulis; setis stipularibus longitudine gemmae. Pedunculi rarius bifidi v. 1-flori, 4—5‴ lg.; pedicelli 3‴ lg. Alabastra elongato-turbinata, 1$^1/_2$‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Hypanthium 1‴ lg., supra germen pilosiusculum, biloculare, pluriovulatum productum. Sepala 4, ovata, concava, obtusa, ciliata, decidua, 2 interiora majora a medio late membranaceo-, albo-marginata ibique utrinque sericea. Petala 4, unguiculata, suborbicularia, fimbriato-ciliata, 1‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 2$^1/_2$‴ lg. Bacca 2—3‴ diametro, disco plano, orbiculari coronata. Semen subreniforme, testa tenui, rugulosa obtectum. Embryo plus minusve curvatus; rostello centrali, curvato, cotylis conferruminatis adnato. (v. in hb. Berol.)

Habitat in republica Montevideo, floret Decembri, fructificat Aprili: Sellow. Pl. Napaea.

3. BLEPHAROCALYX ACUMINATISSIMUS Berg: ramulis foliisque novellis, pedunculis et germinibus pilis sparsis, longis pubescentibus, demum glabris; foliis longissime petiolatis, demum rigide chartaceis, lanceolato-linearibus, longissime acutissimeque subfalcatim acuminatis, basi elongato-acutis, utrinque elevato-, obscure pellucido-punctatis, subreticulato-venosis, prope marginem limbinerviis; pedunculis axillaribus, folio brevioribus et lateralibus, trifloris v. bifidis, ramis trifloris, pedicellis divaricatis, floribus in dichotomiis sessilibus. ♄

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 133.

Eugenia acuminatissima Miq. in Linnaea XIX. 440.

Rami teretes, glabri; ramuli badii, compressi. Folia petiolo 4—6‴ lg.; lamina 1—3″ lg., 2—7‴ lt.; nervo medio utrinque parum prominente, venis creberrimis, suberecto-patulis venulisque tenuioribus, reticulatis utrinque prominulis; setis stipularibus brevissimis. Pedunculi badii, infimi ramuli cujusve laterales, basi nudi, superiores axillares, $^1/_2$—1″ lg.; pedicelli 1—2-rii 4—5‴ lg. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, subulatis, $^3/_4$‴ lg. stipata. Germen biloculare, pluriovulatum, disco 4-gono, medio elevato, glabro terminatum. Lobi 4 calycini suborbiculares, concavi, plus minusve puberuli, fimbriato-ciliati, intus velutini, demum reflexi, serius decidui, 2 majores margine membranacei, 1‴ lg. Petala 4, subrotunda, fimbriato-ciliata, 2‴ lg. Stamina petalis paullo longiora. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Mart. et Vindob.)

Habitat in prov. Minarum: Claŭssen n. 1518. Pl. Oreas.

4. BLEPHAROCALYX AMARUS Berg: glaber; foliis petiolatis, chartaceis, lineari-lanceolatis v. lanceolato-linearibus, utrinque acutato-angustatis, apice apiculatis, utrinque nitidis, elevato-, obscure pellucido-punctatis, subtilissime venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, folio duplo brevioribus, 3-carpicis; baccis globosis, glabris, calvis, 1—4-spermis.

Frutex 10-pedalis, ramosissimus; rami teretiusculi, novelli compressi. Folia petiolo 1$^1/_2$‴ lg.; lamina 12—24‴ lg., 2$^1/_4$—4$^1/_2$‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus parum prominente; venis tenuissimis, suberecto-patulis, utrinque vix manifestis; setis stipularibus brevissimis. Pedunculi 6—9‴ lg., pedicelli 3—4‴ lg. Baccae aurantiaco-rubrae (teste Sellowio), 1—2-loculares, disco plano, marginato terminatae, 3‴ diametro. Semina plano-compressa, testa tenui, arcte adnata obtecta. Embryo carnosus, viridis, spiralis, 1—2-cyclicus; rostello longissimo; cotylis brevibus, lanceolatis. — Sapor foliorum fructusque amarus (fide Sellow.). (v. in hb. Berol.)

A *Bl. lanceolato* differt: foliis angustioribus, rigidioribus, obscure pellucido-punctatis.

Habitat ad ripas in prov. Rio Grande do Sul et in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

5. BLEPHAROCALYX PILOSUS Berg: ramulis foliisque villis adpressis, albis, sparsis obtectis; foliis petiolatis, subcoriaceis, lineari-lanceolatis, apice acutatis et apiculatis, basi convexo-acutis, margine basin versus revolutis, utrinque supra densius infra sparsius elevato-, pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, 3- v. 1-carpicis, folio brevioribus; baccis globosis, calvis, 1—4-spermis. ♄

Ramosissimus, rami teretes, glabri; novelli compressi. Folia lamina 11—16‴ lg., 2—3$^1/_2$‴ lt.; petiolo 1‴ lg.; nervo medio supra planiusculo, subtus parum prominente; venis utrinque parum prominulis, tenuibus, erecto-patulis; setis stipularibus brevissimis. Pedunculi 6—7‴ lg., pedicelli 2—2$^1/_2$‴ lg. Baccae 3—4‴ diametro, 1-loculares, disco angusto, plano terminatae. Semina subreniformia, testa tenui, membranacea obtecta. Embryo uncinato-curvatus; rostello centrali, curvato, cotylis conferruminatis tota longitudine adnato.

Habitat ad Freguezia de S. Anna, ad amnem Rio do Lino, in prov. Rio Grande do Sul: Sellow. Pl. Napaea.

6. BLEPHAROCALYX LANCEOLATUS Berg: glaber; foliis petiolatis, membranaceis, lanceolatis v. oblongo-lanceolatis, utrinque gradatim acutatis, apice acutissimis cuspidatisque, utrinque nitidis et creberrime elevato-, pellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, folio duplo brevioribus, 1—2-fidis, floribus in dichotomiis sessilibus; baccis globosis, calvis, 1—3-spermis.

Tabula nostra XLVI.

Myrtus dumosa Sprengel. Syst. II. 483. excl. syn. Vahl. (ex Herb. Spreng.) Variat:

α. ARBORESCENS: caule arboreo; foliis longioribus; pedunculis 7—5-floris.

Eugenia Cisplatensis β. Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 246.

ARBOR 20—30-pedalis; RAMI teretiusculi, laeves, fructiferi ad nodos cicatrice semicirculari circa basin petioli instructi. FOLIA prasina, juniora lineari-lanceolata, adulta saepe oblongo-lanceolata, saepissime subobliqua; PETIOLO 1—1½‴ lg.; lamina 20—39‴ lg., 3—10‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus parum prominente; venis utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis; setae stipulares carnosulae, minimae, deciduae. PEDUNCULI dichotomi, 7-flori v. 2-fidi, 3-flori, fructiferi interdum 1-carpici; rhachi 3—8‴ lg., pedicellis 2—3‴ lg. ALABASTRA 4-loba, obovata, 2‴ lg., sub calyce constricta, bracteolis stipantibus caducis. HYPANTHIUM supra germen biloculare, multiovulatum productum. LOBI 4 calycini ovati, obtusi, decidui, 2 exteriores apice ciliati, interiores parum majores, 1‴ lt., apicem versus latissime membranaceo-, albo-marginati ibique utrinque sericei, fimbriato-ciliati. PETALA 4, oblonga, basi cuneata, utrinque superne sericea, villoso-ciliata, 1½‴ lg. STAMINA 3‴ lg., antheris subrotundis. STYLUS staminibus paullo longior. BACCAE globosae, 3‴ diametro, disco plano, marginato coronatae, 1—2-loculares, 1—3-spermae. SEMEN plano-convexum, testa membranacea, obtectum. EMBRYO spiraliter convolutus, dicyclicus, ROSTELLO longissimo; cotylis brevibus, lanceolatis. (v. in hb. Berol. et Spreng.)

β. FRUTESCENS: caule frutescente, 10—15-pedali; pedunculis interdum binis, 3—1-floris. (v. in hb. Berol.)

Eugenia Cisplatensis, γ. Camb. l. c. II. 246.

Frequens in silvis campisque ad ripas in prov. Rio Grande do Sul, nec non in civitate Montevideo, floret Novembri: Sellow; α. ad rivulum vulgo Guabijú haud longe a flumine Uruguay: St. Hilaire; β. ad rivulum vulgo Arroio de S. Joâo: St. Hilaire. Pl. Napaea.

7. BLEPHAROCALYX STRICTUS BERG: ramulis petiolisque superioribus puberulis; foliis petiolatis, oppositis, rarius alternis v. ternis, subcoriaceis, rigidis, lanceolato-oblongis, rarius oblongis, utrinque angustatis, apice longe acutatis, basi acutis, margine subundulato-recurvis, adultis glabris, utrinque nigrescenti-, supra impresso-, pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, folio duplo brevioribus, 3-carpicis, flore centrali sessili; baccis globosis, calvis, 3-spermis. ♄

RAMI teretes, saepe stricti, elongati, foliosi, superne compressi; novelli ad fructescentiae tempus desunt. FOLIA lamina 18—24‴ lg., 5—8‴ lt., novella non suppetunt; PETIOLO 1½—2‴ lg.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis tenuissimis, suberecto-patulis, utroque latere circiter 16, utrinque prominulis; venulis interjectis ramulosis, vix visibilibus. PEDUNCULI 4—5‴ lg., pedicelli 2‴ lg. BACCA 3‴ lt., disco plano, marginato tecta. SEMINA angulata, testa tenui, arcte adhaerente. EMBRYO viridis, uncinato-curvatus, subspiralis, homogeneus.

A *Bl. lanceolato* differt: indumento; foliis rigidis; embryone subspirali.

Habitat in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

8. BLEPHAROCALYX LONGIPES BERG: ramulis glabris; petiolis pedunculisque pubescentibus; foliis longe petiolatis, chartaceis, oblongis, longe acuteque acuminatis, basi acutis, utrinque praesertim supra pilis longis, albis, raris, adpressis inspersis, demum glabris, discoloribus, creberrime pellucido-punctatis, venosis, fere in margine ipso limbinerviis; pedunculis infimis folio minuto fultis v. nudis, superioribus axillaribus, folio plerumque brevioribus, 2-fidis, 3-floris v. dichotomo-7-floris, floribus in dichotomiis sessilibus, sparse pilosiusculis. ♄

RAMI graciles, tereti-compressi; RAMULI 4-goni, superne compressi. FOLIA saepe elliptico-oblonga v. oblongo-lanceolata, supra obscure viridia, subtus fuscescentia; PETIOLO 3—4‴ lg.; lamina 1½—2″ lg., 7—9‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis subpatulis, ramulosis, utrinque prominulis. PEDUNCULI pallidi, ½—1″ lg.; pedicelli 2—4‴ lg. ALABASTRA 2‴ lg., sparse pilosiuscula; bracteolis stipantibus caducis. GERMEN biloculare, pluriovulatum. LOBI 4 calycini inaequales, reflexi, extus minute puberuli, intus albo-velutini, majores 1‴ lg. PETALA 4, orbicularia, ciliolata, 1½‴ lg. STAMINA petala aequantia. STYLUS 2‴ lg. (v. in hb. Sonder.)

Affinis *Bl. acuminatissimo*, sed distinctus: foliis latioribus, apice minus elongatis, creberrime pellucido-punctatis; pedunculis pallidis; bracteolis hypanthis fugacissimis.

Habitat in prov. Minarum: Dr. Widgren n. 550. 553. Pl. Oreas.

9. BLEPHAROCALYX CUSPIDATUS BERG: ramulis novellis dense adpresso-villosis; foliis petiolatis, demum rigide chartaceis, elliptico-oblongis, utrinque angustatis, apice elongato- acutissime acuminatis, cuspidatis, basi acutis, novellis ciliatis, utrinque pilis longiusculis, albis, adpressis, raris inspersis, demum glabris, supra nitidis, utrinque minute pellucido-punctatis, venosis, fere in margine ipso limbinerviis; pedunculis pilosiusculis, infimis lateralibus, reliquis axillaribus, folio longioribus, 3-floris v. bis bifidis, 7-floris, floribus in dichotomia sessilibus, pilosiusculis; bacca globosa, calva, 1-sperma; embryone spirali.

FRUTEX 8-pedalis, dichotomo-ramosissimus; RAMI teretiusculi, laeves, albidi; RAMULI compressi. FOLIA siccata supra aeruginea, subtus fuscescentia; PETIOLO 1½—2‴ lg.; lamina 14—21‴ lg., 7—10‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis plurimis, tenuibus, approximatis, utrinque praesertim subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis; setis stipularibus brevissimis. PEDUNCULI 6—14‴ lg., infimi basi nudi, pedicelli 2‴ lg., ultimi 1‴ lg. ALABASTRA 1‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. BACCA 2‴ diametro. (v. in hb. Mart. et Sonder.)

In Brasilia orientali, floret Septembri: Pr. de Neuwied n. 18.

10. BLEPHAROCALYX RAMOSISSIMUS BERG: ramulis foliisque novellis, pedunculis et alabastris pubescentibus; foliis petiolatis, coriaceis, ovatis v. ovato-oblongis, obtuse subacuminatis v. obtusatis, basi obtusis, utrinque nitidis, obscure pellucido-punctatis, adultis postremo subglabratis, reticulato-venosis, limbinerviis; pedunculis 3-floris v. bifidis, ramis 3-floris, axillaribus, folio brevioribus.

FRUTEX 10—12-pedalis, ramosissimus; RAMI tortuosi, rimosi; RAMULI compressi. FOLIA margine recurva, novella praesertim nitida, adulta apice saepe retusa, vix pellucido-punctata; PETIOLO ½—1‴ lg.; lamina 10—16‴ lg., 5—9‴ lt.; nervo medio utrinque villoso, prominente; venis erecto-patulis, utrinque praesertim inferne prominentibus; venulis interjectis reticulatis. PEDUNCULI 5—8‴ lg., pedicellis 2—3‴ lg. ALABASTRA turbinata, pilis paucis obsita, 1½‴ lg., setis carnosis, rufis loco bracteolarum basi stipata. HYPANTHIUM supra germen biloculare, pluriovulatum valde productum, in calycem 4-lobum abiens, lobis calycinis 4, ovato-subrotundis, concavis, ciliatis, intus puberulis, deciduis, 2 interioribus majoribus albo-coloratis, margine lato membranaceis, 1‴ lg. PETALA 4, obovata, concava, alba, ciliata, sepalis paullo longiora. STAMINA 2‴ lg. STYLUS glaber, staminibus fere longior. Discus concavus, fundo glaber, margine pubescens. (v. in hb. Berol.)

Habitat in montibus Serra do Lenheiro et ad praedium Tanque, in prov. Minarum, floret Augusto, Septembri: Sellow. Pl. Oreas.

11. BLEPHAROCALYX APICULATUS Berg: ramulis foliisque novellis ciliatis subtusque pilis sparsis, albis indutis, mox glabris; foliis petiolatis, demum rigidis, ovalibus, oblongo-ellipticis, subobovatis v. oblongo-obovatis, breviter cuspidato-acuminatis, basi subcuneatis, discoloribus, nitidis, supra subtilissime pellucido-punctatis, subtus fusco-glandulosis, veno-is, fere in margine arguto, plano ipso limbinerviis; pedunculis glabris, gracilibus, axillaribus, folio longioribus, bis v. ter bifidis, 6—15-floris, floribus in dichotomiis sessilibus; bacca globosa, glabra, calva, 1-sperma; embryone spirali, dicyclico.

Tabula nostra XLVII. Variat:

α. rubellus: caule corymboso-ramoso; ramulis tenuibus pedunculisque badiis; foliis omnibus obovatis v. obovato-oblongis, discoloribus.

Frutex 15-pedalis; rami teretiusculi, glabri; ramuli compressi. Gemmae villosae. Folia siccata supra atrovirentia, subtus fusca; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 13—19‴ lg., 7—10‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, approximatis, subpatulis, utrinque prominulis, ramulosis. Pedunculi compressi, 16—22‴ lg.; pedicelli 4—6‴ lg., ultimi 1—2‴ lg. Alabastra obovata, glabra, 2‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Hypanthium supra germen biloculare, 8-ovulatum productum, in calycem obtuse 4-lobum abiens; lobis calycinis 4, concavis, reflexis, 1¼‴ lg. Petala 4, obovata, apice puberula, ciliata, reflexa, sepalis aequalia. Stamina 2‴ lg. Stylus 2½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

β. strictus: ramis strictis, validis; foliis pallidis, rarius obversis.

Folia petiolo 1½‴ lg., lamina 12—22‴ lg., 7—13‴ lt. Pedunculi 14‴ lg., pedicelli fere 4‴ lg. Bacca 3‴ diametro. Embryo spiralis. (v. in hb. Berol.)

Differt a *Bl. cuspidato:* indumento laxiore: foliis saepissime obversis, breviter acuminatis; pedunculis alabastrisque glabris, illis 6—15-floris.

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Napaea.

12. BLEPHAROCALYX VILLOSUS Berg: ramulis, petiolis foliisque novellis, pedunculis, bracteis et alabastris pilis albis v. canescentibus adpresse villosis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, oppositis v. ternis, inferioribus ovali- v. subobovato-oblongis, superioribus oblongis v. lanceolato-oblongis, utrinque angustatis, acutis, discoloribus, adultis glabris, supra nitidis, impresso-, vix pellucido-punctatis, subtus nigrescenti-glandulosis, opacis, venosis, extimo margine limbinerviis; pedunculis solitariis, 1—3-floris, superioribus axillaribus, folio brevioribus; bacca globosa, 1—2-locularі, oligosperma. Variat:

α. triflorus: foliis oppositis, apiculato-acuminatis; pedunculis trifloris, folio paullo brevioribus.

Frutex dichotomo-ramosus; rami teretes, exophloeo soluto laeves, glabri. Folia supra medium latissima, hinc utrinque angustata, subtus pallidiora; lamina 13—18‴ lg., 4—7½‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis suberecto-patulis, utrinque parum prominulis, utroque latere circiter 15; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis; setis stipularibus subulatis. Pedunculi 5—7‴ lg., fructiferi saepe 1-carpici. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 2—3‴ lg., alabastro subduplo longioribus stipata. Germen biloculare, 4-ovulatum. Lobi calycini 4, ovati, obtusi, utrinque villosi, 1‴ lg., reflexi. Petala 4, obovata, ciliata, 1½‴ lg. Stamina et stylus petalis subaequalia. Bacca puberula, 3‴ lt., disco angusto, concavo coronata, pericarpio tenui. Semen integumento simplici, fusco, nitente, membranaceo obtectum. Embryo spiralis; rostello maximo; cotylis minimis, planis, rectis. (v. in hb. Berol.)

β. uniflorus: foliis saepe ternis, acutis; pedunculis 1-floris, folio plus duplo brevioribus.

Rami teretes, exophloeo cinereo delapso rufi; ramuli oppositi v. verticillati, compressi. Folia margine revoluta, supra atrovirentia, subtus flavescentia; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 12—17‴ lg., 4—8‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis utrinque praesertim inferne prominulis; venulis interjectis oblitteratis. Pedunculi 2—3‴ lg., ex inferioribus nodis ramorum annotinorum, infimi basi nudi. Alabastra turbinata, 1½‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Hypanthium supra germen bilolare, multiovulatum, disco 4-gono, medio concavo, glabro terminatum productum, in calycem 4-lobum abiens, lobis calycinis 4, ovatis, concavis, obtusis, extus villosis, reflexis, tandem deciduis, 2 interioribus majoribus 1‴ lg., membranaceo-marginatis. Petala 4, suborbicularia, ciliata, apice utrinque sericea, 1½‴ lg. Stamina petala aequantia. Stylus staminibus vix longior. (v. in hb. Berol.)

A *Bl. ramosissimo* differt: foliis saepe ternis, angustioribus, utrinque acutis, margine ipso limbinerviis, nec reticulatis; pedunculis 1-floris; disco glabro.

Habitat in montibus Serra de S. Antonio in prov. Minarum: Sellow. Pl. Oreas.

13. BLEPHAROCALYX CANESCENS Berg: ramulis foliisque novellis opacis, petiolis pedunculisque et alabastris canescenti-pubescentibus; foliis petiolatis, coriaceis, ovatis v. ovato-oblongis, utrinque angustatis, obtusis v. obtusiusculis, discoloribus, subtus fusco-glandulosis, adultis supra nitidis, glabris, impresso-punctatis, subtus opacis, subglabratis, reticulato-venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, 3- v. 1-floris, folio brevioribus. ♄

Rami teretiusculi, exophloeo cinereo delapso rufi; ramuli compressi, brunnei. Folia novella pellucido-punctata, supra atrovirentia, subtus flavescentia, adulta rigida, utrinque subconcoloria, margine revoluta; petiolo 1‴ lg.; lamina 1—1½‴ lg., 8—11‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis erecto- v. subpatulis, utrinque prominentibus; venulis reticulatis. Pedunculi 7—9‴ lg., ex inferioribus nodis ramorum annotinorum, infimi basi nudi; pedicellis 2—3‴ lg. Alabastra turbinata, 2‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Hypanthium supra germen biloculare, multiovulatum, disco 4-gono, medio concavo, glabro, margine elevato, puberulo terminatum productum, in calycem 4-lobum abiens; lobis calycinis ovatis, obtusis, concavis, extus villosis, intus albo-puberulis, 2 interioribus majoribus ¾‴ lg., anguste membranaceo-marginatis. Petala 4, subrotunda, 1‴ lg., utrinque puberula, margine subvillosa. Stamina petalis paullo longiora. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

A *Bl. ramosissimo* differt: indumento densiore; foliis majoribus, discoloribus, novellis utrinque adultis subtus opacis; pedunculis longioribus, saepe 1-floris; lobis calycinis anguste marginatis.

Habitat in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

14. BLEPHAROCALYX ACUMINATUS Berg: ramulis foliisque novellis et pedunculis adpresso-villosis; foliis rigide chartaceis, petiolatis, ovatis v. ovato-oblongis, basi rotundatis, apicem versus sensim angustatis, acute acuminatis, ciliatis, demum supra glabris, nitidis, creberrime impresso-, pellucido-punctatis, subtus sparse pubescentibus, fusco-glandulosis, reticulato-venosis, limbinerviis; pedunculis infimis bractea foliacea fultis, 3-floris, reliquis axillaribus, bis bifidis, 7-floris; floribus in dichotomia sessilibus. ♄

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 132.

Rami teretes, glabri; novelli compressi. Folia petiolo villoso, 1—2‴ lg.; lamina 20—28‴ lg., 10—13‴ lt.; nervo medio utrinque villoso, supra planiusculo, subtus prominente; venis

subpatulis, reticulato-ramosis, utrinque praesertim subtus prominulis; setis stipularibus subulatis. Pedunculi 6—10‴ lg., pedicelli 3—5‴ lg., secundarii 2—3‴ lg. Alabastra 1½‴ lg., sparse pubescentia; bracteolis stipantibus caducis. Germen biloculare, pluriovulatum. Lobi 4 calycini rotundati, extrorsum puberuli, intus albo-velutini, fimbriato-ciliati, 2 interiores albido marginati, majores 1‴ lg. Petala 4, orbicularia, fimbriato-ciliata, 1‴ lg. Stamina stylusque 3‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat ad rivos Ribeiro Catharina et Rib. da Prata prov. Minarum: Pohl n. 1017. Pl. Oreas.

15. BLEPHAROCALYX WIDGRENI Berg: ramulis foliisque novellis et pedunculis patentim villosis; foliis chartaceis, petiolatis, oblongis v. ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice mucronato-acuminatis, basi acutis, discoloribus, supra pilosiusculis, demum impresso-, pellucido-punctatis, subtus pubescentibus, fusco-glandulosis, tenuiter venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, folio brevioribus, 3-floris, flore in dichotomia sessili. ♄

Rami teretes, glabri; ramuli compressi, brunneo- v. albido-villosi. Folia siccata supra aeruginea, subtus pallide virenti-fuscescentia, albo-pilosa; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 2—2½″ lg., ¾—1″ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis, utrinque parum prominulis. Pedunculi 8—10‴ lg., pedicelli 4—6‴ lg., brunneo- v. albido-villosi. Alabastra obovata, 4-loba, 2½‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen pubescens, biloculare, multiovulatum. Sepala 4, inaequalia, concava, caduca, 2 interiora majora margine albo-membranacea, ciliato-fimbriata, 1½‴ lg. Petala 4, fimbriato-ciliata, reflexa, 2‴ lg. Stamina 5‴ lg. Stylus puberulus, 3‴ lg. (v. florif. in hb. Sonder.)

Maxime affinis Bl. acuminato, sed diversus: indumento tenuiore, patente; foliis angustioribus, mucronato-acuminatis, basi acutis, venosis; floribus duplo majoribus; staminibus exterioribus stylo fere duplo longioribus.

Habitat in prov. Minarum: Dr. Widgren n. 548. Pl. Oreas.

16. BLEPHAROCALYX BRUNNEUS Berg: ramulis foliisque novellis subtus et pedunculis villosis; foliis petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis, acutatis v. leviter acute acuminatis, basi obtusis, utrinque creberrime elevato-, pellucido-punctatis; supra nitidis, glabris, subtus pubescentibus, venosis, arcuatim limbinerviis; cymis axillaribus, folio brevioribus, 3-floris aut bis bifidis, 7-floris.

Frutex 15-pedalis, ramosus; rami teretiusculi, brunnei, brunneo-pubescentes, inferiores glabri. Folia margine recurva, novella subtus albo-villosa; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 20—38‴ lg., 10—15‴ lt.; nervo medio supra parum impresso, tomentello, subtus elevato; venis plurimis, tenuissimis, subpatulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis ramulosis, vix visibilibus; setis stipularibus brevissimis. Cymae brunneo-pubescentes, 10—22‴ lg. Alabastra obovata, quadriloba, 1½‴ lg., bracteolis 2, subulatis, caducis fulta. Germen biloculare, pluriovulatum. Sepala 4, ovata, obtusa, concava, intus puberula, 2 majora late membranaceo-marginata, ciliata, ¾‴ lg. Petala 4, spathulata, ciliata, alba, sepalis aequilonga. Stamina 1½‴ lg. Stylus villosus, 2—2½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad ripas prov. Rio Grande do Sul, floret Novembri: Sellow. Pl. Napaea.

17. BLEPHAROCALYX PICROCARPUS Berg: glaber; foliis petiolatis, coriaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice obtusiusculis, basi acutis, discoloribus, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, bifidis, ramis trifloris; baccis globosis, hypanthii margine truncato coronatis, 1—3-spermis.

Frutex 15-pedalis; rami teretiusculi; ramuli compressi. Folia petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 11—18‴ lg., 5—13‴ lt., subtus nigro-punctata, margine revoluta; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis subpatulis, tenuibus, utrinque parum prominulis; setis stipularibus lanceolatis. Cymae 10—21‴ lg. Baccae atropurpureae, 1½—3‴ diametro, sapore amaro, nauseoso (fide Sellow.). Seminum testa membranacea. Embryo subreniformis; rostello centrali cum cotylis carnosis conferruminato. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio Grande do Sul: Sellow. Pl. Napaea.

18. BLEPHAROCALYX SESSILIFOLIUS Berg: ramulis adpresse pubescentibus; foliis rigidis, sessilibus, ovali-oblongis, basi obtusis, subcordatis, apice angustato-obtusis, discoloribus, junioribus utrinque pilis raris, longiusculis, adpressis inspersis, adultis glabris, supra impresso-, subtus elevato-, obsolete v. impellucido-punctatis, venosis, fere in margine ipso limbinerviis; pedunculis oppositis, infimis squama v. folio minuto fultis, plerumque 1-floris, reliquis axillaribus, 3—7-floris, folio plerumque longioribus, floribus in dichotomiis sessilibus; germine glabro. ♄ Variat:

α. pauciflorus: foliis minoribus; pedunculis 1—3-floris.

Rami teretes; ramuli 4-goni, novelli compressi. Folia siccata supra atrovirentia, subtus fuscescentia, 8—14‴ lg., 3½—8‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis erecto-patulis, supra demum oblitteratis, subtus prominulis. Pedunculi superne dilatati, glabriusculi v. basin versus puberuli, 4—10‴ lg., pedicelli 2—3‴ lg. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, subulatis, ¾‴ lg. stipata. Germen biloculare, pluriovulatum. Lobi 4 calycini rotundati, concavi, extrorsum glabriusculi, exteriores breviores, ciliolati, interiores membranaceo-marginati, fimbriato-ciliati. (v. in hb. Vindob.)

β. pluriflorus: foliis majoribus; pedunculis axillaribus 3—7-floris.

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 138.

Rami dense foliati. Folia 10—21‴ lg., 5—9‴ lt. Pedunculi saepe bifidi, ramis 3-floris.

Habitat ad Rio Jequitinhonha in prov. Minarum: Pohl n. 5768. Pl. Oreas.

† Species non satis notae.

19. BLEPHAROCALYX DEPAUPERATUS Berg: glaber; foliis breviter petiolatis, lanceolatis, utrinque gradatim angustatis, acutissimis, pellucido-punctatis, deciduis; pedunculis axillaribus, solitariis; bacca globosa, sepalis minimis coronata, 1—2-sperma.

Eugenia depauperata Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 264.

Frutex magnus; rami teretes, novelli compressi. Folia 1—1½″ lg., 3—6‴ lt.; petiolo 1‴ lg.; nervo subtus prominulo; venis inconspicuis. Pedunculi 6—7‴ lg. Fructus vix crassitie Ribes rubri, obscure ruber, sapore resinoso et amaro. Seminis reniformi-globosi, compressiusculi testa membranacea. Embryo curvus, semiannularis, viridis, glandulosus; rostello obtuso; cotylis coalitis, umbilicum aeque attingentibus. (Camb.) †

Ad ripas fluminis Jacuy prope urbem Rio Pardo in prov. Rio Grande do Sul, floret Aprili: St. Hilaire. Pl. Napaea.

20. BLEPHAROCALYX TWEEDIEI Berg: foliis lanceolatis, utrinque acuminatis, glabris, punctatis, venosis; pedunculis axillaribus, bifidis, folio plus duplo brevioribus; sepalis rotundatis.

Eugenia Tweediei Hook. et Arn. in Hooker Bot. Misc. III. 323.

Folia venis parallelis, numerosis. Bracteolae hypanthae minutae, squamiformes. †

Habitat in insulis vulgo Corregolas fluvii Uruguay: Tweedie. Pl. Napaea.

21. BLEPHAROCALYX ELLIPTICUS Berg: ramulis teretiusculis; foliis coriaceis, ellipticis, vix acutis, glabris, utrinque concoloribus, creberrime punctatis; pedunculis axillaribus, solitariis, bifidis v. bis bifidis; sepalis rotundatis, concavis, deciduis, germen aequantibus petalisque ciliolatis.

Eugenia elliptica Hook. et Arn. in Hook. Bot. Misc. III. 323.

Bracteolae hypanthae glaberrimae, subulatae, deciduae, germen aequantes. †

Habitat in Uruguay: Twedie. Pl. Napaea.

XXVIII. PSEUDOCARYOPHYLLUS Berg.

Eugeniae *species auct.*

Alabastra pyriformia, basi bibracteolata. Hypanthium (calycis tubus auctor.) supra germen vix productum. Germen subbiloculare, sporophoris parietalibus, oppositis, bilamellatis, multiovulatis, axi sese attingentibus, sed discretis. Sepala 4, e margine hypanthii. Petala 4, sepalis alterna. Stamina plurima, cum sepalis et petalis inserta; filamenta libera, filiformia, in alabastro intus curvata; antherae subrotundae, dorso supra basin affixae, supra insertionem glandula instructae, biloculares, ad marginem longitudinaliter dehiscentes; granula pollinis trigona, tripora. Stylus 1. Stigma simplex. Bacca 1—2-locularis, 1—6-sperma, sepalis coronata. Semina testa crassa, ossea obtecta. Embryo exalbuminosus, subspiralis; rostello longissimo, apice clavato; cotylae 2, breves, lineares, arcte uncinato-reflexae.

Arbores v. frutices; foliis oppositis; cymis axillaribus et subterminalibus, 2—3-chotomis; floribus in dichotomiis sessilibus.

1. PSEUDOCARYOPHYLLUS SERICEUS Berg: ramulis foliisque subtus, gemmis, cymis et alabastris nitide cano-sericeis; foliis petiolatis, adultis coriaceis, oblongis v. ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice acuminatis, adultis supra glabris, impresso-, obscure pellucido-punctatis, reticulatis, subtus micantibus, postremo subglabratis, reticulatis, costatis, arcuatim limbinerviis; cymis subterminalibus, axillaribus, folio brevioribus, triradiatis, ramis dichotomis v. omnino dichotomis; bacca ovali, biloculari, 1—6-sperma, sepalis erectis, ovatis, obtusiusculis coronata.

Tabula nostra VI. Fig. 135. (folium) et Tab. XLVII. a.

Myrtus Pseudo-Caryophyllus Bern. Gomez Obs. Olisip. 4.
Myrtus Oleaster Mart. Herb.

Eugenia Pseudo-Caryophyllus DC. Prodr. III. 282. Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 240. t. 149. Miq. in Linnaea XXII. 535. Mart. Syst. Mat. med. 112.

Myrtus caryophyllata Vell. Fl. Fl. V. t. 70. Text. 216. n. 11.
Eugenia acuminata Link. Enum. II. 28.

Caulis 10—30-pedalis; rami teretes, nodosi, glabri. Folia juniora membranacea; petiolo 2—5‴ lg.; lamina 28—60‴ lg., 11—24‴ lt.; nervo medio antrorsum supra subprominulo, infra incrassato; venis utroque latere 16—20, distantibus, supra parum infra valde elevatis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis. Cymae 1½—3″ lg., radiis semel — quater bifidis. Alabastra turbinata, 2‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, caducis stipata. Germen biloculare, multiovulatum, disco pubescente terminatum. Sepala 4, utrinque sericea, ¾‴ lg. Petala 4, subrotunda, extus sericea, ciliata, 1½‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus staminibus paullo longior. (Fructus ovalis, dispermus: Vell.) Bacca 4‴ lg. Semen angulatum, testa ossea, pallida, nitida obtectum. Embryo uncinato-curvatus, apice spiralis; rostello longissimo, clavato; cotylis minimis, liberis, uncinato-inflexis. (v. in hb. citat.) Maxime variat indumenti colore in inflorescentiae ramificatione.

Habitat in prov. Minarum: M., Sellow, Claussen, Schüch, Regnell I. n. 133., Widgren n. 543.; nec non in prov. S. Pauli: Mart. Hb. Fl. Br. n. 855., Sellow. In prov. Rio de Janeiro prope S. Gonçalo, in campis transalpinis mediterraneis prope praedium Boa Vista. — Acrimonia et fragrantia Caryophyllo indico non cedit: Vell. l. c. Pl. Oreas.

2. PSEUDOCARYOPHYLLUS? FULVESCENS Berg: ramulis foliisque subtus, cymis et alabastris fulvescenti- v. rufo-velutinis; foliis longe petiolatis, rigidis, ovali-oblongis, utrinque subacuminatis, discoloribus, supra puberulis, demum glabris, nigrescenti-, obsolete pellucido-punctatis, nitidis, demum impresso-, subtus elevato-costatis, reticulatis, limbinerviis; cymis dichotomis v. trifidis, ramis dichotomis, axillaribus et subterminalibus, folio brevioribus. ♄

Eugenia fulvescens Mart. Herb. DC. l. c. 283.

Rami compressi. Folia petiolo 4—7‴ lg.; lamina 30—44‴ lg.; 13—19‴ lt.; nervo medio supra demum impresso, subtus incrassato; venis lineatis, subpatulis v. subdivaricatis, rectis, supra demum impressis, subtus elevatis; venulis tenuibus, reticulatis, utrinque prominulis. Cymae 1½—2½″ lg. Alabastra 2‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen biloculare, loculis multiovulatis, disco velutino obtectum. Sepala 4, rotundata, utrinque puberula. Petala 4, rotunda, concava, extus puberula, 1½‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat in campis prov. Minarum: M. Pl. Oreas.

XXIX. ABBEVILLEA Berg.

Psidii *species auct.*

Flores saepe speciosi, basi bibracteolati. Hypanthium (calycis tubus auct.) supra germen vix productum. Germen inferum, turbinatum, 7—15-loculare, multiovulatum; ovula biseriatim angulo interno loculorum affixa. Calyx patens, patellaeformis, 5-, rarius 4-dentatus, dentibus latis, brevibus, coriaceis, acutis, rarius obtusis v. truncatis. Petala 5, rarius 4, margini hypanthii inserta. Stamina creberrima, cum petalis inserta; filamenta libera, praefloratione incurvata; antherae oblongae, dorso baseos affixae, superne glandula terminatae, biloculares, loculis margine longitudinaliter dehiscentibus; granula pollinis lenticulari-

trigona, trihila. Stylus 1. Stigma peltatum. Fructus baccatus, disco amplo sepalisque saepissime parum excrescentibus coronatus, abortu oligospermus. Semina plana, testa membranacea, verrucoso-glandulosa obtecta, exalbuminosa. Embryo spiralis; rostello longissimo; cotylis brevibus.

Arbores v. frutices; foliis oppositis, modo in ramulis annotinis, saepissime chartaceis, glanduloso-punctatis, venis arcuatim unitis; pedunculis ex infimis nodis ramorum annotinorum, basi nudis, rarius axillaribus.

1. Barbatae. Folia subtus in axillis venarum barbata.

1. ABBEVILLEA NERIIFLORA Berg: ramulis subtilissime sparseque rufo-puberulis; foliis petiolatis, membranaceis, ovato-oblongis, acuminatis, basi rotundatis et breviter acutis, novellis utrinque subochraceo-puberulis, adultis supra nitidis, subglabratis, subtus in venarum axillis barbatis, minute nigrescenti-, pellucido-punctatis, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, validis; germine 9—12-loculari; lobis calycinis 4—5, latissimis, 2 exterioribus minoribus breviter acutis, 2—3 majoribus truncato-rotundatis. ♄

Rami tereti-compressi, glabri; ramuli compressi, nigrescenti-glandulosi. Folia recurva, margine vix revoluta; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 28—37‴ lg., 14—18‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis suberecto-patulis, utroque latere sub-8, antrorsum adscendentibus; venulis interjectis ramosissimis, utrinque prominulis. Flores magni, speciosi. Pedunculi in ramis annotinis, infimi basi nudi, reliqui axillares, folio subaequales, 16—27‴ lg. Alabastra 7‴ diametro, bracteolis 2, linearibus, 4‴ lg. stipata. Germen tenui-tomentosum, multiovulatum, disco plano, glabro obtectum. Sepala 5, rarius 4, utrinque puberula, interiora 4‴ lt., fere 2‴ lg. Petala 5, rarius 4, unguiculata, magna, ciliata, glandulis fuscis creberrimis inspersa, 1″ lg. Stamina plurima, 6—8‴ lg.; antheris oblongis, dorso baseos fixis, superne glandula terminatis. Stylus 6‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad Ypanema in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

2. ABBEVILLEA SELLOWIANA Berg: ramulis, petiolis, nervis foliorum subtus, pedunculis, floribus cano-densissime puberulis; foliis petiolatis, membranaceis, elliptico-oblongis, utrinque acute acuminatis, creberrime et subtilissime pellucido-punctatis, demum glabratis, in axillis venarum subtus barbatis, reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, oppositis, petiolo aequalibus; germine 7—8-loculari, dentibus calycinis 5, latis, brevibus, obtusiusculis.

Arbor ramis teretiusculis, pallidis, laevibus, nigrescenti-glandulosis; ramulis compressis. Folia margine vix recurva, juniora utrinque subtilissime puberula; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 2—4″ lg., 9—19‴ lt.; nervo medio supra parum impresso, subtus elevato; venis subpatentibus, utroque latere sub-6, distantibus, antrorsum adscendentibus, arcubus amplis anastomosantibus; venulis interjectis tenuissimis, reticulatis. Pedunculi 2—3‴ lg. Alabastra obovata, 3‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen multiovulatum. Sepala 5, lata, brevia. Petala 5, subrotunda, eciliata, 3‴ lg. Stamina 4‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat prope urbem Castro in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

3. ABBEVILLEA GUAVIROBA Berg: ramulis foliisque novellis, pedunculis et alabastris puberulis; foliis petiolatis, subchartaceis, ovato-oblongis, longiuscule acuminatis, basi acutis, recurvatis, utrinque minute puberulis, supra nitidis, creberrime subtilissimeque pellucido-punctatis, in axillis venarum subtus barbatis, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, oppositis, solitariis, 1-floris, petiolum subaequantibus; germine 7—9-loculari; bacca dentibus 5 calycinis latis, brevibus, acuminatis coronata, globosa. ♄

Psidium Guaviroba DC. Prodr. III. 235.

Psidium caninum Mart. Herb, non Lour.

Rami teretiusculi, albidi, rimosi; ramuli brunnei. Innovationes pilis pallide cano-rubrescentibus puberulae. Folia annua, fere membranacea, subtus pallidiora, minutissime nigro-punctata, albido-, pellucido-punctata, margine undulato recurva; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 22—33‴ lg., 10—13‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus elevato; venis utroque latere subocto, patentibus v. subpatentibus, distantibus, adscendentibus, longiori a margine distantia arcuatim anastomosantibus, supra planis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuissimis, reticulatis, utrinque prominulis. Pedunculi 4—6‴ lg. Alabastra obovata, 4‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen multiovulatum. Calyx patellaeformis. Petala 5, suborbicularia, vix ciliolata, 3‴ lg. Stamina 5‴ lg. Stylus basi sericeus, 2‴ lg. Bacca 7—8‴ diametro. (v. florif. in hb. Berol., fructif. in hb. Mon.) — Ab *Abb. maschalantha* differt: foliis acuminatis, basi acutis; pedunculis brevibus.

Habitat ad Ypanema, in parte orientali prov. S. Pauli, fructificat m. Januario: M., Sellow. Quabiroba de Cachorro *s.* Guaviroba do Campo *incolarum. Pl. Oreas.*

4. ABBEVILLEA PUNCTULATA Berg: ramulis foliisque novellis, pedunculis et alabastris sericeo-puberulis; foliis longe petiolatis, chartaceis, obovato-oblongis, breviter acuminatis, basi cuneatis, glabriusculis, discoloribus, supra nitidis, subtus in axillis venarum barbatis, minute creberrimeque obsolete pellucido-punctatis, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis 1—2-nis, oppositis, 1-floris, superioribus axillaribus, gracilibus, petiolo aequalibus v. paullo longioribus; germine 10-loculari; calycis dentibus 4, triangularibus, latis, brevibus, apiculatis, extus glabriusculis, intus sericeis. ♄

Psidium punctulatum DC. l. c. 233., nec Miq. in Linnaea XXII. 533.

Rami 4-gono-teretiusculi, novelli compressi. Folia annua; petiolo 4—6‴ lg.; lamina 1½—2½″ lg., 9—15‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus elevato; venis utroque latere sex, arrectis, adscendentibus, arcubus amplis anastomosantibus, supra subimpressis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Pedunculi 4—7‴ lg. Germen ovulis biseriatis, angulo centrali affixis. Calyx patellaeformis, patens. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Mon.) — Ab *Abb. Klotzschiana* differt: foliis minoribus, obversis, obsolete pellucido-punctatis; pedunculis gracilioribus, brevioribus; floribus minoribus.

Habitat in Brasilia: M.

5. ABBEVILLEA MASCHALANTHA Berg: ramulis, gemmis, petiolis, foliis novellis, pedunculis, alabastris subtilissime puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, ovatis, ovato-oblongis v. oblongo-ovatis, obtuse acutatis, basi obtusis, rarius acutis, margine crenulato-undulatis, adultis (exceptis nervis) glabriusculis, supra nitidis, subtus minute impellucido-punctatis, in axillis venarum barbatis, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus et subterminalibus, gracilibus, solitariis, oppositis, 1-floris, folio brevioribus; germine 7—11-loculari; dentibus calycinis acutiusculis v. acutis; baccis globosis, polyspermis. ♄ Variat:

α. OVATA: foliis chartaceis, ovatis, planis.

RAMI teretes, pallidi, glabri, laeves; RAMULI annotini badii. FOLIA margine revoluta, siccata supra virenti-fusca, subtus cinnamomea; PETIOLO 3—4‴ lg.; lamina 16—27‴ lg., 9—19‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato, subtilissime puberulo; venis distantibus, arrectis v. subpatentibus, longiori a margine distantia arcubus amplis anastomosantibus, utroque latere subsex, supra prominentibus, subtus elevatis; venulis interjectis tenuibus, utrinque prominulis, reticulatis. PEDUNCULI compressi, 8—9‴lg. BACCA depresso-globosa, 8—9-locularis, 5‴ diametro, sepalis discoque planiusculo coronata, polysperma. SEMINUM testa membranacea, verrucoso-glandulosa. EMBRYO spiralis, 3-cyclicus; ROSTELLO longissimo; cotylis minimis. (v. in hb. Berol.)

β. RECURVATA: foliis minoribus, rigidioribus, ovato-oblongis, apice recurvatis.

FOLIA siccata supra atro-fusca, subtus hepatica; PETIOLO 2—3‴ lg.; lamina 11—20‴ lg., 5—12‴ lt. PEDUNCULI 8—10‴ lg. ALABASTRA 4‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. GERMEN 7—11-loculare, multiovulatum. SEPALA 5, coriacea, lata, brevia, triangularia, acuta. PETALA 5, subrotunda, ciliolata, 3‴ lg. STAMINA 4‴ lg., antheris oblongis. STYLUS 2‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. Berol.)

γ. OBLONGATA: foliis chartaceis, oblongis v. ovato-oblongis, majoribus, planis, basi acutis.

FOLIA siccata ut in var. β., PETIOLO 2—3‴ lg.; lamina 16—40‴ lg., 6—18‴ lt. PEDUNCULI 8‴ lg. GERMEN 9-loculare. (v. in hb. Sonder.)

Differt ab *Abb. Klotzschiana:* foliis impellucido-punctatis, obtusioribus; pedunculis gracilibus; ab *Abb. Fenzliana:* foliis supra nitidis, impellucido-punctatis.

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Sellow, Beyrich. Guabiroba *incolarum. Pl. Dryas.*

6. ABBEVILLEA FENZLIANA BERG: ramulis superne foliisque novellis supra pedunculisque sparsius, alabastris densius puberulis; foliis petiolatis, rigidis, ovatis v. ovato-oblongis, leviter breviterque obtuse acuminatis, junioribus basi acutis, adultis obtusis, *opacis*, subtus minute creberrimeque elevato-, obsolete pellucido-punctatis, in axillis venarum subbarbatis, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis lateralibus et axillaribus, oppositis, 1-floris; germine 8—12-loculari; calyce late breviterque 5-dentato. ♄ Variat:

α. LONGIPES: foliis membranaceis, ovatis v. ovato-oblongis; pedunculis petiolo multo longioribus, folio duplo brevioribus.

RAMI tereti-compressi, pallidi; novelli compressi. FOLIA annua, subtus pallidiora, opposita v. subalterna; PETIOLO gracili, 2—3‴ lg.; lamina 22—42‴ lg., 14—24‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis utroque latere 5—7, subpatentibus, arcubus amplis anastomosantibus, supra planiusculis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. PEDUNCULI 8—14‴ lg., ex infimis 1—3 nodis ramorum annotinorum oriundis, infimis basi nudis, reliquis axillaribus. ALABASTRA subgloboso-obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 2‴ lg., caducis stipata. GERMEN 8-loculare; ovulis biseriatis, angulo centrali affixis. CALYX patellaeformis, 5-dentatus, dentibus latis, triangularibus, brevibus, acutis, extus puberulis, intus sericeis. PETALA 5, obovata, 4‴ lg. STAMINA petalis paullo longiora. STYLUS 2‴ lg.; stigma peltatum. (v. fl. in hb. Vindob. et Berol.)

β. OBVERSA: foliis submembranaceis, minoribus, plerumque obversis; pedunculis folium dimidium subaequantibus.

FOLIA PETIOLO 1½—3‴ lg.; lamina 15—34‴ lg., 10—21‴ lt. PEDUNCULI 4—9‴ lg. GERMEN 12-loculare. (v. in hb. Mart.)

γ. INTERMEDIA: foliis submembranaceis, ovatis v. ovato-oblongis; pedunculis petiolum subaequantibus, folio multo brevioribus.

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 142.

Psidium dulce Vell. Fl. Fl. V. t. 56. Text. 213. n. 9.

FOLIA PETIOLO 2—3‴ lg.; lamina 21—47‴ lg., 14—31‴ lg. PEDUNCULI 2—5‴ lg. GERMEN 11-loculare. (v. in hb. Vindob.) — Guabiroba vulgo. Fructus pulpa dulcis sine aliqua acidi mixtione, sicut congenerum major pars. Psidia dulcia mediterranea maritimis longe sapidoria. *In silvis praedii S. Crucis: Vell. l. c.*

δ. BREVIPES: foliis chartaceis, ovatis v. ovato-oblongis; supra impresso-venosis; pedunculis abbreviatis, validis, petiolo brevioribus.

FOLIA PETIOLO 2—6‴ lg.; lamina 2—5″ lg., 1—2″ lt. PEDUNCULI 1—3‴ lg. GERMEN 12-loculare. (v. in hb. Sond.)

NOT. In herbario Sonderiano ex collectione Regnelliana sub signatura seriei I. num. 127. et nomine *Psidii rivularis Mart. (Campomanesiae lineatifoliae Ruiz)* Miquelio definiente duae diversae species inveniuntur, quarum altera ad varietatem δ. *Abbevilleae Fenzlianae* altera ad *Abbevilleam virentem* pertinet. — Species haec praeposita *Abb. Klotzschianae* maxime affinis, sed distincta: foliis ovatis v. ovato-oblongis, adultis basi obtusis, minutissime pellucido-punctatis, supra opacis.

Habitat in prov. Minarum: Sellow, Pohl, Dr. Regnell I. n. 127. (partim). Pl. Oreas.

7. ABBEVILLEA KLOTZSCHIANA BERG: ramulis superne foliisque novellis, pedunculis et germinibus subtilissime sericeo-puberulis; foliis longe petiolatis, chartaceis, ovalibus, oblongo-ovalibus v. ovali-oblongis, acutatis v. leviter acuminatis, basi saepe obliqua acutis, margine eroso-recurvis, discoloribus, *nitidis*, demum glabriusculis, ad venarum axillas subtus barbatis, creberrime manifesteque pellucido-punctatis, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis validis, compressis, axillaribus et subterminalibus, petiolo duplo longioribus; germine 10—14-loculari; lobis calycinis latis, brevibus, acutatis.

Tabula nostra XLVIII. Variat:

α. LONGIPES: petiolis pedunculisque elongatis; foliis chartaceis, ovalibus.

ARBOR 15—20-pedalis; RAMI teretiusculi, annotini solummodo folii- et floriferi. FOLIA interdum rotundo-ovata v. obovato-oblonga; PETIOLO 5—8‴ lg.; lamina 26—51‴ lg., 15—32‴ lt.; nervo medio supra basin versus vix impresso, subtus elevato; venis suberecto-patulis, distantibus, utroque latere subocto, supra parum infra magis prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulato-ramosissimis. PEDUNCULI 8—15‴ lg., compressi, infimi saepe foliis squamaeformibus, minutis fulti. ALABASTRA obovata, 5—8‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 2‴ lg., obtusiusculis, sericeis, caducis stipata. GERMEN sporophoris medio axi affixis, ovulis biseriatis. CALYX patellaeformis, 5-dentatus, dentibus coriaceis, triangularibus, patentibus. PETALA 5, orbiculata, concava, extus virentia, punctata, 6‴ lg. STAMINA creberrima, 6‴ lg., antheris oblongis, dorso baseos fixis, superne glandula aurantiaca terminatis. STYLUS 2‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. Berol.)

β. INTERMEDIA: foliis brevius petiolatis, rigide chartaceis, ovato- v. ovali oblongis, elongato-acutatis; pedunculis abbreviatis, petiolo longioribus.

FOLIA PETIOLO 2—4‴ lg.; lamina 1½—3″ lg., 10—18‴ lt.; venis subpatentibus. PEDUNCULI 4—8‴ lg. BACCA globosa, calyce coronata, 1″ diametro. (v. in hb. Berol.)

γ. LAURIFOLIA: foliis brevius petiolatis, rigidioribus, ovalibus v. oblongis; pedunculis petiolum aequantibus; baccis magnis.

ARBUSCULA 20-pedalis. FOLIA PETIOLO 5—6‴ lg.; lamina 2—3½″ lg., 11—20‴ lt.; venis patentibus v. suberecto-patulis, subtus incrassatis. PEDUNCULI 6‴ lg. BACCA 16‴ diametro, disco

concavo sepalisque coronata, loculis 1-spermis. Semen planum, glanduloso-verrucosum. Embryo spiralis. (v. in hb. Berol.)

In nemorosis prope pagum S. Joâo, in parte prov. Minarum dicta Minas Novas: Sellow. Guabiroba do Campo *incolarum. Pl. Oreas.*

8. ABBEVILLEA MARTIANA Berg: ramulis ultimis minutissime puberulis; foliis petiolatis, membranaceis, demum subchartaceis, ovate oblongis, sensim acuminatis, basi angustato-obtusis, creberrime, minutissime pallideque pellucido-punctulatis, opacis, adultis glabris, supra impresso-, subtus elevato-costatis, arcuatim limbinerviis, ibique minutissime nigro-punctatis et in axillis venarum vix barbatis, utrinque subtilissime reticulatis; pedunculis ex infima basi ramorum novellorum, oppositis, solitariis. ♄

Eugenia sparsiflora DC. Prodr. III. 263.

Rami teretiusculi, glabri; ramuli compressi. Folia annua; petiolo 4‴ lg.; lamina $2^1/_3$—$4^1/_2$″ lg., 8—22‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis distantibus utroque latere sub-10, suberecto-patulis, supra plicato-impressis, subtus elevatis, arcubus amplis anastomosantibus; venulis interjectis tenuissimis, reticulato-ramosissimis, sub lente utrinque visibilibus, areolis angustissimis. Pedunculi 8—11‴ lg. (v. sine flor. et fruct. in hb. Mon.) — Ab *Abb. Fenzliana* differt: foliis tenuioribus, ovate oblongis, pallide crebrius et subtilius pellucido-punctatis, supra impresso-costatis, tenuius reticulatis.

Not. Species haec praeposita vera est *Abbevillea,* ob nervaturam foliorum, fabricam glandularum et inflorescentiam, quamvis nec flores nec fructus viderim, quum fructus immaturi in herb. Mart. specimini adpositi ad Eugeniam ullam pertineant.

Habitat in silvis primaevis prope praedium Almada in prov. Bahiensi: M. Pl. Hamadryas.

9. ABBEVILLEA SCHLECHTENDALIANA Berg: ramulis foliisque subtus, pedunculis, alabastris sericeis, micantibus; foliis petiolatis, rigide chartaceis, lanceolatis v. oblongo-lanceolatis, utrinque acuminatis, discoloribus, supra demum glabris, nitidis, minutissime glandulosis, subtus reticulato-subcostatis, arcuatim limbinerviis, in axillis venarum barbatis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, petiolum aequantibus; germine stipitato, 10-loculari; dentibus calycinis 5, latis, retusis v. obtusis, utrinque tenuiter velutinis. ♄

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 137.

Rami teretiusculi, glabri. Folia juniora supra puberula, obsolete pellucido-punctata, indumento canescenti, tandem brunneo; petiolo 3‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 5—11‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis erecto-patulis, supra subimpressis, subtus elevatis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, supra vix manifestis, subtus prominulis. Pedunculi 2—3‴ lg. Alabastra pyriformia, 7—8‴ lg., antrorsum 5—6‴ lt.; bracteolis stipantibus caducis. Germen multiovulatum. Lobi calycini in alabastro $1^1/_2$‴ lg., 2‴ lt., demum reflexi, ad germinis verticem fissi, 3‴ lg. Petala 5, obovata, dorso sericea, eciliata, 7—8‴ lg. Stamina 4‴ lg., antheris linearibus, acutis, dorso baseos fixis. Stylus 4‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. Schlechtd.)

Habitat in prov. Bahiensi. Pl. Hamadryas.

2. Imberbes. Folia subtus imberbia.

10. ABBEVILLEA PHAEA Berg: ramulis superne, petiolis, costa media foliorum superiorum, gemmis brunneo-, sericeo-strigosis; foliis petiolatis, chartaceis, lanceolato-oblongis v. oblongis, apice acuminatis, basi acutis, utrinque praesertim inferne nitidis, demum subglabratis, subtus subtilissime impellucido-punctatis, venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, folio duplo brevioribus; bacca ovato-globosa, sepalis late ovatis, acuminatis coronata, 9—12-loculari. ♄

Rami teretiusculi, pallide fusci; ramuli badii, inferne glabriusculi. Folia interdum elliptico-oblonga, margine recurva, juniora utrinque pilis raris sparsisque adpressis instructa, siccata supra fusco-atra, subtus hepatica; petiolo $1^1/_2$—2‴ lg.; lamina 21—33‴ lg., 7—11‴ lt.; nervo medio venisque supra impressis, subtus elevatis, his distantibus, suberecto-patulis, utroque latere sub-10; venulis interjectis tenuissimis, vix manifestis. Pedunculi 5—7‴ lg. cum fructibus sepalisque utrinque canescenti-velutini. Baccae (immaturae) 8‴ diametro, disco concavo, lato sepalisque 5, coriaceis styloque terminatae. Stigma peltatum. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad Rio das Pedras prov. Minarum: Sellow. Pl. Oreas.

11. ABBEVILLEA EUGENIOIDES Berg: ramulis tetragonis pedunculisque minute puberulis; foliis petiolatis, ellipticis, utrinque angustatis, acuminatis, elevato-, pellucido-punctatis, glabriusculis; pedunculis axillaribus, solitariis. 1-floris; germine 10-loculari; limbo calycino obtuse 5-dentato, ciliato.

Psidium eugenioides Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. 207. t. 139.

Frutex 6—8-pedalis; rami glandulosi, teretes. Folia circiter 2″ lg., 1″ lt.; petiolo 4‴ lg., puberulo. Pedunculi 9—14‴ lg., teretiusculi. Alabastra obconica, 3‴ lg., bracteolis stipantibus deciduis. Calyx patens. Petala 5, obovata, ciliolata, alba, 3‴ lg. Stamina petalis paullo breviora, antheris ellipsoideo-rotundatis. Stylus stamina aequans, glandulosus, glaber; stigma capitatum, crassum. †

In silvis caeduis prope urbem S. Pauli, floret Novembri: St. Hilaire. Pl. Dryas.

12. ABBEVILLEA CERASOIDES Berg: ramulis novellis tetragonis, brevissime puberulis; foliis petiolatis, ellipticis, utrinque angustatis, acutis, pellucido-punctatis, glabriusculis; pedunculis solitariis, axillaribus, 1-floris, glabriusculis; germine 9-loculari; limbo calycino obtuse 4-dentato.

Psidium cerasoides Camb. l. c. 208.

Frutex. Rami adulti teretes, glabri. Folia raro apice rotundata, subtus pallida, nigro-punctata; petiolo 2—3‴ lg., puberulo; lamina $1^1/_2$—2″ lg., $1^1/_2$″ lt.; nervo medio supra impresso, subtus venisque prominulis. Pedunculi 6—10‴ lg., teretes. Alabastra campanulata, 2‴ lg., puberula; bracteolis stipantibus deciduis. Germen multiovulatum. Calyx patens, obsolete et obtuse dentatus. Petala 4, rotundata, 3‴ lg., ciliolata, alba. Stamina petala paullulum superantia. Stylus petalis brevior, glaber, glandulosus; stigma capitatum. †

Habitat prope urbem Rio de Janeiro, floret Julio: St. Hilaire. Pl. Dryas.

13. ABBEVILLEA GARDNERIANA Berg: gemmis pedunculisque et alabastris ochraceo-velutinis; ramulis minute puberulis; foliis membranaceis, petiolatis, ovali-oblongis, utrinque acutis, excepto nervo glabris, creberrime pellucido-punctatis, reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, subterminalibus, petiolo 2—3-plo longioribus; germine 7—8-loculari; calyce 5-lobo, lobis latis, truncatis, basi angustatis ibique sinubus rotundatis, segregatis, demum profundius partitis, utrinque puberulis. ♄

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 139.

Rami tereti-tetragoni, pallidi. Folia annua, juniora ciliolata; petiolo 2‴ lg.; lamina 18—26‴ lg., 8—14‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato, puberulo; venis utroque latere 5—7, erecto-patulis, supra planiusculis, subtus prominentibus,

arcubus amplis, ante marginem anastomosantibus; venulis interjectis tenuibus, reticulatis. Pedunculi 4—6‴ lg. Alabastra obovata, 6‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen 7—8-loculare, ovulis biseriatis. Calyx 2‴ lg. Petala 5, orbicularia, concava, glabra, 5‴ lg. Stamina 3‴ lg., antheris linearibus. Stylus 5‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in prov. Alagoas: Gardner n. 1293. Pl. Hamadryas.

14. ABBEVILLEA CHRYSOPHYLLA Berg: ramulis apice pilosiusculis; foliis petiolatis, chartaceis, ovate v. ovato-oblongis, acuminatis, basi acutis, margine crenato-recurvis, glabris, pellucido-punctatis, supra nitidis, reticulato-venosis, arcubus amplis limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, lateralibus; bacca globosa, oligosperma, sepalis 5, latis, brevibus, obtusatis coronata.

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 140.

Arbor 30-pedalis; rami teretiusculi, pallide ochracei, cortice rimoso; ramuli compressi, nigrescenti-glandulosi, glabriusculi; novelli ad fructescentiae tempus desunt. Folia supra aureo-virentia, subtus pallidiora, opaca; petiolo 3—6‴ lg.; lamina 17—37‴ lg., 7—16‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis distantibus, patentibus, antrorsum adscendentibus, utroque latere sub-8, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis, diaphanis. Pedunculi 7—10‴ lg., graciles, ex infimis nodis ramulorum annotinorum, basi nudi. Baccae 7—8‴ diametro, 1—4-spermae. Semina plana, verrucoso-glandulosa. Embryo generis. (v. in hb. Berol.)

Habitat in campis prope urbem Pitangui prov. Minarum: Sellow. Guabiroba do Mato *incolis. Pl. Oreas.*

15. ABBEVILLEA RUGOSA Berg: ramulis velutinis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis v. ovato-oblongis, acutatis, basi obtusiusculis, rugosis, subtilissime pellucido-punctatis, adultis supra glabratis, subtus ad nervos hirsutis, bullato-reticulatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis brevissimis, in ramulis novellis axillaribus, 1-carpicis; bacca subglobosa, tomentosa, 10—11-loculari, sepalis 5, latis, brevibus, acutis coronata.

Arbuscula 15-pedalis, ramosa; rami teretiusculi, exophloeo delapso laeves; novelli tereti-compressi. Folia basi saepe obtusa, margine recurva, supra juniora pubescentia; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 29—45‴ lg., 9—20‴ lt.; costa venisque et venulis supra impressis, subtus cancellato-elevatis; venis suberecto-patulis utroque latere sub-15. Baccae subsessiles, disco lato, concavo calyceque coronatae, 9‴ diametro. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad S. Luiz de Gonzaga civitatis Missionum, nec non in campis prope Itanaré prov. Rio Grande do Sul: Sellow. Pl. Napaea.

16. ABBEVILLEA RUFA Berg: ramulis, petiolis, foliis subtus, germine, sepalis utrinque, disco dense rufo- v. ochraceo-tomentosis; foliis petiolatis, coriaceis, ovatis, ellipticis v. oblongo-ellipticis, utrinque breviter acuminatis, acutatis v. obtusiusculis, discoloribus, supra tandem subglabratis, glandulis creberrimis, minutis, impellucidis obtectis, reticulato-costatis, arcubus amplis limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, petiolum aequantibus; bacca hemisphaerico-turbinata, 12—13-loculari, sepalis 5, reflexis, ovatis, acutis coronata. ♄

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 143.

Rami teretiusculi, exophloeo delapso laeviusculi; ramuli subtetragoni. Folia haud recurvata, novella rarius elliptico-oblonga, margine revoluta, supra tenuiter cano-tomentosa; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 11—40‴ lg., 7—22‴ lt.; nervo medio supra plano v. vix impresso, subtus incrassato; venis utroque latere 10—12, distantibus, suberecto-patulis, antrorsum adscendentibus, supra tandem impressis, subtus prominentibus. Pedunculi 2—3‴ lg. Baccae (immaturae) hemisphaericae, bracteolis 2, linearibus, 2‴ lg. stipatae, disco plano calyceque coronatae, multiovulatae, 5‴ diametro. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in montibus Serra da Malta da Corda prov. Minarum ad fines prov. Goyazensis: Sellow. Pl. Oreas.

17. ABBEVILLEA RECURVATA Berg: ramulis, petiolis, nervis subtus, gemmis, germine, sepalis utrinque, baccis, disco dense et pallide ferrugineo-tomentosis; foliis petiolatis, coriaceis, longitudinaliter recurvatis, oblongo-ovatis v. ovatis, acuminatis v. acutis, discoloribus, supra nitidis, pubescentibus, minute impellucido-punctatis, subtus incano-tomentosis, reticulato-costatis, arcubus amplis limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, oppositis, 1-floris, petiolo brevioribus; bacca turbinato-hemisphaerica, 13—15-loculari, sepalis 5, triangularibus, acutis coronata.

Frutex 8-pedalis: ramosus; rami exophloeo delapso denudati; novelli subcompressi. Folia rarius ovato-oblonga, basi breviter acuta v. obtusa, margine recurva; petiolo 4—5‴ lg.; lamina 23—49‴ lg., 14—26‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis suberecto- v. erecto-patulis, antrorsum adscendentibus, utroque latere 10—12, distantibus, supra planiusculis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, subtus prominentibus. Pedunculi 1—2‴ lg. Baccae (immaturae) 9‴ diametro, sepalis coriaceis discoque lato, subconcavo terminatae. Stylus 3‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. Berol.)

Maxime affinis *Abb. rufae,* sed differt: foliis recurvatis; pedunculis petiolo brevioribus.

Habitat in montibus Serra do Caraça in prov. Minarum, fructificat Decembri: Sellow. Pl. Oreas.

XXX. CAMPOMANESIA Ruiz et Pavon.

Campomanesia *Ruiz et Pav. Flor. Peruv. Prodr. 72. t. 13., Syst. 128. Lindl. Coll. n. 16. H. B. K. Nov. Gen. Am. VI. 150. Endl. Gen. 1231.*

(Charact. emend.) Hypanthium (calycis tubus auct.) basi bibracteolatum, supra germen parum productum. Germen inferum, hemisphaericum v. turbinatum, 4—11-loculare, multiovulatum; ovula biseriatim angulo interno loculorum affixa. Calyx in alabastro accumbens, globo petalorum plerumque brevior, 5-, rarius 4- v. 6-lobus, lobis membranaceis, rotundatis, ovatis v. ovato-oblongis, obtusis v. rarius acutiusculis. Petala 5, rarius 4 v. 6, margini libero hypanthii inserta. Stamina creberrima, cum petalis inserta; filamenta libera, praefloratione incurvata; antherae oblongae, rarius ovales, dorso baseos affixae, superne glandula terminatae, biloculares, loculis margine longitudinaliter dehiscentibus; granula pollinis lenticulari-trigona, trihila. Stylus 1. Stigma peltatum, rarius capitatum. Bacca disco sepalisque coronata, abortu oligosperma. Semina unica serie circulariter disposita, nidulantia, plana, subreniformia, testa membrana-

cea, verrucoso-glandulosa obtecta, exalbuminosa. Embryo spiraliter involutus; rostello longissimo; cotylis brevibus.

GENERIS DIVISIO.

1. Rugosae.	Spec.	1— 4.
2. Velutinae.	«	5—13.
3. Hirsutae.	«	14—24.
4. Tenuifoliae.	«	25—28.
5. Barbatae.	«	29—34.
6. Reticulatae.	«	35—39.
7. Repandae.	«	40—42.

1. Rugosae. Folia perennantia, coriacea, rugosa, subtus pubescentia v. velutina; germen 5—7-loculare.

1. CAMPOMANESIA RUGOSA Berg: ramis, foliis subtus, pedunculis, bracteis, alabastris pube ferruginea, demum brunneo-tomentosis; foliis perennantibus, rigide coriaceis, breviter petiolatis, ovato- v. ovali-oblongis, acutis, basi obtusis, rugosis, discoloribus, impellucido-punctatis, supra pubescentibus, subtus reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, 1-floris, oppositis, ex infimis nodis ramulorum annotinorum, foliis minutis fultis; germine 7-loculari; sepalis 5, triangularibus, acutis, velutinis. ♄

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 141.

Rami incrassati, exophloeo secedente laeves; ramuli 4-goni; novelli compressi. Folia supra atrovirentia; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 20—36‴ lg., 10—21‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis utroque latere sub-7, subpatentibus, adscendentibus, ante marginem arcuatim unitis venulisque reticulatis supra impressis, subtus elevatis. Pedunculi 4—6‴ lg., folio ovato, complicato, 4‴ lg. fulti. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 3‴ lg. stipata. Germen ovulis biseriatis, angulo loculorum interno affixis. Sepala 1‴ lg. Petala 5, obovata, basi extus sericea, 5‴ lg. Stamina stylusque 2‴ lg. (v. in hb. Vind.)

Habitat juxta rivum, prope Borda do Campo in prov. Minarum: Pohl n. 227. Pl. Oreas.

2. CAMPOMANESIA RETICULATA Berg: ramulis novellis gemmisque et foliis novellis ochraceo-tomentellis; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice acutis, basi obtusiusculis, supra nigrescenti-, impellucido-punctatis, puberulis, subtus pubescentibus, rugosis, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, 1-floris, oppositis; bacca globosa, sepalis 5, irregularibus, ovato-oblongis, obtusis coronata. ♄

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 148.

Rami tereti-compressi, rimulosi; ramuli compressi, pubescentes. Folia margine plana; petiolo 2‴ lg.; lamina 27—37‴ lg., 12—18‴ lt.; nervo medio venisque supra parum impressis, subtus elevatis, his utroque latere circiter 9, distantibus, suberecto-patulis, ante marginem adscendentibus arcubusque amplis anastomosantibus; venulis interjectis reticulato-ramosissimis, subtus prominulis. Pedunculi subcompressi, 8—10‴ lg., ex infimis 1—2 nodis ramorum annotinorum, basi nudi v. folio brevi fulti. Baccae 6—7-loculares, 6‴ diametro. (v. fl. in hb. Berol. et Sonder.)

Habitat in prov. Minarum: Dr. Widgren; nec non ad pagum Ypanema in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

3. CAMPOMANESIA DISCOLOR Berg: ramulis, pedunculis, alabastris pilis rufo-ochraceis tenuiter velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, obovato- v. obverse oblongis, apiculato-acuminatis, cuneatis, margine irregulariter repando-subrecurvis, discoloribus, supra minute puberulis, nigrescenti-, impellucido-punctatis, subtus tenuiter albido- v. canescenti-velutinis, subpatentim venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, 1-, rarius 3-floris; bacca globosa, puberula, trisperma, sepalis 5, obtusis coronata. ♄ Variat:

α. alternifolia: robustior; foliis alternis, obovato-oblongis; pedunculis interdum 3-floris; germine 5-loculari.

β. oppositifolia: foliis oppositis, obverse oblongis; pedunculis 1-floris; bacca trisperma. Variat: foliis minoribus, circiter 2″ lg., ³/₄″ lt. et duplo majoribus.

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 145.

Rami obtuse angulati v. tereti-compressi, exophloeo fissili, glabri; novelli compressi v. trigoni. Folia siccata supra brunnea; petiolo 3—5‴ lg.; lamina 36—43‴ lg., 18—26‴ lt.; nervo medio supra impresso, velutino, subtus elevato; venis distantibus, utroque latere circiter 7—8, supra subimpressis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, supra vix visibilibus, subtus prominulis. Pedunculi 9—19‴ lg., graciles, ex inferioribus nodis ramorum annotinorum, infimi basi nudi v. foliis minutis fulti, superiores axillares, folio breviores. Alabastra obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 3‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco velutino obtectum. Sepala 5, ovata, obtusa, utrinque velutina, 2‴ lg. Petala 5, obovata, 4‴ lg. Stylus petala aequans. Bacca 6—7‴ lt. Semina generis. (v. in hb. Berol.)

Nascitur β. in campis prope praedium vulgo Fazenda de Caxambu in parte prov. S. Pauli dicta Campos Geraës: Sellow. Guabiroba felpuda *incolarum. Pl. Dryas.*

4. CAMPOMANESIA HETEROPHYLLA Berg: suffruticosa, caulibus subsimplicibus, subtetragonis, superne compressis petiolisque et nervis foliorum subtus pedunculisque et alabastris brunneo-tomentosis; foliis breviter petiolatis v. subsessilibus, coriaceis, inferioribus orbiculari-ovalibus v. obovatis, apice rotundatis, apiculatis, superioribus sensim angustioribus et elliptico-oblongis, apice acutatis, omnibus plus minusve cuneatis, utrinque praesertim inferne pubescentibus, adultis supra exceptis nervis subglabratis, subtus glandulis obsolete pellucidis v. opacis inspersis, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, ex inferioribus nodis caulis, foliis minutis fultis; bacca ovali, sepalis 4, lanceolatis, acutis coronata.

Suffrutex unipedalis; caules plures ex eodem trunco subterraneo, inferne glabriusculi. Folia alterna v. opposita, 26—32‴ lg., 12—23‴ lt.; nervo, venulis venisque supra impressis, subtus elevatis, his patentibus v. suberecto-patulis, utroque latere sub-8. Pedunculi 8—9‴ lg., obsolete 4-goni. Bacca ovalis, immatura, 9‴ lg., sepalis 4, foliaceis, lanceolatis, acutis, demum obtusis, 5‴ lg., 2½‴ lt. coronata, polysperma. (v. in hb. Berol. et Sonder., sed valde incompletam.)

Habitat in campis prope Cachambú in prov. Minarum: Sellow, Dr. Widgren n. 534½. Pl. Oreas.

2. Velutinae. Folia annua, membranacea v. chartacea, supra rugosa, subtus velutina.

5. CAMPOMANESIA CAMPESTRIS Berg: ramulis foliisque subtus, petiolis pedunculisque et germinibus pilis cano-ochraceis, demum expallentibus tomentosis; foliis annuis, petiolatis, chartaceis, elliptico- v. ovato-oblongis aut ovatis, acutis v. junioribus apiculatis, basi subcordatis v. truncatis, discoloribus, supra pubescentibus, rugosis, obsolete venosis, subtus velutinis, reticulato-

venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis inferioribus squama fultis, superioribus axillaribus, folio brevioribus, solitariis, oppositis, 1-floris; germine 6—7-loculari; sepalis 5, ex ovata basi acutatis, utrinque velutinis.

Myrcia eriocalyx Mart. in Flora Ratisb. XX. Beibl. II. 80., nec DC.

Frutex 2—3-pedalis, ramosus; rami teretiusculi, ramosi; ramuli obsolete 4-goni, novelli compressi. Folia demum subcoriacea, supra atrovirentia, subtus canescentia; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 11—20‴ lg., 5—12‴ lt.; nervo medio venisque supra planiusculis, subtus prominentibus, his suberecto-patulis, utroque latere 8; venulis interjectis tenuioribus, reticulato-ramosissimis, lucem versus diaphanis. Pedunculi ex infimis 1—3 nodis ramulorum annotinorum, 3—9‴ lg. Alabastra obovata, 4‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 2‴ lg. stipata. Germen disco velutino, tandem plano obtectum, ovulis biseriatis, angulo interno loculorum affixis. Sepala demum reflexa, 2‴ lg. Petala 5, suborbicularia, concava, alba, subunguiculata, 4—5‴ lg. Stamina 2″ lg., antheris ovalibus, dorso baseos fixis. Stylus 2‴ lg., stigma peltatum. (v. fl. in hb. Berol. et Mart.)

Habitat in prov. Minarum ad Coche d'Agoa prope urbem Cidade de Ouro preto: Mart. Hb. Fl. Br. n. 33.; nec non in Serra do Lenheiro prope urbem S. Joâo del Rey: Sellow. Pl. Oreas.

6. CAMPOMANESIA VELUTINA Berg: ramulis tetragonis foliisque subtus, pedunculis et alabastris dense pubescenti-velutinis; foliis petiolatis, ovato-oblongis, acuminatis, basi saepius rotundatis, raro pellucido-punctatis, supra puberulis; pedunculis axillaribus, 1-floris, corymbosis; germine 4—5-loculari; sepalis 5, acuminatis.

Psidium velutinum Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 206.

Arbor parva, densa; rami horizontales, teretes. Folia 15—26‴ lg., 6—10‴ lt., supra puberula; petiolo 2—3‴ lg. Pedunculi 6—16‴ lg., filiformes, saepe ad apicem ramulorum corymbos mentientes. Alabastra bracteolis 2, subulatis, 2½‴ lg. stipata. Germen loculis 4—5-ovulatis. Calyx lobis demum reflexis. Petala 5, obovata, ciliata. Stamina petalis breviora. Stylus stamina paullulum superans; stigma crassiusculum, capitatum. †

Prope pagum vulgo Aldea da Boa Vista in parte occidentali-meridionali prov. Minarum, floret Septembri: St. Hil. Pl. Hamadryas.

7. CAMPOMANESIA POHLIANA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, petiolis, pedunculis et germinibus pilis ferrugineis, demum expallentibus tomentosis; foliis annuis, breviter petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, interdum obversis, utrinque angustatis, apice apiculatis, discoloribus, opacis, supra rugosis, pubescentibus, aveniis, subtus tenuiter velutinis, venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, squama fultis, ex infimis nodis ramorum annotinorum; germine 6—8-loculari; sepalis 5, oblongis, obtusis, utrinque velutinis.

Frutex. Rami obsolete 4-goni, exophloeo lamellatim secedente; novelli compressi. Folia opposita, interdum subalterna, siccata supra atrovirentia, subtus canescentia; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 10—14‴ lg., 4—7‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, velutino, subtus parum prominente; venis utroque latere subsex, subpatentibus, antrorsum adscendentibus et arcuatim unitis. Pedunculi 9—12‴ lg., squama obovata, 2—3‴ lg. fulti. Alabastra 4—6‴ lg., bracteolis 2, lineari-spathulatis, aequilongis stipata. Germen sporophoris parietalibus, axi conniventibus, sed discretis; ovulis biseriatis. Sepala 2‴ lg. Petala 5, obovata, 4‴ lg. Stamina stylusque 3‴ lg.; stigma peltatum. (v. fl. in hb. Vind. et Berol.)

Maxime affinis *C. campestri*, sed distincta: foliis minoribus, basi acutis, nec subcordatis v. truncatis, supra aveniis; sepalis oblongis, obtusis, nec acutatis.

Habitat ad Batalha, Registo velho et Fanado in prov. Minarum: Pohl n. 1055. Pl. Oreas.

8. CAMPOMANESIA CORYMBOSA Berg: ramulis foliisque subtus, pedunculis et alabastris lutescenti-, griseove tomentosis; foliis annuis, breviter petiolatis, membranaceis, oblongis, utrinque angustatis, apice acutatis v. obtusatis saepeque breviter mucronulatis, basi breviter acutis, rugosis, discoloribus, obsoletissime pellucido-punctatis, supra pubescentibus, reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, ex infimis nodis rami annotini, saepe corymbum mentientibus; germine 5-loculari; bacca sepalis 5, oblongis, obtusis, utrinque puberulis coronata, rotundata.

Psidium corymbosum Camb. l. c. 205. Miq. in Linnaea XXII. 532.

Fruticulus ramosus, erectus; rami inferne subglabrati, teretiusculi, ramuli compressi. Folia ad florendi tempus haud adulta, supra atrovirentia, interdum obversa; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 1—2″ lg., 4—10‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis utroque latere 7—9, arrectis, adscendentibus, ante marginem arcuatim unitis venulisque interjectis tenuioribus, reticulatis supra impressis, subtus prominentibus. Pedunculi ½—1″ lg., ex infimis 2 nodis rami annotini, interdum valde abbreviati egredientes aut omnes basi squama fulti aut summi axillares, folium subaequantes. Alabastra obovata, 5‴ lg., bracteolis 2, linearibus, acutis, tomentosis, 2—3‴ lg. stipata. Germen disco plano velutino obtectum, loculis 10-ovulatis. Sepala 5, subaequalia, demum patentia, 2‴ lg. Petala 5, obovata, obtusa, ciliata, 4—5‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus 3‴ lg. Fructus (teste Hilario) rotundatus, lutescens, sapore grato. (v. in hb. Berol., Mart., Vind., Sonder.)

Frequens in campis altis prov. Minarum, floret Aprili: St. Hilaire; inter pagos Sucuriuh et Chapada: Pohl n. 1054.; in eadem provincia: Dr. Regnell I. n. 125. Guabiroba *incolarum. Pl. Oreas.*

9. CAMPOMANESIA SALVIAEFOLIA Berg: ramulis, gemmis, petiolis, foliis subtus, pedunculis, germinibus pilis canescentibus v. subochraceis dense breviterque tomentosis; foliis annuis, membranaceis, petiolatis, oblongis v. lanceolatis, elongate et acute acuminatis, basi obtusiusculis v. obtusis, discoloribus, rugosis, impellucido-punctatis, supra puberulis, reticulato-, arrecto-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, ex infimis nodis ramuli annotini, summis interdum axillaribus; germine 6-loculari; sepalis 4—5, oblongo-lanceolatis, acutis, utrinque puberulis. Variat:

α. latifolia: foliis oppositis v. alternis, ovate oblongis v. oblongis, junioribus ochraceo-tomentosis; pedunculis superioribus axillaribus, folio brevioribus.

Rami obsolete angulati, puberuli; novelli compressi. Folia supra atrovirentia, subtus demum subvirenti-grisco-tomentosa; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 16—36‴ lg., 5—11‴ lt. Pedunculi 10—14‴ lg. Germen bracteolis 2, linearibus, saepe alternis, 3‴ lg. stipatum, 2—3‴ lg., disco amplo, plano, velutino, 4‴ lt. obtectum; ovulis biseriatim angulo interno loculorum affixis. Sepala 4, lanceolata, reflexa, utrinque puberula, 3‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Mart. ex coll. St. Hil. sub nomine Myrciae.)

β. angustifolia: foliis oppositis, lanceolatis v. oblongo-lanceolatis, subtus griseo-tomentosis.

Psidium corymbosum, form. angustifolia Miq. in Linnaea XXII. 532., nec Camb.

Rami obtuse tetragoni, exophloeo delapso laeves; ramuli solummodo foliis floribusque instructis. Folia basi saepe breviter acuta, margine vix recurva; petiolo 2‴ lg.; lamina 10—25‴ lg., 4½—7‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, tomentoso, subtus elevato; venis utroque latere sub-8, supra impressis, subtus prominentibus, antrorsum adscendentibus; venulis interjectis reticulatis, supra impressis, subtus serius prominulis, pellucidis. Pedunculi 10—12‴ lg., ex infimis 1—3 nodis ramulorum annotinorum, basi nudi v. folio minuto fulti. Germen multiovulatum, disco tomentoso terminatum, bracteolis 2, linearibus, 4—5‴ lg. stipatum,

Sepala 5, 3‴ lg., 1½‴ lt. Petala 5, obovata, ciliata, 4‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Berol. et Sonder.) — Differt a *C. pubescente:* foliis longius petiolatis, elongate et acute acuminatis; sepalis latioribus; a *C. corymbosa, C. obversa, C. campestri, C. Pohliana* et affinibus speciebus: sepalis acutis.

Habitat in prov. Minarum; β. prope Caldas: Sellow, Dr. Regnell I. n. 125.b. Pl. Oreas.

10. CAMPOMANESIA MULTIFLORA Berg: ramulis subtetragonis foliisque subtus, pedunculis et alabastris albido-tomentosis; foliis brevissime petiolatis, oblongis, mucronulatis, pellucido-punctatis, supra pubescenti-tomentosis; pedunculis axillaribus, 1-floris, corymbosis, folio brevioribus; germine 5-loculari; sepalis lanceolatis, acutis, tomentosis.

Psidium multiflorum Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 205.

Fruticulus 1½—2-pedalis, erectus, ramis inferne subglabratis. Folia 1—1¼″ lg., 5—8‴ lt. Pedunculi teretiusculi, 8—10‴ lg., saepe ad apicem ramulorum congesti corymbosque multifloros efformantes. Alabastra 5‴ lg., haud constricta, bracteolis 2, alternis, lineari-lanceolatis, acutis, 5‴ lg., tomentosis stipata. Germen apice tomentosum, loculis 8-ovulatis. Calyx laciniis 3‴ lg., demum reflexis, utrinque tomentosis. Petala 5, calyce paullo longiora, obovata, obtusa, ciliolata, alba. Stylus petalis paullo brevior, puberulus; stigma capitatum. Fructus edulis. †

In parte occidentali deserta provinciae Minarum, dicta Sertão, prope villam Formigas, floret Septembri: St. Hilaire. Guabiroba *incolarum. Pl. Hamadryas.*

11. CAMPOMANESIA PUBESCENS Berg: ramulis foliisque novellis subtus, pedunculis et alabastris canescenti- v. subrufescenti-villosis; foliis annuis, breviter petiolatis, chartaceis, oblongis, apiculatis, obtusatis v. acutatis, basi obtusiusculis, rugosis, discoloribus, obscure pellucido-punctatis, supra puberulis, subtus demum tenuiter tomentosis, reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, ex infimis nodis ramorum annotinorum, basi squama v. folio minuto fultis; germine 6-loculari; sepalis 5, lanceolatis, acutis, in alabastro patulis, utrinque puberulis.

Psidium pubescens Mart. Herb. in DC. Prodr. III. 234. pro parte. Variat:

α. effusa: foliis majoribus, apice obtusatis; ramulis annotinis, ad florendi tempus fere adultis; pedunculis elongatis.

Frutex. Rami badii, puberuli; ramuli novelli compressi. Gemmae ferrugineo-tomentosae. Folia siccata supra virenti-atra, subtus griseo-virentia; petiolo 1‴ lg.; lamina 15—25‴ lg., 5—8‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis arrectis, utroque latere 6—7, adscendentibus, ante marginem arcuatim unitis venulisque interjectis tenuioribus, reticulatis, supra impressis, subtus prominentibus. Pedunculi 9—12‴ lg., ex infimis 2 nodis ramulorum egredientes, corymbum basilarem mentientes. Alabastra 5‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 5‴ lg. stipata. Germen dense pallideque tomentosum; ovulis biseriatim angulo interno loculorum affixis, disco amplo, plano, velutino, 3‴ lt. terminatum. Sepala 5, subaequalia, 3—4‴ lg., basi 1‴ lt. Petala 5, obovata, ciliata, 6‴ lg. Stamina stylusque 5‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. Sonder.)

β. coarctata: foliis minoribus, acutatis, rarius obtusatis; ramulis annotinis ad florendi tempus contractis; pedunculis abbreviatis.

Folia ad florendi tempus haud adulta, 10—13‴ lg., 3—5‴ lt., serius majora. Pedunculi 2—5‴ lg. (v. in hb. Mart. et Sonder.) — A *C. corymbosa* differt: germine 6-loculari, praesertim autem sepalis acutis; a *C. multiflora* diversa: indumento nec albido; germine 6-loculari.

Not. Duae in herbario Martiano diversae et patria confusae species sub nomine *Psidii pubescentis Mart.* inveniuntur, quarum altera signatura Candolleana praedita sine ulla dubitatione ad *Campomanesiam riparium,* certe in provincia Pernambuco indigenam, altera autem ad varietatem β. *Campomanesiae pubescentis* attinet. Haec certe in provincia Minarum, nec in provincia Pernambuco crescit.

Habitat in silvis Taboleiro ad Chapada do Paranan in prov. Minarum, floret Septembri: M.; in eadem provincia: Dr. Widgren n. 530. Pl. Oreas.

12. CAMPOMANESIA SYNCHRONA Berg: ramulis foliisque novellis, pedunculis et alabastris puberulis; foliis annuis, membranaceis, petiolatis, ovato-oblongis, acutis, basi obtusis v. breviter acutis, rugosis, pellucido-punctatis, opacis, subtus in axillis venarum barbatis, venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, ex infimis nodis ramorum annotinorum, basi nudis; germine 4-loculari; sepalis 5, oblongis, obtusis, utrinque puberulis. ♄

Rami teretiusculi, tenues; novelli compressi. Folia ad florendi tempus nondum adulta, siccata obscure cano-virentia; petiolo 2—2½‴ lg.; lamina 7—10‴ lg., 2½—5‴ lt.; nervo medio venisque incanis, utrinque praesertim inferne parum prominulis, his erecto-patulis, utroque latere subsex. Pedunculi 7—9‴ lg., graciles, ex nodis 1—2 infimis ramorum annotinorum, basi nudi v. foliis minutis fulti. Alabastra obovata, 2‴ lg., basi bracteolis 2, filiformibus, 2‴ lg. stipata. Germen loculis 4—6-ovulatis. Sepala 1½‴ lg., demum reflexa, basi sinum obtusum efformantia. Petala 5, obovata, ciliolata, 2‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

C. coaetaneae maxime affinis, sed distincta: ramis tenuibus; foliis angustioribus, minus acutis, planiusculis, venosis, subtus barbatis; pedunculis gracilioribus, longioribus; floribus minoribus; germine 4-loculari; stylo duplo breviore.

Habitat ad urbem Jacobina in prov. Bahiensi: Blanchet n. 3367. Pl. Oreas.

13. CAMPOMANESIA COAETANEA Berg: ramulis foliisque novellis, pedunculis et alabastris tenuissime cano-puberulis; foliis annuis, membranaceis, petiolatis, ovate oblongis, acuminatis, basi obtusiusculis, margine revolutis, rugosis, creberrime pellucido-punctatis, reticulato-costatis, fere in margine ipso unitis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, ex infimis nodis ramorum annotinorum, basi nudis; germine 5-loculari; sepalis 5, inaequalibus, oblongis, obtusis v. subtruncatis, utrinque puberulis, demum reflexis.

Arbor 30—40-pedalis; rami crassi, teretiusculi, rimosi; ramuli erecto-patuli, subcompressi, cinerei, nigrescenti-glandulosi. Folia ad florendi tempus nondum adulta, siccata obscure cano-virentia; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 11—15‴ lg., 4—5‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis utroque latere subocto, arrectis, supra impressis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, supra impressis, subtus prominulis. Pedunculi 4—6‴ lg., ex infimis 1—2 nodis ramulorum oriundi. Alabastra 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen loculis multiovulatis. Sepala 1½‴ lg. Petala 5, obovata, 4‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus 3‴ lg.; stigma capitatum. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat in Guyana Anglica ad flumen Tacutu, floret Martio: Rich. Schomburgk n. 528., Rob. Schomburgk n. 311.; nec non in Brasilia aequatoriali: Gardner n. 1285.

3. Hirsutae. Folia annua v. biennia, membranacea v. chartacea, subtus velutina, pubescentia v. puberula.

14. CAMPOMANESIA HIRSUTA Gardn. ramulis subtetragonis foliisque subtus, pedunculis et alabastris brunneo-hirsutis; foliis breviter petiolatis, junioribus membranaceis, ovato-oblongis, acuminatis, basi obtusis, supra nitidis, sparse pilosis, tandem glabratis,

subtus minute obscure pellucido-punctatis, costatis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, petiolo longioribus; germine 10—15-loculari; sepalis 5, foliaceis, oblongo-lanceolatis, in alabastro apertis, globum petalorum superantibus; bacca depresso-globosa, magna.

Campomanesia hirsuta Gardner in Hook. Lond. Journ. of Bot. II. 352.

Frutex 8—12-pedalis; rami teretiusculi, glabri, rimulosi. Folia opposita, rarius ovata, siccata supra brunnea, subtus hepatica, opaca, adulta rigide chartacea; petiolo 1 — 1½‴ lg., brunneo-hirsuto; lamina 2—3½″ lg., 14—18‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato, hirsuto; venis distantibus, suberecto-patulis, utroque latere circiter 8, arcubus amplis anastomosantibus, superne tandem impressis, subtus valde prominentibus, hirsutis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. Pedunculi 7‴ lg. Alabastra 6‴ lg., bracteolis 2, lineari-lanceolatis, 4—5‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, ovulis biseriatim angulo interno loculorum affixis. Sepala 5‴ lg. Petala 5, subrotunda, 5‴ lt. Stamina 3‴ lg., antheris linearibus. Stylus staminibus paullo longior; stigma peltatum. Bacca fere 3‴ diametro. (v. in hb. Berol. et Vindob.)

Habitat ad Sumidouro in montibus Serra dos Orgaôs prov. Rio de Janeiro, floret Martio: Sellow, Gardner n. 417. Pl. Dryas.

15. CAMPOMANESIA AUSTRALIS Berg: ramulis, petiolis, foliis subtus, pedunculis, germinibus, sepalis utrinque cano-pubescentibus; foliis annuis, membranaceis, petiolatis, lanceolato-oblongis, oblongo-lanceolatis v. lanceolatis, obtusiusculis, basi acutis, discoloribus, areolato-uniglandulosis, supra minute et parce puberulis, reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, lateralibus; germine 7—8-loculari; sepalis ovatis, obtusis, utrinque puberulis.

Frutex 1—2-pedalis; rami tetragono-teretiusculi, pallidi, annotini solummodo folii- et floriferi. Folia interdum ovali-oblonga, rarissime obversa, apice juniora acuta, basi interdum oblique truncata, margine pallide limbata, subrecurva; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 17—27‴ lg., 5½—8‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis arrectis adscendentibus, utroque latere subseptem, utrinque vix prominulis; venulis interjectis tenuissimis, pellucidis, omnibus nervis subtus coloratis. Pedunculi 3—7‴ lg., compressi, ex infimis 1—3 nodis ramulorum annotinorum, infimi basi nudi, reliqui axillares, folio breviores. Alabastra obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 1—1½‴ lg. fulta. Germen multiovulatum, disco plano, velutino obtectum. Sepala 4—5, patentia, 1½—2‴ lg. Petala 4—5, obovata, ciliata, 3‴ lg. Stamina 1½—2‴ lg. Stylus 2½—3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

A *C. obversa* differt: foliis brevioribus, obtusioribus, rarissime obversis, glabrioribus.

In campis ad Paula Grassa prov. Rio Grande do Sul: Sellow. Pl. Napaea.

16. CAMPOMANESIA OBVERSA Berg: ramulis petiolisque, foliis subtus, pedunculis et alabastris griseo-tomentellis; foliis annuis, membranaceis, petiolatis, saepissime obversis, obovato- v. lanceolato-oblongis, spathulato-lanceolatis v. linearibus, utrinque acutis, discoloribus, areolato-, pellucido-punctatis, supra puberulis, subtus pubescentibus, arrecto-venosis, arcuatim limbinerviis, lucem versus reticulatis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, ex infimis nodis ramorum annotinorum, basi nudis v. squama fultis; germine 5 — 7-loculari; sepalis 5, ovato-oblongis, obtusis, utrinque tomentellis. Variat:

α. latifolia: foliis obovato-oblongis v. obverse oblongis, parce punctatis.

Folia 2—2½″ lg., 8—15‴ lt.; petiolo 1½—2‴ lg. Pedunculi 7—10‴ lg. (v. in hb. Sonder.)

β. angustifolia: foliis lanceolato-oblongis, oblongo-lanceolatis, spathulato-lanceolatis v. linearibus, parce punctatis.

Psidium obversum Miq. in Linnaea XXII. 532.

Frutex ramosus; rami teretiusculi, pallidi, annotini solummodo folii- et floriferi. Folia juniora lineari-lanceolata, margine parum revoluta; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 19—34‴ lg., 4—9½‴ lt.; nervo medio venisque supra vix impressis, subtus vix prominulis, his utroque latere subocto; venulis interjectis reticulato-ramosissimis, pellucidis. Pedunculi 5—13‴ lg., compressi, ex infimis 1—3 nodis ramorum annotinorum, basi nudi. Alabastra obovata, 3—4‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 1½—2‴ lg. fulta. Germen multiovulatum. Sepala 5, 2—3‴ lg., demum reflexa. Petala 5, obovata, 4‴ lg., pellucido-punctata, ciliolata. Stamina plurima, 3‴ lg.; antheris oblongis, dorso baseos fixis, superne glandula instructis. Stylus 1, 3‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. Berol. et Sonder.)

γ. perforata: foliis oblongis v. elliptico-oblongis, crebro punctatis, diaphano-reticulatis.

Folia petiolo 2‴ lg., lamina 18—32‴ lg., 7—11‴ lt. Pedunculi ½—1″ lg. (v. in hb. Mart.)

A *C. cuneata* differt: foliis angustioribus, venulis vix perspicuis.

Habitat: α. ad Caldas in prov. Minarum: Dr. Regnell I. n. 125.c.; β. in campis prope coloniam Geraldo prov. Minarum, floret Octobri: Sellow; in eadem provincia: Dr. Widgren n. 530.; γ. ad Congonhas do Campo: Dr. Stephan. Guabiroba *incolarum. Pl. Oreas.*

17. CAMPOMANESIA AFFINIS Berg: ramulis, foliis subtus, pedunculis, alabastris tenuiter canescenti-tomentellis; foliis annuis, membranaceis, petiolatis, elliptico- v. obovato-oblongis, acutatis v. acuminatis, basi subcuneato-acutis, discoloribus, supra puberulis, subtilissime pellucido- v. impellucido-punctatis, subpatentim venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, lateralibus; germine 5—6-loculari; sepalis 5, ovato-oblongis, obtusis.

Frutex 6—8-pedalis; rami teretiusculi, pallidi, rimosi, annotini solummodo folii- et floriferi. Folia interdum subchartacea, margine plana; petiolo 2‴ lg.; lamina 18—30‴ lg., 8—13‴ lt.; nervo medio venisque supra planiusculis, subtus parum prominentibus, his distantibus, subpatentibus, utroque latere subocto; venulis interjectis subtus prominulis, reticulato-ramosis, diaphanis. Pedunculi 4—8‴ lg., compressi, ex infimis 1—2 nodis ramulorum novellorum basi nudi v. bractea minuta fulti. Alabastra obovata, 3‴ lg., bracteis 2 linearibus, 1½‴ lg. fulta. Germen 5—6-loculare, multiovulatum. Sepala 5, 1½—2‴ lg. Petala 5, obovato-oblonga, 4‴ lg. Stamina plurima, 3‴ lg.; antheris oblongis, dorso baseos fixis. Stylus 1, 2½—3‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. Berol. et Mart.)

A *C. angustifolia* differt: foliis latioribus; sepalis obtusis; a *C. obversa* foliis latioribus; venulis subtus prominulis; a *C. cuneata* foliis angustioribus.

Habitat ad Congonhas do Campo in prov. Minarum: Dr. Stephan; nec non prope Ypanema et S. Paulo prov. S. Pauli et ad S. Ignacio in prov. Parana, floret Octobri: Sellow. Pl. Oreas.

18. CAMPOMANESIA CUNEATA Berg: ramulis, petiolis, foliis subtus, pedunculis, floribus cano-velutinis; foliis annuis, membranaceis, petiolatis, obovato-oblongis, apiculato-acuminatis, cuneatis, discoloribus, subtilissime pellucido-punctatis, supra puberulis, nitidulis, subtus elevato-, reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis 1-, rarius 2-nis, 1-floris, oppositis, lateralibus; germine 5—7-loculari; sepalis 5, ovato-oblongis, obtusis, utrinque velutinis.

Frutex 2—3-pedalis, ramosus; rami teretes, laeves, pallidi, glabri. Folia margine recurva; petiolo 2‴ lg.; lamina 22—33‴ lg., 10—16‴ lt.; nervo medio venisque utrinque planiusculis, dense velutinis, his utroque latere sub-8, distantibus, subpatentibus, antrorsum adscendentibus, longiori a margine distantia arcubus amplis anastomosantibus; venulis interjectis tenuissimis, pellucidis, reticulato-ramosissimis. Pedunculi 7—9‴ lg., ex infimis 2—3 nodis ramulorum novellorum, basi nudi v. bractea fulti. Alabastra obovata, bracteolis 2, linearibus, 2‴ lg., caducis fulta. Germen multiovulatum, disco plano, velutino obtectum. Sepala 5, 2½—3‴ lg. Petala 5, alba, ovalia, haud ciliata, 5—6‴ lg. Stamina 4‴ lg. Stylus stamina paullo superans. (v. in hb. Berol.)

Habitat in campis provinciae Minarum, floret Octobri: Sellow. Pl. Oreas.

19. CAMPOMANESIA WIDGRENIANA Berg: ramulis, petiolis nervisque subtus, pedunculis et alabastris pubescentibus; foliis petiolatis, membranaceis, lanceolatis, utrinque angustatis, apice acutatis, basi obliquis, obtusatis, ciliolatis, impunctatis, supra sparse pilosiusculis, reticulato-penninerviis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, ex infimis nodis ramorum annotinorum, basi nudis; sepalis ovatis, obtusis, utrinque velutinis, demum reflexis. ♄

Rami subtetragoni, superne compressi. Folia siccata fuscescenti-virentia, opaca; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 3—6″ lg., 14—20‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis utroque latere 6—8, distantibus, arrecto-subpatentibus, antrorsum adscendentibus et arcuatim anastomosantibus; venulis interjectis reticulatis. Pedunculi 8—9‴ lg., ex infimis 2 nodis ramorum. Sepala 1½‴ lg. Petala 5, obovata, 4‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Sonder.)

Habitat in prov. Minarum: Dr. Widgren n. 531. Pl. Oreas.

20. CAMPOMANESIA FUSCA Berg: ramulis, petiolis foliisque novellis subtus, pedunculis et alabastris brunneis, tomentoso-pubescentibus; foliis annuis, chartaceis, petiolatis, oblongo-ellipticis, ovali-oblongis v. oblongis, saepe obversis, recurvato-acuminatis, basi cuneato-truncatis v. cordatis, discoloribus, haud punctatis, supra subnitidis, pilis raris, sparsis obtectis, subtus densius praesertim ad nervos pilis albidis obtectis, reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, lateralibus; germine 6—8-loculari; sepalis 4—5, rotundatis, obtusiusculis v. acutiusculis, utrinque tomentosis. Variat:

α. erosa: foliis membranaceis, margine irregulariter lacero-erosis; germine 8-loculari. (v. in hb. Sonder.)

Psidium erosum Miq. in Linnaea XXII. 533.

β. integra: ramis tortuosis; foliis chartaceis, integris; germine 6—7-loculari.

Arbuscula 14—20-pedalis, patula, tortuosa; rami teretiusculi, grisei, annotini solummodo folii- et floriferi. Folia margine subundulato-planiuscula; petiolo 3—5‴ lg.; lamina 22—38‴ lg., 10—21‴ lt.; nervo medio supra impresso, tomentello, subtus elevato; venis utroque latere circiter 10, distantibus, subpatentibus, supra vix manifestis, subtus prominentibus; venulis interjectis pellucidis, reticulato-ramosissimis, supra haud manifestis, subtus prominulis. Pedunculi 7—11‴ lg., compressi, ex infimis 1—3 nodis ramulorum annotinorum, infimi basi nudi, superiores axillares, folio breviores. Alabastra obovata, 4—5‴ lg., basi bracteolis 2, linearibus, 1½—2‴ lg. fulta. Germen 6—7-loculare, multiovulatum, disco plano, tomentoso obtectum. Sepala 5, patentia, 2‴ lg. Petala 5, alba, orbiculata, concava, ciliata, 5‴ lg. Stamina 3—4‴ lg. Stylus staminibus paullo brevior. (v. in hb. Berol.)

γ. stricta: ramis strictis; foliis chartaceis, integris; germine 7-loculari; sepalis 4, obtusiusculis v. acutiusculis.

Folia petiolo 3—4‴ lg.; lamina 24—42‴ lg., 9—21‴ lt. Pedunculi 1″ lg. Germen 2‴ lg. Sepala 1½‴ lg., basi 2‴ lt. Petala 4, 3‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

δ. subtriflora: foliis rigidis; pedunculis 1—3-floris, 1—2-nis; germine 6-loculari; sepalis 4—5, inaequalibus, ovatis, obtusis.

Psidium hians Miq. in Linnaea XXII. 533., nec Mart.

Folia petiolo 2—3‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 6—11‴ lt. Pedunculi 8—14‴ lg., pedicelli 2—4‴ lg. Germen hemisphaericum, 2‴ diametro. Sepala 1½‴ lg. (v. in hb. Sonder.) — Haec varietas a Miquelio incaute ad *Psidium hians Mart.* ducta, jam generice diversa, foliis recurvato-acuminatis in specie quoque facile distinguenda.

Habitat in prov. Minarum: α. Dr. Regnell II. n. 117.; β. floret Octobri: Sellow; γ. ad Registo velho: Pohl n. 157.; δ. Dr. Regnell I. n. 128. Guabiroba *incolarum. Pl. Oreas.*

21. CAMPOMANESIA ARENARIA Berg: ramulis subtetragonis, petiolis, foliis subtus, pedunculis, germinibus, sepalis brunneo-velutinis; foliis annuis, chartaceis, petiolatis, obovato-oblongis, apice obtusis, apiculatis; basi cuneatis, creberrime pellucido-punctatis, discoloribus, supra puberulis, venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis 1-floris, solitariis, oppositis, lateralibus; germine 6—7-loculari; sepalis 5, ovatis, obtusis, utrinque velutinis.

Frutex 6-pedalis; rami teretiusculi, novelli solummodo foliis floribusque instructi. Folia rarius oblonga, margine undulato subrecurva; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 13—18‴ lg., 7—10‴ lt.; nervo medio venisque supra planiusculis, subtus prominentibus, his arrectis, adscendentibus, utroque latere sub-6—7; venulis interjectis superne haud visibilibus, inferne prominulis, reticulatis. Pedunculi 7—9‴ lg., ex infimis 1—3 nodis ramulorum annotinorum, basi nudi v. folio minuto fulti. Alabastra obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 1½—2‴ lg. fulta. Germen multiovulatum, disco plano, velutino obtectum. Sepala 1½‴ lg. Petala 5, alba, obovata, 4‴ lg., ciliolata. Stamina stylusque 2—3‴ lg. (v. in hb. Berol.)

In arenosis ad Vargem de Tamandaty in Montevideo, floret Octobri: Sellow. Pl. Napaea.

22. CAMPOMANESIA SUFFRUTICOSA Berg: suffruticosa; caulibus simplicibus foliisque subtus, pedunculis bracteisque et alabastris pilis ochraceo-albidis densissime velutinis; foliis sparsis, chartaceis, subsessilibus, ovali- v. subobovato-oblongis; utrinque acutis v. apice acuminatis, discoloribus, obsolete pallideque creberrime pellucido-punctatis, supra pubescentibus, obsolete venosis, limbinerviis; pedunculis solitariis, 1-floris, ex inferioribus nodis caulis, squamis fultis, elongatis; germine triloculari; bacca sepalis 5, deltoideis, acutis coronata, obovata, pubescente.

Caudex subterraneus multiceps, caulibus ½—1-pedalibus. Folia 15—24‴ lg., 7—12‴ lt.; nervo medio utrinque vix prominente; venis vix manifestis. Pedunculi ¾—1½″ lg., squamis 2—6‴ lg. fulti. Alabastra obovata, 5‴ lg., bracteolis 2, linearibus, acutis, 3‴ lg. stipata. Germen sporophoris parietalibus, bilamellatis, axi conniventibus quidem, sed discretis, multiovulatis. Sepala 1½‴ lg., utrinque velutina. Petala 5, obovata, 4‴ lg. Stamina 4‴ lg. Stylus 4‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. Vindob. et Mart.)

Ob calycem ad Campomanesiam, ob sporophora bilamellata ad Psidium pertinens, potius, genus proprium sistens.

Habitat in prov. Ceará: Gardner n. 1610. 1611. Pl. Hamadryas.

23. CAMPOMANESIA HOULLETII Berg: innovationibus ferrugineo-tomentosis; foliis annuis, petiolatis, chartaceis, obovato-oblongis, angustato-obtusis v. obtusis, basi cuneatis, exceptis nervis glabris, subtus glandulosis, venosis, diaphano-reticulatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, ex infimis nodis ramulorum, squama fultis v. axillaribus; germine tomentoso, 7-loculari; sepalis ovato-oblongis, obtusis, extus puberulis, intus velutinis, ciliatis. ♄

Rami angulati, glabri, novelli compressi, tomentelli. Folia petiolo 3—4‴ lg.; lamina 10—28‴ lg., 7—15‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus elevato; venis utroque latere 6—7, patentibus, supra planis, subtus prominentibus, utrinque puberulis; venulis interjectis reticulatis, diaphanis, utrinque vix visibilibus. Pedunculi ferrugineo-tomentelli, infimi squama fulti, superiores axillares, 9—15‴ lg. Alabastra 4—5‴ lg., bracteolis 2, lineari-spathulatis, puberulis, 4‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco plano, velutino obtectum. Sepala 5, 2‴ lg. Petala 5, obovata, ciliata, 3‴ lg. Stamina petalis paullo breviora. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Differt a *C. cuneata*: indumento; foliis obtusis v. obtusatis, glabris, impellucido-punctatis, venosis, nec elevato-reticulatis; petalis ciliatis.

Habitat in prov. Minarum: Claussen n. 309., et Rio de Janeiro: Houllet. Pl. Dryas — Oreas.

24. CAMPOMANESIA LINEATIFOLIA Ruiz et Pav. ramulis foliisque novellis subtus, gemmis, pedunculis, germinibus, sepalis utrinque pilis canescenti-rufis, tenuissimis tomentellis; foliis petiolatis, chartaceis, recurvis, ovatis v. ovato-oblongis, acuminatis, basi acutis v. obtusis, novellis creberrime pellucido-punctatis, supra puberulis, demum glabratis, adultis subtus puberulis, reticulato-costatis, horizontaliter venulosis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, abbreviatis, inferioribus lateralibus, superioribus axillaribus, petiolo longioribus; germine 8—10-loculari; bacca sepalis rotundatis, demum excrescentibus, oblongis, obtusis coronata, globosa. ♄

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 149.

Campomanesia lineatifolia Ruiz et Pavon Syst. 128. DC. Prodr. III. 232., excepta diagnosi Lindleyana.

Psidium lineatifolium Persoon Ench. II. 27.

Psidium rivulare Mart. Herb. DC. l. c. 233.

Campomanesia cornifolia H. B. K. Nov. Gen. Am. VI. 150. t. 147.

Rami subtetragoni, albidi, glabri; novelli compressi. Folia siccata novella obscure viridia, adulta supra fusco-atra, subtus cinnamomea; petiolo 4—6‴ lg.; lamina 30—64‴ lg., 15—34‴ lt.; nervo medio venisque supra planiusculis, subtus elevatis, his utroque latere sub-8, distantibus, arrectis v. subpatentibus, adscendentibus, ante marginem arcuatim anastomosantibus venulisque interjectis tenuioribus, subtus prominulis, transversaliter conjunctis. Pedunculi ex infimis 1—3 nodis ramorum annotinorum, 6—10‴ lg., infimi basi nudi. Alabastra obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 2‴ lg., interdum remotis stipata. Germen ovulis biseriatis. Sepala 5, adulta 2½‴ lg. Bacca 1½″ diametro. Semina generis. (v. exempl. Ruizianum in hb. Berol., in hb. Vindob.; sub nomine *Camp. cornifoliae Kth.* in hb. Kunth., nec non *Psidii rivularis* in hb. Mon. et Sonder.)

Habitat ad flumen Rio Negro in prov. Rio Negro: M.; ad rivulos inter villas Coari et Ega in prov. do Alto Amazonas, floret Decembri: M., Pöppig; in Maynas ad Yurimaguas sponte nascens et culta: Pöppig; in nemoribus Andium calidissimis et culta in hortis Peruviae: Ruiz. Palillos, Palillo, Palilla *incolarum. Pl. Najas.*

4. Tenuifoliae. Folia annua, membranacea, plana, glabra v. glabrata.

25. CAMPOMANESIA VACCINIOIDES Berg: glaberrima; foliis petiolatis, annuis, membranaceis, rhomboideo-ovalibus v. obovato-oblongis, utrinque obtusis v. basi cuneatis, membranaceis, discoloribus, utrinque praesertim inferne glandulis luteis, pellucidis conspersis, reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, 1-floris, solitariis, folio aequalibus v. brevioribus; germine 4—5-loculari; laciniis calycinis 5, subrotundis, ciliatis.

Frutex 2—3-pedalis; rami angulati, pallidi; novelli solum foliiferi, compressi, glandulosi. Folia siccata subtus lutescentia; petiolo ½—1‴ lg.; lamina 7—13‴ lg., 3½—8‴ lt.; nervo medio planiusculo; venis patentibus, tenuissimis venulisque reticulatis, coloratis, pellucidis, utrinque haud prominulis. Pedunculi 2—7‴ lg. Alabastra turbinata, 2‴ lg., bracteolis 2, lineari-spathulatis, 2½—3‴ lg. stipata. Hypanthium supra germen multiovulatum productum, in calycem 5-lobum abiens, lobis ¾‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat in campis prope urbem Castro prov. S. Pauli, floret Octobri: Sellow. Pl. Oreas.

26. CAMPOMANESIA GLABRA Berg: glabra; foliis annuis, petiolatis, novellis membranaceis, oblongis, utrinque acutis, glanduloso-punctatis, subpatentim venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, 1-floris, axillaribus v. lateralibus; germine 6—7-loculari; sepalis 5, oblongo-ovatis, obtusis, ciliolatis, intus sericeis.

Rami defoliati, annotini ad infimos nodos flores, ad superiores folia novella gerentes. Folia novella (adulta ad florescentiae tempus desunt) margine plana; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 10—18‴ lg., 3—7‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis distantibus, subpatentibus, utroque latere subocto; venulis tenuissimis, densissime reticulatis, primum pellucidis; areolis minutis, 1-glandulosis. Pedunculi 6—9‴ lg., graciles, ex infimis 2—3 nodis ramulorum, bractea foliacea fulti et axillares. Alabastra obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, lineari-spathulatis, ciliatis, 2‴ lg., ⅓‴ lt. fulta. Germen multiovulatum. Sepala extus glabra. Petala 5, glabra, subrotunda, concava, pellucido-punctata, vix subtilissime ciliolata. Stamina plurima; antheris oblongis, apice glandula terminatis, dorso baseos affixis. Stylus 3‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. Berol.)

Prope Guarapuava et urbem Castro prov. S. Pauli, floret Septembri: Sellow. Pl. Oreas.

27. CAMPOMANESIA DESERTORUM Berg: glabra; foliis annuis, oppositis v. subalternis, petiolatis, membranaceis, oblongis v. oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis, junioribus ciliolatis, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, arrecto-venosis, arcuatim limbinerviis, tenuissime diaphano-reticulatis; pedunculis oppositis, 1-floris, ex infimis nodis ramorum annotinorum squama fultis; germine 8-loculari; sepalis 5, inaequalibus, rotundatis, extus glabris, intus sericeis. ♄

Rami albidi, superne compressi, novelli siccati fusco-atri. Folia siccata supra fusco-atra, subtus brunnea, lucem versus diaphana; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 1½—3″ lg., 4—11‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominulo; venis utroque latere 7—9, subtus coloratis. Pedunculi 5—11‴ lg., ex infimis 1—2 nodis ramulorum, bractea lineari, ½—4‴ lg. fulti. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, filiformibus, saepe alternis, 2—3‴ lg. stipata. Germen glabrum, glandulosum, disco plano, velutino, lato obtectum; ovulis biseriatis. Sepala 5, minora rotundata, majora oblonga, rotundata v. truncata, 1½‴ lg. Petala 5, obovata, 4‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Differt a *C. glabra:* foliis tenuioribus, duplo majoribus, pellucido-punctatis et -reticulatis, arrecto-venosis; pedunculis bractea lineari fultis; bracteolis hypanthis filiformibus, nec lineari-spathulatis; a *C. obscura:* glabritie; foliis angustioribus, basi angustatis.

Habitat in pascuis desertorum ad Arrayal Nossa Senhora do Padrocinio in prov. Minarum: Pohl n. 449 Pl. Oreas.

28. CAMPOMANESIA OBSCURA Berg: ramulis apice foliisque novellis ad marginem et nervum puberulis; foliis membranaceis, petiolatis, ovali-oblongis v. oblongis, acutis v. breviter acuminatis, basi rotundatis, discoloribus, glabris, supra nitidis, subtus opacis, obsolete pellucido-punctatis, lucem versus diaphano-, reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, lateralibus; germine 6—9-loculari; sepalis subrotundis, ciliolatis.

Frutex 1—4-pedalis, ramosus; rami teretiusculi, pallidi, rimulosi. Gemmae sericeae. Folia interdum ovato-oblonga, rarissime obovato-oblonga, basi obtusa v. breviter acuta, margine pallide limbata, demum recurva, siccata supra fusco-atra, subtus hepatica; petiolo $^1/_2$—3‴ lg.; lamina 15—32‴ lg., 5—15‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis utroque latere sub-8, distantibus, suberecto-patulis, utrinque parum prominentibus; venulis interjectis reticulato-ramosissimis; areolis angustissimis, 1-glandulosis; nervis venisque subtus coloratis. Pedunculi 4—14‴ lg., ex inferioribus nodis ramulorum annotinorum, infimi basi nudi, reliqui foliis minutis, sursum majoribus fulti iisque longiores, interdum axillares. Alabastra subglobosa, 2—3‴ lg., glabra, glandulosa, bracteolis 2, linearibus, 2‴ lg. fulta. Germen multiovulatum. Sepala 4—5, $1^1/_2$—2‴ lg., $1^1/_2$‴ lt. Petala 4—5, concava, suborbiculata, alba, 5‴ lg., ciliolata. Stamina plurima, 3‴ lg.; antheris oblongis, dorso baseos fixis, superne glandula instructis. Stylus 3—4‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. Berol.)

In campis inter Carambey praedium et urbem Castro prov. S. Pauli, floret Aprili: Sellow. Guabiroba lisa *incolarum. Pl. Oreas.*

5. Barbatae. Folia annua, membranacea, demum rigidiora, glabra v. glabriuscula, subtus in axillis venarum barbata.

29. CAMPOMANESIA XANTHOCARPA Berg: glabra; foliis interdum subalternis, ad florescentiam membranaceis, annuis, longe petiolatis, ovato-, ovali-, interdum obovato-oblongis, utrinque acuminatis v. acutis, saepe subobliquis, junioribus diaphanis, minutissime pellucido-punctatis, diaphano-angustissime reticulatis, adultis chartaceis, opacis, costatis, arcuatim limbinerviis, subtus in axillis venarum barbatis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, ex infimis 1—2 nodis ramorum annotinorum, basi nudis; germine 6—9-loculari; bacca sepalis 5, rotundatis, ciliolatis, intus sericeis coronata, globosa.

Tabula nostra XLIX.

Eugenia xanthocarpa Mart. Syst. mat. med. bras. 31. 62.

Psidium punctulatum Miq. in Linnaea XXII. 533., nec Mart.

Psidium eugenioides Miq. in Linnaea XXII. 533., nec Cambess.

Arbor 30-pedalis; rami teretiusculi, tenues, pallidi; novelli compressi, olivacei. Gemmae sericeae. Folia plerumque opposita; petiolo 2—6‴ lg.; lamina 15—32‴ lg., $7^1/_2$—15‴ lt.; nervo medio venisque utrinque planiusculis, demum subtus elevatis, his utroque latere 3—7, distantibus, arrectis v. subpatentibus, arcubus amplis ante marginem anastomosantibus; venulis interjectis tenuissimis, reticulatis. Pedunculi 4—14‴ lg. Alabastra 3—4‴ lg., obovata; bracteolis stipantibus caducis. Germen disco marginato ibique puberulo obtectum; ovulis biseriatis, angulo interno loculorum affixis. Sepala inaequalia, 2 majora 2‴ lg., subtruncata. Petala 5, orbicularia, ciliolata, 4‴ lg. Stamina stylusque petalis paullo breviora. Bacca 7‴ diametro, calyce coronata. (v. florif. in hb. Sellow., Sonder. et Mart., fructif. in hb. Sonder.)

Not. Eadem haec species, sed diverso evolutionis gradu, in plantis Regnellianis ab Miquelio incaute semel *Psidium punctulatum Mart. (Campomanesia punctulata Bg.)* et iterum *Ps. eugenioides (Abbevillea eugenioides Bg.)* determinata est, a quibus satis differt. Maxime autem affinis *Camp. rhombeae,* sed distincta: foliis 2—3-plo longius petiolatis, ad florescentiam tenuioribus, majoribus, diaphano-reticulatis; pedunculis lateralibus.

Habitat in prov. Minarum: Dr. Regnell I. n. 126. 126.b. 126.c.; prope urbem Castro prov. S. Pauli: Sellow; ad Porto Alegre prov Rio Grande do Sul: Pater Joannes de S. Barbara. Guabiroba do Mato *incolarum. Pl. Oreas — Napaea.*

30. CAMPOMANESIA MALIFOLIA Berg: glabra; ramulis compressis; foliis annuis, petiolatis, adultis chartaceis, ovalibus, obovatis v. oblongo-obovatis, acuminatis, basi subcuneatis, saepius obliquis, undulatis, glaucescentibus, subtus in axillis venarum barbatis, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-carpicis, lateralibus; bacca globosa, sepalis obtusis, 5 coronata, pleiosperma. ♄

Rami teretiusculi, laevigati, pallidi. Folia interdum obovato-oblonga, margine recurva; petiolo 3—5‴ lg.; lamina 21—37‴ lg., 12—21‴ lt.; nervo medio superne basin versus impresso, subtus elevato; venis utroque latere 5—7, distantibus, subpatentibus, antrorsum arcubus amplis anastomosantibus, supra vix manifestis, subtus prominentibus; venulis horizontalibus, reticulato-ramosis, tenuissimis, utrinque parum prominulis. Pedunculi 4—6‴ lg., ex infimis 1—2 nodis ramulorum annotinorum, basi nudi. Baccae 6—12‴ diametro, globosae, sepalis 5, concavis, subrotundis, arrectis coronatae, 5—6-spermae. Semen testa submembranacea, glandulis magnis instructa. Embryo spiraliter involutus; rostello elongato; cotylis minimis, uncinato-reflexis.

Habitat in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

31. CAMPOMANESIA OVALIFOLIA Berg: ramulis compressis, pilosiusculis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongo-ovalibus v. ovali-oblongis, saepe obversis, acute acuminatis, cuneatis, saepe obliquis, margine crenulatis, glabris, supra opacis, saepissime scrobiculatis, subtus ad axillas venarum barbatis, creberrime impellucido-punctatis, subpatentim costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, basi nudis; germine 6-loculari; sepalis 5, ovatis, obtusis, ciliolatis.

Arbuscula v. arbor 30-pedalis. Gemmae sericeae. Folia adulta saepe acutiuscula, margine subrevoluta; petiolo 3—5‴ lg.; lamina 28—48‴ lg., 15—25‴ lt.; nervo medio venisque supra impressis, subtus elevatis, his utroque latere sub-10, distantibus, subpatentibus; venulis interjectis tenuissimis, horizontalibus, reticulatis. Pedunculi 7—12‴ lg., ex nodis defoliatis. Baccae (immaturae) subglobosae, 4‴ diametro, disco concavo sepalisque extus glabris, intus minute sericeis coronatae, oligospermae. (v. in hb. Berol.)

Habitat prope urbem Castro prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

32. CAMPOMANESIA TENUIFOLIA Berg: ramulis foliisque novellis et pedunculis puberulis; foliis petiolatis, submembranaceis, ovato-oblongis, acutis v. acuminatis, basi obtusis, adultis glabriusculis, subtus in axillis venarum subbarbatis, creberrime

minutissimeque pellucido-punctatis, supra impresso-, subtus elevato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis 1—3-nis, ex nodis defoliatis ramorum v. e basi ramorum annotinorum, solitariis, oppositis, 1-floris; germine subgloboso, 5-loculari; sepalis 5, subaequalibus, triangularibus, obtusiusculis, ciliolatis, extus glabris, intus puberulis.

Psidium tenuifolium Mart. Herb. DC. Prodr. III. 236.

Arbor 10—19-pedalis; rami teretiusculi, pallidi; novelli compressi. Folia siccata fusca, subtus pallidiora; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 1½—2½″ lg., 8—16‴ lt.; nervo medio venisque utroque latere 7, erecto-patulis, supra impressis, subtus elevatis; venulis interjectis tenuissimis, reticulatis. Pedunculi 5—7‴ lg. Germen glabrum, 1‴ lg., disco plano, puberulo terminatum; ovulis biseriatis. (v. florib. defloratis in hb. Mon.)

Habitat in montosis prov. Bahiensis: M. Pl. Hamadryas.

33. CAMPOMANESIA CILIATA Berg: ramulis foliisque et pedunculis minute puberulis; foliis annuis, petiolatis, membranaceis, ovato-oblongis, acutis v. acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, ciliolatis, opacis, in axillis venarum subtus subbarbatis, creberrime minutissimeque pellucido-punctatis, tenuissime subpatentim venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis e basi ramorum annotinorum, oppositis, solitariis, 1-floris; germine 5-loculari, subgloboso; sepalis 5, inaequalibus, triangularibus, obtusis v. truncatis. ♄

Rami tortuosi, albidi; novelli compressi. Folia subtus pallidiora; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 15—22‴ lg., 7½—12‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis tenuibus, subpatentibus, utroque latere circiter 6, supra vix prominulis, subtus prominulis. Pedunculi 8—11‴ lg. Germen bracteolis 2, minutis, lineari-spathulatis, ciliatis stipatum; ovulis biseriatis. Sepala majora 2‴ lg., basi ⅘‴ lt. Petala obovata, 3‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. florib. defloratis in hb. Vindob. et Berol.)

Maxime affinis *Camp. tenuifoliae*, sed differt: foliis minoribus, tenuiter venosis, nec supra impresso-, subtus elevato-costatis.

Habitat ante Quartel Teixeira in prov. Pernambuco: Pohl n. 1052. Pl. Hamadryas.

34. CAMPOMANESIA RHOMBEA Berg: ramulis foliisque novellis subtilissime puberulis; foliis annuis, petiolatis, rhombeis, oblongo-ovatis v. ovato-oblongis, utrinque acutis, creberrime obscureque pellucido-punctatis, glabris, subtus in axillis venarum barbatis, arrecto-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, oppositis, 1-floris, folio longioribus; germine 6—7-loculari; sepalis 4—5, subrotundis, ciliatis. Variat:

α. grandifolia: arborea; foliis membranaceis, majoribus, 12—21‴ lg., 7—10‴ lt.; venis utroque latere circiter 5.

β. parvifolia: arborescens; foliis subcoriaceis, minoribus, 10—16‴ lg., 6—9‴ lt.; venis utroque latere circiter 3.

Arbuscula 15—20-pedalis, ramosa; rami teretiusculi, cinerei, glabri; novelli compressi. Folia margine eroso-recurva; petiolo 1—2‴ lg.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis distantibus, arrectis, antrorsum subevanidis, arcuatim unitis, utrinque praesertim inferne prominentibus; venulis interjectis tenuissimis, reticulato-ramosissimis, utrinque vix prominulis, areas 1-glandulosas formantibus. Pedunculi 5—12‴ lg., graciles, compressi. Alabastra subglobosa, 2‴ lg., bracteolis 2, lineari-spathulatis, 2‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, ovulis biseriatis. Sepala 4—5, demum reflexa, 1‴ lg. Petala 4—5, obovato-oblonga, 3‴ lg. Stamina 2‴ lg.; antheris sagittatis, basi fixis, superne glandula instructis. Stylus 2½‴ lg.; stigma peltatum. (v. florif. in hb. Berol.)

Habitat: α. ad villam Rio Pardo prov. Rio Grande do Sul, floret Novembri: Sellow; β. in montibus Serra do Caraça prov. Minarum: Sellow. Pl. Napaea et Oreas.

6. Reticulatae. Folia perennantia v. annua, rigida, reticulata, glabra v. glabrata.

35. CAMPOMANESIA AUREA Berg: ramulis, foliis novellis, gemmis minutissime puberulis; foliis breviter petiolatis, perennantibus, coriaceis, ovato- v. ovali-oblongis, oblongo-ovatis v. -ovalibus, utrinque obtusis v. basi acutis, adultis glabris, pellucido-punctatis, discoloribus, supra splendentibus, subtus opacis, fusco-glandulosis, reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, oppositis, 1-floris, folio longioribus; germine 5—7-loculari; bacca globosa, sepalis 5, rotundatis, intus sericeis, ciliolatis coronata, oligosperma.

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 136.

Fruticulus valde variabilis, 1—3-pedalis, ramosissimus; rami badii, glandulosi, teretiusculi. Folia juniora saepissime oblonga, margine recurva, siccata supra atrovirentia, subtus aurea; petiolo ½—1‴ lg.; lamina 7—16‴ lg., 3½—9½‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis utrinque prominulis; venulis reticulato-ramosis. Pedunculi 5—16‴ lg., graciles, compressi. Alabastra 2—3‴ lg., obovata, bracteolis 2, lineari-spathulatis, 1½‴ lg., caducis fulta. Germen multiovulatum. Sepala 5, rotundata, glandulosa, ciliolata, intus pubescentia. Petala 5, alba, obovata, 3—4‴ lg., glandulosa, ciliata. Stamina plurima, 2—3‴ lg., praefloratione vix incurva, antheris oblongis, dorso baseos fixis, superne glandula magna terminatis. Stylus 3—4‴ lg.; stigma peltatum. Bacca globosa, 5—6‴ diametro, sepalis coronata, oligosperma, edulis. Semina plano-compressa, glanduloso-verrucosa. Embryo spiralis; rostello longissimo; cotylae minimae, uncinato-inflexae. (v. in bb. Berol. et Mart.)

Frequens in campis in Serra do Tapes et prope villas Rio Pardo et S. Francisco de Paula prov. Rio Grande do Sul, nec non in Montevideo sociatim crescens: Sellow. Guabiroba do Campo *s.* Gabinabo *incolis. Pl. Napaea.*

36. CAMPOMANESIA CYANEA Berg: glabra, rore cyaneo induta; foliis subsessilibus, perennantibus, rigidis, oppositis v. ternis, inferioribus subrotundo-cordatis v. -ovatis, sursum gradatim minoribus et angustioribus, acutis v. obtusiusculis, subtus elevato-, impellucido-punctatis, reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, folio longioribus; bacca subglobosa, 6—8-loculari, sepalis 4—5, rotundatis, ciliolatis coronata. Variat:

α. cordata: foliis basi cordatis.

β. ovata: foliis basi rotundatis.

Tabula nostra VI. Fig. 146. (folium) et Tab. L.

Frutex 2-pedalis, strictus, superne ramosus, plerumque a basi foliosus; rami badii, glandulosi; novelli compressi, saepissime atro-violacei. Folia rigide coriacea, 11—22‴ lg., 7—17‴ lt., margine recurva, summa siccata saepe obscure violacea; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis utroque latere 5—6, suberecto- v. erecto-patulis, utrinque prominentibus, ante marginem dichotomis, cruribus anastomosantibus; venulis interjectis reticulato-ramosissimis. Pedunculi 8—18‴ lg., compressi. Alabastra subglobosa, 3‴ lg., bracteolis 2, lanceolato-spathulatis, deciduis, 1½—2‴ lg. stipata. Germen multiovulatum, disco plano,

amplo, glabro terminatum. Sepala coriacea, 1—$^5/_4$‴ lt., intus sericea. Petala 4—5, subrotunda, ciliolata, 3‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus fere 4‴ lg.; stigma capitatum. Bacca depresso-globosa, coronata, 4—5‴ lt. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Montevideo: α. in locis humidis; β. ad campos in Cassapava, floret Decembri et Januario: Sellow. Pl. Napaea.

37. CAMPOMANESIA CAERULEA Berg: ramulis subtetragonis foliisque, pedunculis et alabastris rore indigotico indutis; foliis annuis, rigide coriaceis, sessilibus, oblongo-ovatis v. ovato-oblongis, acutatis, basi cordatis, cito glabris, subtilissime impellucido-punctatis, reticulato-venosis, arcubus amplis limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, folio brevioribus, demum excrescentibus; germine 8—11-loculari; bacca depresso-globosa, oligosperma, sepalis 4—6, rotundatis coronata. ♄ Variat: foliis minoribus et duplo majoribus; germinibus glabris et baccis puberulis.

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 144.

Rami teretiusculi, pallidi, exophloeo fibris secedente; ramuli ad infimos nodos tegmentis ovalibus, utrinque puberulis instructi. Folia interdum ovato-cordata, margine planiuscula, novella puberula; lamina 15—32‴ lg., 9—16‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis distantibus, suberecto-patulis, utroque latere circiter 10, utrinque praesertim subtus prominentibus; venulis interjectis tenuibus, reticulato-ramosissimis, utrinque prominulis. Pedunculi compressi, 8—16‴ lg. Alabastra obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, lineari-spathulatis, ciliatis, $1^1/_2$—2‴ lg. stipata. Germen multiovulatum. Sepala intus sericea, ciliolata, $1^1/_2$‴ lg. Petala 4—6, subrotunda, ciliata, 3‴ lg. Stamina stylusque 2‴ lg. Bacca 5—6‴ diametro. Semina generis. (v. in hb. Berol., Mart., Vindob.)

Varietas grandifolia affinis *Psidii fruticosi Vell. Fl. Fl. V. t. 57.*, sed foliis sessilibus diversa.

Habitat in prov. Minarum: Claussen n. 517. 622.; nec non prope villam Jundiahy et alibi in prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Oreas.

38. CAMPOMANESIA MICROCARPA Berg: glabra; foliis annuis, petiolatis, coriaceis, obovato- v. obverse oblongis, apiculato-acuminatis, cuneatis, supra laevigatis, subtilissime nigrescenti-, impellucido-punctatis, subtus opacis, reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, 1-floris, lateralibus; germine 8—9-loculari; sepalis 5, subrotundis, concavis, ciliatis, extus glabris, intus sericeis. ♄

Rami teretiusculi, cortice pallido, rimuloso tecti. Gemmae sericeae. Folia rarius apice obtusa, margine vix recurva: petiolo 1—$1^1/_2$‴ lg.; lamina 16—27‴ lg., 7—11‴ lt.; nervo medio supra ad basin impresso, subtus elevato; venis utroque latere circiter 8, distantibus, subpatentibus, longiori a margine distantia arcubus amplis anastomosantibus, supra parum prominulis, subtus prominentibus; venulis tenuissimis, reticulato-ramosissimis. Pedunculi 7—12‴ lg., glabri, glandulosi, ex infimis 1—2 nodis ramorum annotinorum, basi nudi v. folio abbreviato fulti. Germen bracteolis 2, linearibus, 2‴ lg. stipatum, sepalis 5, 2‴ lg., 1‴ lt. discoque plano, glabro coronatum. Stylus 3‴ lg.; stigma capitatum. Baccae immaturae pyriformes, 4—5‴ lg., 3‴ lt. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Brasilia meridionali: Sellow. Guabiroba do Campo *incolarum.*

39. CAMPOMANESIA GARDNERIANA Berg: glabra; foliis sessilibus, submembranaceis, annuis, ovatis v. ovato-oblongis, angustato-obtusis, basi truncato-angustatis, subcordatis v. breviter acutis, glaucis, utrinque nigrescenti-, pellucido-punctatis, tenuiter reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, oppositis, 1-carpicis, folio brevioribus; bacca globosa, 7—8-loculari; sepalis 5, rotundatis coronata. ♄

Rami exophloeo lamellatim secedente, rufi, novelli compressi. Folia subtus pallidiora, 10—24‴ lg., 7—14‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, patentibus, utrinque venulisque interjectis tenuioribus, reticulatis parum prominulis. Pedunculi 4—10‴ lg., graciles, subcompressi. Bacca 4‴ diametro, sepalis patulis, 1‴ lg., basi fere $^5/_4$‴ lt. coronata. (v. in hb. Vindob.)

A varietate β. *Camp. cyaneae* differt: foliis multo tenuioribus, annuis, semper oppositis, utrinque nigrescenti- elevatoque pellucido-punctatis; pedunculis folio brevioribus.

Habitat in prov. Goyazensi: Gardner n. 3183. Pl. Oreas.

7. Repandae. Folia annua v. biennia, membranacea v. chartacea, margine repanda, dentata v. crenata.

40. CAMPOMANESIA CRENATA Berg: innovationibus minute puberulis, demum glabris; foliis annuis, membranaceis, petiolatis, ovato-oblongis, obtuse acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, margine crenatis, glabris, minutissime pellucido-punctatis, venosis, arcuatim limbinerviis, lucem versus tenuissime diaphano-reticulatis; pedunculis solitariis, oppositis, 1-floris, ex infimis nodis ramorum annotinorum, superioribus saepe axillaribus, inferioribus basi nudis; germine 9-loculari; sepalis 5, subrotundis, ciliolatis. ♄

Rami tereti-4-goni, nodosi; novelli compressi. Folia siccata rufescentia; petiolo 3—4‴ lg., minute puberulo; lamina 15—26‴ lg., 7—12‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente, puberulo; venis tenuibus, suberecto-patulis, distantibus, adscendentibus, arcuatim anastomosantibus, utrinque praesertim inferne prominulis. Pedunculi 8—12‴ lg., infimi basi nudi. Alabastra 3‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen ovulis biseriatis. Sepala $1^1/_2$‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat ad oppidum Ega prov. do alto Amazonas: Pöppig. Pl. Najas.

41. CAMPOMANESIA REPANDA Berg: ramulis, petiolis, foliis ad marginem et costam, pedunculis pubescentibus; foliis biennibus, chartaceis, petiolatis, ovato- v. ovate oblongis, acutatis v. obtuse angustatis, basi cordatis, margine repandis v. crenatis, discoloribus, adultis glabris, minutissime pellucido-punctatis, supra nitidis, reticulato-venosis, subtus venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, 1-floris, ex infimis ramorum annotinorum nodis, oppositis, superioribus interdum axillaribus, folio brevioribus; germine 4—5-loculari; sepalis 4—5, inaequalibus, ovato-oblongis v. oblongis, subtruncatis v. obtusis, utrinque puberulis, margine villosis. — Variat indumento plus minusve denso; pedunculis lateralibus v. axillaribus.

Folium: Tabula nostra VI. Fig. 147.

Psidium desertorum Mart. Herb. in DC. Prodr. III. 236.

Arbor pulchra, 10—15-pedalis; ramis tereti-tetragonis, glabris, albidis; novellis compressis. Folia siccata supra viridia, subtus fuscescentia; petiolo $1^1/_2$—2‴ lg.; lamina 10—23‴ lg., 5—10‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis utroque latere 7—8, distantibus, ante marginem arcuatim anastomosantibus, utrinque prominulis; venulis interjectis reticulatis, supra parum prominulis. Pedunculi graciles, 4—10‴ lg. Alabastra sub calyce non constricta, turbinata, $1^1/_2$‴ lg.; bracteolis 2, linearibus, ciliatis, 1‴ lg., caducis stipata. Germen 4—5-loculare, disco puberulo obtectum. Sepala $^3/_4$—1‴ lg. Pe-

TALA 4—5, obovata, glabra, 1½‴ lg. STAMINA 1½‴ lg.; antheris subrotundis, didymis. STYLUS 2—3‴ lg. BACCA ovata, glabra, polysperma (teste Mart.). (v. florif. in hb. Mon.)

Habitat in silvis deserti prov. Bahiensis: M. Pl. Hamadryas.

42. CAMPOMANESIA DENTATA BERG: ramulis foliisque et inflorescentiis stellato-velutinis; foliis petiolatis, membranaceis, subobovato-oblongis, breviter acuminatis, basi truncatis, repando-dentatis, subtilissime et creberrime pellucido-punctatis, venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis geminis, axillaribus, petiolo 3—4-plo brevioribus; germine 8—9-loculari; sepalis 4—5, obtusis.

RAMI teretiusculi, fusci, verruculoso-scabri, novelli cum foliis novellis fulvi, demum olivacei. FOLIA basi interdum breviter subcordato-attenuata; PETIOLO 3—8‴ lg.; lamina 25—44‴ lg., 13—22‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis utroque latere sub-8, distantibus, suberecto-patulis, venulis interjectis vix visibilibus. PEDUNCULI 1½‴ lg. FLORES deflorati 1‴ lg. GERMEN multiovulatum. SEPALA 4—5, inaequalia, obtusa. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Brasilia meridionali: Sellow.

† Species non satis notae.

43. CAMPOMANESIA ADAMANTIUM BERG: foliis subsessilibus, ovatis, breviter acuminatis, rarius obtusiusculis, pellucido-punctatis, glabriusculis; pedunculis solitariis, axillaribus, 1-floris, puberulis; germine 12-loculari; limbo calycino obtuse 5-fido, ciliolato. ♄

Psidium Adamantium Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 209.

RAMI adulti teretes, glabri, glandulosi. FOLIA circiter 2″ lg., 14‴ lt., subtus pallida; nervo medio subtus prominulo; venis apice anastomosantibus; venulis reticulatis. PEDUNCULI 1½″ lg., teretiusculi. ALABASTRA 3‴ lg., bracteolis 2, oblongo-lanceolatis, acutiusculis, 2‴ lg., ¾‴ lt. stipata, glabriuscula. GERMEN multiovulatum. CALYX intus pilosus, lobis ovatis, obtusis. PETALA 5, obovata, obtusa, concava, 5‴ lg., ciliolata. STAMINA petalis triente breviora, antheris ellipticis. STYLUS stamina subaequans, glaber; stigma parvulum, capitatum. † — Habitu *Myrtum Goetheanam Mart.* refert. (Camb.)

Nascitur in parte prov. Minarum dicta Distrito dos Diamantes, floret Octobri: St. Hilaire. Pl. Oreas.

44. CAMPOMANESIA CAMBESSEDEANA BERG: ramulis compressis, puberulis; foliis adultis breviter petiolatis, oblongis, obtusiusculis, glabratis, nigrescenti-, haud pellucido-punctatis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris; germine 7—9-loculari; lobis calycinis 5, obtusis.

Psidium campestre Camb. l. c. 207.

FRUTICULUS 1½—2-pedalis; RAMIS teretibus, glabris, nigrescenti-glandulosis. FOLIA juniora saepe acutiuscula, pellucido-punctata, supra puberula, subtus lepidota, adulta 3″ lg., 10‴ lt.; PETIOLO 2‴ lg.; nervis subtus prominulis. PEDUNCULI filiformes, 6—12‴ lg., glandulosi. ALABASTRA obovata, puberula, 3‴ lg., bracteolis 2, linearibus, puberulis, 2—3‴ lg. stipata. GERMEN multiovulatum. CALYX 2‴ lg. PETALA 5, calyce 2—3-plo longiora, obovato-rotundata, puberula. STAMINA petalis triente breviora. STYLUS stamina nequans, puberulus. †

Haud infrequens in campis altis vulgo Chapadas prope pagum S. João et praedium dictum Fazenda do Capitão Caetano Jozé de Mello in parte provinciae Minarum dicta Minas Novas, floret Majo: St. Hilaire. Pl. Oreas.

45. CAMPOMANESIA GUAZUMAEFOLIA BERG: ramulis foliisque subtus pubescentibus v. tomentosis; foliis petiolatis, oblongis, acuminatis, basi saepe subcordatis, impunctatis, supra puberulis, reticulato-venosis; pedunculis solitariis; germine 12-loculari; fructu globoso, hirsuto, sepalis 5, obtusis coronato. Variat:

α. RUBIGINOSA: arbor 20-pedalis; ramulis 4-gonis, rubiginoso-tomentosis; foliis 5″ lg., 20‴ lt., subtus brunneo-tomentosis; petiolo 4‴ lg.; venis subtus prominulis; baccis ribes rubri magnitudine, luteis, 10—12-locularibus, abortu 1—5-spermis; seminibus generis. †

Psidium guazumaefolium Camb. α. l. c. 200.

β. GRISEA: frutex magnus, ramis apice pedunculisque et alabastris griseo-tomentosis; foliis latioribus, subtus pubescentibus v. laxe tomentosis, pilis griseis, pellucido-punctatis; pedunculis axillaribus, 2—3‴ lg.; alabastris infundibuliformibus, 6—6½‴ lg., bracteolis stipantibus caducis; germine loculis 5—6-ovulatis; sepalis 3½—4‴ lg.; petalis 5—6, obovatis, concavis, 6—7‴ lg., 5‴ lt., glabris, impunctatis, albis; staminibus petalis dimidio brevioribus; stylo staminibus longiore, glabro; stigmate capitato. †

Psidium guazumaefolium, β. griseum Camb. l. c. 200.

Nascitur α. in silvis caeduis prope rivulum Itaque, haud longe ab urbe S. Pauli; β. in silvis primaevis prope Villa de Campinas in prov. S. Pauli. Flores odorem rosae olent: St. Hilaire. Pl. Dryas.

46. CAMPOMANESIA SUAVEOLENS BERG: ramulis sulcatis, brunneo-tomentosis; foliis petiolatis, oblongis v. obovato-oblongis, acutis v. breviter acuminatis, obsolete pellucido-punctatis, puberulis, subtus glandulis creberrimis sublepidotis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, tomentosis; germine 10-loculari; limbo calycino profunde obtuseque 5-fido.

Psidium suaveolens Camb. l. c. 208.

FRUTEX 5—6-pedalis, erectus; RAMIS teretibus, subglabratis, glandulosis. FOLIA 2½—4″ lg., 12—20‴ lt., subtus pallida; PETIOLO 3—4‴ lg.; nervo medio supra impresso, subtus venisque prominulis. PEDUNCULI 1—2″ lg., teretes. ALABASTRA 4‴ lg., tomentosa, bracteolis 2, lanceolatis, obtusiusculis, basi angustatis, 4‴ lg. stipata. GERMEN multiovulatum. CALYCIS lobi ovati. PETALA 5, rotundata, calycem duplo superantia, ciliolata, alba. STAMINA petalis paullo breviora; antheris ellipticis. STYLUS petalis paullo brevior, puberulus; stigma capitatum. — Flores odorem suavem redolent. †

In silvis prope vicum Congonhas do Campo in prov. Minarum, floret Februario: St. Hilaire. Araça *incolis. Pl. Oreas.*

47. CAMPOMANESIA MEDITERRANEA BERG. — *Psidium mediterraneum Vell. Fl. Fl. V. t. 52. Text. 212. n. 5.* P. caule fruticoso; foliis lanceolatis; floribus aggregatis, subaxillaribus.

Etsi tempore observationis fructum non ferret, Psidium, vulgo Araçá do Campo equidem est. Florebat Oct. *Habitat campis apricis mediterraneis.* Vell. l. c.

48. CAMPOMANESIA ? RACEMOSA BERG. — *Psidium racemosum Vell. Fl. Fl. V. t. 55. Text. 212. n. 8.* P. caule subarboreo; foliis subovalibus; racemis solitariis.

Baccam non vidi. Discrimen est evidens. *Habitat silvis maritimis R. Praedii S. Crucis.* Florebat Sept. Vell. l. c.

49. CAMPOMANESIA FRUTICOSA BERG. — *Psidium fruticosum Vell. Fl. Fl. V. t. 57. Text. 213. n. 10.* P. caule fruticoso; foliis cordato-ovatis; pedicellis solitariis, axillaribus, unifloris.

Planta pilis subtilissimis plena, fruticosa. *Habitat fruticetis maritimis.* Ad Psidia acida pertinet. Floret Sept. Oct. Vell. l. c.

50. CAMPOMANESIA APRICA Berg. — *Psidium apricum Vell. Fl. Fl. V. t. 58. Text. 213. n. 11.* P. caule subherbaceo; foliis lanceolato-obovatis; floribus axillaribus, vel solitariis, vel binis; pedicellis unifloris.

Guabiroba-merim dicitur. *Habitat campis apricis mediterraneis.* Floret Sept. Oct. Caulis cubitalis, virgatus, ramosissimus. Vell. l. c.

51. CAMPOMANESIA TRANSALPINA Berg. — *Psidium transalpinum Vell. Fl. Fl. V. t. 59. Text. 213. n. 12.* P. caule arboreo; foliis cordato-lanceolatis; floribus extraaxillaribus; pedicellis unifloris; stigmate subdiviso.

Folia reticulata. *Habitat campis fruticetisque mediterraneis transalpinis.* Guabiroba dicitur. Flos suavem odorem spirat. Fructus sapidissimus. De vi medica Piso consulendus. Floret Oct. Vell. l. c.

Omnes ad unum Dryades in prov. Rio de Janeiro crescentes.

XXXI. ACRANDRA Berg.

Campomanesiae *species Gardn.*

Hypanthium (calycis tubus auct.) basi bibracteolatum, supra germen vix productum. Germen inferum, turbinatum, 7—9-loculare, multiovulatum; ovula biseriatim angulo interno loculorum affixa. Sepala 5, coriacea, in alabastro erecta, 3 exteriora ovata, acutiuscula, 2 interiora oblonga, acuta. Petala 5, margini angusto, libero hypanthii inserta. Stamina creberrima, seriebus pluribus ibidem inserta; filamenta libera, praefloratione recta; antherae lineares, *basifixae,* introrsae, biloculares; connectivum supra loculos in appendicem subulatam, apice glandula terminatam productum; loculi longitudinaliter dehiscentes, marginibus haud explanatis; granula pollinis lenticulari-trigona, trihila. Stylus 1. Stigma capitatum. Bacca tuberculata, pleiosperma. Embryo spiralis; rostello longissimo, tricyclico; cotylis parvis, foliaceis.

Frutices; foliis petiolatis, oppositis, exstipulatis, membranaceis, glanduloso-punctatis; pedunculis axillaribus, cymoso-3-, rarius 1-floris; floribus speciosis.

Ex vocibus: *ἄκρος, cuspidatus,* et *ἀνήρ, vir;* ob antherarum cuspidem genus denominatum.

1. ACRANDRA SELLOWIANA Berg: ramulis, petiolis, foliis subtus, pedunculis, alabastris dense pallideque cinnamomeo-velutinis; foliis petiolatis, chartaceis, junioribus oblongis, adultis ovato-oblongis, acuminatis, basi breviter acutis, supra exceptis nervis subglabratis, subtus minute nigrescenti-, impellucido-punctatis, reticulato-costatis, arcubus amplis limbinerviis; pedunculis cymoso-3-floris, divaricatis v. reclinatis, petiolo multo longioribus; germine 7—8-loculari.

Tabula nostra LI.

Frutex 6-pedalis, ramosus; rami tetragoni, glabriusculi; novelli compressi. Folia margine vix recurva, novella utrinque dense velutina, supra nitide albo-violacea; petiolo 4—5‴ lg.; lamina $6\frac{1}{4}$—$8\frac{1}{2}$″ lg., $2\frac{1}{3}$—$3\frac{1}{2}$″ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus incrassato; venis distantibus, suberecto-patulis, utroque latere circiter 10, supra subimpressis, subtus valde prominentibus; venulis interjectis reticulatis, tenuioribus, prominentibus; interstitiis amplis. Pedunculi 4—10‴ lg. Alabastra 6‴ lg., bracteolis 2, linearibus lanceolatis, acutis, 3‴ lg. stipata. (v. in hb. Berol., Vindob. et Mart.)

Habitat in montibus Serra de S. Jozé prope urbem S. Joâo del Rey, nec non prope Sumidouro in provincia Minarum: Sellow, Pohl. Pl. Oreas.

2. ACRANDRA LAURIFOLIA Berg: ramulis, foliis novellis, petiolis, gemmis tenuissime canescenti-sericeis; foliis petiolatis, membranaceis, distichis, ovato-oblongis, acutissime acuminatis, basi acutis, praesertim subtus nitidis, adultis supra excepto nervo glabratis, subtus raro sparseque pilosiusculis subtilissime pellucido-punctatis, reticulato-costatis, arcubus amplis limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, cymoso-3-, raris 1-floris, reflexis, petiolo paullo longioribus; germine 8—9-loculari; bacca ovato-globosa, tuberculata, sepalis erectis, triangularibus, acutis coronata.

Tabula nostra VII. Fig. 155. (folium) et Tab. LII.

Campomanesia laurifolia Gardner in Hook. Lond. Journ. II. 353.

Psidium terminale Vell. Fl. Fl. V. t. 53. Text. 212. n. 6.

Arbor 12—16-pedalis; rami teretiusculi, exophloeo delapso denudati; ramuli compressi. Folia margine recurva; petiolo 2—3‴ lg.; lamina $2\frac{1}{2}$—6″ lg., 13—26‴ lt.; nervo medio utrinque sericeo, supra impresso, subtus elevato; venis valde distantibus, suberecto-patulis, utroque latere circiter 9, supra sulcatis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuissimis, reticulato-ramosissimis, utrinque parum prominulis. Pedunculi 2—7‴ lg., subtetragoni. Alabastra 6‴ lg., turbinata, bracteolis 2, lanceolatis, acutis, $1\frac{1}{2}$‴ lg., caducis stipata. Germen multiovulatum. Sepala 5, coriacea, in alabastro patula, utrinque sericea, 2‴ lg. Petala 5, orbicularia, concava, alba, extus dorso sericea, ciliolata, 5‴ diametro. Stamina citrina, $1\frac{1}{2}$—2‴ lg. Stylus 4—5‴ lg. Bacca 10‴ lg. (v. in hb. Berol., Vindob., Mart.)

Not. Specimina Gardneriana 1-flora, Beyrichiana, Luschnathiana, Pohliana 1—3-flora.

Habitat in silvis mediterraneis transalpinis, Febr. florens: Vell.; in nemorosis prope Corrego secco (Petropolin) prov. Rio de Janeiro, floret Februario: Beyrich; in eadem provincia, floret Martio: Gardner n. 419.; floret Decembri: Luschnath, Pohl n. 5818. Pl. Dryas.

3. ACRANDRA ? VERRUCOSA Berg: glabriuscula; foliis petiolatis, membranaceis, ovato- v. ovali-oblongis, acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, discoloribus, creberrime minutissimeque pellucido-punctatis, supra nitidis, impresso-, subtus elevato-costatis, arcuatim limbinerviis, in axillis venarum barbatis; pedunculis compressis, validis, 1-carpicis, ex infimis nodis ramorum annotinorum; bacca depresso-globosa, verrucoso-costata. ♄

Rami teretiusculi, glabri, superne compressi. Folia siccata supra obscure fusca, subtus pallidiora; petiolo 3‴ lg.; lamina $2\frac{1}{2}$—6″ lg., 16—36‴ lt.; nervo medio venisque supra impressis, subtus elevatis, his utroque latere circiter 8, arrectis v. subpatentibus, ante marginem adscendentibus, arcubus amplis anastomosantibus; venulis interjectis tenuioribus, supra parum manifestis, reticulatis, subtus venas transversaliter conjungentibus, prominulis. Pedunculi $1\frac{1}{2}$″ lg. Bacca 7‴ lt. (v. fructif. in hb. Vindob.)

Habitat ad S. Carlos in prov. S. Pauli: Helmreichen n. 210. Pl. Napaea.

XXXII. BRITOA Berg.

Hypanthium (calycis tubus auct.) basi bibracteolatum, supra germen parum productum. Germen inferum, turbinatum, 6—16-loculare, multiovulatum; ovula biseriatim angulo interno loculorum affixa. Calyx in alabastro clausus v. breviter dentatus, ad anthesin profundius ad germinis verticem partitus. Petala 4 v. 5, margini libero hypanthii inserta. Stamina creberrima, cum petalis inserta; filamenta libera, praefloratione incurvata; antherae oblongae v. lineares, dorso baseos affixae, superne glandula terminatae, biloculares, loculis margine longitudinaliter dehiscentibus; granula pollinis lenticulari-trigona, trihila. Stylus 1. Stigma peltatum. Fructus baccatus, disco coronatus, abortu oligospermus. Semina unica serie circulariter disposita, nidulantia, plana, subreniformia, testa membranacea, verrucoso-glandulosa obtecta, exalbuminosa. Embryo spiraliter involutus; rostello longissimo; cotylis brevibus.

Genus intermedium inter *Psidium* et *Campomanesiam*. — In honorem dixi Celeb. Paulo Jozé Miguel de Brito, qui librum „*Memoria politica sobre a Capitania de S. Catharina, escripta no Rio de Janeiro em anno de 1816. Lisboa 1829*“ edidit.

1. BRITOA SESSILIFLORA Berg: ramulis foliisque novellis praesertim subtus ad nervos et alabastris dense strigosis; foliis chartaceis, breviter petiolatis, obovato- v. ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice acuminatis, basi cuneatis, supra nitidis, glabratis, ciliolatis, subtus elevato-glandulosis, pilosiusculis, venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, brevissimis, 1 — 2-floris; germine 15—16-loculari; calyce 4-lobo, demum profundius partito, lobis obtusis, bacca obovata. ♄

Rami graciles, glabri, badii; novelli compressi. Folia exsiccatione decidua; petiolo 1‴ lg.; lamina 1½—3″ lg., 8—15‴ lt.; nervo medio supra impresso, puberulo, subtus elevato, piloso; venis utroque latere 6—8, subpatentibus, supra oblitteratis, subtus prominentibus, pilosis; venulis interjectis subreticulatis, subtus prominulis. Alabastra velutina, 6‴ lg., bracteolis 2, lanceolatis, caducis stipata. Germen ovulis biseriatis. Calyx 2½‴ lg. (v. in hb. Vindob.)

Habitat ad Rio de Janeiro: Schott n. 5843. Pl. Dryas.

2. BRITOA ? ACIDA Berg: ramulis 4-gonis, alatis, superne foliisque novellis subtus subsericeis; foliis brevissime petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis, obtuse recurvatoque acuminatis, basi obtusis, glabris, nitidis, obscure obsoleteque pellucido-punctatis, reticulato-venosis, duplicato- arcuatim limbinerviis; bacca globosa, sepalis ovatis, obtusis, erectis et saepe connatis coronata.

Psidium acidum Mart. Herb.

Psidium acutangulum, β. acidum DC. Prodr. III. 233.

Arbor 20—30-pedalis; ramuli cortice fusco, demum delabente obtecti, glabri, 4-goni; ramuli argute alati, badii. Folia siccata obscure fusca; petiolo ½—1‴ lg.; lamina 1½—4″ lg., 9—20‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis erecto-patulis, distantibus, utroque latere circiter 10, supra planiusculis, subtus elevatis, longiori a margine distantia arcuatim unitis. Fructus (ex Mart. descript.) pallide flavi, magnitudine pomi Borsdorfiensis, pulpa citrina, acida farcti. Semina orbiculata, compressa, pallide fusca. (v. s. fl. et fr. in hb. Mon.) — Ill. Candolleus incaute hanc speciem cum *Psidio acutangulo* conjunxerat, a quo jam generice differt. — Quamquam ipse semina non vidi, tamen secundum descriptionem Martianam hanc ad genus Britoae pertinere puto.

Habitat in silvis ad Nogueira prov. do Alto Amazonas, fructificat Decembri: M. Pl. Najas.

3. BRITOA TRIFLORA Berg: ramulis novellis, pedunculis et alabastris pilis ochraceis, demum brunneis densissime tenuissimeque sericeis; foliis annuis, longe petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis, acute breviter acuminatis, basi obtusis, glabris, discoloribus, minutissime et obscure pellucido-punctatis, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, superioribus folio brevioribus, 3-floris; flore centrali subsessili; germine 6-loculari; calyce campanulato, 5-dentato, demum profundius partito. ♄

Eugenia triflora Willd. Herb. n. 9530.

Rami tetragoni, novelli compressi. Folia petiolo 4—6‴ lg.; lamina 23—32‴ lg., 12—16‴ lt., infima ramuli cujusve multo minora; nervo medio venisque subtus prominentibus, supra leviter impressis, his suberecto-patulis, utroque latere 7—8, adscendentibus, arcubus amplis anastomosantibus; venulis interjectis tenuissimis, reticulatis. Pedunculi ex infimis 1—2 nodis ramulorum annotinorum, 9—13‴ lg.; pedicelli 5—7‴ lg. Alabastra turbinata, 6‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen 2—3‴ lg., basi in stipitem attenuatum; ovulis angulo interno loculorum biseriatim affixis. Calycis dentes lati, cuspidati, intus velutini, demum profundius partiti, 2‴ lg. Petala obovata, 6‴ lg. Stamina 5‴ lg. Stylus 6‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. Willd.)

Habitat in prov. Paraënsi: Sieber. Pl. Najas.

4. BRITOA PSIDIOIDES Berg: ramulis foliisque novellis ad petiolum et costam mediam, pedunculis et alabastris subsericeis; foliis petiolatis, chartaceis, cordatis v. ovalibus, tum basi obtusis, apice obtusatis, glabris, nitidis, minutissime creberrimeque pellucido-punctatis, tenuissime reticulatis, supra impresso-, subtus elevato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, folio duplo brevioribus, 3—7-floris; floribus in dichotomia sessilibus; alabastris obovatis, apice 5-crenatis, demum 5-partitis; germine 6-loculari; lobis calycinis ovatis, acutiusculis.

Rami subtetragoni, nitidi, glandulosi, glabri; novelli compressi. Folia siccata pallida; petiolo 2—3‴ lg,; lamina 26—44‴ lg., 16—28‴ lt.; nervo medio venisque supra impressis, subtus elevatis, his suberecto-patulis, utroque latere 8, distantibus, prope marginem adscendentibus et arcubus amplis anastomosantibus, venulis interjectis tenuissimis, reticulato-ramosissimis. Pedunculi 1½″ lg., pedicellis 4‴ lg. Alabastra 4‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen ovulis angulo interno affixis, biseriatis. Calycis laciniae demum 2‴ lg. Petala 5, obovata, 3‴ lg. Stamina stylusque 4‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in Brasilia: Gardner n. 1019.

5. BRITOA DICHOTOMA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, pedunculis et alabastris cano-sericeis; foliis petiolatis, demum chartaceis, ovatis v. ovalibus, obtusis v. obtusatis, basi subcordatis v. obtusis, discoloribus, creberrime minuteque obsolete pellucido-punctatis, supra sparse pilosiusculis, demum glabris, angustissime reticulatis, subtus glabratis, in axillis venarum barbatis, costatis, reticulatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, dichotomis; alabastris hiantibus; germine 6—8-loculari; calyce 5-dentato, demum 5-partito, utrinque sericeo. ♄

Folium: Tabula nostra VII. Fig. 157.

Rami tetragoni, exophloeo secedente, novelli compressi. Folia siccata supra hepatica, subtus pallidiora; petiolo 3‴ lg.; lamina 16—36‴ lg., 12—24‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus elevato; venis suberecto-patulis, utroque latere 7—8, distantibus, supra planis v. demum impressis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, supra angustissime subtus multo amplius reticulatis, utrinque parum prominulis. Pedunculi bis v. ter bifidi, 14—22‴ lg.; pedicellis 4‴ lg.; floribus in dichotomiis sessilibus. Alabastra obovata, sub calyce haud constricta, 4‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen ovulis biseriatis. Calyx campanulatus, 2‴ lg., demum partitus. Petala 5, subrotunda, 3‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus paullo longior; stigma peltatum. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in prov. Alagoas: Gardner n. 1294. Pl. Hamadryas.

6. BRITOA ERIANTHA Berg: ramulis foliisque subtus, pedunculis et alabastris rufescenti-tomentosis; foliis petiolatis, oblongis, utrinque angustatis, acutis v. acuminatis, supra pubescentibus, pellucido-punctatis, reticulato-venosis; pedunculis axillaribus, 1-floris, solitariis; alabastris pyriformibus, hiantibus; germine 10—12-loculari, 12-costato; limbo calycino obtuse 5-dentato.

Psidium erianthum Cambess. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 199.

Frutex; ramuli obsolete 4-goni. Folia rarius inferiora obtusa, margine revoluta; petiolo 1½—3‴ lg.; lamina 2½—3½″ lg., 12—20‴ lt.; venis supra impressis, subtus prominentibus. Pedunculi inferiores 10‴ lg., superiores gradatim breviores. Alabastra pyriformia, medio paullulum constricta, 5‴ lg., bracteolis 2, subulatis, tomentosis, 2—3‴ lg. stipata. Germen loculis 6-ovulatis. Calyx campanulatus, demum profunde regulariter 5-fidus. Petala 5, ovata, concava, 7‴ lg., 6‴ lt., extus lanato-tomentosa, alba. Stamina 3‴ lg. Stylus staminibus paullo brevior; stigma capitatum. Fructus sphaericus. (Camb.) †

Habitat in silvis primaevis prope praedium Itajuru de S. Miguel de Mato dentro in prov. Minarum, floret Decembri: St. Hilaire. Pl. Oreas.

7. BRITOA SELLOWIANA Berg: ramulis, petiolis, foliis subtus, alabastris, baccis cano-velutinis; foliis petiolatis, submembranaceis, elliptico- v. ovato-oblongis, acutatis, basi obtusis v. truncato-subcordatis, discoloribus, subtilissime creberrimeque pellucido-punctatis, supra pubescentibus, tandem glabratis, nitidis, subtus opacis, tandem modo nervo venisque villosis, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis brevissimis, axillaribus et subterminalibus, solitariis, 1-floris; alabastris pyriformibus, hiantibus; calyce dentato, demum irregulariter 2—4-partito, tandem deciduo; bacca depresso-globosa, 8—12-loculari.

Tabula nostra LIII.

Arbor 20—25-pedalis; rami teretiusculi, exophloeo delapso laeves; ramuli tetragoni, novelli compressi. Folia novella basi acuta, adulta apice saepe obtusata, margine planiuscula; petiolo incrassato, 3—4‴ lg.; lamina 3—6″ lg., 1½—3″ lt.; nervo medio supra vix impresso, tomentello, subtus incrassato; venis utroque latere 12—16, distantibus, supra planiusculis, demum impressis, tomentellis, subtus elevatis; venulis interjectis supra vix manifestis, tandem subimpressis, subtus prominulis, reticulatis. Pedunculi usque ad 1½‴ lg. Alabastra medio vix constricta, 8‴ lg. Germen 8—12-loculare, 3‴ lg.; ovulis angulo interno loculorum affixis, biseriatis. Calyx lobis demum ovatis, obtusis, membranaceis, 4‴ lg. Petala 5—7, subrotunda, crenata, 8‴ lg. Stamina plurima, vix incurva, 4—5‴ lg.; antherae lineares, dorso baseos fixae, superne glandula terminatae, 1‴ lg. Stylus 6‴ lg.; stigma peltatum. Bacca disco concavo terminata, 9‴ diametro, loculis 1-spermis. Semen planum, glandulosum. Embryo spiralis; rostello longissimo, infero. (v. in hb. Berol., Mart., Sonder. sub nomine *Psidii pyriferi Miq.*)

Habitat ad Caldas prov. Minarum: Dr. Regnell II. n. 118., Claussen n. 621.; ad Congonhas do Campo: Dr. Stephan; in nemorosis prope pagum S. Joâo in parte ejusdem provinciae dicta Minas Novas: Sellow; nec non in silvis montosis prov. Rio de Janeiro, floret Novembri: Beyrich n. 36.; et ad Ypanema prov. S. Pauli: Sellow. Sette Casacas *incolis. Pl. Oreas — Dryas.*

XXXIII. LACERDAEA Berg.

Hypanthium (calycis tubus auct.) basi bibracteolatum, turbinatum, basi in stipitem attenuatum, supra germen non productum. Germen multiloculare,, multiovulatum; ovula biseriatim angulo interno loculorum affixa. Sepala 4, magna, coriacea, obtusa. Petala 4, magna, cum sepalis margini angusto libero hypanthii inserta. Stamina numerosissima, seriebus plurimis ibidem inserta; filamenta libera; antherae lineares, dorso baseos affixae, glandula terminatae, biloculares, longitudinaliter dehiscentes; granula pollinis trigona, tripora. Carpophylla plurima, verticem germinis stylumque formantia. Stylus simplex. Stigma peltatum. Fructus .....

Arbusculae Bahienses, foliis oppositis, impellucido-punctatis, reticulatis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris; floribus speciosis.

Genus in honorem Ill. Dr. Antonii Correia de Lacerda, quondam protomedici Paraënsis, qui plantas Paraënses et Maragnanenses illustravit, dixi. Vir et eruditione et animi candore insignis, qui hujus operis editori, quum Parae commoraretur, amicus et laborum socius extitit, museum rerum naturalium et bibliothecam, testamento condito, Societati Vellozianae, quae Sebastianopoli floret, reliquit. Inter Brasilienses ob egregia de patria et scientiis merita rite laudatus, ex hac vita decessit, peracto anni LXX, m. Jul. MDCCCLII. Cfr. Trabalhos da Sociedade Velloziana, Relatorio, p. 118.

1. LACERDAEA LUSCHNATHIANA Berg. ♄

Rami teretiusculi, exophloeo delabente; ramuli compressi, rufo-tomentelli. Folia rigida, discoloria, ovali-oblonga, acutata, basi acuta, supra vix nitida, glabra, impresso-, subtus elevato-, reticulato-costata, arcuatim limbinervia, ibidem pallidiora, pilosiuscula, impellucido-punctulata; nervo medio venisque suberecto-patulis et venulis interjectis reticulatis, supra impressis, subtus elevatis. Pedunculi axillares, solitarii, 1-flori, petiolo longiores, validi, compressi, rufo-minutissime velutini, 4‴ lg. Germen basi in stipitem 3‴ lg., validum attenuatum, turbinatum, dense rufo-velutinum, 7‴ lg., 11-loculare. Sepala 4, ovato-oblonga, obtusa, inaequalia, majora 7‴ lg., minora 6‴ lg. Petala 4, obovata, glabra, 1″ lg. Stamina 6‴ lg. (v. in hb. Schlechtend.)

Habitat in prov. Bahiensi: Luschnath. Pl. Hamadryas.

Subtrib. IV. MYRRHINIEAE Berg. Germen inferum, biloculare, multiovulatum. Sepala 4. Petala 4. Stamina 4—6, in alabastro retrorsum biplicata, demum recta, longissima; antherae biloculares, longitudinaliter dehiscentes. Stylus 1; stigma simplex. Bacca calyce coronata. Embryo exalbuminosus, arcuatus; cotylis parum distinctis.

XXXIV. MYRRHINIUM Schott.

Myrrhinium *Schott in Spreng. Syst. Veg. IV. App. 404.; in Mart. Nov. Gen. Br. III. 173. t. 291.* — Felicianea *Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 271. t. 271.* — Tetrastemon *Hook. Bot. Misc. III. 318.*

Alabastra oblonga, bibracteolata. Hypanthium (calycis tubus auctor.) supra germen haud productum. Germen inferum, biloculare, multiovulatum; ovula horizontalia, duplici serie sporophoris 2, centralibus, lamelliformibus affixa. Sepala 4, erecta, ovata, obtusa, ciliolata. Petala 4, oblonga, obtusa, concava, crassiuscula, praefloratione imbricata. Stamina libera, cum petalis margini libero hypanthii inserta, 4, petalis alterna, 5, 6 v. 8; filamenta in alabastro retrorsum biplicata et stylum pariter contortum amplectentia, demum recta, longissima, filiformia; antherae oblongae, dorso supra basin fixae, apice glandula terminatae, biloculares, loculis longitudinaliter a latere dehiscentibus; granula pollinis globoso-subtrigona. Stylus filiformis, sursum attenuatus. Stigma simplex. Bacca sepalis coronata, carnosula, 2-locularis, quasi 4-locularis, oligosperma. Semina simplici gyro cochleata, testa cornea, nitida, crassa, dura instructa. Embryo cylindricus, arcuatus, cotylis parum distinctis, exalbuminosus.

Arbores v. frutices; folia exstipulata, opposita, pellucido-punctata, integerrima; cymae dichotomo-ramosissimae, laterales, raro terminales; floribus in dichotomiis sessilibus.

1. MYRRHINIUM ATROPURPUREUM Schott: ramulis pubescentibus; foliis petiolatis, concavis, rigidis, ovali-oblongis, utrinque obtusis v. basi breviter acutis, utrinque nitidis, novellis utrinque pilis brevibus, raris, sparsis inspersis, adultis glabris, impellucido-punctatis, supra reticulato-venosis, subtus laevigatis, vix venosis, limbinerviis; cymis effusis, glabris; appendicibus setosis, petalis oppositis, in vertice germinis; staminibus 6, rarius 4—5.

Myrrhinium atropurpureum Schott in Spreng. Syst. Veg. IV. App. 404.; in Mart. Nov. Gen. Br. III. 173. t. 291. Mart. in Flor. Rat. XX. Beibl. II. 90., excepto synon.

Felicianea rubriflora α. Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid II. 271. t. 157.

Folium: Tabula nostra VII. Fig. 152.

Frutex 4—16-pedalis; rami compressi. Folia siccata utrinque hepatica; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 15—25‴ lg., 9—13‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis utrinque praesertim superne prominulis, remotis; venulis interjectis ramulosis, subtus haud visibilibus. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ciliatis stipata. Germen glabrum, loculis 10-ovulatis. Sepala ovata, obtusa, ciliolata. Petala 4, coriacea, ciliolata, lucida, extus violacea, intus pallidiora, 2‴ lg. Stamina 6, sepalis exterioribus singulatim, interioribus geminatim oppositis, rarius 4—5, purpurea, 10‴ lg. Stylus purpureus, 13‴ lg. Bacca 2—4-sperma, edulis. (v. in hb. Berol., Mart., Sonder.)

Habitat in prov. Minarum: Claussen; nec non ad littora lacus Sacuarema: St. Hilaire; et alibi in arenosis maritimis e. g. prope Capocabana, florens Junio, prov. Rio de Janeiro: Sellow, Beyrich; floret Septembri et Octobri: Mart. Hb. Fl. Br. n. 62. Pl. Dryas.

2. MYRRHINIUM RUBRIFLORUM Berg: ramulis foliisque novellis margine nervoque medio minute puberulis, mox glabris; foliis subsessilibus, coriaceis, oblongo-lanceolatis v. oblongis, basi cuneatis, apice acutatis, interdum brevissime apiculatis, nec cuspidatis, opacis, pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; cymis effusis, glabris; appendicibus setosis in vertice germinis nullis; staminibus 4. ♄

Folium: Tabula nostra VII. Fig. 164.

Felicianea rubriflora β. Camb. l. c. 271.

Tetrastemon loranthoides Hook. Bot. Misc. III. 318.

Rami teretiusculi; novelli compressi. Folia subconcoloria, margine recurva; petiolo ½‴ lg.; lamina 16—25‴ lg., 4½—10‴ lt.; nervo medio supra basin versus subimpresso, subtus prominente; venis arrectis, utrinque vix manifestis. Cymae dichotomae, effusae, e ramis ad nodos defoliatos oriundae. Alabastra 2—2½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ciliatis stipata. Germen oblongum, glabrum, vertice laeve; loculis 8-ovulatis. Sepala rotundata, ciliolata, atropurpurea. Petala oblonga, 1½—2‴ lg., ciliolata, atropurpurea. Stamina 6—8‴ lg., atropurpurea. Sty-

lus 9—10‴ lg., atropurpureus. — A *M. peruviano* differt: habitu, indumento; foliis angustioribus, basi cuneatis, apice nec cuspidatis; venis arrectis, nec suberecto-patulis; cymis effusis, glabris; appendicibus setosis in vertice germinis deficientibus; staminibus 4.

Habitat in silvulis prope praedium Estancia de Joze Bermudez, in campis olim dictis Campos Neutraes, in parte maritima prov. Rio Grande do Sul: St. Hilaire; nec non ad S. Cruz, in civitate Las Missiones, et in Montevideo: Sellow. Murtilla *incolis. Pl. Napaea.*

Subtrib. V. **ORTHOSTEMONOIDEAE** Berg. Germen inferum, 4-loculare, multiovulatum. Sepala 4. Petala 4. Stamina plurima, libera, in alabastro brevia, recta, demum longissime excrescentia, stricta; antherae biloculares, longitudinaliter dehiscentes. Stylus 1; stigma capitato-peltatum. Fructus baccatus. Semina albuminosa. Embryo rectus, centralis; rostello elongato; cotylis foliaceis, planis.

XXXV. ORTHOSTEMON Berg.

Hypanthium (calycis tubus auct.) elongatum, cylindrico-turbinatum, basi attenuatum, supra germen 4-angulare, 4-loculare, multiovulatum vix productum; ovula sporophoris parietalibus, 4, bilamellatis, axi discretis affixa. Sepala 4, subrotunda, margini hypanthii inserta, inaequalia. Petala 4, perigyna, magna. Stamina plurima, perigyna; filamenta in alabastro brevia, recta, demum longissime excrescentia, stricta, colorata; antherae ovales, dorso supra basin affixae, ciliatae, glandula terminatae. Carpophylla 4, verticem germinis stylumque formantia. Stylus 1, longissimus, linearis, medio parum dilatatus. Stigma capitatum. Bacca oblonga, calyce coronata, 8-sperma. Semina angulata, albuminosa. Embryo rectus, centralis; cotylis foliaceis, ovatis, planis; rostello elongato.

Frutices; foliis oppositis, pellucido-punctatis, arcuatim limbinerviis, venosis; pedunculi laterales et axillares, 1-flori; flores speciosi, bibracteolati.

1. ORTHOSTEMON SELLOWIANUS Berg: ramulis, foliis subtus, pedunculis, alabastris, fructibus densissime albo-velutinis; foliis coriaceis, breviter petiolatis, ovalibus v. ovali-oblongis, utrinque obtusis v. basi breviter acutis; pedunculis axillaribus et lateralibus, erectis.

Tabula nostra VII. Fig. 158. (folium) et Tab. LIV.

Arbuscula 10—20-pedalis; rami tereti-4-goni, rugosi, glabri; ramuli compressi. Folia margine vix recurva, juniora supra puberula, tandem glabrata, nitida, subtus velutina; tomento demum expallente, postremo subevanido; petiolo 2‴ lg., albo-velutino; lamina 14—28‴ lg., 8—18‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis erecto-patulis, supra tenuissimis, subtus prominentibus, ante marginem arcuatim unitis; venulis interjectis reticulatis, supra parum prominulis, subtus tandem prominentibus. Pedunculi 6—9‴ lg., erecti, infimi ramuli cujusve laterales, basi nudi. Alabastra 7—10‴ lg., sub calyce valde constricta. Germen 3—4‴ lg., 2‴ lt., disco planiusculo, lato, tomentoso obtectum; alabastrum perigonii globosum, 6‴ diametro. Sepala 4, 2 exteriora 4‴ lg., interiora 5‴ lg., ovata, obtusa, utrinque velutina, ad anthesin reflexa. Petala 4, obovata, ciliolata, 8—9‴ lg., 4—5‴ lt. Stamina purpurea, 9—10‴ lg. Stylus 8—9‴ lg. Bacca 8—12‴ lg., 5—6‴ lt., disco concavo sepalisque patentibus coronata. (v. in hb. Berol.)

Habitat in prov. Rio Grande do Sul, nec non in Montevideo: Sellow. Pl. Napaea.

2. ORTHOSTEMON OBOVATUS Berg: ramulis glabris, novellis, foliis subtus, pedunculis, alabastris tenuiter cano-velutinis; foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, obovatis, basi cuneatis, apice rotundatis; pedunculis axillaribus, nutantibus.

Frutex 10-pedalis; rami teretiusculi, rugulosi; ramuli compressi, glandulosi. Folia supra glabra, nitida, pellucido-punctata; petiolo 3‴ lg.; lamina 16—27‴ lg., 10—16‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis erecto-patulis, supra parum prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Pedunculi 4—6‴ lg. Germen 3‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Sepala extus velutina, intus glabra, majora 3‴ lg., 2‴ lt., minora 2‴ lg., 1½‴ lt. Stamina 9‴ lg. Stylus basi villosus, dilatatus, 9‴ lg. (v. in hb. Berol.)

Habitat ad ripas prope urbem S. Francisco de Paula in prov. Rio Grande do Sul, floret Novembri: Sellow. Pl. Napaea.



1. Gomidesia Blanchetiana, 2. G. Sellowiana, 3. G. Chamissoeana, 4. G. reticulata, β. angustifolia, 5. G. Hookeriana, 6. G. Cambessedeana. 7. Calyptranthes musciflora, ε. venosa. 8. Gomidesia Fenzliana, α. obovata. 9. Calyptranthes musciflora, β. angustifolia. 10. Marlierea parvifolia, 11. M. excoriata, α. latifolia, 12. M. sessiliflora. 13. Rubachia Neuwiedeana. 14. Calyptranthes macrophylla, 15. C. Pohliana, 16. C. multiflora, 17. C. axillaris, 18. C. ovata, 19. C. pulchella, β. latifolia.



20



21



22

23



24



25



26

27



28

29

30

31

32

33



34



35



36



37

38

39

40

20. Calyptranthes clusiaefolia, 21. C. Martiusiana. 22. Calyptromyrcia costata, 23. C. puberula. 24. Aulomyrcia longipes, α. spathulata, 25. A. prunifolia, 26. A. pulchra, 27. A. intermedia, 28. A. alloiota, α. cuneata, 29. A. torta (fol. adultum), 30. A. suffruticosa, 31. A. torta (fol. annotinum), 32. A. buxifolia, β. ovalis, 33. A. emarginata, 34. A. hepatica, 35. A. Klotzschiana, α. depauperata, 36. A. costata, 37. A. pallida, 38. A. bimarginata, 39. A. obovata, 40. A. sphaerocarpa, γ. intermedia.



41



42



43



44



45



45a



45b

45c

45d



46



47



48

55

49



57

50



51



52



53



54

58



59

41. Eugeniopsis Gaudichaudiana, 42. E. ovata, 43. E. Clausseniana, α. rufa. 44. Myrcia lanceolata, β. angustifolia, 45. M. pubipetala, 45[a]. M. palustris, α. bracteata, 45[b]. M. cordifolia, δ. acuminata, 45[c]. M. ambigua, δ. silvatica, 45[d]. M. eriopus, α. grandifolia, 46. M. Maximiliana, 47. M. Corcovadensis, 48. M. Berberis, α. latifolia, 49. M. bracteata, 50. M. Kegeliana, γ. angustifolia, 51. M. bullata, 52. M. guayavaefolia, α. perforata, 53. M. costata, β. Minensis, 54. M. acuminatissima, 55. M. Ypanemensis, 56. M. hypoleuca, 57. M. phaeoclada, β. Alagoensis, 58. M. gemmiflora. 59. Myrceugenia myrtoides, β. stricta.



60. Eugenia lanceolata, 61. E. Tocaiana, 62. E. velutina, 63. E. sphenophylla, δ. prasina, 64. E. linearifolia, β. oppositifolia, 65. E. Bagensis, γ. latifolia, 66. E. Ferreiracana, 67. E. dictyophleba, 68. E. splendens, 69. E. glomerata, γ. genuina, 70. E. pyramidalis, 71. E. stigmatosa, α. obtusata, 72. E. cyclophylla, 73. E. rubrocincta, 74. E. Romana, 75. E. Chrystaënsis, 76. E. Kunthiana, α. pellucida, 77. E. tenuifolia, α. axillaris, 78. E. cuspidata, 79. E. Itacolumensis, 80. E. leptoclada, 81. E. planiramea, 82. & 83. E. aurata (fol. novellum et adultum), 84. E. Barrerensis, 85. E. Schüchiana, 86. E. repanda.



87. Phyllocalyx limbatus, 88. Ph. macrosepalus, 89. Stenocalyx mutabilis (fol. adultum), 90. Phyllocalyx edulis, *α.* depauperatus, 91. Phyllocalyx retusus. 92. Stenocalyx sulcatus, *α.* latifolius, 93. St. squamiflorus. 94. Phyllocalyx mutabilis (fol. novellum), 95. Stenocalyx Pitanga. 96. Myrcianthes Cisplatensis, *β.* latifolia. 97. Mitranthes Gardneriana. 98. Myrciaria tenella, *α.* elliptica, 99. Stenocalyx Brasiliensis. 100. Schizocalyx Pohlianus. 101. Calycorectes Schottianus. 102. Myrciaria Amazonica, 103. M. prasina, 104. M. lanceolata, *α.* angustifolia, 105, 107. M. tolypantha, *β.* latifolia, 106. M. delicatula, *α.* latifolia, 108. M. Schüchiana. 109. Siphoneugena Widgreniana. 110. Psidium incanescens, *β.* parvifolium, 111. Ps. refractum, 112. Ps. Paraënse, 113. Ps. Araça, 114. Ps. Guayava.



115

121

126



116



117



118

119



120

122

130

123

124

125

133



127

128

131



132

134

135



129

136

144



137



143



145

139

140

146



141



147

148



149

115. Psidium rufum, 116. Ps. densicomum, 117. Ps. persicifolium, 118. Ps. Sprucei, 119. Ps. Pohlianum, 120. Ps. coriaceum, α. obovatum. 121. Myrtus Sellowiana. 122. Psidium argenteum, δ. angustifolium. 123. Myrtus mucronata, β. opaca, 124 & 125. M. cuspidata, β. pentamera, α. tetramera, 126. M. incana. 127. Psidium oligospermum, 128. Ps. variabile. 129. Calycolpus Goetheanus. 130. Myrtus suffruticosa, α. latifolia, 131. M. rigida. 132. Blepharocalyx acuminatus, 133. Bl. acuminatissimus. 134. Myrtus acutata. 135. Pseudocaryophyllus sericeus. 136. Campomanesia aurea. 137. Abbevillea Schlechtendaliana. 138. Blepharocalyx sessilifolius, β. pluriflorus. 139. Abbevillea Gardneriana, 140. A. chrysophylla. 141. Campomanesia rugosa. 142. Abbevillea Fenzliana, β. intermedia, 143. A. rufa. 144. Campomanesia caerulea, parvifolia, 145. C. discolor, β. oppositifolia, 146. C. cyanea, β. ovata, 147. C. repanda, 148. C. reticulata, 149. lineatifolia.



150

151



155



156

152



153



158



157



154



161



159



162



160

163

164

150. Lecythis Pohlii. 151. Couratari legalis. 152. Myrrhinium atropurpureum. 153. Couratari Estrellensis. 154. Lecythis ovata, η. ovalifolia. 155. Acrandra laurifolia. 156. Lecythis lanceolata. 157. Britoa dichotoma. 158. Orthostemon Sellowianus. 159. Lecythopsis rufescens. 160. Gustavia Brasiliana. 161. Couratari lineata. 162. Lecythis angustifolia. 163. Couratari legalis. 164. Myrrhinium rubriflorum.

Fig. 1 a.+



Fig. 1 b.

Fig. 2 a.+



Fig. 2 b.

Fig. 3.+



Fig. 4.+



Fig. 5.+



Fig 7.+



Fig 6.

Fig. 8.

Fig. 9.+



Fig. 10.+

Fig. 11.+



Historia evolutionis floris Punicae Granati.

Fig.12.



Fig.12.+



Fig.13. +





Fig.14.+

Historia evolutionis floris Punicae Granati.

CERQUEIRIA Sellowiana.



GOMIDESIA spectabilis, β genuina.

GOMIDESIA Sellowiana.

RUBACHIA Antonia.

MARLIEREA Estrellensis.

CALYPTRANTHES Martiusiana.

CALYPTRANTHES tetraptera.

CALYPTROMYRCIA cymosa.

AULOMYRCIA obovata.

AULOMYRCIA ternifolia.

EUGENIOPSIS Clausseniana, var. rufa.

EUGENIOPSIS cannaefolia.

MYRCIA hispida & panicularis.

MYRCIA lanuginosa.

MYRCEUGENIA myrtoides, β stricta.

EUGENIA sancta.

EUGENIA aurata.

EUGENIA Amazonica.

PHYLLOCALYX edulis, α. depauperatus.

PHYLLOCALYX retusus.

STENOCALYX sulcatus, ∝ latifolius.

STENOCALYX Brasiliensis.

MYRCIANTHES apiculata.

MITRANTHES ovalifolia.

CALYCORECTES Sellowianus.

SCHIZOCALYX Pohlianus ∝. panicularis.

FLORA BRASILIENSIS

SIVE

ENUMERATIO PLANTARUM

IN

BRASILIA

HACTENUS DETECTARUM

QUAS

CURA MUSEI CAES. REG. PALAT. VINDOBONENSIS

SUIS ALIORUMQUE BOTANICORUM STUDIIS DESCRIPTAS

ET

METHODO NATURALI DIGESTAS

SUB

AUSPICIIS

FERDINANDI I.

AUSTRIAE IMPERATORIS

ET

LUDOVICI I.

BAVARIAE REGIS

EDIDIT

CAROLUS FRID. PHIL. DE MARTIUS.

ACCEDUNT CURAE VICE MUSEI CAES. REG. PALAT. VINDOBON.

EDUARDI FENZL.

FASCICULI XVIII. Pars II.

MYRTACEAE: exposuit OTTO BERG.

Pars secunda: BARRINGTONIEAE et LECYTHIDEAE.

(☞ Continuatio Partis I. Sequetur III. cum Supplemento.)

Fol. 60 — 67, pag. 469 — 528. Tab. 36 — 82. cum intercalaribus 41 a. 47 a.

TABULAE PHYSIOGNOMICAE duae: LI. LII.

PRETIUM: 22 Flor.

LIPSIAE APUD FRID. FLEISCHER IN COMM.

1. FEBR. 1858.

FLORAE BRASILIENSIS

MYRTOGRAPHIA

SIVE

DESCRIPTIO

MYRTACEARUM

IN

BRASILIA

PROVENIENTIUM

AUCTORE

OTTONE BERG

IN UNIV. LITT. BEROLIN. BOTANICAM DOCENTE.

ACCEDUNT TABULAE LXXXV.

LIPSIAE APUD FRID. FLEISCHER IN COMM.

1858.

Tribus II. BARRINGTONIEAE DC. *Dict. Class. V. XI. not. 1826. Prodr. III. 288. Endl. Gen. 1233.* — Lecythidearum *gen. Rich. Poiteau.* **Folia** sparsa, subopposita v. subverticillata, saepissime impunctata, serrata. **Germen** inferum, pluriloculare. **Calyx** integer, 4- v. 6-lobus. **Petala** totidem v. dupla. **Stamina** innumera, aequalia, basi aequaliter monadelpha. **Fructus** baccatus aut siccus, corticatus, evalvis, plurilocularis. **Embryo** exalbuminosus, cotylis carnosis, magnis.

XXXVI. GUSTAVIA L.

Gustavia *Linn. Amoen. Acad. VIII. 266. Linn. fil. Suppl. 51. Poiteau Mem. de Mus. XIII. 156. DC. l. c. 289. Endl. Gen. 1234. n. 6327.* — **Pirigara** *Aubl. Guian. I. 487. Hb. Bpl. Kunth. Nov. Gen. Am. VII. 261.* — **Spallanzania** *Neck. Elem. 79. n. 733.* — **Teichmeyera** *Scop. Introd. n. 1212.*

Hypanthium (calycis tubus auct.) turbinatum, supra germen vix productum, in calycem abiens. **Germen** inferum, vertice planum, 4—6-loculare, loculis multiovulatis. **Calyx** superus, aut angustus, integer v. obsolete 4-lobus, aut 6-partitus, persistens. **Petala** 6—8, magna, subaequalia, ante calycem margini hypanthii inserta, decidua. **Stamina** creberrima, pluriserialia, cum petalis inserta; **filamenta** basi in urceolum aequalem connata, superne libera, linearia, semper incurvata, apice paullulum dilatata, truncata, apiculata; **antherae** lineares, basifixae, subquadriloculares, apice bisulcae v. biporosae; **granula pollinis** lenticularia, tripora. **Carpophylla** 4—6, verticem germinis planum, orbicularem stylumque formantia. **Stylus** brevis, conicus. **Stigma** minutum, sulcatum. **Bacca** calyce umbilicata v. coronata, fibrosa, evalvis. **Semina** pauca in quoque loculo, ovalia, testa crassa, coriacea instructa, ope strophiolae incrassatae, longae, plicatae, columnae affixae suspensa. **Embryo** exalbuminosus, conformis; **cotylis** 2, magnis, carnosis, subaequalibus, plano-convexis; **rostello** obtuso, vix prominente, hilum spectante.

Arbores v. arbusculae Americanae; foliis sparsis, magnis, saepissime impunctatis, serratis; pedunculis 1-floris, subumbellatis, medio bibracteolatis ibique articulatis; floribus speciosis.

1. Calyx subinteger v. obsoletissime 4-lobus; antherae apice lateraliter bisulcae.

1. GUSTAVIA AUGUSTA Linn. foliis sessilibus, lanceolatis v. oblongo-lanceolatis, saepissime obversis, longe acuteque acuminatis, basi sensim angustatis, antrorsum argute subserratis, glabris, impunctatis, reticulatis, costatis; pedunculis validis, medio minute bibracteolatis germineque laevi minutissime puberulis; calyce circulari, angusto, subintegro; antheris apice bisulcis; stylo brevi, conico; stigmate obtuso, obsolete lobato; bacca globoso-turbinata, vertice truncata.

Tabulae nostrae LV. LVI.

Gustavia meizocarpa Gärtn. Fr. II. 264. t. 138. Variat:

α. **guianensis** *Berg*: foliis rigidis, nitidis, utrinque elevato-costatis.

Gustavia augusta Linn. Amoen. Acad. VIII. 266. t. 5. DC. Prodr. III. 289. n. 1. except. syn. Kunth. Miquel in Linnaea XXII. 72. 175.

Pirigara tetrapetala Aubl. Guian. I. 489. t. 192.

Gustavia urceolata Poiteau in Mem. du Mus. XIII. 156. t. 5.

Gustavia tetrapetala Raeuschel Nom. bot. 202. DC. l. c. 290. n. 7.

Arbor 20—40-pedalis v. **arbuscula** 4—10-pedalis; ligno foetido instructa; **rami** crassiusculi, apice foliati. **Folia** sparsa, conferta, subconcoloria, 6—18‴ lg., 1½—3½″ lt.; nervo medio supra elevato, subtus incrassato; venis utroque latere 14—18, suberecto-patulis, utrinque praesertim subtus elevatis, antrorsum adscendentibus et anastomosantibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominentibus. **Pedunculi** terminales, 2—6, 1—3″ lg. fere ad medium bracteolis oppositis, ovatis v. rotundatis, puberulis, ½—1‴ lg. instructi. **Flores** speciosi, odorati, 4—5″ diametro. **Germen** inferum, 4—6-loculare, multiovulatum, disco lato, plano, albo-tomentello terminatum. **Calyx** obsoletissime 4-lobus. **Petala** 6—8, obverse oblonga, candida v. leviter rosea, 1½—2″ lg. **Stamina** creberrima, basi in urceolum 3—4‴ lg. connata, superne libera, incurvata, 6—7‴ lg.; antherae lineares, 1—¾‴ lg., apice sulco obliquo, abbreviato dehiscentes. **Stylus** 1‴ lg. **Fructus** (teste Poit.) magnitudine fructus punicae. **Semina** (teste Poit.) pauca, oblonga, 10‴ lg., strophiola seminali elongata, tortuosa et plicata instructa. (v. in hb. Berol., Kegel.)

Capsula turbinato-globosa, vertice plana, medio leviter umbonata, laevigata, circumferentia teres, nec angulata, glabra, diametro 2½″ par. **Calycis tubus** arcte adnatus crassitie 1½—2‴, **Ovarii paries** quam stratum calycinum paullo crassior constat strato exteriore tenuiore sed spissiore fereque ligneo-coriaceo et interiore spisse carnoso. Haec omnia sub maturatione una cum columna centrali emolliuntur et in pulpam abeunt, unde fit fructus baccatus, seminibus, praesertim circa peripheriam rite evolutis, in pulpa nidulantibus. **Columna centralis** carnosa, crassa, a vertice ad basin usque decurrit atque in alas, plerumque 4, verticales extenditur ad parietes usque, ideo septa format, quibus fructus plerumque fit quadrilocularis. Ceterum una alterave harum alarum inter semina protenditur, quae parietem fructus non prehendat. **Ovula** indefinita, densa serie in faciebus columnae haerent ope **funiculorum** teretium, longitudinaliter striatorum, alborum, ipsis ter — 6ies longiorum (2—8‴ long.), peritropica, i. e. directione varia, alia adscendentia, alia horizontalia, alia deorsum spectantia. Horum autem quam plurima non rite evolvuntur, sed in quovis loculo solummodo 4—8, eaque situm affectant a columna remotiorem intra fructus peripheriam, ubi evolutioni locus patet amplior. Haerent haec semina in **funiculo**, quem strophiolatum diceres, tunc multum elongato et incrassato, spisse carnoso, flavescente, lineari-oblongo, tortuoso, anfractuoso, curvato, longitudinaliter striato varieque lobato et cristato, seminis hilo et aliis fructus partibus arcte adpresso. In exsiccato fructu hae strophiolae in rigidas fibras resolvuntur. **Semina** matura ovata, obtusa, a mutua pressione plus minus angulata, magnitudine Fabae, fere pollicem longa, hilo sat magno, plano-depresso, marginato, margine intumido hinc latiore. **Micropyle** juxta hilum sita in imo latere ovuli. **Testa** olivaceo-fusca, nitida,

crassa, coriaceo-crustacea, structa e stratis nonnullis cellularum majuscularum, quarum extimae flavidae irregulariter sinuatae lobataeve, parietibus crassis crenulatis. Nucleus seminis testae conformis, albus. Membrana interna membranacea, alba, humiditate tumida, constat stratis nonnullis, quorum extimum conflatum est cellulis tabulatis, irregulariter angulatis, medio opacis; medium majoribus diaphanis angulosis et elongatis mixtis. Cotyledones amygdalinae, extus convexae, intus planae, plerumque inaequales, altera super alterius marginem promissa et eum tegente, nec integerrimae semper, sed subinde aut in margine emarginato-lobulatae aut longitudinali sulco perfossae. Rostellum brevissimae verrucae sub specie prominet. Plumula minima, e foliolis rudimentariis 2 semilunaribus, sibi applicitis. (Mart.)

β. brasiliensis *Berg*: foliis chartaceis, opacis, supra vix costatis. (v. in hb. Berol. et Vind.)

Gustavia insignis Willd. Herb. 12853.

γ. verrucosa *Mart.* pedunculis, germinibus, petalis extus suberoso-verruculosis. (v. in hb. Mart.)

δ. conferta *Bg.* gracilior, foliis minoribus, chartaceis; pedunculis alabastro brevioribus.

Gustavia conferta Spruce Herb. sine diagnosi.

Folia 6—8″ lg., 16—32‴ lt. Pedunculi 6‴ lg. Alabastra 15‴ diametro. (v. in hb. Monac.)

ε. calycaris *Bg.* calyce manifeste 4-lobo, lobis rotundato-ovatis.

Gustavia fastuosa Spruce Herb.

Folia 4—12″ lg., 1½—3″ lt. Pedunculi 1″ lg. Sepala 2‴ lt., 1‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Habitat: α. in Venezuela: Moritz n. 532.; in Guyana Anglica: Rich. Schomburgk n. A.; in Guyana Batava: Kegel n. 1235., Wullschlägel; et in Guyana Gallica: Aubl., Poit.: Bois puant *incolis; β. in prov. Paraënsi: Sieber; in Brasilia: Gardner n. 1022.;* China pavana *incolis; γ. in Paramaribo: Wullschlägel n. 205.; δ. ad ripas fluminis Amazonum, inter Santarem et Barra do Rio Negro: Spruce n. 1165.; ε. ad oram meridionalem flum. Rio Negro usque ad concursum flum. Amazonum, florebat Majo: R. Spruce n. 1574.*

2. GUSTAVIA POEPPIGIANA Berg: ligno haud foetido; foliis spathulatis, obtusatis v. breviter obtuse acuminatis, basi longe sensimque angustatis, repando-serratis, glabris, impunctatis, reticulatis costatisque; pedunculis terminalibus, pluribus, medio bibracteolatis; germine laevi, tenuissime velutino; calyce integro; antheris apice bisulcis; bacca subglobosa, glabra. ♄ Variat:

α. opaca: foliis breviter petiolatis, membranaceis, opacis.

Arbor simplex, 12-pedalis, rami vix ulli. Folia ad apicem caulis congesta; petiolo 1—3‴ lg.; lamina 6—16″ lg., supra medium 2—5″ lt.; nervo medio utrinque praesertim subtus elevato; venis tenuibus, utroque latere circiter 20, erecto-patulis, ante marginem adscendentibus, arcuatim unitis, utrinque prominentibus; venulis interjectis tenuissimis, reticulatis, utrinque prominulis. Pedunculi 4‴ lg., medio bibracteolati; bracteolis ovatis, 1½‴ lg. Germen 4‴ lg., turbinatum. Petala 2″ lg., primum alba, demum rosea. Bacca globosa, 4-costata, vertice planiusculo, magno, costa circumscripta, cinereo-viridis, 3″ diametro. Semina angulata, cuneata, apice truncata, ¾″ lg., apice ¾″ lt., 5‴ alta. (v. in hb. Vindob.)

β. nitens: foliis sessilibus, chartaceis, nitidulis.

Folia ½—1′ lg., 2—4″ lt. (v. in hb. Monac.)

γ. rigida: foliis subsessilibus, rigidis.

Folia pedalia, 3″ lt. Pedunculi 1″ lg. Alabastra 1″ lg. (v. in hb. Monac.)

Ab *G. augusta L.* differt: ligno haud foetido; foliis obtusatis v. breviter obtuseque acuminatis.

Habitat in prov. do Alto Amazonas: α. in silvis obscuris ad oppidum Ega, floret Octobri: Pöppig n. 2658.; β. et γ. in silvis secus flumen Solimoës, floret Octobri — Novembri: M. Pl. Najas.

3. GUSTAVIA LONGIFOLIA Pöpp. foliis chartaceis, sessilibus, spathulatis, apice obtusiuscule acutatis, leviter serrulatis, opacis, supra glabris, creberrime subtilissimeque punctatis, subtus puberulis, costatis; pedunculis 1—4-floris, ex trunco v. axillis inferioribus oriundis; calyce obtusissime 3—4-lobo; bacca globosa, 3—4-loculari, 3—4-sperma.

Gustavia longifolia Pöppig. Herb. sine diagnosi.

Arbor 6-pedalis, vix ramosa. Folia cano-virentia, 1½—2-pedalia, supra medium 5—7¾″ lt., basi 10—18‴ lt.; nervo medio supra elevato, subtus incrassato; venis utroque latere 26—36, subpatulis, prope marginem adscendentibus, arcuatim anastomosantibus, supra prominulis, subtus elevatis; venulis reticulatis, tenuissimis, utrinque praesertim subtus prominulis. Pedunculi 8—16‴ lg., infra medium bibracteolati, puberuli; bracteolis minutis, ovatis. Germen turbinatum, puberulum, disco plano, orbiculari terminatum, 4‴ lg., superne 5‴ diametro, 4-loculare, loculis pluriovulatis. Lobi calycis ½‴ lg., 2‴ lt., virides, rotundati. Petala roseo-purpurea, 8, obverse oblonga, alternatim latiora, haec 1″ lg., 5‴ lt. Staminum urceolus 5‴ lg., filamentis 4‴ lg., incurvatis; antheris linearibus, 2-locularibus, utroque latere apice sulco dehiscentibus. Stylus vix ullus; stigma obsolete 4-sulcum. Bacca sanguinea, 2″ diametro. Semina obovata. (v. in hb. Vindob.)

Habitat in silvis obscuris ad Yurimaguas in Maynas, floret Decembri: Pöppig n. 2094. Chope *v.* Sachavaya *Indorum. Pl. Najas.*

2. Calyx 6-partitus; antherae apice biporosae.

4. GUSTAVIA BRASILIANA DC. (Char. emend.) foliis petiolatis, membranaceis, oblongis v. ovali-oblongis, saepe obversis, recurvato-acuminatis, basi cuneatis, serrulatis, glabris, reticulato-venosis; pedunculis 5—6, terminalibus, 1-floris, alabastrum aequantibus, 4-gonis; germine 6-alato, velutino; sepalis 6, foliaceis, ovatis, acutis, tenuiter velutinis, demum excrescentibus; antheris biporosis; bacca globosa, 6-costata, 2—5-loculari. Variat: foliis angustioribus latioribusque, tenuioribus rigidioribusque, floribus minoribus majoribusque.

Folium: Tabula nostra VII. Fig. 160.

Janiparandiba Piso I. 121. II. 172. Marcgr. 109.
Japoarandiba et Jandiparana Lib. Princ.
Gustavia brasiliana DC. Prodr. III. 290. n. 6. Mart. Mat. Med. Bras. 72.

Arbor speciosa, 25—30-pedalis, trunco ramisque laxis, cortice laevigato, cinereo-fuscescente tectis (teste Mart.). Folia versus ramulorum teretium apices conferta, sparsa, supra nitide viridia, subtus paullo pallidiora; petiolo 3—7‴ lg.; lamina 4—8‴ lg., 16—36‴ lt.; nervo medio supra prominente, subtus incrassato; venis utroque latere 10—12, erecto-patulis, distantibus, ante marginem adscendentibus arcuatimque anastomosantibus, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuissimis, reticulatis, utrinque prominulis. Flores suaveolentes (Mart.), odore ingrati (Pöpp.). Pedunculi, rufo-velutini, 8—10‴ lg., basi bractea subcomplicata, obovata, acuta suffulti, supra medium bracteolis 2, ovatis, carinatis, intus concavis, acutiusculis, oppositis, 2—3‴ lg. instructi. Alabastra 9‴ diametro. Germen turbinatum, 4‴ lg., carinis ad sinus sepalorum exeuntibus. Sepala 3‴ lg. et lt., secundum marginem impresso-concava. Petala 6, obovato-oblonga, paullo concava, alba (Mart.), 12—20‴ lg. Stamina plurima, in urceolum carnosum basi connata; filamentis filiformibus, compressis, extus planis, intus sulcatis, incurvatis, 8‴ lg.; antheris linearibus, introrsis, basi subcordata, affixis.

Stylus umbonato-emergens; stigma vix distinctum, submarginatum. Bacca flava, $1^1/_2$'' diametro, sepalis virescentibus, 8''' lg. coronata. Semina in quovis loculo imbricata, 4—6, subglobosa, hinc angulata, pallide flava, nitida, glabra, praesertim peripherica evoluta, tandem nidulantia (Mart. testante). (v. in hb. Monac. et Vindob.)

Habitat prope San Carlos de Rio Negro: florebat Martio — Aprili: R. Spruce n. 2514.; in ripa fluminis Amazonum prope Gurupâ, floret Septembri: M.; in silvis ad oppidum Ega prov. do Alto Amazonas, floret Septembri: Pöppig n. 2508.; nec non in vicinia Santarem prov. Paraënsis, florebat Augusto: R. Spruce n. 827.

5. GUSTAVIA FASTUOSA Willd. foliis tenuiter chartaceis, obverse oblongis v. obovato-oblongis, acuminatis, basi sensim longeque in petiolum decurrentibus, antrorsum serrulatis, glaberrimis, nitidis, impunctatis, reticulatis, subtus costatis; pedunculis terminalibus, alabastro longioribus, sub bracteolis 6—7-costatis; germine minutissime velutino, 6—7-alato, alis undulatis; sepalis 6—7, crassis, deltoideo-ovatis, intus bicarinatis; antheris apice biporosis; stigmate 6-sulcato; bacca depresso-subglobosa, carinis 6—7, alata, calyce coronata. ♄ Variat:

α. angustisepala *Berg*: sepalis marginibus involutis, canaliculatis.

Pirigara hexapetala Aubl. Guian. I. 490. t. 193.
Gustavia hexapetala Smith in Rees New Encyclop. n. 2.
Gustavia fastuosa Willd. Spec. III. 847.; Herb. n. 12852. DC. Prodr. III. 290.

Ramuli tenues, striati, grisei. Folia sparsa, siccata fuscescentia; petiolo marginato, 2—4''' lg.; lamina 4—6'' lg., 20—30''' lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis utroque latere 10—15, tenuibus, subpatulis, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuissimis, reticulatis. Pedunculi $^3/_4$—$1^1/_2$'' lg., fere medio bracteolis 2, lanceolatis, 3''' lg. instructi. Germen 6-loculare, disco plano, vix velutino terminatum. Sepala primum plana, demum convoluta, 2—$2^1/_2$''' lg. Petala 6—7, obverse oblonga, 1'' lg. Stylus brevis. (v. in hb. Willd.)

β. latisepala *Berg*: sepalis et in fructu planis.

Gustavia pterocarpa Poit. Mem. du Mus. XIII. 158. Pl. 6. 7. f. 3—5. et 7. DC. Prodr. III. 290.

Folia 4—9'' lg., 1—3'' lt. Pedunculi $^3/_4$—$1^1/_2$'' lg. (v. in hb. Berol., Schlchtdl., Vindob.)

Habitat: α. in silvis prope Sinemari in Guyana Gallica, nec non ad Cameta in prov. Paraënsi: Sieber; β. in Guyana Batava: Hostmann n. 1210.; et in Guyana Gallica: Poiteau.

Tribus III. **LECYTHIDEAE** Rich. mss. *Poiteau Mem. du Mus. XIII. 141. except. gen.* Gustavia. *DC. Prodr. III. 290. Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 272. Endl. Gen. 1234. Bg. in Linn. l. c.* Folia sparsa, impunctata, integerrima v. serrulata, juniora forsan substipulata. Germen pluriloculare, inferum v. semiinferum. Calyx 2—6-lobus. Petala 4—6, ima basi saepe connexa, inaequalia. Stamina creberrima, multiserialia, monadelpha, filamentis concretis in urceolum, basi saepissime cum petalis coalitum, hinc brevissimum, illinc in gibbum brevem v. ligulam petaloideam, longissimam, complicatam, fornicatam productum. Fructus siccus, saepissime circumscissus v. carnosus, indehiscens. Semina exalbuminosa.

CONSPECTUS GENERUM.

I. Urceolus staminifer hinc brevissimus, illinc productus in ligulam elongatam, petaloideam, complicatam.
  A. Urceoli ligula basi et apice antheris instructa. Pyxidium drupaceum, intus farctum, operculo non solubili notatum, mesocarpio demum evanido. Embryo rostello claviformi, elongato; cotylis foliaceis, contortuplicatis. Folia lineato-costata, deflexo-venulosa, reticulata. . . . . COUROUPITA.
  B. Urceolus basi interiore circumcirca staminibus brevibus, fertilibus, ad apicem ligulae introrsum staminodiis creberrimis obsitus.
    1) Embryo carnosus, partibus omnino conferruminatis.
      a) Calyx primum clausus, demum bipartitus. Pyxidium osseum, operculo parvo. Seminum testa ossea. Folia costata. . . . . BERTHOLLETIA.
      b) Calyx hexasepalus. Pyxidium lignosum v. coriaceo-lignosum, operculatim dehiscens. Seminum testa dura v. cartilaginea. Folia reticulato-venosa v. costata. . . . . LECYTHIS.
    2) Embryo biplicato-subspiralis; rostello maximo, deorsum conduplicato; cotylis 2, foliaceis, contortuplicatis, sursum replicatis, intra crura rostelli latentibus.
      a) Pyxidium coriaceo-lignosum, trigonum, ope columnae centralis elongatae operculatim dehiscens. Semina circumalata. Folia reticulato-venosa. . . . . LECYTHOPSIS.

II. Urceolus staminifer campanulatus, oblique truncatus, hinc brevior rectus, illinc parum longior, gibbus, basi et apicem versus antheris instructus, staminodiis nullis.
  A. Pyxidium cylindricum, rarissime trigonum, ope columnae centralis elongatae operculatim dehiscens. Semina basi v. circum alata. Embryo conduplicatus, cotylis foliaceis contortuplicatis, rostello elongato, incrassato. Folia costata, horizontaliter venulosa. . . . . COURATARI.

XXXVII. COUROUPITA Aubl.

Couroupita *Aublet. Hist. de Guiane II. 708. Poit. Mem. du Mus. XIII. 152. DC. Prodr. III. 293. Endl. Gen. 1235. n. 6334. Bg. in Linnaea XXVII. 461.* — Pontopidana *Scop.* — Elsholtzia *Rich., nec. Willd.* — Lecythidis *spec. Willd.* — Pekeae *spec. Juss.*

Hypanthium (calycis tubus auct.) turbinatum, supra germen non productum. Germen semisuperum v. fere superum, 5—7-loculare; sporophora bilamellata, elongata, extrorsum ovulifera, spurie*) centralia; ovula plurima, anatropa, funiculata. Calyx semisuperus v. inferus, 6-phyllus, deciduus. Petala 6, perigyna, subcoriacea, decidua. Urceolus staminifer hinc brevis, truncatus, illinc ad ligulam carnosam, elongatam, apice laciniatam, super centrum floris induplicatam productus, basi et apicem versus faciei inferioris staminibus fertilibus onustus; staminodia nulla. Carpophylla 5—7, coalita, verticem liberum germinis stylumque formantia; stigma conicum, stellato-sulcatum. Pyxidium drupaceum, globosum, circulo calycino notatum, operculo non solubili, evalve, intus pulposum; mesocarpio carnoso, demum deliquescente, tandem evanido, tumque endocarpio ab exocarpio soluto et intra ipsum volubili. Semina in pulpa nidulantia, plurima, obverse oblonga, testa subcoriacea, villosa, latere rumpente obtecta. Embryo subrotundus, involutus, compressiusculus, rostello claviformi, cotylas foliaceas, contortuplicatas cingens; albumen tenuissimum, intra cotylas intrans.

Arbores Guyanenses et Caribaeae; foliis petiolatis, cuneato-oblongis, impunctatis, integerrimis v. crenato-serratis, lineato-costatis, deflexo-venulosis, reticulatis**); *stipulis parvis, caducis; racemis simplicibus, trunco ramisque innascentibus; floribus amplis, sordide albescentibus v. incarnatis.

1. COUROUPITA GUYANENSIS Aubl. foliis acute acuminatis; germine semisupero; calycis margine circumscisso; antheris acutis, pyxidio supra medium margine calycari cincto, pulpa mox caerulea repleta.

Couroupita Guyanensis Aublet. Hist. de Guyane II. 708. t. 282. Tussac. Ant. II. 45. t. 10. 11. Desc. Ant. V. 340. Bot. Mag. LIX. 3158—59. Dict. Sc. Nat. 227—29. Poit. Mem. du Mus. XIII. 152. pl. 7.

Lecythis bracteata Willd. Spec. Pl. II. 2. 1174. n. 8.

Pekea Couroupita Juss.

Specimina Caribaea foliis serratis, antheris obtusis ab Guyanensibus differunt.

Habitat in insulis Cayenne et Caribaeis.

2. COUROUPITA SURINAMENSIS Mart. foliis longe petiolatis, submembranaceis, obtusatis v. breviter obtuse acuminatis, remote glanduloso-denticulatis; germine supero; sepalis rotundato-ovatis, sinu obtuso separatis, inaequalibus; antheris apiculatis; pyxidio medio margine calycari cincto, pulpa purpurea farcto.

Tabulae nostrae LVII. LVIII. LIX.

Couroupita Surinamensis Mart. Mss. cum Icone. Berg in Linnaea XXVII. 462.

Arbor magna; ramuli glabri, transverse sulcati, novelli subcompressi, badii. Folia sparsa, subtus pallidiora, ibidem in axillis venarum barbata, obverse oblonga, basi saepe obliqua, cuneata, novella subtus ad costam et venas pilosiuscula, mox glabra; petiolo canaliculato, pilosiusculo, 8—12‴ lg.; lamina 3—6″ lg., 1—2½″ lt.; nervo medio supra vix elevato, subtus incrassato; venis erecto-patulis, rectis, utroque latere nervi medii 18—20, apicem versus arcuatim conjunctis, extrorsum reticulatim anastomosantibus, supra vix prominentibus, infra elevatis; venulis primariis versus apicem folii ad nervum medium horizontalibus, deorsum autem magis magisque reclinatis, reflexis et decussatis venulis secundariis; venulis sub lente lucem versus diaphanis. Racemi multiflori, rhachide valida, adscendente, ½—1′ lg. et ultra, angulata, puberula; pedicellis validis, supra basin articulatis, erectis, demum reclinatis, 8—12‴ lg., basi bractea oblonga, obtusa, ciliata, puberula, 4‴ lg., decidua fultis. Alabastra globosa, 14‴ diametro; bracteolis 2, ovatis, obtusatis, ciliatis, subtus puberulis, 2‴ lg. stipata. (Bg.)

Calyx inferus hexaphyllus, foliolis in tubo ovato-globoso obovato-oblongis, obtusis, 2 quam reliqua alternantia paullo minoribus, margine extenuato plus minus sibi imbricatis, dorso crassioribus. Petala in summo calyce inserta cum sepalis alternantia, albo-rosea, subcoriacea, margine tenuiora, glabra, circumscriptione ovali-orbiculari, omnia valde concava, quatuor majora, quorum unum utroque margine liberum, duo hinc tecta inde libera, quartum his tribus minus utroque margine tegitur pariter ac reliqua duo omnium minima. Stamina perigyna, indefinita. Filamenta hinc (in latere petali latissimi) deorsum confluentia in ligulam carnosam, lineari-oblongam, obtusam, super centrum floris induplicatam atque globum oblique depressum formantem, quo centrum floris omnino obtegitur. Haec ligula staminea dorso convexa, alba, laevigata, solida adscendit in verticem floris, ibi vero dividitur in plures series filamentorum densissime sibi imbricatorum atque ultra floris centrum in latus flexurae ligulae oppositum usque pertingentium. Singula filamenta 2—4 lin. longa, extima (dum ligula revolvatur infima) latiora facieque spectatori obversa plana; interiora breviora. Antherae terminales, ovatae, loculis oblongis rima longitudinali dehiscentibus, connecticulo inter loculos plano et breviter acutato. Ligulae ea pars, qua inflectitur, filamentis destituitur, basilaris vero, ovarii margini circumcirca adnata, (ita ut remoto calyce pistillifero perfossa appareat foramine circulari) innumeris filamentis constat surrectis 1—1½ lin. longis, linearibus, apice antheras didymas ferentibus, quarum loculi oblongi sibi magis approximati sunt, quam in filamentis ligulae. Pistillum turbinatum, calyci adnatum (supra annulo stamineo circumdatum). Ovarii vertex in conum parvum

---

*) Sporophora enim reapse parietalia sunt, septiformia, primo simplicia, ad axim germinis excrescunt, ibidem confluunt et concrescunt (ita dissepimenta simplicia centripeta formant) ibique autem se in crura bina, reversa, extrorsum ovulifera dividunt, quae utrumque latus dissepimenti versa et per paria approximata tali modo sporophora bilamellata centralia mentiuntur.

**) Couroupitae foliis quidem facile dignoscendae sunt; hae enim affinia iis specierum nonnullarum generis Couratari, nec reliquarum Lecythidearum, ob venas primarias (costas) rectas, aequidistantes et etiam ob venulas primarias (venas secundarias) respectu nervi medii reflexas, differunt ab illis: venulis secundariis semper manifestis et cum venulis primariis angulum fere rectum formantibus.

elevatur, qui terminatur STIGMATE sessili octoradiato, cujus radii obovati, inaequales, convexi, papillosi, singuli per medium sulculo tenui impressi. LOCULI septis transversis angustis distincti 5—7, alternis cum spermatotrophii axillaris 5—7 cruribus e centro radiantibus et fere ad peripheriam fructus usque pertingentibus, e lineari basi clavatis, et in facie peripherica depressis (uti in Cucurbita). OVULA anatropa, complura, oblonga, compressa, FUNICULIS tenuibus, longiusculis, attamen ovula non longitudine aequantibus, in spermophora ex imo axis angulis porrecta bilamellata confluentibus. MAMILLA NUCLEI coronulaeformis longius e micropile protensa, juxta hilum. DRUPA (vix pyxis, quia semper clausa) globosa, diametro 4—5 poll., basi pro pedunculi in discum incrassati extremitate impressa, vertice nonnihil depressa ibique insignita areola orbiculari 2 lin. diametro, leviter repando- v. crenato- 7—8-loba, in quovis lobo promissa in denticulum obtusum: stigmatis residuum. Fere in medio fructu aut pauxillum inferius margo calycaris transversus eminet, quam pars superior fructus libera paullo latior atque in dentes callosos, breves, triangulares, demum obsoletos, 7—8 (6?), distantia 15—30 linearum a se invicem remotos (in uno eodemque fructu haec distantia variatur) tumens. Supra marginem calycarem area parum depressa et reliqua superficie laevior decurrit, a corollae et staminum pressione originem ducens. Superficies totius fructus impressionibus quam pluribus parum concavis (quales in superficie interna cranii) puculata est, ob verruculas irregulares ferrugineorufas, suberis ad instar ex epidermide propullulantes tactu scabriuscula. OPERCULUM in hoc genere non circumscinditur, sed integer fructus ex arbore decidit et fermentantibus succis aperitur (ad orificium baseos?). FRUCTUS serra transverse apertus (forsan ante plenam maturationem) exhibet: 1. SARCOCARPIUM spissum, spongiosum, fibrosum, 4 lin. diametro. 2. ENDOCARPIUM osseum: PUTAMEN aequabile durissimum, rufum, vix 1 lin. crassum; 3. intra hoc: 7 loculos, septis angustis a peripheria ad centrum usque porrectis formatos, pulpa stuppeo-fibrosa albicante densissime farctos (multa cera aut albumina? foeta), in qua semina indefinita, irregulariter superposita, placentatione varia nidulantur. SARCOCARPIUM, quod tam tubi calycini parieti interno quam carpidiorum strato extimo debetur, sub ultima maturatione deliquesci atque in succum foetidum abire, quo fieret ut putamen tandem omni parte intra illud liberum volvatur, de *Couroupita guyanensi* Aublet et Poiteau tradiderunt; item loculorum substantiam spongiosam et septa demum in lympham pariter foetidam dissolvi, cui semina libera innatent, dum denique liquor per pedunculi foramen effluxerit: Poit. SEMINA 5—6 lin. longa, obovata, compressa, in loculis indefinita, vario modo placentata, FUNICULIS ex imo quidem loculorum angulo emissis, directione tamen et longitudine variis atque intra massam spongiosam omnino delitescentibus, sub plena maturatione deliquescentibus. PULPA, in qua semina nidulantur, primum sat spissa constat cellulis irregulariter compactis globosis aut dolioliformibus, quarum aliae granula (amylea?) continent, aliae succum rubrum, unde caro rubro-irrorata apparet, immediate circa semina vero alba est. TESTA subcoriacea cinnabarina, ad hilum aperta? (certe emarginata), pilis subulatis, vix septatis, densissimis, tenuissimis villosa. (Constat testa 4 stratis, versus hilum crassioribus, extimo rubro, secundo albo, tertio rubro, intimo albo.) TUNICA INTERIOR alba, in aqua turgescens, cui stratum tenuissimum cellularum ellipticarum sibi vix contiguarum, facile solvendarum (albuminis rudimentum?) intus est applicitum. EMBRYO cinnabarino-roseus, hippocrepicus, ROSTELLO tereti longiusculo clavato, apice acutato, COTYLEDONIBUS foliaceis, corrugatis, contortuplicatis intra arcum cauliculi et rostellum. FRUCTUS apertus aëris tactu ruborem induit; pulpa in materiem mucilaginosam dissolvitur. (Mart.)

Habitat in Surinamo. Prope Paramaribo: Wullschlägel sub n. 202.

XXXVIII. BERTHOLLETIA H. ET B.

BERTHOLLETIA *Humb. et Bonpl. Pl. aequin. I. 122. t. 36. Poit. Mém. du Mus. XIII. 148. pl. 4. 8. DC. Prodr. III. 293. Schomburgk Proc. of the Bot. Soç. I. 1. 71. t. 3. 4. Bg. in Linnaea XXVII. 460.*

HYPANTHIUM (calycis tubus auct.) turbinatum, supra germen vix productum. GERMEN inferum, torulosum, 4-, rarius 5-loculare; OVULA 4, rarius 5 in quoque loculo, per paria superposita, sporophoris basilaribus, in centro coadunatis imposita, anatropa. CALYX primum globosus, clausus, demum bipartitus, deciduus. PETALA 6, subcoriacea, margini hypanthii ante calycem inserta. URCEOLUS staminifer hinc brevis truncatus, illinc ad ligulam carnosam, elongatam, super centrum floris induplicatam, intus staminodiis creberrimis onustam productus, basi circumcirca staminibus fertilibus, brevibus, aequaliter ordinatis instructus; FILAMENTIS brevibus; ANTHERIS oblongis, dorso baseos affixis. CARPOPHYLLA 4, rarius 5, germinis formantia verticem (discum epigynum) planiusculum, stellato-sulcatum, sursum in stylum transeuntem, deorsum autem ad conum inversum, cavitatem germinis intrantem, cum sporophoris connascentem, maturitate excussum; STYLUS longiusculus, cylindricus, in latus ligulae oppositum deflexus; STIGMA orbiculari-capitatum. PYXIDIUM lignosum, depresso-globosum, evalve, superne calycis margine notatum, operculo parvo, papilloso. SEMINA circiter 20, triplici serie nidulantia, pulpa sicca, dein evanida obvoluta, triquetra, ossea, rugosa. EMBRYO magnus, oleoso-carnosus, indivisus, partibus omnibus conferruminatis.

1. BERTHOLLETIA EXCELSA HB. ET BPL.

Tabulae nostrae LX. LXI.

Bertholletia excelsa Humb. et Bonpl. l. c. Mart. Reise III. 1130. n. 11. Syst. Mat. Med. Bras. 17.

ARBOR maxima, cortice fusco, rimoso. FOLIA sparsa, coriacea, oblonga v. ovali-oblonga, breviter acuminata, undulata, integerrima, glabra, supra nitide viridia, subtus pallidiora, subglauca, subreticulato-venosa; PETIOLO semitereti, canaliculato, 1—1½" lg.; lamina 5—12" (24" Poit.) lg., 2—4" lt.; nervo medio supra planiusculo, tenuissime velutino, subtus incrassato, striato, venisque subparallelis pallidis; (venis plurimis, erecto-patulis, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, saepe ad nervum medium subhorizontalibus, reticulatis, supra vix manifestis, subtus prominulis: Bg.). PANICULAE paucirameae, terminales, 8—18" lg.; rhachide valida, ramisque angulatis, puberulis. ALABASTRA ¾" lg. FLORES in pedunculis angulatis sessiles, singuli stipati bracteolis duabus ovatis, obtusiusculis, concavis, viridi-rubentibus, deciduis. PEDUNCULI et CALYCES pallide virides. CALYX primum vere clausus, globosus, tandem transverse bilobus, lobis ovatis, concavis, subcoriaceis, pilis fulvis, tomentosis et ciliatis, in mediana floris, i. e. antice et postice positis. COROLLA Lecythidis. PETALA 6, ovato-oblonga, per paria decussata, obtusa, concava, ochraceo-alba (ochroleuca), odore gravi. [Aestivatio haec: 1) paris *primi* alterum petalum utrinque liberum, alterum hinc liberum, inde (versus 1) tectum; 2) paris *secundi* alterum hinc liberum, inde (versus exterioris paris 1um) tectum, alterum utrinque tectum; 3) paris *tertii* utrumque tectum.]

Ligula staminea transverse posita inter sepala [i. e. in mediana], lineari-spathulata, alba, basi intus striis purpureis longitudinalibus picta, apice hemisphaerico involuto, vertice flava, intus squamulis linearibus, angulatis, acutis, apice mucronatis, flavis obsita. Stamina circa orificium ligulae, aequali ordine disposita; filamentis albis, paullo compressis, sursum nonnihil latioribus; antheris cordato-oblongis, flavis, apice incurvo flaviore mucronatis. [Pollen globosum, trimamillatum.] Ovarium fere inferum, in parte nuda a centro versus peripheriam multisulcatum. Stylus cylindricus, sursum attenuatus, in latus ligulae oppositum deflexus, non brevissimus rectus, uti in aliis Lecythideis, stigmate orbiculato-capitato, subtiliter papilloso, pentagono. [Ovula in quovis loculo (quorum 4 aut rarius 5 numerantur) 4, per paria superposita, aut subinde unum alterumve additum; placentatione in columna centrali ope funiculi perbrevis; oblongo-obovata, crassiuscula membrana facta. Micropyle prope hilum, cum mamilla nuclei coronulae forma.] Pyxis corticata, depresso-globosa, superne calycis margine impresso notata, capitis magnitudine, gravis, epidermide fusca, cortice crasso, intus resinosis cellulis repleto, putamine scrobiculato et cristis exasperato durissimo osseo, putredine tandem aperiundo. [Operculum tenue, apice columnae solum formatum, et illa rumpente non e fructu deciduum, sed introlabens: teste Poiteau.] Semina plerumque 21 triplici serie circa axin posita, nidulantia in pulpa flava sicca totidem loculos constituente, tandem desiccata; — triquetra, ultra poll. longa et minora, angulis acutis, crusta aureofusca, tandem fusco-cinerascente, transverse rugulosa; exalbuminosa, amygdalina. Nucleus pellicula tenui duplici, exteriore spissiore obductus, pseudo-monocotyledoneus, [cotyledones tamen duae adsunt plerumque inaequales, commissura arctissima sibi per transversum seminis applicitae. Rostellum fere in medio semine laterale, parum conspicuum.] Mart. Sched. n. 2825. postea additis, quae [ ] continentur.

Crescit in silvis Orinocensibus, ubi Yuvia *audit, nec non in amplo tractu terrarum Amazonicarum, passim in regione maritima culta.* Nha *v.* Nia *tupice,* Touka *l.* Tuca *Lusitanis passim et Cayennensibus. Semina s. d.* Castanhas do Maranhão *commercio evehuntur.*

XXXIX. LECYTHIS*) Loefl.

Lecythis *Loefl. Itin. 189. Linn. Gen. n. 664. Willd. Spec. II. 1172. Lam. Ill. t. 476. Poit. Mém. du Mus. XIII. 141. DC. Prodr. III. 290. Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 272. Endl. Gen. 1234. n. 6332. Bg. in Linnaea XXVII. 448.*

Hypanthium (calycis tubus auct.) turbinatum, supra germen vix v. haud productum, in calycem abiens. Germen inferum seu semisuperum, 2—5-loculare, multiovulatum, ovula sporophoris basilaribus v. columella centrali affixa, anatropa. Calyx superus v. semiinferus, 6-, rarius 4-lobus v. dentatus, persistens, lobis saepissime inaequalibus, per praefloration em imbricatis. Petala 6, rarius 4, hypanthii margini inserta, inaequalia, per praefloration em imbricata, ima basi inter se et cum basi urceoli staminiferi coalita, decidua. Urceolus staminum ante petala margini hypanthii insertus, hinc brevissimus, illinc in ligulam apice staminodiis creberrimis intus onustam, cuculliformem, bis involutam, petaloideam productus, deciduus. Stamina fertilia e basi urceoli interiore oriunda, seriebus pluribus disposita; filamenta brevia, apicem versus dilatata, ibidem subito acuminata; antherae dorsofixae, biloculares, loculis longitudinaliter ad margines dehiscentibus et tandem explanatis; granula pollinis ovalia, humectata globosa v. subglobosa, trisulca. Carpophylla 2—5, verticem germinis stylumque formantia, inter se et cum columella centrali connata, demum operculatim caduca. Stylus conicus, incrassatus, plus minusve abbreviatus; stigma terminale simplex. Pyxidium lignosum, lignoso-coriaceum v. coriaceum, abortu saepe uniloculare, operculatim dehiscens; operculo fere diametro pyxidii v. minore, solido v. intus cavo. Semina numerosa v. abortu pauca v. solitaria, magna, columnae centrali demum solutae v. basi loculorum affixa, testa crassa, dura, costata v. cartilaginea, fasciculis vasorum instructa obtecta, exalbuminosa. Embryo indivisus, semini conformis.

Arbores vel arbusculae Americanae; foliis sparsis, exstipulatis, impunctatis, integerrimis v. serratis, reticulato-costatis; racemis v. paniculis terminalibus et axillaribus; pedicellis bractea stipatis, supra basin articulatis, ibidem bibracteolatis, ad articulum demum deciduis, bracteis bracteolisque saepissime caducis; floribus plerumque speciosis.

1. EULECYTHIS*) Berg.

Folia serrata (an semper?). Germen saepe quadriloculare. Pyxidium lignosum, saepe maximum et polyspermum; columna centralis valida, impressionibus tot quot loculi notata, operculo hemisphaerico v. biconvexo, lignoso, solido, interdum infra foveis 4 exsculpto arcte adhaerens, maturitate e fundo fructus soluta et una cum operculo decidua. Seminum testa crassa, dura, obtuse costata.

1. LECYTHIS PISONIS Camb. foliis petiolatis, annotinis membranaceis, adultis chartaceis, ovalibus, utrinque obtusis, apice ab-

*) Ill. de Martius primus est, qui genus Eschweilerae ab eo Lecythidis separavit, ita ut Clar. Candollius Myrtaceas Martianas describens in parte Prodr. tertia p. 293 species duas illius generis, quod „calycis limbo retroverso et tubo applicato plus minusve adnato“ descriptum est, indicare potuerit. Anno 1837 generis auctor in Flora Ratisb. XXIV. Vol. II. p. 89, ne genus Eschweilerae admonet iis innitatur characteribus, quibus Clar. De Candollius l. c. usus sit, sed ita sit constituendum: „Lobi calycis 4—6. Petala 4. *Ligula uti in Lecythide. Ovarium biloculare, ovulis sub-20, adscendentibus. Stylus rectus.* Pyxidium lignoso-coriaceum, operculo deciduo, tandem uniloculare. Semina abortu ovulorum subquatuor, obovata v. oblonga, erecta, pulpae immersa.“ *Eschweilera angustifolia* l. c. nova species creata est. Nec minus hujus praesens auctor ordinis intellexit disjunctionem generum Lecythidis et Eschweilerae probatam esse, non notis quidem supra datis et partim infirmis, sed differentiis fructus quibusdam constantibus. Ill. de Martius, quocum cogitationes meas communicavi, emendationes proprias priores et recentiores Lecythidearum uberiores tradidit, quas suo loco addam et quibus signum „Mart.“ subscribam. Quum autem rarissime flores genuinarum Lecythidum in herbariis nostris proveniant, quarum differentiae firmae ab iis Eschweilerae hanc ob rem inveniri nondum possint, quum praeterea ad novum genus constituendum botanici non solo organo, sed cunctis partibus floralibus et carpicis uti soleant; ita maxime mihi priores fines generis Lecythidis asservare et duas modo sectiones Eulecythidis et Eschweilerae proponere placuit, tantisper dum flores illius quoque sectionis rectius et accuratius intellecti disjunctionem generalem permittant.

*) Lecythis Mart. Pyxis lignea v. quasi ossea, globosa v. ovata, maxima parte calycis (5—6—7-divisi) hypanthio arcte concreta, ver-

rupte acuminatis, crenato-serratis, glabris, annotinis obsolete venosis, biennibus tenuiter reticulato-venosis; racemis paucifloris, glabris; pedicellis alabastro brevioribus; germine semisupero, 4-loculari; sepalis subaequalibus, ovalibus, obtusis, glabris; pyxidio permagno, fere osseo, subgloboso, extrorsum areolato, interdum basi sulcato, supra medium margine tumido calycari instructo; zona supracalycari lata, convexa, orificio coarctata, quam hypanthium angustiore, operculo convexo, processu columnari zonam supracalycarem aequante.

Tabula nostra LXII.

Jaçapucaya Marcgr. Hist. ed. 1648. 128.

Zabucajo Piso ed. 1648. 65. ed. 1658. 135.

Lecythis Pisonis Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 272. Mart. Syst. Mat. Med. Bras. 17.

Lecythis Ollaria Vell. Fl. Fl. V. t. 88. Text. 222. (sine diagn. et descr.)

Arbor maxima, procera; rami rimosi; ramuli verrucosi. Folia sparsa, annotina diaphana, siccata fusca, adulta opaca, virentia; petiolo 4 lg.; lamina 2½—4½″ lg., 18—26‴ lt.; nervo medio utrinque parum elevato; venis tenuibus, subdivaricatis, demum utrinque parum prominentibus, longa a margine distantia arcuatim unitis ibidemque iterum ramosis et anastomosantibus. Racemi 5—10-flori, rhachi 13—26‴ lg.; pedicelli 2—3‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Alabastra 10‴ diametro, rore raro, pruinoso, atroviolaceo. Germen turbinatum, multiovulatum, disco glabro terminatum, ovulis angulo interno loculorum affixis, horizontalibus. Sepala 6, majora 2½‴ lg. Petala 6, ima basi subcoalita, inaequalia, obovata, violacea, demum albida, longiora 9‴ lg. Urceolus staminum globosus, glaber, hinc brevis, illinc in ligulam 14‴ lg., 7‴ lt., apice laciniatam productus, intus fere ad basin filamentis 1—3‴ lg., creberrimis, inferioribus antheriferis, superioribus anantheratis onustus. Stamina fertilia, seriebus pluribus ad basin urceoli circumcirca disposita; filamentis ¼—½‴ lg., apice crassiusculis; antheris subrotundis. Stylus brevissimus, glaber. (Bg.)

---

tice operculo claviformi clausa coque decidente aperta, inter orificium et hypanthii marginem, qui interdum lobulorum limbi calycini rudimentis cristae transversae specie auctus est, in zonam angustiorem (verticis nimirum ovarii partem peripheriam liberam) contracta, 4 (—6 ?) -locularis. Dissepimenta spongioso-membranacea, verticaliter decurrentia, in inferiore fructus parte axem spongiosum, in superiore operculi processum pyramidatum, ubi in angulos promittitur, prehendunt. Sub maturatione et axis et dissepimentorum major pars dissolvitur et evanescit, ita ut fructus plus minus unilocularis evadat. Semina numerosa, in quovis loculo 6—8 et plura, raro pauciora, ob testam duram nuciformia, in axi et nonnulla in imo operculi processu affixa, directione varia, nidulantia intra materiam spongioso-cellulosam (flavam vel albidam), ex axi undiquaque pullulantem et omne fructus cavum tam spisse explentem, ut semina primum arctissime inter ejus ambages infarcta atque parietibus axique varias concavitates imprimentia aegrius absque adhaerente hac carne depromantur. Postea vero, desiccante carne et septis axique contractis, relaxata, dum fructus e declivi orificio operculum demittat, delabuntur. Sunt haec semina oblonga, sursum plerumque angustiora, forma nonnihil irregulari, praesertim in latere dorsali in costas convexas plus minus parallelas elevata, in latere ventrali a mutua pressione vario modo planiuscule impressa. Hilus fere in basi faciei ventralis angusto-oblongus distinctum funiculum non prodit, sed materiae columnari, quae fructum replet, immediate inhaeret, illaque quum inde a hilo varia directione pullulans, testae arcte applicetur immo illi accrescat, vix erraverit, qui haec semina describat: ornata arillo spisso-carnoso irregulariter lobato et lacinulato inde per inferiorem seminis partem promisso et testae partim arcte accrescente. Testa crassa, ossea, membrana interna, tenuis alba, cellulosa. Embryo exalbuminosus, pseudomonocotyledoneus. (Mart.)

Pyxis subglobosa, interdum sulcis profundis versus basin exarata, magnitudine capitis humani (ad 10″ altitud.), 3—4 librarum pondere, diametro 6—9 pollicum, compage firma lignoso-ossea, pariete crasso, 6—8 lin. diametro; supra medium notata calycis margine prominente atque interdum rudimentis dentium calycini limbi persistentibus instructa, apice operculata et circumscisso operculo instar ollae aperta; extus glabra, cortice cinereo virescentique vario, puculato et ruguloso tecta; quadrilocularis. Operculum discoideum (usque ad 28‴ altitud.), intus in processum conicum (usque ad 2″ longitud.), pro singulis loculis fovea elliptica, sulcata exaratum, album, glabrum abiens. Semina in quovis loculo 3—6, inter dissepimenta parietalia, carnoso-coriacea, alba, massae carnosae, colore cerino-albae, cylindraceae atque hinc inde super ea circumvolutae innata, erecta, ovata, sulcata, testa castanea, glabra. Structura seminis in maturis examinanda. Maturescunt autem semina m. Augusto — Octobri. Fructus pendulus in pedunculo forti lignoso longum per tempus persistit; abjecto operculo semina in terram projicit. Illa vero ab Indis et Lusitanis in deliciis habita sedulo colliguntur atque e silvis perpetuis (praesertim prope Fazendam Guidowald Centurionis Guidonis Marlière) ad Villam Ricam et Sebastianopolin usque mittuntur. (Mart. Sched. n. 1076. b.)

Legerunt in silvis primaevis ad flumen Rio Doce in prov. Spiritus Sancti, Octobri florentem: St. Hil.; florentem et fructus in prov. Rio de Janeiro: Pohl et Schott; fructum, ad fl. Xipotó: M. Pl. Dryas.

2. LECYTHIS LANCEOLATA Poir. ramulis novellis minutissime puberulis; foliis breviter petiolatis, membranaceis, ovate lanceolatis, longe acuminatis, basi obtusis, duplicato-serratis, glabris, subtus nitidis, reticulato-venosis; racemis lateralibus; pyxidio permagno, spongioso-ligneo, turbinato, deorsum obconice contracto, basi 5—6-gibbo, infra medium margine calycari tumido instructo; zona supracalycari latissima, sursum parum contracta; orificio amplo, subquadrato; operculo convexiusculo, inferne foveis 4 exsculpto, processu columnari quam zona supracalycaris breviore.

Folium: Tabula nostra VII. Fig. 156. et Tab. LXIII.

Lecythis lanceolata Poir. Dict. VI. 37. Mart. Syst. Mat. Med. Bras. 18.

Lecythis minor Vell. Fl. Fl. V. t. 85. Text. 222. nec Jacq.

Ramuli graciles, teretiusculi, verruculosi. Folia sparsa, tenuia, saturate viridia; petiolo 1‴ lg.; lamina 2—4½″ lg., 6—16‴ lt.; nervo medio gracili, utrinque prominente; venis tenuibus venulisque reticulatis utrinque prominulis. Flores non vidi. Fructus operculo instructus herbario Reg. Berolinensi asservatur. (Bg.)

L. pyxide spongioso-lignea (absque operculo 5″ alta), turbinata, margine calycari fere in medio urnae (3″ ab orificio) decurrente, hypanthio deorsum conice contracto, basi in gibbera 5—6 obtusa circa pedunculum tumente, parte supracalycari sursum connivente in orificium planiusculum subquadrato-orbiculare; operculo parvo, 16‴ alto, tetragono-pulvinato, convexo, infra foveis 4 exsculpto, processu columnari 9‴ lg., zona supracalycari breviore. Substantia mollior, spongiosa potius, levior, quam in reliquis speciebus, quae contextum fere osseum exhibent. Superficies quasi suberosis areolis maculata. Limbus calycaris circumcirca valde prominens, dentium rudimentis vix manifestis. Margo orificii 9—10‴ latus, introrsum sub angulo minus acuto declivis, quam in reliquis speciebus. Orificium late patet, diametro 3″ et 3‴ et non exacte orbiculare est, sed nonnihil quadratum. — Hujus folia non ipse legi; fructus tuli duos apertos, absque operculo et seminibus e silvis prope Ilheos, Decbr. 1818. (Mart.)

Nullus dubito, quin *Lecythidem minorem Vell.* (V. t. 85.) pro eadem specie habeam, ratione fructus. Folia Sapucajae brancae quae Pohlius tulit cum hac quodammodo conveniunt, licet angustiora, quam in icone. Vellozius de sua *L. minore* sequentia habet. *L. minor:* foliis petio-

latis, lanceolatis, serratis. Fructus magnitudine *L. Ollariae* (t. 88.). *Habitat ad insulas sinus Insulae magnae (i. e. Ilha grande).* Caulis est fruticosus; inde nomen triviale minor. Floret Augusto. — Ad haec verba Vellozii juvat notare, stirpes solito in silvis perpetuis (Mato Virgem) terrae continentis habitantes, saepenumero loca maritima, sabulosa, aprica non respuere, sed ibi et magnitudine et vitae genere deflecti, ita ut minores et brevioris duritiei evadant. Exemplo sunt multae arbores (quas inter quoque Myrtaceae), quae in locis arenosis Restingas dictis mirum in modum a typo silvestri degenerant. Talem arborem igitur Vellozium prae oculis habuisse fas erit praesumere, eo tutius quod ille auctor, amoenitate locorum et colligendi facilitate allectus, silvas illas praedio Regio S. Crucis (ubi domicilium haberet) vicinas diligentius perstrinxerit. — Ceterum judico de hac specie dicta esse, quae Piso (edit. 1658 p. 135) habet: Alia adhuc datur iisdem locis Jaçapucajo arbor, priori simillima, nisi quod calyces magis deformes producat, earumque nuces dignitate inferiores habeantur: quippe ex immoderato illarum usu quibusdam capillos defluxisse incolae testantur. (Mart.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Pohl; ad Itheos: M. Pl. Dryas.

3. LECYTHIS URNIGERA Mart. pyxidio maximo, lignoso, utrinque sensim angustato, margine calycari summo; zona supracalycari quam operculum conico-convexum duplo angustiore; operculi processu quam ejus corpus breviore, quam zona supracalycaris parum longiore.

Tabulae nostrae LXIV. LXV.

Fructus omnium, quos vidi in genere, maximus ($10^1/_2$'' altus, medio $7^1/_2$'' latus), ovalis, nec globosus, atque operculo conico nec subconvexo, quale in *L. Pisonis*, vertice nonnihil impresso, nec acuminato, quale in *L. grandiflora Aubl.* depingitur, conspicuus. Paries pyxidis fere pollicem crassus; superficies olivaceo-testacea, impressionibus laevibus, granuloso-scabriuscula. Margo calycaris a basi $7^1/_2$ pollices, ab orificio circiter pollicem unum decurrit, rudimentis dentium s. cristis transversalibus 6 (v. etiam 8?) parum elevatis notatus. Zona supracalycaris inde prominet pollicem et quod excedit lata in conum operculi aequaliter abiens. Operculum 2'' altum, e basi leviter convexa scrobiculata et nodulosa deorsum promittitur in processum pollicis longitudine, pyramidato-quadrangulum, faciebus valde concavis. Orificium in margine superiore ferme 3 poll. metitur, in imo, ob crassitiem parietis, duos. Dissepimenta verticalia quatuor a pariete versus centrum extenduntur, sub fructus maturatione incompleta, vix pollice latiora, parte nimirum centrali molli et spongiosa tunc soluta. E summa extremitate septorum sulcus intra orificium arcuatim ab uno loculo ad alterum decurrit. Semina in quovis loculo 10—12 (et plura?), hinc axi et septis applicata, inde parieti, cui leves et irregulares concavitates imprimunt. Bene matura fere bipollicari longitudine, 9—12 lin. lata, ob testam duram osseam, laevigatam, nitide castaneam, quasi nuciformia, irregulariter oblonga, in extremitate crassiore hinc hilo notata oblongo, longitudinaliter cristis convexis distantia varia decurrentibus interque eas faciebus, nunc (ex mutua pressione) planis atque latioribus, nunc concaviusculis notata. In parte ima hae cristae obteguntur arilli (?) parte dense adnata, qua tandem evanida ibidem opacae conspiciuntur. Testa fere dimidiam lineam crassa fractu difficilis, intus dilutioris coloris. Membrana interna prima albo-subrubella, crassiuscula, testae adhaerens, intus igitur quoque rugas exhibens, e cellulis irregulariter angularibus depressis per 3 vel 4 strata sibi impositis constans, atque vasis spiralibus, fasciculatim inter eas repentibus. Membrana interna secunda tenuis, in aqua semipellucido-tumens, e cellulis 5—6-gonis depressis, cui aliae orbiculares medio impressae praecipue in interiore facie sunt superpositae, constans. Nucleus ipse laevigatus, epidermide e cellulis oblongis conflata, cotylis arcte conferruminatis, rostello conico, obtuso, caudiculo hinc e latere longiore tandem progerminante. Nucleus edulis, amygdalinus. (Mart.)

Habitat in nemoribus ad Canto Gallo in prov. Rio de Janeiro: Peckolt.

4. LECYTHIS AMAZONUM Mart. pyxidio permagno, subgloboso v. globoso-ovali, margine calycari summo; zona supracalycari quam operculum pulvinatum parum angustiore; operculi processu magno, conico, quam ejus corpus triplo longiore.

Tabulae nostrae LXVI. LXVII. Fig. I.

Pyxis 9'' alta, medio $7^1/_2$'' lata, cujus substantia mollior est quam in *L. Pisonis* et levior, licet nonnihil crassior in parietibus. Superficies laevis, opaca, olivaceo-fusca aut in verruculas parvas elevata, nec tamen maculato-irrorata, qualis Pisonis. Margo calycaris (distantia a basi $6^1/_2$'') parum effiguratus; inde supracalycaris 1'' lata, oblique zona sursum vergit cum operculi parte libera fere dimidium globum describens. Operculi 16''' alti vertex non acutus et vix depressus; ejus processus inde a margine libero in foramen porrigitur, $3^3/_4$'' longitudine, supra per $1^1/_4$'' longitudinem conico-teres, infra ultra 2'' longitudine pyramidatus, faciebus concavis. Loculi 4, plura semina pollicem longa et quoad figuram iis *urnigerae* et reliquarum aequantia continent. Arboris immensae comam attingere non valui. (Mart.)

Species in prov. Paraënsis silvis proveniens, ut aliae ibidem Sapucája *dicta*, forsan pro eadem habenda, quam botanici gallici *Lecythis Ollariae* nomine venditare solent, licet ab *Ollaria Löfft.* et *Ollaria Vell.* differat. (Mart.)

5. LECYTHIS POHLII Berg: ramulis, racemis, alabastris minutissime puberulis; foliis breviter petiolatis, membranaceis, inferioribus ramulorum ovatis, superioribus ovate v. ovato-oblongis, acuminatis, basi in petiolum attenuatis, margine exacte serrulatis, glabris, nitidis, discoloribus, utrinque evidenter reticulatis; racemis paucifloris gracilibus; pedicellis alabastro brevioribus; germine 3—4-loculari, semisupero; sepalis aequalibus, ovalibus, obtusis; pyxidio minore, fere osseo, margine calycari paullo supra medium circumferente; zona supracalycari praesertim deorsum subconcava, quam operculum fere hemisphaericum parum angustiore; operculi processu conico, quam ejus corpus sesquilongiore.

Folium: Tabula nostra VII. Fig. 150. et Tab. LXVIII.

Rami nigricantes, glabri. Folia sparsa, siccata supra fusco-virentia, subtus viridia, pallidiora; petiolo puberulo, marginato, 1—$1^1/_2$''' lg.; lamina 1—$3^1/_2$'' lg., $^1/_2$—$1^1/_2$'' lt.; nervo medio utrinque ad basin minute puberulo, prominente; venis gracilibus, subpatulis venulisque reticulatis, utrinque exacte prominulis. Racemi 11—20''' lg., pedicellis 1—2''' lg.; bracteolis stipantibus caducis. Alabastra 3''' lg. Germen undique minutissime puberulum, loculis pauciovulatis. Calyx planus, 4''' diametro, sepalis 6, minutissime puberulis, demum patentibus, 1''' lg. Petala 6, obovata, 3—5''' lg. Urceolus stamineus, depresso-globosus, 3''' diametro, hinc brevis, illinc ad ligulam 7''' lg., apice laciniatam ibique intus staminodiis creberrimis, $^3/_4$''' lg., onustam productus. Stamina fertilia seriebus pluribus ad basin urceoli circumcirca et etiam ad eam ligulae affixa, brevissima; antherae subrotundae. Stylus longitudine staminum fertilium. Pyxidium omnium, quae vidi, elegantissimum, subovali-globosum, utrinque rotundatum, paullulum exasperatum, areolis superficialibus crenatis, sub lente manifestioribus, obscurius circumscriptis, griseo-fuscescens, 4—6'' altum, medio $3^1/_4$—$4^3/_4$'' latum, pariete 6—7''' crasso. Margo calycaris a basi 25—32''', ab orificio 9—12'' decurrit, vestigiis 6 sepalorum notatus, parum prominens. Zona supracalycaris 6—9''' lata, circumcirca basi concava, inde aequaliter in pulvinum operculi abiens. Margo exterior orificii leviter ad cavum pyxidii descendentis 38—42''', iuterior obsolete rhombeus, dimensione latiore 19—28''', dimensione angustiore 17—23''' emensus. Operculum pulvinatum, basi leviter convexa in processum columnarem, 16—20''' lg., basi 14—18''' lt., foveis 4 oblongis exsculptum abiens. Dissepimenta 4 longitudinalia ad maturitatem incompleta, a pariete

circiter 4‴ lat. extenduntur, prope basin desinunt, ubi vestigia sporophori evadunt. Loculi nunc incompleti, superne infra orificium interius costa arcuata, sursum convexa, ex dissepimentis exeunte terminantur, ubi latissimi, latitudinem 14 — 16 linearum ostendunt, quum duo oppositi enim paullo latiores ceteris ambobus sint, pariete pericarpii interiori seminum et eorum costarum impressionibus plus minusve levibus instruuntur. Semina plura (in specimine mihi obvio, sed jam maturo et aperto 8 inveniuntur), ovato-oblonga, lateribus subcompressa, circiter 16‴ lg., 9‴ lt., 6‴ crassa, badia, caesio-rorida, costis longitudinalibus crassis, obtusis, hinc inde anastomosantibus, ½‴ latis et altis, 8 — 10 obtecta, quarum illa ad faciem ventralem sita, ceteris robustior (raphe) prope basin hilo magno laterali est notata. Testa dura, intus cinnamomea, ad sulcos ¼‴, ad costas usque lineam lata, strato intimo duriore, ex cellulis induratis formato vestita sub costis et validioribus et levioribus perducitur oculo nudo manifestis fasciculis vasorum spiralium albis, ex raphe ortis. Embryo oleoso-carnosus, albus, homogeneus, rostello basilari, cum cotyleo corpore arcte coadunato, sub miscroscopio composito quam contextus cellulosus strictior, verticaliter expansus ab parenchymate laxo reliqui embryonis discernendo. (v. spec. folii- et floriferum, nec non pyxidium ex hb. Vindob.)

Habitat ad Pillar prov. Goyazensis: Pohl n. 4311. Pl. Oreas.

6. LECYTHIS PLATYZONE Berg: pyxidio suberoso-ligneo, turbinato, basi angustato-truncato, oblitterato-4-loculari, extrorsum exasperato; margine calycari summo, vestigiis obsoletis sepalorum notato, exserto, cum zona supracalycari horizontali, canaliculata angulum acutum efficiente.

Pyxidium absque operculo 3″ altum, supra 3½″ diametro; zona supracalycaris ½″ lata; orificium 2″ diametro, subovale, margine tumidum; dissepimenta fere omnino oblitterata, tamen visibilia. (v. in hb. Vind.)

Fructum legit in prov. Rio de Janeiro: Schott n. 1077.

7. LECYTHIS MONOSPERMA Mart. pyxidio parvulo, ovali, spongioso-ligneo, excepta zona supracalycari latiuscula maculis parvis, suborbicularibus, suberosis, crebris irrorato; margine calycari rudimentis dentium cristaeformibus notato, abortu monospermo.

Tabula nostra LXVII. Fig. II.

Pyxis praeter rationem reliquarum specierum parvula, absque operculo 18‴ par. alta, medio 15 — 16‴ lata, ovata, spongioso-lignea, margine calycari 3—4‴ infra orificium (7‴ metiens) decurrente, rudimentis dentium cristaeformibus notato. Superficies maculis parvis, suborbicularibus, suberosis, crebris irrorata, quae in zona supracalycari deficiunt. Loculi an 3, an 4.? Ovula 3—4, basilaria; unico plerumque evolvendo. Semen pollicem altum, 9 lin. medio latum, obovato-oblongum. Testa castanea, notata vittis aut cristis inde a basi ad verticem usque percurrentibus, irregulariter ramosis et anastomosantibus, planis aut convexis, margine plerumque elevatis et crenulatis v. repandis, dura, lignea. Reliqua ignoramus; dubitanter ideo speciei locum indicamus. An rectius inter Eschweileras biloculares amandanda? (Mart.)

Provinciae Paraënsis incola: M.

2. ESCHWEILERA Mart.*)

Folia saepissime integerrima. Germen 2—5-loculare. Pyxidium tenax, coriaceo-lignosum, saepe oligospermum; columna centralis obsoleta v. nulla, cujus loco dissepimenta centro paullulum incrassata cum operculo dissiliunt; operculum subtus concavum, interdum 2 — 4-loculare. Seminum testa cartilaginea, rarissime crassa, vasorum fasciculis obtecta.

† Germen tri — quinqueloculare.

8. LECYTHIS OVALIFOLIA DC. ramis glabris; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis v. lanceolato-oblongis, acuminatis v. acutatis, leviter serrulatis v. repandis, obscuris, glabris, supra subnitidis, basi obtusis, margine subtus opacis, costatis, utrinque tenuiter reticulatis; racemis subpaniculatis, terminalibus, folio brevioribus, tenuissime velutinis; pedicellis validis, alabastro brevioribus; germine fere supero, 3 — 4-loculari; sepalis subrotundis, brevissimis, subaequalibus, eciliatis. ♄

Lecythis ovalifolia DC. Prodr. III. 292.

Rami teretiusculi, striati, novelli ad florendi tempus desunt. Folia sparsa, margine mox serrulata v. repanda, mox subintegerrima, serraturis tunc stria fusca indicatis; petiolo saepe torto, 4 — 6‴ lg.; lamina 5 — 9″ lg., 1½—3½″ lt.; nervo medio supra prominente, subtus incrassato; venis distantibus, subpatulis, utroque latere circiter 15, supra prominulis v. subimpressis, subtus prominentibus, longiori a margine distantia arcubus amplis unitis, extrorsum iterum anastomosantibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque parum prominulis. Racemi validi, 2—4½″ lg., basi hinc inde ramo instructi, 18—32-flori; pedicellis crassis, 2‴ lg., bractea primaria rotundata, vix ¼‴ lg. bracteolisque 2 lateralibus, ovatis, ¼‴ lg. fultis. Alabastra globosa, 8‴ diametro. Germen vertice pulvinatum, glabrum, ovulis transversaliter 1-serialibus. Sepala 6, basi subgibba, extus minutissime ochraceo-subvelutina, majora 1‴ lg., 1¾‴ lt. Petala 6, subrotundo-obovata, concava, exteriora extus subtilissime velutina, basi inter se et cum urceolo coalita, majora 10‴ lg. Urceolus staminum subglobosus, basi minutissime velutinus, 6‴ diametro, hinc brevissimus, illinc ad ligulam 1″ lg., apice laciniatam ibique intus staminodiis creberrimis, 2‴ lg. onustam productus. Stamina fertilia, seriebus pluribus circumcirca ad basin urceoli, praeterea autem ad eam ligulae disposita, brevissima, apice dilatata; antheris subrotundis. Stylus conicus, ½‴ lg. (v. florif. in hb. Monac.)

Habitat in prov. Paraënsi ad flumen Rio Negro: M. Pl. Najas.

---

*) Eschweilera Mart. *Lecythides complures Aubl. Poiteau.* Pyxis coriacea, subglobosa aut turbinata, calycis hypanthio ad dimidium usque aut altius arcte concreta, vertice operculo plano aut convexo, umbonato, in medio vix multum incrassato intusque tandem libero tecta eoque decidente ore amplo aperta. Hypanthii margo in cristam transversam tumet et interdum limbi calycini dentibus lobisve persistentibus est effiguratus. Zona inter hypanthii marginem et orificium, de quo operculum solvitur, plerumque angusta. Dissepimentum membranaceum aut spongioso-coriaceum fructum in duos (ovarium forsan subinde in 4) loculos dirimens et operculi parieti interno junctum, sub maturatione fructus discinditur, tenuem cristam in fundo pyxidis et subinde in operculo relinquens. Semina ex ovulis numerosis in quovis loculo plerumque bina solummodo maturescunt, oblonga, obovata v. pyriformia aut dorso convexa, introrsum bifacialia aut angulata, in septi aut loculi parte ima hilo lineari affixa, circa hilum propullante ex axi fructus carne involuta. Testa plerumque membranacea aut pergamena, nec tam crassa et costata uti in Lecythide, ex congerie cellularum hexagonalium, pachypleurarum, venis longitudinalibus percursa, quae fasciculis formantur vasorum spiralium simplicium; membrana interna tenuis, alba. Albumen nullum. Embryo solidus, carnosus, sub germinatione infra medium rostellum subulatum simplex emittens ex opposito autem latere plumulam virgulaeformem, foliis squamaeformibus obsessam. (Cfr. tab. LXXII.) Corpus embryonis in nodum transverse oblongum aut subglobosum tumet, unde sursum caulis, deorsum radix primum simplex porriguntur.

Eschweilerae licet in vastas arbores quoque excrescant, uti Lecythides verae, eo tamen quoad vitae rationem differunt, quod saepe e profundis silvis transfugae in prata vel nemorum margines ibi, quasi brevioribus vitae stadiis obnoxiae, jam juvenes florescant et fructus ferant. Unde factum est, ut illarum flores et fructus *simul* frequentius in Botanicorum observationes cadant, dum Lecythides, silvarum aborigenum incolae, difficilius flores largiantur, quippe quos vel alacer Indianus e vasto laevigatoque trunco negrius decerpserit. (Mart.)

9. LECYTHIS MARTIANA Berg: glabra; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, obtusis, abrupte breviter acuminatis, basi acutis, margine vix serrulatis, pallidis, glabris, reticulato-venosis; racemis terminalibus et axillaribus, validis, angulatis; pedicellis crassis, alabastro brevioribus; germine 3-loculari; sepalis brevibus, subrotundis, glabris. ♄

Rami teretiusculi, sulcati, fuscescentes. Folia sparsa, subtus albido-micantia; petiolo 6—8‴ lg.; lamina 4½—6½″ lg., 1½—3¼″ lt.; nervo medio supra vix elevato, subtus incrassato; venis erecto-patulis, supra vix prominulis, subtus tenuibus quidem, sed exacte prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, utrinque parum prominulis. Racemi rhachi 2—4″ lg.; pedicelli 1½‴ lg. Alabastra 7—8‴ diametro. (v. in hb. Sond., nec in hb. Mon.)

Inflorescentia *L. ovalifoliae* affinis, distincta: foliis longius petiolatis, latioribus, abrupte acuminatis, basi acutis, venosis, subtus albido-micantibus.

Habitat in prov. Paraënsi: M. Pl. Najas.

10. LECYTHIS SPRUCEANA Berg: foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, utrinque plus minusve obtusissimis, acute acuminatis, basi in petiolum canaliculatum attenuatis, margine revolutis, glabris, reticulato-venosis; racemis terminalibus et lateralibus, paucifloris, gracilibus; floribus subsessilibus; germine semiinfero, obsolete costato, 5-loculari; sepalis inaequalibus, ovato-oblongis, obtusis, antrorsum denticulatis; stylo longiusculo. ♄

Rami et ramuli sulcati. Folia sparsa, serraturis oblitteratis, stria fusca significatis; petiolo canaliculato, marginato 6‴ lg.; lamina 3—5″ lg., 15—30‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus elevato; venis tenuibus, subrectis, erecto-patulis, supra subimpressis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque parum prominulis. Racemi 1½—2″ lg., rhachide angulata, gracili; bracteis stipantibus minutis. Alabastra 4‴ diametro. Germen turbinatum, in pedicellum brevissimum abiens; ovulis basilaribus, 2—4-nis. Sepala 6, 1—1½‴ lg., 1—⅝‴ lt. Petala 6, siccata aurea, obovata, 5—7‴ lg. Staminum urceolus, 5‴ diametro. Discus epigynus, orbicularis, stellato striatus. Stylus 1‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop. et Mart.)

L. chartaceae valde similis, sed diversa: ramis sulcatis; foliis subintegerrimis, longius petiolatis, venis rectioribus; germine 5-loculari; sepalis brevioribus; stylo duplo longiore.

Habitat prope Panuré ad Rio Uaupés in Venezuela australi, florebat Octobri — Januario: R. Spruce n. 2700. Pl. Najas.

11. LECYTHIS RETUSA Spruce: racemis, petiolis nervisque foliorum subtus subtilissime puberulis; foliis rigidis, longiuscule petiolatis, obovatis v. obovato-oblongis, retusis, apiculatis, basi cuneatis, subintegerrimis, discoloribus, supra nitidis, impresso-, subtus elevato-costatis, glaucescentibus; racemis subsimplicibus, validis, multifloris; pedicellis vix ullis; germine turbinato, costato, semiinfero, 5-loculari; sepalis inaequalibus, rotundo-ovalibus, obtusis, antrorsum glanduloso-denticulatis; stylo longiusculo. ♄

Lecythis retusa Spruce Herb. sine diagnosi.

Ramuli robusti. Folia sparsa, serraturis obsoletis, stria fusca significatis; petiolo valido, canaliculato, 6—9‴ lg.; lamina 3—5″ lg., 26—40‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis erecto-patulis, rectis, subaequidistantibus, supra subimpressis, subtus elevatis; venulis interjectis tenuissimis, subrectis, respectu nervo medio reversis, reticulatis. Racemi angulati, 3—4″ lg.; rhachide angulata; bracteis stipantibus caducis. Ababastra 7‴ lg. Germen in pedicellum attenuatum, obtuse 5-costatum, ovulis basilaribus, multis, disco convexo, stellatim striato tectum. Sepala 6, 1½—2¼‴ lg. et lt. Petala 6, obovata, majora circiter 1″ lg. Staminum urceolus 6‴ diametro. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop. et Monac.)

Habitat in vicinia Barra prov. Rio Negro, florebat Decembri — Martio: R. Spruce n. 1166. Pl. Najas.

12. LECYTHIS RORIDA Berg: foliis longiuscule petiolatis, rigide chartaceis, obovatis v. obovato-oblongis, antrorsum obtusis v. retusis, recurvato-acute acuminatis, basi cuneatis, discoloribus, subintegerrimis, margine recurvis, subtus subtilissime roridis, supra impresso-venosis, reticulatis; panicula terminali valida, multiflora; floribus subsessilibus, divaricatis; germine turbinato, verruculoso, 4-loculari; sepalis inaequalibus, ovalibus, concavis, membranaceo-marginatis; stylo longiusculo. ♄

Rami sulcati. Folia sparsa, interdum ovali-oblonga, siccata supra obscura, opaca, subtus ochracco-glaucescentia, serraturis oblitteratis margine stria fusca significatis; petiolo 4—7‴ lg., canaliculato; lamina 4—5″ lg., 1½—3″ lt.; nervo medio supra parum, subtus magis elevato; venis subdivaricatis, supra impressis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuissimis, reticulatis. Panicula terminalis, circiter 5″ lg.; rhachide valida, angulata, densiflora; bracteis ovatis, concavis, membranaceo-marginatis, deciduis. Alabastra 4‴ diametro. Germen intus glandulosum, disco epigyno planiusculo, mox excrescente, hemisphaerico tectum; sporophoris basilaribus, multiovulatis. Sepala 6, 1—2‴ lg., demum conduplicata. Petala 6, siccata rosea, obovata, 6‴ lg. Staminum urceolus roseus, 4‴ diametro. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Habitat prope Barra prov. Rio Negro, florebat Septembri: R. Spruce n. 1757. Pl. Najas.

13. LECYTHIS SALEBROSA Berg: racemis, pedicellis, germinibus sepalisque minutissime et densissime puberulis; foliis longiuscule petiolatis, pergamaceis, saepe complicatis, ovali-oblongis, recurvato-acuminatis, basi in petiolum angustatis, margine parum recurvo obsolete serratis v. integerrimis, utrinque nitidis, glabris, concoloribus, reticulato-venosis; racemis terminalibus et lateralibus, interdum ad paniculam dispositis; pedicellis torosis, calyce parum longioribus, recurvis; germine toroso, semiinfero, 4-loculari; sepalis ovatis v. ovato-oblongis, obtusis; stylo longiusculo.

Arbor; ramis griseis; ramulis striatis, verrucosis. Folia sparsa; petiolo canaliculato, 6—8‴ lg.; lamina 3—6″ lg., 16—28‴ lt.; nervo medio supra parum prominente, infra incrassato; venis erecto-patulis venulisque vix tenuioribus, reticulatis, utrinque prominentibus. Racemi 2—3″ lg.; rhachide gracili, flexuosa, angulata; pedicellis 2‴ lg.; bracteis caducis. Alabasta 5‴ diametro. Germen disco stellato-sulcato obtectum, sporophoris basilaribus. Sepala 6, ⅝—2‴ lg., 1—⅝‴ lt. Petala 6, subrotunda, antrorsum denticulata, 5‴ lg. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Affinis *L. corrugatae Poit.*, sed distincta: pedicellis calyce longioribus; sepalis ovatis v. ovato-oblongis, nec rotundatis.

Habitat prope col. Berlyn in regione Para Guyanae Batavae: Wullschlägel n. 1472.

14. LECYTHIS ROSEA Spruce Hb. racemis, pedicellis, germinibus, sepalis minutissime puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, saepe complicatis, breviter acuminatis, basi in petiolum attenuatis, margine recurvis, superne nitidis, utroque latere plicaturis longitudinalibus, obsoletis, arcuatis, distantibus, margini parallelis instructis, subtus opacis, tenuiter reticulatis; racemis terminalibus, densifloris; pedicellis calyce breviori-

bus, validis, recurvis, torosis; germine infero, 4-loculari, toroso; sepalis inaequalibus, ovatis et ovato-oblongis, obtusis v. obtusatis; stylo elongato. ♄

Lecythis rosea Spruce Herb. sine diagnosi.

Ramuli verrucosi. Folia sparsa, siccata supra cano-virentia, subtus hepatica; petiolo valde canaliculato, 3—4‴ lg.; lamina 3—5″ lg., 18—30‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis tenuissimis, subdivaricatis venulisque reticulatis, supra parum, infra evidentius prominulis. Racemi 2—3″ lg.; rhachide valida, argute angulata; pedicellis 2‴ lg.; bracteis stipantibus caducis. Alabastra 3‴ lg. Germen disco plano, stellatim toruloso obtectum; ovulis plurimis, basilaribus. Sepala 6, 3‴ lg., 1½—2¼‴ lt. Petala 6, inaequalia, ovali-oblonga v. oblonga, 4—6‴ lg., 2—3‴ lt., antrorsum denticulata. Urceolus 4‴ diametro. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Differt a speciebus omnibus affinibus: plicaturis longitudinalibus, arcuatis, peculiaribus foliorum.

Habitat secus Rio Negro, Brasiliae septentrionalis, inter Barra et Barcellos, florebat Novembri: R. Spruce n. 1520. Pl. Najas.

15. LECYTHIS MARAWYNENSIS Berg: paniculis minutissime puberulis; foliis chartaceis, ovali-oblongis v. oblongis, recurvato-breviter acuminatis, e basi obtusa in petiolum longiusculum attenuatis, subundulatis, subintegerrimis, glabris, tenuiter venosis; paniculis amplis, terminalibus et axillaribus; pedicellis calycem aequantibus; germine semisupero, 4—5-loculari; sepalis inaequalibus, oblongis, obtusis, margine membranaceis, denticulatis v. crenatis; stylo longiusculo. ♄

Tabula nostra LXIX.

Ramii cinerei. Folia sparsa, serraturis oblitteratis, stria fusca notatis; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 9—17‴ lt.; nervo medio supra parum, infra magis prominente; venis tenuibus, subpatulis, utrinque venulisque tenuioribus reticulatis parum prominulis. Panicula brachiata, interdum ad racemum subsimplicem redacta, circiter 3″ lg.; rhachide gracili; pedicellis 1½—2‴ lg., cernuis; bracteis ovatis, membranaceis, caducis. Alabastra 4‴ diametro. Germen disco in centro stellato-sulcato tectum, sporophoris basilaribus, pauciovulatis. Sepala 6, 1—2‴ lg. Petala 6, obovata, alba (teste Wullschl.), siccata flava, majora 5‴ lg. Staminum urceolus 5‴ diametro. Stylus 1‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat ad ripas Marawynae in Surinamo, florebat Octobri: Wullschlägel n. 1473.

†† Germen biloculare.

16. LECYTHIS ANGUSTIFOLIA Endl. glabra; foliis petiolatis, submembranaceis, lanceolatis v. oblongis, sensim acuminatis, basi breviter acutis, serrulatis, supra subopacis, subtus nitidulis, utrinque tenuiter reticulatis, subtus venosis; racemis pauciflоris, terminalibus; pedicellis brevissimis, alabastro brevioribus; germine semisupero, biloculari; calyce patelliformi, obsolete 6-lobo; pyxidio coriaceo-lignoso, depresso-turbinato, majore, umbonato, dimidia altitudine calycis margine instructo; hypanthio late turbinato, quam operculum subhemisphaericum, intus excavatum paullulum altiore; zona supracalycari operculum dimidium aequante

Folium: Tabula nostra VII. Fig. 162. et Tab. LXX. LXXI.

Lecythis compressa Vell. Fl. Fl. V. t. 87. Text. 222. n. 3.

Eschweilera angustifolia Mart. in Flor. Ratisb. XX. Beibl. II. 89.

Lecythis (Eschweilera) angustifolia Endl. Mss.

Arbor mediocris, 30—40′ alta, trunco pedali diametro, coma in 20 pedum ab humo altitudine expansa, late-ovata. Cortex deductilis. Rami et ramuli crebri, rimulis numerosis longitudinalibus aperti, sursum dense foliati. Folia sparsa, 2½—3¾ poll. longa, 5—15 lin. lata, petiolis gracilibus, 2—3-linearibus, lanceolata aut oblongo-lanceolata, breviter et acute acuminata, margine nonnihil revoluto, nunc leviter undulato-denticulata, nunc evidentius dentata, coriaceo-membranacea, glabra, supra saturatius et lucide viridia, nervo infra prominulo, venis tenuibus, suberecto-patulis, arcuatis subparallelis, intra marginem anastomosantibus; (venulis interjectis tenuioribus, reticulato-ramosissimis, utrinque parum prominulis: Bg.) Flores in ramulis terminales, racemos 6—10-floros constituunt, sursum efflorescentes, facile decidui (vix omnes fertiles). Bractea subulato-triangularis ad basin pedicelli (½—1½‴ lg.) perbrevis. Calyx cupularis, 6‴ diametro, dentibus sex, brevissimis, lato-triangularibus, rotundatis, liberis, glabris. Alabastrum obovato-globosum, 9‴ diametro. Petala alba, ad basin leviter flavida, decussata, 6 semper a cl. Berg observata (an subinde 4?). Stamina indefinita in discum epigynum arcte coalita, seriebus 4—6. Filamenta compressa, alba, glabra, apice crassiuscula. Antherae basifixae, ovatae, obtusae, emarginatae, flavidae, rimis 2 verticalibus tandem apertae; juniores locellos 4 exhibentes. Ligula ex annulo stamineo hinc elongatur, illo quadruplo longior, postice foliaceo-plana, antice in corpus subcordiforme tumens, quod intus papillis (staminodiis) quam plurimis subulatis flavis introrsum vergentibus quasi echinulatum est, margine quo papillae longiores et robustiores intumido. Haec papilligera ligulae pars in alabastro centro floris applicatur (antheras ibi non reperi), foliacea ligulae parte introrsum curvata. Ovarii vertex leviter convexus et in stylum brevem, stigmate vix distincto (an in floribus sterilibus?) terminatum elevatus, sulculis a centro ad peripheriam exaratus. Ovarium biloculare, septo tenui, cui ovula numerosa, aggregata brevi funiculo adhaerent. Sunt haec ovula oblonga, anatropa (et 2 membranas solummodo habere videntur, quum in Lecythide et Bertholletia 3 adsint), quam plurima abortiuntur. Pyxis turbinata, fere in medio margine calycari irregulari notata, indeque sursum zona latiuscula, quae iterum fere in medio linea irregulariter circulari insculpta est, unde facile praesumas, petala, quibus haec cicatrix debeatur esse per paria decussata. Ovulorum solummodo pauca, in quovis loculo evolvuntur, obovato-globosa, testa membranacea. Carne parca e septo propullulante plus minus sunt involuta. — Embryonis pseudomonocotylei rostellum in radicem simplicem descendit, caulículus ex adverso in caulem evolvitur, nodo primario deformiter tumente. Confr. ic. in tab. LXX. (Mart.) Pyxidium depresso-turbinatum, coriaceo-lignosum, umbonatum, circiter 10-spermum, umbrinum, 21‴ altum, 28‴ latum et ultra, ambitu ovale; hypanthium late turbinatum, interdum subhemisphaericum, laeve, 3—4‴ crassum, 1″ altum, intus cavum, laevigatum, impressionibus superficialibus 5—6 seminum leviter exsculptum, brunneum, nitidum, sursum infra orificium zona pallida, verruculosa, 4—6‴ alta, circumcirca instructum; zona supracalycaris circiter ½″ alta, aut oblique divergens aut suberecta, tunc extrorsum convexa, margine calycari dentium 6 rudimentis in cristae transversae speciem extensis ad basin notato; operculum convexum, umbonatum, circiter 1″ altum, intus cavum, impressionibus seminum exsculptum, nitidum, umbrinum, margine inferiore deorsum et introrsum descendente 4—5‴ lato. Semina longitudine concavitatem hypanthii aequantia, circiter 1″ longa, 7—10‴ lata, interiora recta, subquadrangula, minora, exteriora trigona, dorso ubi concavitati hypanthii applicita convexa, faciebus 2 interioribus planiuscula, ad angulum interiorem raphe valida et ad ejus basin hilo elliptico pallido, tota superficie autem fasciculis vasorum longitudinalibus et passim ramosis, 8—10, parum prominulis v. saepe impressis notata; testa obscure hepatica, ut in Lecythidibus genuinis dura, crassa. Embryo homogeneus. (Berg.) (v. in hb. Vindob., Mart. et hort. bot. Petrop.)

Habitat in fruticetis maritimis: Vell.; nec non in collibus umbrosis: Riedel, Langsdorff; in monte Corcovado prope urbem Rio de Janeiro, floret Martio — Junio: Schott n. 4441., Luschnath n. 19., Mart. Herb. Fl. Br. n. 61. Ibiribá-rana *vulgo. Pl. Dryas.*

17. LECYTHIS CORIACEA DC. ramulis paniculisque et alabastris minutissime puberulis; foliis petiolatis, coriaceis, ovali oblongis, recurvato-acuminatis, basi obtusis, margine subundulatis, subserratis v. subintegerrimis, glabris, supra nitidis, leviter reticulatis, subtus opacis, costatis, reticulatis; paniculis validis, folio brevioribus; pedicellis alabastro brevioribus; germine fere supero, biloculari; sepalis inaequalibus, ovato-oblongis, obtusatis, dorso carinatis, basi gibbis; pyxidio coriaceo-lignoso, turbinato-globoso, dorso leviter convexo, 1 — pleiospermo; margine calycari orificio proximo, dentium vestigiis notato, ideo zona supracalycari angusta; operculo leviter convexo, obtuse umbonato, intus cavo.

Tabula nostra LXXII. (fructus.)

Lecythis coriacea DC. Prodr. III. 291.

Eschweilera coriacea Mart.

Arbor procera, 100′ alta, trunco recto basi 3—6-pedali diametro, late angulato in radices descendente; sursum simplici tum in comam vastam ovatam abeunte, cortice cinereo-fusco. Ramuli subalterni, patentes, teretes, sicci angulati, fusci. Folia sparsa, magna, patentia, obscure viridia, serraturis stria fusca notatis v. subrepando-serrulata; petiolo valido, marginato, 5‴ lg.; lamina 6—8″ lg., 2½—4″ lt.; nervo medio supra elevato, subtus incrassato; venis erecto-patulis, supra vix prominulis, subtus prominentibus, inferioribus excurrentibus, superioribus arcuatim unitis ibidemque extrorsum iterum anastomosantibus; venulis interjectis reticulatis, supra vix manifestis, subtus prominulis. Paniculae 2—4½″ lg., rhachide flexuosa, subquadrata, lateribus plana v. sulcata, pallide viridi, annulata, pedicellis teretibus, rectangulo-patentibus, in basi crassiore articulatis, 4—7‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Alabastra 8‴ diametro. Germen vertice libero, pulvinato; ovulis transversaliter 1-seriatis. Sepala 6, incurvo-concava, flavescenti-viridia, majora 3‴ lg., minora 2‴ lg. Petala 6, patentia, obovata, alba, 9‴ lg. Urceolus staminum oblique ovato-subglobosus, 7‴ diametro, hinc brevis, illinc in ligulam 13—14‴ lg., apice laciniatam ibique intus staminodiis creberrimis, lanceolatis, acutis, flavis, 2‴ lg. onustam productus. Stamina fertilia seriebus pluribus circumcirca ad basin urceoli praeterea autem ad eam ligulae disposita, brevissima, apice dilatata; antheris subrotundis. Stylus conicus, ½‴ lg.

Pyxis coriaceo-lignescens, turbinato-globosa, dorso leviter convexa, 3—4 poll. lata, 2½ alta, margine calycari orificio proximo, dentium rudimentis in cristae transversae speciem extensis, tribus, dum sex adsunt, sat evidenter exterioribus (inferioribus), dum 5 solummodo (in fructu nonnihil minore) fere in una serie horizontali dispositis. Zona supracalycaris angusta, 2—3 lin. altitudine, basi cicatricibus petalorum. Operculum leviter convexum, extus umbone centrali obtuso, intus loco umbonis fovea exsculptum, lineam et quod excedit crassum. Superficies exterior cinereo-virescens, maculis ovatis vel orbicularibus ½—3 lin. diametro suberosis tandem fuscidulis irrorata. Dissepimentum membranaceum inde ab operculi pariete interro leviter ruguloso et puculato per medium fructum ad urnae parietem et basin extenditur nunc duos, nunc accedente tertio crure, tres loculos constituens; sub maturatione rumpens aut omnino obliteratum, ita ut crista solum acuta remaneat. (Blattae horum fructuum carnis avidae, urnas mirum in modum erodunt et laevigatas reddunt.) Paries urnae interna laevigata, venis ramosis sursum in orificium usque excurrentes ibique anastomosantibus notatur, basi autem depressionibus suborbicularis ambitus, quae locum, quo semina denso agmine sibi applicita quasi strata stabant, produnt. Semina in quovis loculo 5, 6, 7, longitudine concavitatem urnae aequantia, circiter pollicem ad sesquipollicem longa, 4—5 lin. lata, interiora recta subquadrangula, exteriora ubi concavitati urnae applicita convexa et (exsiccata) subsemilunaria, illa basi et apice planiuscula, a pressione fructus nonnihil rugosa. Testa testacei coloris, venis parum prominulis longitudinalibus et passim ramosis notata, crassiuscula membranacea tamen, nec ossea v. lignea, e cellulis subhexagonis pachypleuris conflata, ima basi seminis in margine hilo orbiculari minuto, quem, soluto semine, fasciculus albus vasorum spiralium simplicium denotat. Membrana interna seminis tenuis subpellucida humiditate tumens, e cellulis oblongis aliis pellucidis aliis opacis facta, fasciculis vasorum spiralium simplicium percursa. Embryo pseudomonocotyledoneus omnem seminis aream occupans rostello et cauliculo paullo infra medietatem totius longitudinis sitis, corpore cotyledoneo magno carnoso utramque extremitatem occupante. (Utrum rima tenuis pro emittendo cauliculo hiet, qualis in Bertholletia a me observata est, ignoro.) Sub germinatione primum rostello, coni parvuli sub specie emisso, membranae seminis perforantur, atque illud subulatum deorsum vergit. Ex adverso autem seminis latere mox egreditur plumula simplex, instructa foliis parvulis squamaeformibus sessilibus (11—12), ovatis, ½ lin. vix longis, phyllotaxi ²/₅ circa plumulae axin glabrum nonnihil angulatum dispositis. Mart. Sched. n. 2905.

Crescit in silvis aboriginibus prov. Paraënsis et do Alto Amazonas, e. g. in silvis ad ostia fl. Japurá et prope Ega, florebat Decembri. Arbor, Matá-Matá *incolis, in prata silvarum vel campos migrata jam parva statura floret et fructificat. E trunci dejecti stipite novi trunci propullulare dicuntur. Mart. Pl. Najas.*

18. LECYTHIS ODORA Pöpp. ramulis, petiolis, pedunculis, pedicellis, calycibus dense subtilissime puberulis; foliis petiolatis, subcoriaceis, ovali-oblongis, abrupte acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, margine obsoletissime serrulatis, glabris, supra subnitidis, obsolete reticulatis, subtus costatis, tenuiter reticulatis; racemis folio fere duplo brevioribus, multifloris, pedicellis alabastro longioribus; germine semiinfero, biloculari; sepalis subinaequalibus, ovatis, acutis v. obtusatis, ciliolatis, basi gibbosis.

Lecythis odora Pöppig. Herb. sine diagnosi.

Arbor spectabilis, saltem 50-pedalis, comosa, frondosa, ligno flavescenti, graveolenti instructa. Folia sparsa; petiolo valido, anguste canaliculato; lamina 5¾—9″ lg., 2¼—4″ lt.; nervo medio supra parum prominente, subtus incrassato; venis utroque latere 15—20, distantibus, inferioribus suberecto-patulis, longe excurrentibus, superioribus erecto-patulis, longiori a margine distantia arcuatim unitis, extrorsum iterum anastomosantibus, supra subimpressis, subtus elevatis; venulis reticulatis, utrinque parum prominulis. Racemi interdum paniculati, 13—25-flori, rhachide gracili, flexuosa, 2½—5″ lg., pedicellis 6—8‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Alabastra globosa, 4—7‴ diametro. Germen in alabastro fere inferum, demum vertice excrescens semisuperum, biloculare, ovulis serie simplici transversali affixis. Flores nivei, odore amygdalarum amararum, 1″ diametro (Pöpp.). Sepala 6, longiora 1½‴ lg. Petala 6, subovata, obtusa, concava, subtilissime ciliolata, basi inter se et cum urceolo cohaerentia, longiora 6‴ lg. Urceolus staminum subglobosus, glaber, 5‴ diametro, hinc brevissimus, truncatus, subtridentatus, illinc ad ligulam 10‴ lg., introflexam apiceque rotundatam, ibique intus staminodiis creberrimis, 1‴ lg. onustam extensus. Stamina fertilia ad basin urceoli circumcirca seriebus creberrimis, praeterea autem ad eam ligulae disposita, brevissima; filamentis 4-gonis, incrassatis; antheris subcordatis. Stylus brevis, conicus, staminum longitudine, disco lato circumdatus. (v. florif. in hb. Vindob.)

Differt a *L. coriacea:* foliis tenuioribus, abrupte acuminatis; racemis gracilibus, folio duplo brevioribus; pedicellis alabastro longioribus; germine semiinfero; sepalis ovatis, subaequalibus, dorso ecarinatis.

Habitat in silvis primaevis ad oppidum Ega prov. do Alto Amazonas, floret Octobri: Pöppig n. 2754. Pl. Najas.

19. LECYTHIS WULLSCHLAEGELIANA Berg: racemis, pedicellis, germinibus, sepalis minutissime puberulis; foliis breviter petiolatis, coriaceis, oblongis, acute angusteque acuminatis, subintegerrimis, basi obtusatis, glabris, utrinque elevato-, reticulato-venosis; racemis terminalibus et lateralibus, gracilibus; pedicellis calyce 2—3-plo longioribus, recurvatis; germine semisupero, biloculari; sepalis inaequalibus, oblongis, obtusis, basi gibbis, margine subglandulosis.

Arbuscula, ramulis verruculosis. Folia sparsa, margine subrepanda v. serraturis stria fusca significatis; petiolo valido, canaliculato, 3—6‴ lg.; lamina 5½—9″ lg., 21—36‴ lt.; nervo medio utrinque elevato; venis praesertim subtus prominentibus, erecto-patulis, adscendentibus, arcuatim unitis; venulis interjectis tenuibus, reticulatis, utrinque prominulis. Racemi 30—48‴ lg., 11—13-flori; rhachide flexuosa, obsolete angulata; pedicellis 7—9‴ lg., antrorsum sublatioribus; bracteis stipantibus caducis. Alabastra 10‴ lg. Germen depressum; ovulis transversim 1-seriatis; disco epigyno margine glandulis scutelliformibus instructo. Calyx ad anthesin patens, sepalis 6, demum incurvatis, brevioribus 2‴ lg., 1½‴ lt., longioribus 3‴ lg., ⅝—2‴ lt. in eodem flore. Petala 6, siccata aurea, oblonga, 12—15‴ lg. Staminum urceolus subglobosus generis. Stamina fertilia multiserialia, brevissima, urceoli basi circumcirca, nec non inferiori ligulae intus affixa. Stylus conicus, brevis. (v. in hb. Mart.)

Differt a *Lecythide grandifolia:* foliis brevius petiolatis, antrorsum sensim angustatis, nec undulatis; rhachide pedicellisque multo gracilioribus, sepalis angustioribus; a *L. amara:* foliis brevius petiolatis, basi obtusioribus; racemis longioribus, plurifloris; pedicellis calyce longioribus; floribus multo majoribus; a *L. idatimone Aubl.:* habitu humiliore; foliis majoribus, pedicellis elongatis, floribus majoribus, fructu quadriloculari.

Habitat ad Paramaribo in Guyana Batava, florebat Septembri: Wullschlägel n. 1471.

20. LECYTHIS TURBINATA Berg: glabra; foliis longiuscule petiolatis, rigide chartaceis, oblongis, abrupte angustissimeque acuminatis, basi obtusatis v. breviter acutis, integerrimis, concoloribus, subtus opacis, costatis reticulatisque; pyxidio turbinato-obovato, biloculari, oligospermo, sepalis suboblitteratis fere in medio notato; zona supracalycari lata; operculo convexo, leviter umbonato, hypanthio parum breviore. ♄

Tabula nostra LXXIII. Fig. II.

Eschweilera amara Mart. Herb.

Ramuli graciles. Folia sparsa, siccata pallida, serraturis stria fusca brevi significatis; petiolo valido, canaliculato, 5—6‴ lg.; lamina 6—9″ lg., 2—2½″ lt.; nervo medio infra incrassato; venis distantibus, suberecto-patulis, arcuatim adscendentibus, infra prominentibus; venulis tenuissimis, reticulatis.

Pyxis cum pyxide *Lecythidis Idatimonis Aubl.* (pariter *Eschweilerae*) convenit, turbinato-obovata, 1¾ poll. alta, 2 poll. lata, superficie irregulariter nodulosa, verruculosa v. puculata, margine calycari fere in medio decurrente, dentibus (aut eorum rudimentis) triangularibus aucta; zona supracalycari hinc 3 inde 6 lin. alta: latior quam in *Eschw. Idatimone.* Operculum convexum, leviter umbonatum. Loculi duo dissepimento membranaceo-carnoso distincti, quod cum operculo cohaeret. Semina in quovis loculo 1, aut 2, 3 evoluta, nucis Avellanae magnitudine ovato-oblonga. Testa membranaceo-coriacea, nec ossea, qualis in Lecythide, venis nonnullis ramosis percursa, laevigata. Caro in pariete fructus et circa septum tandem siccescens. (Mart.)

Differt a *L. amara Aubl.:* foliis subito angustissime acuteque acuminatis; pyxidio majore, turbinato, biloculari, nec ovali, 4-loculari; operculo quam hypanthium parum nec multoties minore; ab *L. acuminatissima:* foliis rigidioribus, concoloribus, costatis.

Habitat in vicinia Barra prov. Rio Negro, fructificabat Decembri — Martio: R. Spruce n. 1167. Pl. Najas.

21. LECYTHIS GRANDIFOLIA Berg: glabra; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis v. oblongo-lanceolatis, anguste saepe abrupte acuminatis, basi obtusis, subundulatis, integerrimis, supra nitidulis, reticulato-venosis; pyxidio depresso-turbinato, biloculari, 4-spermo; operculo planiusculo, umbonato, orbiculari, infra medium margine calycari 6-dentato notato; zona supracalycari lata, recta, verticali.

Tabula nostra LXXIII. Fig. I. Fructus.

Eschweilera grandifolia Mart. in DC. Prodr. III. 293.

Arbor pulchra, altissima, trunco 50—60-pedali, inferne simplici, superne in comam ovatam abiens. Cortex cinereus, longitudinaliter deductilis. Ramuli teretes, glabri, fusco-cinerascentes. Folia sparsa, petiolis teretibus, superne obiter canaliculatis, 3—4‴ longis, oblonga, breviter acuminata, basi rotundata, glaberrima, nitide viridia, 6—8½″ lg., 20—30‴ lt.; nervo subtus elevato, flavescente, siccato nigrescente, striato; venis inferioribus suberecto-patulis, longiori a margine distantia arcuatim anastomosantibus, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Flores sessiles, in racemis axillaribus quam folia brevioribus. Pedunculus angulatus, flavescenti-fuscus. Drupa s. pyxis depresso-turbinata, operculo planiusculo, umbonato, orbiculari, circumscisso, infra medium margine calycis semiinferi ejusque dentibus persistentibus notata; dissepimento coriaceo bilocularis, loculis dispermis. Semina oblonga, dorso convexa, antice bifacialia, angulo receptaculo albo, carnoso, lineari involuto. Testa pergamena, longitudinaliter venosa. Nucleus lutescens. Embryo absque perispermio non nisi sub germinatione rite observandus. (Mart. Obs. n. 3071.)

Habitat in ripa fluv. Japurá. Mart. Pl. Najas.

22. LECYTHIS PACHYSEPALA Spruce hb. racemis pedicellisque minutissime puberulis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, oblongis v. lanceolato-oblongis, abrupte longe acuteque acuminatis, basi breviter acutis, margine recurvis, subintegerrimis, glabris, tenuiter reticulato-venosis; racemis erectis, lateralibus, pedicellis elongatis, sulcatis, calyce 2—3-plo longioribus; germine semisupero, biloculari; sepalis rigidis, oblongis, obtusis, dorso carinatis, demum patentibus; stylo conico brevi. ♄

Lecythis pachysepala Spruce Herb. sine diagnosi.
Eschweilera pachysepala Mart. Herb.

Ramuli verrucosi, superne sulcati. Folia alterna, serraturis stria fusca significatis; petiolo canaliculato, 4‴ lg.; lamina 4½—6½″ lg., 17—28‴ lt., acumine 6—9‴ lg.; nervo medio utrinque praesertim infra prominente; venis tenuibus, subpatulis venulisque reticulatis, tenuioribus, utrinque parum prominulis. Racemi 6″ lg. et ultra; rhachide flexuosa, angulata; pedicellis 9—13‴ lg., validis, antrorsum incrassatis, nigricantibus; bracteis caducis. Alabastra 8‴ diametro. Germen disco convexo tectum, sporophoris basilaribus multiovulatis. Sepala 6, 2—4‴ lg., 1½—3‴ lt. Petala 6, obovata, antrorsum denticulata, siccata aurea, exteriora 9‴ lg. Staminum urceolus 6‴ diametro. Stylus fere 1‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Lecythidi longipedi Poit. affinis, sed distincta: foliis longius acutiusque acuminatis; racemis erectis, lateralibus, corollis aureis.

Habitat secus Rio Negro Brasiliae septentrionalis inter Barra et Barcellos, florebat Novembri: R. Spruce n. 1512. Pl. Najas.

23. LECYTHIS ACUMINATISSIMA Berg: ramulis novellis racemisque minute puberulis; foliis longiuscule petiolatis, submembranaceis, oblongis, abrupte longe angusteque acuminatis, basi acutis, margine obsolete repandis, discoloribus, glabris, supra niti-

dulis, subtus opacis, reticulato-venosis; racemis simplicibus v. paniculatis, folio brevioribus; germine semisupero, biloculari; sepalis inaequalibus, oblongis, obtusis, concavis, dorso obtuse carinatis, ciliolatis, basi gibbis.

Arbor 25-pedalis, ligno duro; ramuli graciles, hinc inde pilosi. Folia sparsa, siccata supra cano-virentia, subtus brunnea, margine repanda v. serraturis stria fusca indicatis; petiolo 6—7‴ lg.; lamina 4¾—8″ lg., 16—33‴ lt., acumine ⅔—1″ lg.; nervo medio utrinque elevato; venis erecto-patulis, supra prominulis, subtus prominentibus, antrorsum adscendentibus, inferioribus longe excurrentibus, superioribus arcuatim unitis, ibidem extrorsum iterum anastomosantibus. Racemi 18—28‴ lg., rhachi angulata, flexuosa, pedicellis 6—9‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Alabastra 7‴, flores 2″ diametro. Germen vertice pulvinato, glabro. Sepala 6, rosea, concava, apice incurva, longiora 5‴ lg. Petala 6, obovata, obtusa, concava, pallide sulfurea, apice denticulata, 10‴ lg. Urceolus staminum subglobosus, basi fusces-cens, hinc brevis, illinc in ligulam longam, cuculliformem, apice staminodiis creberrimis, falcatis onustam productus. Stamina fertilia ad basin urceoli seriebus pluribus, praeterea ad eam ligulae affixa; filamentis brevibus, apice dilatatis; antheris subrotundis. (v. florif. in hb.. Vindob.)

A *L. pilosa Pöpp.* differt: foliis longius petiolatis, angustioribus, longius angustiusque acuminatis; pedicellis alabastrisque minoribus; sepalis roseis, angustioribus, basi exacte gibbosis; petalis sulfureis.

Habitat in silvis primaevis ad oppidum Ega prov. do Alto Amazonas, floret Octobri: Pöppig n. 2710. Pl. Najas.

24. LECYTHIS BRACTEOSA Pöpp. foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, abrupte breviter acuminatis, basi breviter acutis, ibidem aut apice aut toto margine leviter lateque crenatis, glabris, utrinque tenuiter reticulatis, subtus costatis, arcuatim limbinerviis; racemis nutantibus, densi- et multifloris, bracteosis, apice ramorum ad paniculam dispositis, pedicellis pendulis, basi 3-bracteatis, flore longioribus; germine biloculari, infero; sepalis subaequalibus, rotundis, ciliatis.

Lecythis bracteosa Pöppig. Herb. sine diagnosi.

Arbor speciosissima, 40-pedalis. Folia sparsa, subtus pallidiora; petiolo valido, basi incurvo, 5—7‴ lg.; lamina 5—7″ lg., 28—34‴ lt.; nervo medio supra prominente, subtus incrassato; venis utroque latere 13—17, erecto-patulis, supra prominulis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, utrinque parum prominulis. Racemi rhachi angulosa, minutissime rorida, floriferi 4—5″ lg.; pedicelli floriferi 14‴ lg.; bracteolis ovalibus, 3—5‴ lg. stipati. Alabastra 8‴, flores 1½″ diametro. Germen inferum, disco plano obtectum, ovulis 8—10-nis, unlserialibus, basi centrali affixis; stylo ½‴ lg. Sepala rore minutissimo induta, demum glabra, 3‴ lg. Petala 6, obovata, obtusa, remote ciliolata, exteriora dorso rorida, alba, 8—15‴ lg. Urceolus staminum aureus, globosus, hinc brevissimus, illinc in ligulam longam, crassam, cuculliformem, apice papillis creberrimis, falcatis onustam productus. Stamina fertilia, ad basin urceoli seriebus plurimis affixa, glabra, filamentis brevibu,s apice crassiusculis, antheris subrotundis. (v. florif. in hb. Vindob.)

Habitat in ripa lacus Egensis, floret Septembri: Pöpp. n. 2565. Pl. Najas.

25. LECYTHIS BLANCHETIANA Berg: ramulis racemisque minutissime puberulis; foliis breviter petiolatis, rigide coriaceis, ovali- v. ovato-oblongis, brevissime recurvato-acuminatis, basi obtusis, leviter repandis v. subintegerrimis, glabris, utrinque reticulatis; racemis folio brevioribus; alabastris pedicellum superantibus; germine semisupero, biloculari; sepalis inaequalibus, ovatis, obtusis, basi gibbis, minutissime puberulis. ♄

Rami cinerei. Folia sparsa, margine recurva; petiolo valido, canaliculato, transversim rugoso, 3—4‴ lg.; lamina 2½—3½″ lg., 18—23‴ lt.; nervo medio supra prominulo, subtus incrassato; venis subpatulis, antrorsum arcuatim unitis, ibique extrorsum iterum anastomosantibus, utrinque venulisque reticulatis prominulis. Racemi 1″ lg., pedicellis puberulis, 2—4‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Alabastra 8‴ diametro. Germen minute puberulum, vertice pulvinato, ovulis transversim 1-seriatis. Sepala 6, majora 3‴ lg., minora 2‴ lg. Petala 6, obovato-oblonga, citrina, longiora 11‴ lg. Urceolus staminum subglobosus, 9‴ diametro, hinc brevis, illinc ad ligulam 15‴ lg., apice laciniatam ibique intus staminodiis creberrimis, 2‴ lg., onustam productus. Stamina fertilia seriebus pluribus circumcirca ad basin urceoli, praeterea autem ad eam ligulae disposita, 1‴ lg., apice dilatata, antheris subrotundis. Stylus ¾‴ lg. (v. florif. in hb. Vindob.)

Valde affinis *L. tenaci Moritz*, sed distincta: indumento racemorum et germinis; foliis brevius petiolatis, utrinque reticulatis, venis angulum obtusiorem formantibus, subtus minus conspicuis; pedicellis alabastro brevioribus; sepalis inaequalibus.

Habitat in prov. Bahiensi: Blanchet n. 3110. A.

26. LECYTHIS IDATIMONOIDES Berg: racemis minutissime puberulis; foliis chartaceis, ovali-oblongis, acuminatis, basi in petiolum brevem attenuatis, margine recurvis, subintegerrimis, glabris, reticulato-venosis; racemis lateralibus, validis, paucifloris; pedicellis validis, calyce demum duplo longioribus; germine semisupero, biloculari; sepalis ovatis et ovato-oblongis, obtusis, inaequalibus, crassis, concavis, carinatis; stylo crasso, conico; pyxidiis turbinato-ovalibus, infra medium margine calycari sepalis 6, ovate lanceolatis, incurvis notato instructis; zona supracalycari angusta, verticali; operculo conico-convexo, mutico, quam zona supracalycaris 4-plo, quam hypanthium fere duplo longiore.

Tabula nostra LXXIII. Fig. III.

Arbuscula, rami exasperati. Folia sparsa, serraturis oblitteratis stria fusca significatis; petiolo 2—3‴ lg., canaliculato; lamina circiter 4″ lg., 1½″ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis venulisque tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis. Racemi 1½—2¼″ lg., flexuosi; pedicellis sulcatis, incurvis, validis, sulcatis, sursum incrassatis, 10‴ lg.; bracteis caducis. Alabastrum 9‴ diametro. Germen disco verruculoso obtectum; ovulis basilaribus plurimis. Sepala 6, 2—2½‴ lg., 1½—2‴ lt., demum incurva, canaliculata. Petala 6, obovata, siccata aurea, majora 14‴ lg. Staminum urceolus 9‴ diametro. Stylus ¾‴ lg. Pyxidium utrinque obtuse angustatum, 20‴ altum, fere 2″ latum, hypanthio subcampanulato, 7‴ alto; zona supracalycari 3‴ lata, basi circumcirca sepalis 6, fere 6‴ lg., basi 6‴ lt., anguste acuminatis, incurvis instructa; operculo laevi, 11‴ alto. (v. exempl. depaup. florif. in hb. Mart.)

Differt a *L. Idatimone:* habitu; foliis basi angustioribus; pedicellis calyce duplo longioribus; floribus majoribus; sepalis angustioribus, longioribus, obtusioribus; germine biloculari; a *L. Wullschlägeliana:* foliis brevius petiolatis, tenuioribus, basi angustatis; racemis validis.

Habitat ad Marawyna in Guyana Batava: Wullschlägel n. 203.

27. LECYTHIS PARVIFOLIA Berg: ramulis racemisque minute puberulis; foliis petiolatis, coriaceis, ovato-oblongis, sensim acuminatis, basi obtusis, integerrimis, glabris, supra laeviga-

tis, nitidis, subtus opacis, tenuiter reticulato-venosis; racemis axillaribus et terminalibus, folio brevioribus, paucifloris; pedicellis alabastro brevioribus; germine biloculari, semisupero; sepalis inaequalibus, ovato-oblongis, obtusatis, basi gibbis, ciliolatis; pyxidiis parvis, turbinatis, umbonatis, 1-spermis, medio sepalis incrassatis, retroversis instructis. ♄

Eschweilera parvifolia Mart. Mss. DC. Prodr. III. 293.

Rami teretiusculi. Folia sparsa, siccata pallida, petiolo gracili, canaliculato, 5—7‴ lg.; lamina 2—4¾″ lg., 8—25‴ lt.; nervo medio supra basin versus prominente, subtus elevato; venis utroque latere circiter 10, infimis excurrentibus, superioribus longiori a margine distantia, arcuatim unitis ibidemque extrorsum anastomosantibus, supra vix visibilibus, subtus parum prominentibus; venulis interjectis reticulatis, subtus parum prominulis. Racemi 1—1½″ lg., 6—13-flori; rhachi gracili; pedicellis 2—4‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Alabastra 6‴ diametro. Germen minute puberulum, vertice glabrum. Sepala 6, longiora 1½‴ lg. Petala 6, obovato-oblonga, 6‴ lg. Urceolus staminum subglobosus, glaber, 6‴ diametro, hinc brevis, illinc in ligulam 14‴ lg., apice laciniatam ibique intus staminodiis creberrimis, 1‴ lg. onustam productus. Stamina fertilia seriebus plurimis circumcirca ad basin urceoli, praeterea autem a basi usque ad mediam ligulam disposita, brevissima, apice dilatata; antheris subrotundis. Stylus 1‴ lg.; stigma obtusum. Pyxidia 14‴ lg., 6‴ lt., basi in stipitem validum angustata, rugosa, apice apiculo crasso, obtuso terminata. (v. florif. in hb. Vind., fructif. in hb. Mon.)

Habitat in silvis ad ripas lacus Egensis, floret Septembri: Pöppig n. 2507.; fructificat Novembri: M. Pl. Najas.

28. LECYTHIS OVATA Camb. ramulis racemisque minutissime puberulis; foliis petiolatis, rigidis, lanceolatis, ovalibus, breviter acuminatis, integerrimis, glabris, supra nitidulis, utrinque tenuiter reticulato-venosis; racemis gracilibus, plurifloris, pedicellis flore brevioribus; germine semisupero, biloculari; sepalis inaequalibus, ovato-oblongis, obtusis, ciliolatis; pyxidio subgloboso-turbinato, obtuse apiculato, sepalis patentibus, dimidia altitudine coronato, abortu 1-loculari, 1—2-spermo; zona supracalycari angusta, operculum subaequante, quam hypanthium 3-plo angustiore. ♄

Ibirabá Marcgr. ed. 1648. 136. c. ic. Lib. Princ. 201.
Eschweilera ovata Mart.

Species maxime polymorpha, variat:

α. angustifolia *Bg.* foliis lanceolatis v. oblongo-lanceolatis.

Folia siccata obscura; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 8—5″ lg., ¾—1½″ lt. Racemi 1½—2¼″ lg., pedicellis 4—6‴ lg.; bracteis primariis caducis, lateralibus geminis, lanceolatis, ½‴ lg., deciduis. Alabastra 6‴ diametro. (v. in hb. Berol.)

β. genuina *Bg.* foliis ovali-oblongis, breviter acuminatis, basi breviter acutis; racemis folium subaequantibus.

Lecythis ovata Camb. in St. Hil. Pl. Br. merid. II. 273. t. 158.

Folia petiolo 2—3‴ lg., glabro; lamina 2—3½″ lg., 1—2″ lt. Racemi 5—9-flori, 20—30‴ lg., rhachi angulosa, pedicellis 3—4‴ lg.; bracteis deciduis. Alabastra aurea, 3—4‴ diametro. Germen disco glabro, albo terminatum, loculis 18—20-ovulatis. Sepala 6, ovata (in icone oblonga). Petala 6, 10—12‴ lg., 8—9‴ lt., obovata, ciliolata, pallide lutea. (Camb.) †

γ. acuminata *Bg.* foliis chartaceis, elliptico-oblongis v. oblongis, longiuscule acuminatis, basi acutis, pallidis, concoloribus.

Rami graciles. Folia petiolo 2—2½‴ lg.; lamina supra medium saepe dilatata, 2—4″ lg., 8—26‴ lt.; nervo medio utrinque praesertim subtus elevato; venis tenuibus, utroque latere sub-10, inferioribus longe excurrentibus, superioribus arcuatim unitis ibidemque extrorsum iterum anastomosantibus. Racemi 3—9-flori, 6—13‴ lg., basi bracteati, pedicellis 2—5‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Alabastra 6‴ diametro. Sepala 6, majora 2‴ lg., minora 1½‴ lg. Petala 5, obovata, aurea, 8‴ lg. Urceolus staminum 6‴ diametro. Stylus ¾‴ lg. (v. in hb. Berol.)

δ. obscura *Bg.* foliis ovali-oblongis, longiuscule acuminatis, basi breviter acutis, obscuris, discoloribus.

Folia siccata supra fuscescentia, subtus brunnea; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 20—42‴ lg., 8—17‴ lt. Racemi 3—10-flori, 6—16‴ lg., pedicellis 3‴ lg. Alabastra 7‴ lg. Sepala majora 2½‴ lg., minora 1½‴ lg. (v. in hb. Berol.)

ε. rigida *Bg.* foliis rigide coriaceis, ovali-oblongis, breviter acuminatis, basi obtusis v. obtusatis.

Eschweilera Idatimon Mart. Herb.
Lecythis Idatimon DC. in Mart. Herb., nec Aublet.

Folia pallida, subconcoloria; petiolo valido, 1½—3‴ lg.; lamina 21—51‴ lg., 11—23‴ lt. Racemi 3—9-flori, 7—14‴ lg., pedicellis 2—3‴ lg. Germen ovulis transversaliter 1-seriatis, circiter 9 in quoque loculo Sepala 6, majora subrotunda, 2‴ lg., minora ovata, 1½‴ lg. Stylus brevissimus. (v. in hb. Mart.)

ζ. laurifolia *Bg.* foliis rigide coriaceis, ovato-oblongis, basi rotundatis, apice acutatis v. leviter acuminatis.

Rami verrucosi. Folia siccata supra fuscescentia, subtus brunnea; petiolo valido, canaliculato, 2—3‴ lg.; lamina 24—63‴ lg., 14—27‴ lt.; nervo medio supra prominente, subtus incrassato; venis utroque latere circiter 12, erecto-patulis, supra prominulis, subtus prominentibus, inferioribus longe excurrentibus, superioribus arcuatim unitis ibidemque extrorsum iterum anastomosantibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Racemi 6—14-flori, ½—2¼″ lg.; rhachi flexuosa, angulata, basi squamis instructa; pedicellis 3—4‴ lg.; bracteis primariis caducis, secundariis 2, lanceolatis, deciduis. Alabastra 10‴ diametro, aurea. Sepala 6, basi gibba, convexa, majora 3‴ lg., minora 2‴ lg. Petala 6, coriacea, obovata, ciliolata, 8‴ lg. Urceolus staminum 6‴ diametro. Stylus conicus, brevissimus. (v. in hb. Berol.)

η. ovalifolia *Bg.* foliis rigide coriaceis, ovalibus, breviter acuminatis, basi obtusis, pallidis, concoloribus, supra obsoletius subtus manifestius reticulatis.

Folium: Tabula nostra VII. Fig. 154.

Folia petiolo valido, 1—3‴ lg.; lamina 21—48‴ lg., 12—32‴ lt. Pyxidium 1—1½″ altum et latum, hypanthio hemisphaerico, 9‴ alto, zona supracalycari 2½—4‴ lata; operculo parum convexo, 4—6‴ alto, uno latere dissepimento aucto instructo. Semen ovale, lateribus subcompressum, 9—12‴ lg.; testa cartilaginea, pallida, fasciculis vasorum obtecta, nucleum laxe includens. Embryo homogeneus. (v. in hb. Berol.).

A *L. Idatimone Aubl.* differt: pedicellis flore brevioribus, germine biloculari; a *L. idatimonioide:* foliis rigidioribus; racemis gracilibus; pyxidio subgloboso-turbinato; operculo planiusculo, depresso, umbonato, quam hypanthium breviore.

θ. longifolia *Bg.* foliis oblongis, acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis; racemis folio brevioribus.

Folia petiolo 3—4‴ lg.; lamina 3—8″ lg., 11—20‴ lt. Racemi 9—28‴ lg. (v. in hb. Vind.)

ι. verrucosa *Bg.* ramis verrucosis; foliis majoribus; sepalis subovatis; stylo conico, manifesto.

Lecythis verrucosa Hoffmannsegg.

Folia petiolo 3‴ lg.; lamina 3—5½″ lg., 15—28‴ lt. Racemi 2″ lg.; pedicellis 3—4‴ lg. Alabastra 5‴ diametro. Sepala 1—1½‴ lg. Petala majora 8‴ lg. Stylus fere 1‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat: ι. in prov. Paraënsi, floret Novembri: M.; α. γ. δ. inter urbes Vittoria et Bahia: Sellow; β. in silvis primaevis prov. Espiritu Santo, floret Octobri: St. Hil.; ζ. ad Maranhão: Don n. 105.; θ. in Brasilia: Gardner n. 1302.; ι. in prov. Paraënsi: Siber. Pl. Vaga.

29. LECYTHIS LUSCHNATHII Berg: ramulis racemisque minutissime puberulis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, recte v. obverse oblongis v. subobovato-oblongis, abrupte recurvato-acuminatis, basi angustatis, margine subintegerrimis, nitidis, glabris, utrinque tenuiter reticulato-venosis; racemis erectis, gracilibus, subcorymbosis, paucifloris, folio brevioribus, pedicellis gracilibus, alabastro longioribus; germine fere supero, biloculari; sepalis inaequalibus, ovatis, concavis, obtusis, ciliolatis, dorso obtuso carinatis, basi gibbis.

Tabula nostra LXXIV.

Eschweilera Mart.

Arbuscula v. arbor mediocris, crebro ramulosa; rami graciles, glabri, cinerei. Folia sparsa, supra plano-concaviuscula, subtus pallidiora, margine obsolete repanda v. serraturis oblitteratis stria fusca significatis; petiolo 2—4‴ lg.; lamina 2—5″ lg., ¾—2″ lt. (nervo medio supra prominulo, subtus elevato; venis tenuibus, suberecto-patulis, inferioribus excurrentibus, superioribus arcuatim unitis ibidemque extrorsum iterum anastomosantibus, utrinque prominulis; venulis interjectis reticulatis, utrinque parum prominulis: Bg.). Stipulae ramentaceae lanceolato-triangulares, acutae, mox post laminarum evolutionem defluentes. Racemi laxi, 4—12-flori, rhachi 1—1½″ lg., basi bracteata, flexuosa; pedicelli minutissime puberuli, graciles, 6—12‴ lg.; bracteolae stipantes caducae. Alabastra 6‴ diametro. Germen minutissime puberulum, fere superum, biloculare; ovula peritropica e columna basilari adscendentia, funiculo crassiusculo innixa; integumento exteriore crasso, juxta hilum micropyle tenui perfosso. Calyx 6—7-phyllus, sepalis ovatis, obtusis, ciliatis, dorso convexis, alternis interioribus, majoribus 2‴ lg., minoribus 1½‴ lg. Petala 6, majuscula, sulfurea; duo tegentia, duo semitecta, duo utrinque tecta, majora 8‴ lg. Ligula magna, in globosam formam convoluta et centrum floris obtegens. Stamina indefinita multiplici serie foramini ligulae circumposita, plerumque terna ima basi monadelpha, alia nonnihil robustiora sparsa per medietatem ligulae usque, agmine minus denso. Filamenta alba, sursum spathulato-incrassata et infra antheram basifixam acutato-contracta. Antherae flavidae, globoso-didymae (in omni genere Eschweilerae breviores sunt antheris Bertholletiae), rima verticali hiantes. Pollen globosum trimammillatum. In apice ligulae staminodia lanceolata aut pyramidata quam plurima agmen cordato-bilobum efformant, sursum directa, iis, quae latera occupant, introrsum vergentibus. Stylus brevis, conicus, ¾‴ lg.; stigma simplex v. leviter sulcatum. (v. in hb. Berol. et Mart.)

Fructus hujus speciei, ni fallor, idem est, quo Indi prope Almada et Ilheos, instar vasis vitrei utuntur, ut balsamum Copaivae et peruvianum servent. Forma est *Eschw. Idatimonis* sed paullo altior, zona supracalycari latiore. (Mart.)

Differt a *L. ovata Camb.:* foliis tenuioribus, saepe obversis, abrupte recurvato-acuminatis; racemis corymbosis paucifloris, folio brevioribus; pedicellis alabastro longioribus; sepalis ovatis.

Habitat ad fluvium Itahype et alibi in rivorum ripa districtus Ilheos prov. Bahiensis, floret Novembri — Decembri: Luschnath n. 65. Pl. Hamadryas.

30. LECYTHIS ELEGANS Berg: ramulis novellis racemisque minutissime velutinis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, oblongis, acute acuminatis, basi obtusatis, margine subintegerrimis, recurvis, supra nitidis, subtus minutissime roridis, tenuiter venosis, subreticulatis; racemis terminalibus, gracilibus, paucifloris; pedicellis calyce longioribus, alabastro brevioribus; germine semiinfero, biloculari; sepalis subaequalibus, brevibus, ovatis, concavis, basi gibbis, antrorsum denticulatis; stylo vix ullo. ♄

Ramuli angulati. Folia sparsa, subtus opaca, serraturis oblitteratis, stria fusca significatis; petiolo 1½—2½‴ lg., canaliculato; lamina 2—4″ lg., 7—16‴ lt.; nervo medio supra parum subtus magis prominente; venis erecto-patulis, tenuibus, utrinque venulisque reticulatis parum prominulis. Racemi ¾—1½″ lg.; rhachide tenui, flexuosa; pedicellis tenuibus, fere 3‴ lg.; bracteis caducis. Alabastra 4‴ diametro. Sepala 6, ¾‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Maxime affinis *L. micranthae,* speciei Guyanensi, sed distincta: indumento densiore; foliis minoribus, angustioribus, tenuioribus; racemis gracilibus; pedicellis calyce longioribus, nec aequalibus; a *L. parviflora* omnino distat.

Habitat secus Rio Negro, Brasiliae septentrionalis, inter Barcellos et S. Isabel, florebat Decembri: R. Spruce n. 1665. Pl. Najas.

31. LECYTHIS ALBIFLORA DC. ramulis superne racemisque minutissime puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, abrupte acuminatis, basi breviter acutis, margine obsoletissime serrulatis, supra glabris, subnitidis, subtus opacis, minutissime puberulis, tenuiter reticulato-venosis; racemis ad paniculam terminalem congestis, pedicellis alabastro longioribus; germine semisupero, biloculari; sepalis inaequalibus, subconcavis, ovato-oblongis, angustato-obtusis, basi gibbis, dorso obtuse carinatis, eciliatis.

Lecythis albiflora DC. Prodr. III. 292.

Arbor 50—60-pedalis, recta, cortice obscure fusco; ramuli teretes, epidermide albida, cicatricibus parvis, pallidis. (Mart.) Folia sparsa, siccata supra cano-virentia, subtus fuscescentia, summa minora oblonga, serraturis stria fusca significatis; petiolo 5—7‴ lg.; lamina 4—8″ lg., 14—39‴ lt.; nervo medio supra vix elevato, subtus incrassato; venis (in genere) tenuibus, erecto-patulis, interdum subdivaricatis, antrorsum adscendentibus, arcubus amplis unitis, ibidemque extrorsum anastomosantibus, supra prominulis, subtus parum prominentibus. Racemi nutantes, 16—28‴ lg., paniculam 4″ lg. formantes, rhachi angulosa, pallide viridi; pedicellis 8—9‴ lg., curvato-subsecundis, rubentibus; bracteolis stipantibus ovatis, concavis, caducis. Alabastra 8‴ lg. Germen minutissime puberulum. Sepala 6, majora 3‴ lg., minora 2‴ lg., minutissime dorso puberula. Petala 6, obovata, alba, 10‴ lg., 3 exteriora dorso albo-virescentia. (Mart.) Urceolus staminum subglobosus, glaber, 6‴ diametro, hinc brevis, illinc in ligulam 1″ lg., apice laciniatam ibique intus staminodiis creberrimis, 1‴ lg. onustam productus. Stamina fertilia seriebus pluribus circumcirca ad basin urceoli, praeterea autem ad eam ligulae disposita, brevissima, apice dilatata, antheris subrotundis. Stylus ½‴ lg., stigma obtusum. (v. florif. in hb. Monac.)

Habitat in silvis ad Rio Negro: M. Pl. Najas.

32. LECYTHIS PILOSA Pöpp. ramulis minute puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, integerrimis, adultis glabris, supra nitidis, utrinque tenuiter reticulatis, subtus opacis, costatis, arcuatim limbinerviis; racemis paucifloris, petiolo longioribus, minute puberulis; pedicellis alabastro longioribus, demum pendulis; germine fere supero, biloculari; sepalis inaequalibus, obtusis, ciliolatis, majoribus ovato-oblongis, minoribus ovatis.

Lecythis pilosa Pöppig. Herb. sine diagnosi.

Arbor 30-pedalis; rami rimosi, hinc inde pilosi. Folia sparsa, siccata supra obscure viridia, subtus pallidiora; petiolo valido, 2—4‴ lg.; lamina 5—8″ lg., 2—3¼″ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis utroque latere circiter 15, inferioribus longe excurrentibus, superioribus longiori a margine distantia arcuatim unitis ibidemque extrorsum iterum anastomosantibus, superne prominulis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Racemi sub-10-flori; rhachi

1—1½″ lg.; pedicelli validi, 6—14‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Alabastra subglobosa, 10‴, flores 1½″ diametro. Germen maxima parte superum, 2-loculare, multiovulatum. Sepala 6, majora 6‴, minora 3‴ lg. Petala 6, obovato-oblonga, obtusa, ciliolata, obscure violaceo-purpurea (fide Pöpp.), siccata obscure flava, longiora 22‴ lg., 11‴ lt. Urceolus staminum globosus, 1″ diametro, hinc brevissimus, illinc in ligulam longam, crassam, cuculliformem, apice papillis creberrimis, falcatis onustam productus. Stamina fertilia ad basin urceoli seriebus pluribus affixa, glabra, filamentis brevibus, apice crassiusculis, antheris subrotundis. Fructus ignotus. (v. florif. in hb. Vindob. et Berol.)

Habitat in silvis ad ripas lacus Egensis prov. do Alto Amazonas, floret Septembri, Octobri: Pöppig n. 2669. Pl. Najas.

33. LECYTHIS SIBERIANA Berg: foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, ovalibus v. ovato-oblongis, breviter acuminatis, basi rotundata breviter acutis, subintegerrimis, undulatis; racemis subsimplicibus, paucifloris, minutissime puberulis; germine semiinfero, biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, brevibus; stylo vix ullo; pyxidio subgloboso-turbinato, sepalis patentibus dimidia altitudine coronato.

Eschweilera Mart.

Frutex; ramis verruculosis. Folia sparsa, antrorsum serrulata v. serraturis oblitteratis stria fusca significatis; petiolo canaliculato, 3—4‴ lg.; lamina 3—4½″ lg., 16—30‴ lt.; nervo medio supra parum, subtus magis elevato; venis tenuibus, suberectopatulis, utrinque venulisque tenuioribus reticulatis, parum prominulis. Racemi 2—2½″ lg.; rhachide gracili, demum robustiore, flexuosa; bracteis caducis. Alabastra 8‴ diametro. Germen loculis amplis, sporophoris basilaribus, multiovulatis. Sepala 6, ½—1‴ lg. Petala 6, obovata, aurea, majora 1″ lg. Staminum urceolus 7‴ diametro. Pyxidium 10‴ lg., 1″ lt. (v. in hb. Mart.)

Differt a *L. Spruceana:* foliis brevius petiolatis, antrorsum evidentius serrulatis, non impresso-venosis; germine laevi, biloculari, loculis multiovulatis; sepalis brevioribus, rotundatis; stylo vix ullo; a *L. chartacea:* foliis antrorsum angustioribus, utrinque acutioribus, venis angulum acutiorem formantibus; floribus multo majoribus; germine biloculari; stylo vix ullo.

Habitat ad Para: Siber, Com. a Hoffmannsegg domesticus. Pl. Najas.

34. LECYTHIS PANICULATA Berg: panicula terminali, pedicellis, germine brunneo- tenuiter velutinis; foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, oblongis, acuminatis, basi breviter acutis, integerrimis, glabris, subtus tenuiter reticulato-venosis; pedicellis calycem aequantibus, interdum recurvatis; germine semisupero, biloculari; sepalis inaequalibus, ovato-oblongis, obtusis, basi truncatis, extus minutissime puberulis, demum conniventibus; stylo longiusculo. ♄

Folia sparsa, petiolo valido, 7‴ lg.; lamina 8″ lg., 26‴ lt.; nervo medio praesertim inferne elevato; venis tenuibus, subtus venulisque reticulatis prominulis. Panicula 4″ lg., ramis subdivaricatis, subsimplicibus, 2—5-nis, 14—26‴ lg., infimis interdum axillaribus; pedicellis 1½—2‴ lg.; bracteis stipantibus caducis. Alabastra 3‴ lg. Germen depressum, ovulis basilaribus, pluribus. Calyx basi truncatus, sepalis 6, 2—2½‴ lg., 1½‴ lt. Petala 6, siccata aurea, oblonga, majora 5‴ lg. Staminum urceolus 4‴ lt. Stylus ½‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Differt a *L. amara:* panicula terminali solitaria.

Habitat prope Panurè ad Rio Uaupès, in prov. do Alto Amazonas, florebat Octobri — Januario: R. Spruce n. 2610. Pl. Najas.

35. LECYTHIS TENUIFOLIA Berg: ramulis petiolisque novellis, racemis minutissime puberulis; foliis breviter petiolatis, membranaceis, oblongis, sensim longeque acuminatis, basi obtusatis v. breviter acutis, margine undulatis, antrorsum repandis, glabris, tenuiter reticulato-venosis; racemis terminalibus et lateralibus, gracilibus, paucifloris; floribus subsessilibus; germine verruculoso, semiinfero, biloculari; sepalis inaequalibus, brevibus, rotundatis, antrorsum denticulatis; stylo brevi, conico. ♄

Lecythis ovalifolia Mart. var.? Spruce Herb. sine diagnosi.

Ramuli verruculosi. Folia sparsa, siccata subtus fuscescentia, serraturis saepe ad basin folii descendentibus; petiolo tenui, canaliculato, 3‴ lg.; lamina 3½—6½″ lg., 1—2″ lt.; nervo medio supra parum, subtus magis prominente; venis tenuibus, erectopatulis, utrinque venulisque reticulatis tenuioribus parum prominulis. Racemi 2—3″ lg.; rhachide gracili, angulata; bracteis caducis. Alabastra 8‴ diametro. Germen turbinatum, sporophoris basilaribus, multiovulatis. Sepala 6, ½—¾‴ lg. Petala 6, obovata, siccata aurea, antrorsum denticulata, exteriora 10—12‴ lg. Staminum urceolus 8‴ diametro. Stylus conicus, ½‴ lg., demum parum excrescens, tandem deciduus. (v. in hb. Monac.)

A *Lecythide ovatifolia* toto coelo diversa, sed affinis *L. verruculosae*, a qua differt: foliis longe acuminatis, repandis, undulatis, subtus nec albentibus; racemis gracilibus; alabastris floribusque majoribus; a *L. albiflora* diversa est: foliis tenuioribus, angustioribus, sensim acuminatis, repandis, glabris; pedicellis vix ullis; sepalis rotundatis.

Habitat secus Rio Negro, Brasiliae septentrionalis, inter Barra et Barcellos, florebat Novembri: R. Spruce n. 1884. et 2031. Pl. Najas.

36. LECYTHIS VERRUCULOSA Berg: ramulis racemisque minutissime puberulis; foliis petiolatis, submembranaceis, ovali-oblongis v. oblongis, leviter acuminatis, basi breviter acutis, subintegerrimis, glabris, supra nitidis, subtus albentibus, utrinque tenuissime reticulato-venosis; racemis lateralibus, rectis, validis, pedicellis alabastro brevioribus; germine verruculoso, fere supero, biloculari; sepalis subaequalibus, brevibus, rotundatis, ciliolatis.

Lecythis pedicellaris DC. Prodr. III. 292., modo respectu foliorum.

Eschweilera? Mart.

Arbor magna; trunco recto in 50—60 ped. altitudinem erecto; cortice obscure fusco, versus basin dilatato et angulato. Ramuli teretes, graciles, epidermide albida, cicatricibus parvis pallidis. Folia sparsa, subtus pallidiora (siccata convexa, margine subrepanda v. serraturis oblitteratis stria fusca notatis; petiolis subtus semiteretibus, supra canaliculatis, planiusculis, 3—4‴ lg.; lamina 30—54‴ lg., ¾—2″ lt.; nervo medio supra prominente, subtus incrassato; venis tenuibus, subpatulis, arcuatim unitis, supra parum prominulis, subtus parum prominentibus; venulis interjectis tenuissimis, utrinque parum prominulis: Bg.). Racemi terminales, 18—30-flori, compositi, s. si mavis, nonnulli aggregati; pedunculo communi angulato, pallide viridi, 1½—4½″ lg., propriis rubentibus, curvato-subsecundis, 1—⅝‴ lg., bracteis ovatis, concavis, deciduis suffulti. Alabastra 6‴ diametro. Germen depressum, album, verruculosum, fere superum biloculare, loculis pluriovulatis. Calyx post anthesin patens, 6‴ diametro, sepalis 6, 1‴ lg., dorso convexo crassis, verruculosis, margine tenuioribus, pallide rubenti-viridibus v. viridibus. Petala 6, subaequalia, elliptica, obtusa v. rotundata, alba; tria exteriora, quorum 1 ligulae opponitur, 2 in squamarum parte; dorso albovirescentia. Ligula latitudine petalorum, 9‴ lg., basi alba, antice incrassata, laciniata, introvoluta, atque staminodiis 2‴ lg., carnosis, lanceolatis cum brevi acumine flavis, imbricatis tecta. Stamina multiserialia, plurima. Filamenta alba, brevia, compressiuscula. Antherae ovatae, acutae, flavae. Stamina circa foramen ligulae, denso agmine posita, plurima versus ligulae partem productam. Stylus brevis, conicus, acutus, absque stigmate distincto. (Mart.)

Not. Sub nomine *Lecythidis pedicellaris DC.* in herbario Martiano tria specimina inveniuntur, quorum folia et flores partim ad *L. verruculosam* partim ad *L. albiflоram DC.* pertinent. Ill. Candolleus in sua *L. pedicellari* incaute folia verae speciei (*L. verruculosae* mihi), sed flores longe pedicellatos et calyces *L. albiflorae DC.* descripsit. Quam ob rem nomen Candolleanum omisi et genuinam speciem ob superficiem germinis *L. verruculosam* nominavi. — A *L. corrugata Poit.* differt: foliis membranaceis; floribus racemosis; germine biloculari; stylo brevissimo.

Habitat in silvis ad Manaqueri prov. do Alto Amazonas olim Rio Negro, floret Novembri: M. (Sched. n. 2817.) Pl. Najas.

37. LECYTHIS OBVERSA Berg: racemis germinibusque minutissime puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, obovato-oblongis, recurvato-acuminatis, basi cuneatis, antrorsum margine repandis, glabris, nitidis, tenuiter reticulato-venosis; racemis axillaribus et terminalibus, paucifloris; pedicellis alabastro brevioribus; germine semisupero, biloculari; sepalis ovato-rotundatis, brevibus, subinaequalibus, margine membranaceis, denticulatis, planis; stylo brevissimo, conico. ♄

Lecythis affinis *L. ovalifoliae Mart. Spruce Herb. sine diagnosi.*

Ramuli graciles, cinerei, striati. Folia sparsa, saepe undulata; petiolo gracili, 3‴ lg.; lamina 2—3½″ lg., 14—23‴ lt.; nervo medio supra parum, subtus magis prominente; venis tenuissimis, erecto-patulis venulisque reticulatis, utrinque parum prominulis. Racemi 9‴ lg.; pedicellis 2‴ lg.; bracteis stipantibus caducis. Alabastra 7‴ diametro. Germen sporophoris basilaribus, multiovulatis. Sepala 6, 1—1½‴ lg. et lt. Petala 6, obverse oblonga, siccata aurea, majora 9‴ lg. Staminum urceolus 8‴ diametro. (v. in hb. Monac.)

Habitat in vicinia Santarem prov. Paraënsis, florebat Martio: R. Spruce n. 828.

† Species exclusae.

1. Lecythis acuminata *DC. Prodr. III. 292.* omnino delenda, quum specimen herbarii Monac. ab Ill. Candolleo sub hoc nomine descriptum ex variis partibus variarum familiarum compositum sit.

2. Lecythis pedicellaris *DC. l. c.* constat ex foliis *L. verruculosae* et floribus *L. albiflorae DC.*, item igitur delenda est.

XL. LECYTHOPSIS Schrank.

Lecythopsis *Schrank Denkschrift. d. Königl. Akad. d. Wiss. zu München 1820. Bd. VII. p. 241.* — Couratari *spec. nonnullae auctor. plur.*

(Char. emend.) Hypanthium (calycis tubus auct.) supra germen non productum. Germen inferum, triloculare, multiovulatum, ovula erecta v. oblique adscendentia, sporophoris basilaribus inserta. Calyx superus, sepala 6, ovata, decidua. Petala 6, margini hypanthii inserta, ima basi inter se et cum basi urceoli staminiferi coalita, decidua. Urceolus staminum ante petala margini hypanthii insertus, hinc brevissimus, illinc in ligulam bis involutam, apice introrsum staminodiis creberrimis, subulatis, dense imbricatis onustam, petaloideam productus, deciduus. Stamina fertilia e basi urceoli interiore oriunda, seriebus pluribus disposita; filamenta brevia; antherae dorso baseos affixae, biloculares, loculis longitudinaliter ad margines dehiscentibus et tandem explanatis; granula pollinis oblonga, granuligera, trisulca. Carpophylla 3, verticem (discum) germinis planiusculum stylumque formantia, inter se et cum columella centrali connata, demum operculatim caduca. Stylus conicus, brevis; stigma terminale, simplex. Pyxidium coriaceo-lignosum, leve, obtuse trigonum, evalve, calycis delapsi cicatrice annulatum, zona supracalycari angusta, erecta, intus manifeste trigonum, trisulcum, seminum pressione foveis superficialibus excavatum in 3 loculos, ope columnae centralis magnae, triquetrae, fundo capsulae solutae, apice cum disco carpophyllorum connatae, ac demum operculatim cum hoc secedentis dehiscens. Semina sporophoris basilaribus, nec columnae adnata, abortu pauciora (quam ovula), in quovis loculo 1—5, erecta, sibi imbricata, obverse oblonga, testa papyracea circumalata. Embryo exalbuminosus, biplicato-subspiralis, rostello maximo, basi incrassato, antrorsum conico, deorsum conduplicato; cotylis 2, foliaceis, ad cylindrum sursum replicatum, intra crura rostelli latentem contortuplicatis.

Arbores Brasilienses; foliis sparsis, impunctatis, serratis, reticulato-penninerviis; *racemis simplicibus v. paniculatis, terminalibus et axillaribus; floribus luteis, saepe speciosis, bracteatis.*

1. LECYTHOPSIS RUFESCENS Berg: ramulis, petiolis nervoque medio subtus foliorum juniorum, racemis, bracteis, alabastris lutescenti- v. rufescenti-tomentosis; foliis petiolatis, coriaceis, oblongo-ovalibus, utrinque obtusis v. apice obtuse acuminatis, undulatis, repando-serrulatis, supra glabris, subtus pilosiusculis, reticulato-penninerviis; racemis multi- et grandifloris, pedicellis alabastro brevioribus; pyxidiis obtuse trigonis, faciebus convexis, puberulis.

Folium: Tabula nostra VII. Fig. 159. — Fructus et semina Tabula nostra LXXV. Fig. I.

Lecythis pyramidata Vell. Fl. Fl. V. t. 86. Text. p. 222.
Couratari rufescens Camb. in St. Hil. Fl. Br. merid. II. 274. t. 159.

Arbor maxima, 40 pedalis, trunco erecto, superne in ramos patentes diviso; coma patula. Ramuli teretes, rimis parvis longitudinalibus, atque pilis obtecti, cinereo-fusci; novelli rufescenti- (Camb.) v. lutescenti- (in spec. Sellowianis) tomentosi. Folia sparsa, petiolis brevibus, 2—2½‴ lg., planis (canaliculatis: Bg.), oblonga, obtusiuscula, basi aequalia, superne glabra, nitida, laete viridia, costa media venisque erecto-patulis, adscendentibus, albis, margine obiter subrepanda, subtus praesertim in costa incrassata, pilis ramosis fuscescentibus adspersa, 3—4 (7″ Bg.) poll. longa, 1½ lata. Racemi terminales et axillares, 2½— 7″ lg., 16—20-flori, rhachide angustata, praesertim versus apicem, pilis fuscis, sursum spectantibus, nitidis dense obsita. Pedicelli incrassati, breves, 2—3‴ lg. teretes, uti calycis fundus pilis fuscis iis pedunculi similibus obsiti, basi articulati bracteisque 3, oblongis, acutius-

culis, 3—4‴ lg., deciduis stipati. Alabastra subglobosa, 9‴ diametro. Germen tomentosum, 3-loculare, multiovulatum, ovula sporophoris 3 basilaribus, crassis affixa, adscendentia, obovato-oblonga, compressa. Sepala 6, ovata, obtusiuscula, tribus magis exterioribus, extus nervo longitudinali percursa, flavo-fusco-pubescentia, intus molliter pubescentia, ejusdem coloris. Corolla magnitudine floris *Rosae centifoliae*. Petala 6, obovata, concava, apice denticulata, flava, extus tenuiter glanduloso-punctata et pubescentia. Urceolus stamineus fundum corollae circumdans, hinc brevissimus, truncatus, obtuse dentatus, illinc productus in ligulam 2½″ lg., crassam, bis involutam, apice interiore squamis subulatis (staminodiis) dense imbricatis obsitam, flavam, in media parte supra lineolis puniceis pictam. Stamina fertilia duplici serie in infima urceoli (nectarii L.) parte posita, germinis vertici circumposita, circiter 50. Filamenta parva, erecta, basi parum dilatata; antherae intense flavae, ovatae, biloculares. Pollen ellipticum, rimatum, minutum. Carpophylla 3, ad discum planiusculum, tomentosum connata. Stylus brevissimus, conicus; stigma obtuse trilobum. Pyxis forma, consistentia, colore omnino convenit cum illa, quam pro *Couratari glabrae Camb.* habeo, mox describendam, cui div. A. St. Hil. pyxidem 4—5″ altam tribuit. Scyphiformis est, obiter trigona, angulis obsoletioribus quam in illa, nervis verticalibus sub-12-nis paulisper evidentioribus; superficie nonnihil laevior quam illius, ob tubercula suberosa minora et rariora. Altitudo totius fructus est 3″, latitudo infra orificium 15—16 linearum. Supra marginem calycarem sat acute protuberantem zona producta est supracalycaris 3—5 lin. altitudine. Operculum lutescenti-pilosiusculum, orbiculari-trigonum, planiusculum, 14‴ lt., centro excavato umbonatum; cum columna curvata, incrassata, superne 10‴ lt., trigona, deorsum attenuata, 25‴ lg. connatum. In angulis fructus linea pallidior decurrit, tamquam septi e columnae angulo producti et sub maturatione plane obsoleti vestigium. Semina ejusdem indolis et structurae ac *Couratari glabrae Camb.*, ast nonnihil minora. (v. florif. in hb. Berol., Vind., Mart., Sond. etc., fruct. ex hb. Vind.) (Mart.)

Lecythis pyramidata: foliis lanceolatis integerrimis; fructu triangulari, pyramidata. *Vell. Fl. Fl. V. 222. t. 86.* „Frutex. (!) *Habitat in silvis maritimis.* Racemus longissimus terminalis. Corolla flavescens. Fructus obtuse triangularis e basi ad apicem sensim ampliatus. Folia et pedunculi tomentosa. Floret Majo.“ Vell. l. c.

Habitat prope Sebastianopolin, unde misit cl. Leandro de Sacramento, ibidem legerunt Sellow, St. Hilaire, Pohl et Schott n. 5782. Pl. Dryas.

2. LECYTHOPSIS GLABRA Berg: glabra; foliis petiolatis, oblongo-lanceolatis, obsolete serrato-dentatis, venosis; racemis pauci- et parvifloris; pedicellis alabastrum aequantibus; pyxidiis trigonis, majoribus, glabris.

Tabula nostra LXXVI.

Couratari glabra Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. 274.

Arbor 20—30-pedalis; rami teretiusculi. Folia sparsa, utrinque gradatim angustata; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 2—4″ lg., 8—12‴ lt.; nervo medio subtus prominente; venis subtus vix prominulis. Racemi 5—7-flori; rhachide angulosa, pedicellis crassis, 2‴ lg., bractea decidua fultis. Alabastra 2‴ lg. Germen semisuperum (biloculare, lapsu calami?), loculis 8-ovulatis, disco complanato, glabro obtectum; ovulis circa sporophora semiorbicularia, crassa unica serie affixis, adscendentibus, subrotundis. Sepala 6, brevia, ovata, basi lata, acutiuscula. Petala 6, inaequalia, longiora 7‴ lg., 6‴ lt., obovato-subrotunda, concava, glabra, lutescentia. Urceolus staminum glaber, luteus, hinc brevissimus, illinc productus in ligulam longam, crassam, spiraliter inflexam, apice staminodiis creberrimis onustam. Stamina fertilia, ad basin urceoli seriebus pluribus affixa; filamentis brevissimis, apice incrassatis; antheris subrotundis. Stylus brevis; stigma obtusiusculum. (Camb.)

Pyxis poculi forma, obpyramidata, obiter trigona, angulis obtusis, 3½″ alta v. fere 4″, orificio et quovis latere aut certe latere latiore duos pollices latis; colore castaneo fusco, superficie leviter rugulosa et verruculosa, margine calycari distantia circiter dimidii pollicis ab orificio cicatricata et dentium 6 cristulis transversis persistentibus notata; zona supracalycari inde erecta 5—7 lin. alta. Orificium in faciebus planis (loculis respondentibus) pro insertione operculi sulco transverso exsculptum, qui in angulis (processus opercularis s. receptaculi fructus angulis ex adverso stant) evanescit. Operculum in fructu maturo claviforme, vertice subconvexum, umbonatum, tandem circa umbonem depressum, deorsum axem sive columnam (basi seminiferum) ad fundum pyxidis usque demittens, obtuse trigonum, angulis suis angulos urnae s. septa ex iis promissa membranacea, demum oblitterata prehendens. In fructu effoeto solummodo striae s. lineae apparent loco septorum. Semina circiter 4 in quovis loculo, erecta, ex ima columna ideoque inter ejus faciem et parietem pyxidis sibi imbricata, angusto-oblonga, sesquipollicem longa, medio 10‴ lata, utraque extremitate rotundata, aut versus basin rarius nonnihil contracta, ob marginem alaeformem sic dicta bracteata, in exteriore facie plana aut baseos in medio solum nonnihil (a pressione cristulae per medium loculum verticaliter decurrentis?) sulcata, ima sua basi, ope funiculi ni fallor e columna ortum ducentis, affixa. Testa papyracea, colore cervino, circa nucleum obovatum compressum in alam magnam completam, quavis directione 3—4 lin. latam expansa, per omnem nuclei ambitum tumens in annulum convexum ab ala et nuclei corpore satis distinctum. Membrana interior semini conformis, alba, humiditate tumida semipellucens, ima basi papillula testacea punctum fructificationis prodens, cui rostelli situs respondet; constans fabrica cellularum depressarum irregulariter 5—6-gonarum. In rhaphe supra descripta, quae seminis nucleum omni ambitu tamquam convexa crista circumdat, fasciculus conspicitur (sub lente composita) cellularum elongatarum pachypleurarum multa vasa spiralia simplicia involvens. Embryo erectus, rostello s. radicula magno compresso, basi incrassato, apice conico, sursum in cauliculum angustato, qui in ipsam extremitatem rostellarem ferri equini forma deorsum flectitur. Cotyledones 2 tenerae, foliaceae, longitudinaliter corrugatae et chrysaloideo-convolutae, expansae (arte) obovatae, in apice cauliculi sessiles, absque plumulae indicio. Hae cotyledones chrysaloideae inter crura corporis embryonalis sursum replicatae et arcte compactae; quaevis uno margine libera supra rugas alterius extenditur. (Mart.)

Arbor pulchra solitaria in via a Matta Cavallos versus Catete, Sebastianopoli: M., St. Hil. Pl. Dryas.

XLI. COURATARI Aublet.

Couratari *Aubl. Guian. II. 723., nec Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 273. A. Richard Annal. Scienc. Nat. I. 329. Poit. Mém. du Mus. XIII. 159. DC. Prodr. III. 294. (exc. spec. n. 2.) Endl. Gen. n. 6331. (exc. syn.) Berg in Linnaea XXVII. 463.*

(Char. emend.) Hypanthium (calycis tubus auct.) supra germen non productum. Germen inferum, 3—5-loculare, multiovulatum; ovula erecta v. oblique adscendentia; sporophora a basi ad medium columellae adnata. Calyx superus, 5—6-dentatus v. -fidus, partim deciduus. Petala 5—6, margini hypanthii inserta, decidua. Urceolus staminifer cum petalis insertus, campanulatus, oblique truncatus, hinc brevior rectus, illinc parum longior, gibbus, basi serie simplici staminum

fertilium margini interiori seriebus 1 — pluribus instructus, ima basi extus petalis adnatus; STAMINODIIS nullis; FILAMENTIS brevibus; ANTHERIS subrotundis, didymis, dorso baseos affixis, bilocularibus, longitudinaliter dehiscentibus; GRANULA POLLINIS lenticularia, trigona, tripora. CARPOPHYLLA 3—5, germinis verticem (discum epigynum) planiusculum vel convexum, sursum in stylum brevem, conicum transeuntem formantia, deorsum autem ad conum (processum columnarem) inversum, cavitatem germinis intrantem et cum sporophoris centralibus e fundo oriundis connascentem, demum longius excrescentem et ad maturitatem iterum basi solutum producta, tandem calyptratim caduca; STIGMA simplex. PYXIDIUM oblongum, cylindricum, rarius subtrigonum, coriaceo-lignosum, leve, limbi calycini delapsi cicatrice annulatum, ZONA supracalycari erecta v. hemisphaerica, intus seminum pressione foveolis totidem excavatum, in 3—5 loculos divisum, ope processus columnaris (ex cono inverso carpophyllorum orti) magni, 3—5-quetri, fundo capsulae soluti, apice cum disco carpophyllorum cohaerentis, ac demum operculatim cum hoc secedentis. SEMINA abortu pauciora, in quovis loculo 1—5, sporophoris subbasilaribus, nec columnae affixa, adscendentia, compressa, hinc plana, interdum laevia, illinc convexa, rugosa, pericarpio plus minusve impressa; testa dura, circumcirca alata vel uno latere modo ad alam elongatam, funiculo percursam, basilarem, membranaceam producta. EMBRYO exalbuminosus, contortuplicatus; ROSTELLO maximo, cylindrico, basi acuto, arcuatim adscendente; COTYLIS magnis, foliaceis, contortuplicatis, seorsum rostello incumbentibus.

ARBORES Guyanenses et Brasilienses; FOLIIS sparsis, saepissime serratis, impunctatis, costatis, tenuissime denseque horizontaliter venulosis; *RACEMIS vel PANICULIS terminalibus et axillaribus; FLORIBUS minoribus, pedicellatis, ima basi articulatis, bracteis caducis stipatis.*

1. EUCOURATARI Bg.

FOLIA integerrima. PYXIDII ZONA supracalycaris recta, OPERCULUM diametro fructus subaequale; SEMINA circumalata.

1. COURATARI GUYANENSIS AUBL. foliis breviter petiolatis, ovali-oblongis, acuminatis, basi obtusis, integerrimis; germine 3—4-loculari, semiinfero; sepalis 6, lanceolatis, acutis; stylo subulato; pyxidio cylindrico, apicem versus obsolete trigono, basi attenuato, extrorsum obsolete multicostato; zona supracalycari quam orificium ter angustiore.

Couratari Guyanensis Aubl. Hist. Guyan. 724. t. 290. A. Rich. l. c. 329. t. 21. Poit. l. c. 159. t. 8. f. 7—13. DC. l. c. 294. Bg. in Linn. XXVII. 463.

ARBOR 60-pedalis, 4′ diametro. FOLIA PETIOLO 2—4‴ lg.; lamina 6″ lg., 2″ lt. FLORES 1″ diametro. GERMEN loculis 4-ovulatis. SEPALA 6, erecta. PETALA 6, basi coalita. STAMINA numerosissima, in urceolo magno, concavo, unilaterali, apice truncato, intus antherifero disposita. PYXIDIUM 3—4″ lg., orificio 10—18‴ diametro, basi in pedicellum validum, 10—12‴ lg. attenuatum. (v. fruct. in hb. Vind.)

Habitat in Guyana gallica, ubi vulgo Couratari *vel* Balata blanc *et Nigritis* Maou *audit; verisimiliter quoque in Brasilia contermina.*

2. COURATARI LINEATA BERG: glabra; foliis longiuscule petiolatis, ovate v. oblongo-lanceolatis, longissime acutissimeque acuminatis, basi obtusis, vix serrulatis, supra impresso-, subtus elevato-lineatoque costatis, tenuissime reflexo-venulosis, fere in ipso margine limbinerviis; pyxidio cylindrico, basi rotundato, obsolete 5-sulcato; zona supracalycari angustissima, intus costis 5 manifestis instructo.

Folium: Tabula nostra VII. Fig. 161. et Tab. LXXVII.

ARBOR. RAMI sulcati. FOLIA sparsa, subconcoloria, siccata badia; PETIOLO valido, canaliculato, 6—8‴ lg.; lamina 4—8½″ lg., 9—32‴ lt.; nervo medio supra parum prominente, subtus incrassato; venis suberecto-patulis, rectis, utroque latere circiter 14, supra impressis, subtus elevatis, prope marginem adscendentibus et anastomosantibus; venulis tenuissimis, rectis, respectu costae mediae reversis, respectu venarum suberecto-patulis, supra sub lente visibilibus, subtus oculo nudo parum manifestis. RACEMUS fructifer vestigiis florum 12 instructus, 1-oligocarpicus, rhachide infra pyxidium excreta et incrassata, supra evanida. PYXIDIUM ochraceum, opacum, 32—44‴ lg., superne 17—20‴, inferne 1½—2″ diametro, orificio laevi, loculis 5 superficialibus, dissepimentis adhuc manifestis segregatis, badiis, impressionibus seminum quaternorum imbricatorum notatis. (Specimen foliiferum et pyxidium unicum operculo seminibusque destitutum vidi in herb. Vind. et Berol.)

Affinis *C. Guyanensi*, sed distincta: foliis longe petiolatis, longissime acutissimeque acuminatis, pyxidio cylindrico, opaco, basi obtuso, intus vestigiis loculorum 5 notato, zona supracalycari angustissima.

Habitat in silvis insulae Cotares fluminis Amazonas, in prov. Paraënsi, fructificabat Julio: Pöppig n. 3036. Pl. Najas.

3. COURATARI UAUPENSIS SPRUCE HB. glabra; foliis longiuscule petiolatis, rigidis, ovalibus v. ovali-oblongis, abrupte acuminatis, basi in petiolum attenuatis, margine recurvis, subserratis, nitidis, aequaliter costatis, tenuissime denseque horizontaliter venulosis; panicula terminali, ampla, multiflora; germine 3-loculari; calyce 5-dentato; petalis 5; stylo vix ullo. ♄

Tabula nostra LXXVIII.

Couratari Uaupensis Spruce Herb. sine diagnosi.

FOLIA interdum basi subtruncata, breviter in petiolum angustata; PETIOLO valido, canaliculato, 8—10‴ lg.; lamina 7—10″ lg., 3—5″ lt.; nervo medio supra plano, subtus incrassato; venis primariis utroque latere costae mediae 20—25, fere rectis, erecto-patulis, antrorsum adscendentibus, utrinque praesertim infra prominentibus, venis secundariis tenuissimis, densissimis, respectu costae mediae divaricatis v. parum reclinatis, respectu venarum primariarum deorsum suberecto-patulis. PANICULA tripliciter ramosa, subcorymbosa; rhachide ramisque validis, angulatis, bracteis caducis. ALABASTRA sessilia, ovali-oblonga, 3‴ lg. GERMEN inferum, triloculare; ovula biseriatim columnae centrali affixa, adscendentia. CALYX patellaeformis, stellatim 5-dentatus. PETALA 5, oblonga, obtusa, 3‴ lg. STAMINA circiter 20, ad urceolum ovalem 1½‴ lg. connata hinc brevissimum, filamentorum parte libera incurvata, fere 1‴ lg., illinc longiorem, convexum, margine incurvum, filamentis circiter ¼‴ lg. instructum; antherae didymae,

loculis rotundis, longitudinaliter dehiscentibus, demum explanatis. Carpophylla 3, germinis verticem (discum) orbicularem, planum, in stylum brevissimum transeuntem formantia, inferne cum columella centrali germinis connata. (v. specimen unicum in hb. Mart.)

Differt a *C. lineata:* foliis latioribus, basi angustatis.

Habitat prope S. Gabriel da Cachoeira ad Rio Negro Brasiliae borealis, florebat Majo: R. Spruce n. 2510. Pl. Najas.

4. COURATARI TAUARI Berg: glabra; foliis longiuscule petiolatis, submembranaceis, late ovatis, longe acuminatis, basi obtusa in petiolum angustatis, subintegerrimis, nitidis, incurvo-costatis, tenuissime reflexo-venulosis.

Rami teretes, striati, fuscescentes. Folia sparsa, siccata fusco-atra, subtus pallidiora; petiolo 6 — 10‴ lg., canaliculato; lamina 3—5″ lg., 1½—3″ lt.; nervo medio utrinque praesertim supra prominente; venis primariis patentibus, antrorsum adscendentibus et fere in margine ipso confluentibus, utroque latere costae 10 — 12, distantibus; venulis secundariis tenuissimis, oculo nudo vix visibilibus, respectu costae mediae vix reversis, subhorizontalibus. (v. sine flor. et fruct. in hb. Monac.)

Habitat ad ripas fluminis Amazonum: M. Pl. Najas.

5. COURATARI MACROCARPA Mart. pyxidio indurato, cylindrico, laevigato, obsolete sulcato, basi obtuso, 4 — 5-loculari; zona supracalycari angusta, orificio extrorsum vergente 7-plo angustiore; operculo pulvinato, centro incrassato-umbonato. ♄

Fructus: Tabula nostra LXXIX. Fig. I.

C. pyxide lignea scyphiformi cylindrica (5—6″ alta, 1½—2″ et ultra lata), cortice tenui laevigato, sulcis angustis longitudinalibus, aequabili aut passim in sulcos irregulares secedente, margine calycari 3 lin. ab orificio distante, zona supracalycari inde nonnihil extrorsum flexa, supra mediam latitudinem in annulum (ab insertione corollae vel ligulae) tumente; mesocarpium fibris longitudinalibus operculo leviter convexo, centro in umbonem obtusum incrassato, processu columnari pyramidato-subtetragono. Omnium specierum haec pyxide gaudet maxima textura lignosa et superficie subaequabili (nonnisi vetustate dum valde exaruerit rimosa) insigni. Loculos 4 aut 5 adesse docent cristae ininterno pariete distantia 6 lin. inter loculos decurrunt. In quovis loculo semina circiter 4 (aut plura) sibi imbricata adesse depressiones arcuatae in pariete notant. Semina ipsa non vidi, quippe quae aperta pyxide mox vento avehuntur. Fructus dejectos in humum ad vastas arbores legi, nec folia nec flores assequutus. (Mart.)

In prov. Paraënsi: M. Pl. Najas.

6. COURATARI AULACOCARPA Mart. pyxidio indurato, cylindrico, laevigato, obsolete sulcato, basi obtuso; zona supracalycari orificio recto, haud margine extrorsum vergente 6-plo angustiore. ♄

Fructus: Tabula nostra LXXIX. Fig. II.

Unicum specimen adest ex Paraënsi prov. allatum, quasi inter *C. macrocarpam* et *C. dictyocarpám* intermedium: pyxide lignea scyphiformi cylindrica, 4 poll. alta, 19—21 lin. lata, cortice crasso laevigato tandem rugoso et per frusta delabente, endocarpio epicarpii fibris crebris reticulato-connexis transversim superducto, in 10 sulcos latiusculos longitudinales demisso; margine calycari 4—5 lin. ab orificio distantia notata, zona supracalycari verticaliter assurgente, non extrorsum vergente (uti in *C. macrocarpa*). Impressiones a seminibus factae areas efformant duplo latiores, quam in *C. macrocarpa.*

Habitat in prov. Paraënsi: M. Pl. Najas.

7. COURATARI DICTYOCARPA Mart. pyxidio ovali-cylindraceo, extrorsum reticulato, basi obtuso; zona supracalycari angusta, orificio 8-plo angustiore; operculo planiusculo, medio umbonato. ♄

Fructus: Tabula nostra LXXIX. Fig. III.

Pyxide ovato-cylindrica, 2¼ poll. alta, 1½ lata, cortice laevigato, sed fibris mesocarpii reticulatis, conspicuis notato, versus orificium nonnihil contracta, zona supracalycari 2—3 lin. lata; operculo convexiusculo, mamillato. Fructus quam in *C. macrocarpa* duplo minor.

Unicum specimen e prov. Paraënsi: M. Pl. Najas.

8. COURATARI PARAENSIS Mart. pyxidio coriaceo-lignoso, ovali, cylindrico, scabriusculo, triloculari; zona supracalycari recta, orificio 4—6-plo angustiore. ♄

Fructus: Tabula nostra LXXIX. Fig. IV.

Pyxis in pedunculo semipollicem longo, coriaceo-lignosa, urceolata (21‴ longa, 12‴ lata) fere teres, sursum nonnihil angustior, cortice tenui scabriusculo, margine calycari 2½—3 lin. ab orificio decurrente, rudimentis (6) dentium subdenticulato, zona supracalycari recta. Operculum? Mesocarpium fibris (sub-15) validis subsimplicibus a pedunculo ad marginem calycarem usque percursum. Loculi 3. (Mart.)

In prov. Paraënsi: M. Pl. Najas.

9. COURATARI (?) CORIACEA Mart. pyxidio coriaceo-sublignoso, manifeste trigono, extrorsum laevigato, basi angustato; zona supracalycari angusta, orificio 6-plo angustiore. ♄

Fructus: Tabula nostra LXXV. Fig. II.

Pyxis coriaceo-lignosula, in pedunculo fere pollicari, scyphiformis, trigona, margine calycari 2—3 lin. ab orificio decurrente, zona supracalycari recta v. nonnihil extrorsum vergente. Cortex tenuis laevigatus. Mesocarpium fibris (sub-12) angustis parallelis percursum. Cum figura Aubl. et Poit. non omnino congrua, quippe quae majores, versus basin latiores, minus triquetrae et zona supracalycari multo latiore instructae sunt. An igitur pro distincta specie *C. coriaceae* nomine habenda? An *Lecythopsidis* species? (Mart.)

In prov. Paraënsi: M. Pl. Najas.

2. CARINIANA Casar.

Folia serrata. Pyxidii zona supracalycaris hemisphaerica, operculum diametro fructus multo angustior; semina basi alata, ala semine longiore.

10. COURATARI DOMESTICA Mart. ramulis novellis, paniculis, alabastris puberulis; foliis petiolatis, pergamaceis, ovatis, v. ovali-oblongis, obtuse acuminatis, basi obtusis, margine cartilagineo, leviter crenato-serratis, glabris, venosis, tenuissime horizontaliter venulosis; paniculis terminalibus et axillaribus, densifloris, saepe 2-nis, folio 2—3-plo brevioribus; sepalis oblongis, acutis v. obtusatis, puberulis; stylo subnullo; pyxidio cylindrico urceolato, 6-costato; zona supracalycari laevi hemisphaerica; operculo subconvexo.

Tabula nostra LXXX.

Couratari domestica Mart. in Flora Ratisb. XX. 127.

Arbor vasta, pariter a *C. legalis* ad usus domesticos usitata. Coma ampla. Rami extensi. Ramuli crebri, teretes, glabri, novelli puberuli. Folia sparsa, 2—5 poll. longa, 12—32 lin. lata:

PETIOLIS 3—5‴ lg., supra planiusculis, tenuiter alatis, margine subtiliter denticulato undulatoque nonnihil revoluta; nervo medio sat robusto, venis crebris (tenuibus, patulis, parallelis, intra marginem combinatis; venis secundariis tenuissimis, respectu costae mediae horizontalibus, utrinque yix visibilibus: Bg.). STIPULAE minimae caducae? INFLORESCENTIAE sursum evolvendae 20—42‴ lg., axillares, folio breviores, aut terminales. RHACHIS et PEDUNCULI primarii angulati, secundarii teretiusculi, 1—1½″ lg., floribus subsessilibus dense obsessi, quorum tamen plerique ante fructificationem defluunt. BRACTEAE et BRACTEOLAE minutae (ovato-oblongae, deciduae. ALABASTRA 3‴ longa. GERMEN triloculare, inferum, sporophoris tribus e basi loculorum ad medium columellae centralis adscendentibus et adnatis; OVULIS 4—6 in quovis loculo, biserialibus, anatropis, obovatis, in brevissimo funiculo sessilibus, erectis, integumento exteriore jam in alam tenacem extenso: Bg.). CALYX subcampanulatus, ad dimidium fere usque in lacinias 6 triangulares, trinerves, ¾‴ lg. sectus. PETALA 6, spathulato-oblonga, obtusa, hinc nonnihil contracta, alba cum rubore et versus basin flavidula, majora 3‴ lg. STAMINA indefinita, basi in corpus annulare, stylum circumdans coalita, quod hinc tumet in ligulae speciem brevem, 2‴ lg., aurantio-flavam, supra medium florem fornicatam, intus quoque antheriferam, extus glabram et a margine deorsum maculis linearibus confluentibus irroratam. FILAMENTA basi villosa. ANTHERAE late ovatae, bilobae, rimis verticalibus hiantes. POLLEN globosum, vittis 3—5. (CARPOPHYLLA 3, ad verticem germinis (discum) sursum in stylum brevem deorsum in conum inversum sporophora attingentem, serius columnam operculi formantem excrescentia: Bg.). PYXIS scyphiformis, cylindracea, obsolete hexagona (aut interdum obovato-pyriformis, tubo deorsum contracto evidentius hexagono), 2¼ poll. alta, 1 poll. diametro aequans, lignosa, dura, parietibus crassis, operculo subconvexo, medio vix umbonato. MARGO calycaris distantia 4—6 lin. infra orificium decurrit specie cristulae passim in nodulum aut in dentis calycini rudimentum tumens. ZONA supracalycaris sursum nonnihil contracta. ORIFICIUM diametrum in margine superiore 11 linearum, in inferiore 5—6 linearum praebet, igitur superficiem oblique descendentem, quae helvoli coloris est; exterior fructus superficies tenuibus impressionibus inaequalis et erumpente ex epidermide materie suberosa ferruginea. OPERCULUM claviforme, extus leviter convexum, dorso medio nonnihil depressum, columnari processu trigono laevigato angulis parietem urnae prehendente, unde, post operculi lapsum in linea septali passim rudimenta fibrarum conspiciuntur. SEMINA in quovis loculo 6—8 duplici serie disposita, quod illorum in pariete impressionibus proditur. Ipsa semina non vidi; muniuntur, ni fallor, ala unilaterali, qualis in *C. legali* observatur. (Mart.)

Crescit arbor Jiquitibá *dicta, in montibus prope Cujabá: Patricio da Silva Manso. Pl. Oreas.*

11. COURATARI ESTRELLENSIS RADDI: glabra; foliis petiolatis, pergamaceis, ovatis v. oblongo-ovatis, acuminatis, basi in petiolum planum, marginato-alatum attenuatis, margine crenato-serratis, venosis, tenuissime reclinato- et subreticulato-venulosis; racemis 1—2-nis ex infimis ramorum annotinorum nodis oriundis, basi nudis; calyce 6-dentato; pyxidio oblongo, tereti, laevi, vix curvato, triloculari, orificio tenui, recto, eroso-dentato; operculo subhemisphaerico.

Folium: Tabula nostra VII. Fig. 153. et Tabulae LXXIX. Fig. V. et LXXXI.

Couratari Estrellensis Raddi Mem. della Soc. ital. in Modena (Bologna) Phys. XVIII. 403. Mem. Pl. Bras. add. 25. fig. 2.

Cariniana excelsa Casar. Decad. 46.

ARBOR, teste Raddio et Sellowio, enormis, in 120 ped. altitudinem emicans. RAMI teretes; RAMULI tereti-compressiusculi, caesio-pruinosi. FOLIA sparsa, margine lucem versus fusco-limbata, superiora saepe elliptico-oblonga, subtus pallidiora, nervis fuscescentibus; PETIOLO 4‴ lg., alis saepe revolutis; lamina 21—43‴ lg., 13—25‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis primariis utroque latere costae sub-12, summis oblitteratis, utrinque parum prominentibus, erecto-patulis, apicem versus arcuatim confluentibus; venulis secundariis tenuissimis, respectu costae reclinatis, supra parum, subtus vix prominulis, per venulas ternarias reticulatim conjunctis. RACEMI 12—20‴ lg. ALABASTRA obovata, 2‴ lg.; bracteolis caducis. GERMEN triloculare, semiinferum, multiovulatum; sporophoris tribus, e basi loculorum ad medium columellae centralis adscendentibus et adnatis; ovulis adscendentibus, obovatis, anatropis. CALYX 6-dentatus, dentibus triangularibus, latis, brevibus, glanduloso-ciliatis. PETALA 6, elliptica, basi angustiora. URCEOLUS staminifer hinc brevissimus, illinc longior et convexo-gibbus, petala aequans, margine forsan lacero-dentatus, totus intus staminibus est tectus. (Bg.) PYXIS in pedunculo 9‴ longo, lignosa, scyphiformis, extrorsum badia, teretiuscula aut in parte inferiore nonnihil angustiore obsoletissime trigona, 2—4″ alta, supra medium 1—1¾″ diametro aequans, superficie passim nodulis tuberculisque leviter inaequalis atque punctis maculisque suberosis fuscis exasperata; PERICARPIO ad medium valde incrassato, basin et apicem versus sensim attenuato. OPERCULUM convexum, non umbonatum, sed centro nonnihil impressum, intus passim in denticulos tumens et centro deorsum continuatum in columnam trigonam medio nonnihil incrassatam fundo pyxidis tricruri rhaphe notato primum continuam. MARGO calycaris tenuis, dentibus vix residuis; ZONA supracalycari 4—6 lin. lata, sursum paullulum contracta, superficie magis laevigata quam reliquae pyxidis, paullo infra medium annulo irregulariter noduloso notata, qui insertione petalorum et staminum debetur. ORIFICIUM transverse truncatum dentibus acutis inaequalibus in una serie aut irregulariter in duabus, nonnihil introrsum vergentibus armatum, uti zonae supracalycaris superficies interior pallide testacei. Cavum fructus obsolete trigonum. Facies concaviusculae et superne singulae impressionibus 1—8, saepe per binas collateralibus obovatis, a seminis corpore productis profunde insculptae. (Mart.) SEMINA 1—8 in quoque loculo, geminatim v. abortu singulatim sursum imbricata, erecta, trigona, obovato-oblonga, rufa, scrobiculata, funiculo verius filiformi, elongato, ac diviso quidem, sed cruribus per contextum cellulosum conjunctis et etiam auctis ad alam oblongam, membranaceam, obtusam, fuscam, badio-pictam explanato oblique insidentia. FUNICULUS ipse se dividit in duos praesertim fasciculos ab invicem remotiusculos, quorum alter margini alae proximus, basin extimam seminis attingens, in convexum dorsum seminis, quam rhaphe, adscendit et ad apicem ejus obtusissimum desinit, alter autem, fere alae centrum percurrens, medium lateris inferioris oblique adscendentis seminis intrat, in eodem assurgit et ad marginem alae contrarium defluit. SEMEN proprium, 6—7‴ lg., 3‴ lt., ad carinam 2‴ crassum, ventre planum est, dorso convexum et carinatum, clavato-trigonum, basi acuminatum, apice obtusissimum; testa ossea, scrobiculata, carinae dorso rhaphe instructa; INTEGUMENTUM interius cartilagineum, pallidum. EMBRYO exalbuminosus, conduplicatus, 4‴ lg.; ROSTELLO maximo, cylindrico, basi acuto, antrorsum arcuatim adscendente; cotylis magnis, foliaceis, contortuplicatis, seorsum rostello incumbentibus. Bg. (v. in hb. Berol., Vindob., Monac.)

Crescit arbor Jequitiba vermelho *dicta, in silvis primaevis montium Serra d'Estrella: Sellow, Raddi, M., Schott; nec non in similibus locis prov. S. Pauli: Sellow. Pl. Dryas.*

12. COURATARI LEGALIS MART. ramulis novellis, paniculis, alabastris dense subtilissimeque puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, utrinque acuminatis, basi ad nervum medium usque revolutis, margine crenato-serratis, glabris, supra nitidis, venosis, horizontaliter venulosis; paniculis terminalibus et

axillaribus, folio longioribus; stylo elongato; pyxidiis parvis, cylindricis, basi attenuatis, apice rotundatis, laevibus, orificio integro, extus tumido, intus cylindrico, fructu multo angustiore; operculo cylindrico, columna haud latiore.

Folium: Tabula nostra VII. Fig. 151. 163. et Tab. LXXXII.

Cariniana Brasiliensis Casaretto Decad. 36.
Couratari legalis Mart. in Flor. Ratisb. XX. Beibl. II. 88.

Arbor ingens, silvarum primaevarum decus, in 100 — 150 ped. altitudinem emicans, ima basi, ubi vario modo extenditur, saepe 30 pedum diametro. Lignum durum, tenax, sat leve, ut ad fabricandas cymbas, cistas, aedium trabes aliosque usus domesticos egregie commendetur, ideo inter ligna s. d. legalia (páos de ley), quae exstirpare lex vetat, summi pretii. Rami vasti, comam ovatam densam constituentes, in adulta arbore jam 40 — 50 ped. sub altitudine egrediuntur, quo fit, ut difficilius folia floresque Botanicis fiant obvia. Folia sparsa (stipulis minimis caducis concomitata?), petiolata, 18—24 lin. longa, 6—10 lin. lata, ovata v. oblongo-ovata cum acumine, aut lanceolata, basi cuneato-attenuata, petiolo 2—3‴ lg. alato, ala reflexa; marginulata, margine extenuato praesertim antice inaequaliter et argute serrulato, serraturis apice glandulosis, venosa et venulosa, venatione arcta, nitide et obscure viridia (nervo medio utrinque prominente; venis utroque costae latere sub-8, erecto-patulis, superioribus oblitteratis, tenuibus, adscendentibus, ante marginem arcuatim anastomosantibus; venulis respectu costa media horizontalibus, subreticulatis: Bg.). Inflorescentiae sursum evolvendae, decompositae, 1½—3″ lg., ex alis foliorum superiorum; pedicellis ½‴lg. Alabastra globosa, 1½‴ lg. Flores parvi, albi cum tenui rubore, dum marcescant. Fabrica germinis eadem ac *Cour. Estrellensis,* sed vertex ejusdem planus. Calyx glaber, patellaeformis, dentibus 6 triangularibus, brevibus, acutis, patulis. Corolla extus levissime pubens. Petala 6, angusto-oblonga, obtusa, patentia, 1½‴ lg. Stamina glabra, innumera, circa ovarii verticem in urceolum oblique truncatum, hinc planum, illinc convexum, 1‴ lg. connata. Filamenta filiformia, brevissima. Antherae didymaerima transversa. Pollen trigonum, trimammillatum. Stylus breviusculus, 1‴ lg., vix summa stamina attingens, sursum attenuatus stigmateque subturbinato-capitato, acuto terminatus. Pyxis, pedicello gracili, 7—9‴ lg. insidens, ¾—2″ alta, 5—9 lata, scyphiformis, angusto-obovato-cylindrica, ob sulcos verticales obsoletos (in vivo vix conspicuos?) fere teres (pericarpio sursum incrassato, cellulis induratis fere osseo, extrorsum obscure fusco, demum rimoso, pariete interno fusco-atro, trigono; facies concaviusculae et singulae superne impressionibus 1—2 superpositis, obovatis, a corpore seminis productis profunde exsculptae: Bg.); operculo breviter emergente, subconvexo, centro acutiuscule umbonato. Compages fibroso-stuppea lignescit, unde durities fructus illa *C. domesticae* multum superatur. Margo calycaris 3 circiter lineas ab orificio distans, cristam tenuem exhibet. Zona supracalycaris sursum convexo-connivens. Orificium orbiculare, pariete verticali, ita ut utraque apertura, superior et inferior dico, parem 3 linearem diametrum exhibeant. Processus columnaris trigonus, ad basin fructus usque pertingens, indeque sub maturatione ruptus; laevigatus est, faciebus concaviusculis, angulis septum (tandem obliteratum) prehendens. Seminum fabrica et situs eaedem sunt ac *C. Estrellensis*, sed differunt: longitudine minore (7—9‴); corpore seminis dorso convexo ruguloso nec scrobiculato, ventre plano laevi; cruribus funiculi umbilicalis ad alam explanati, altero in marginem alae ipsum, altero in ejus medio adscendente. (Mart.)

Per magnam partem Brasiliae tropicae in silvis altis habitat. E villis Macahé, Campos et Parahiba magna vis tabularum ejus ligni exportatur. Itarius in silvis caeduis haec species bene perstat; superbit eximia stirpe vallis Larangeiras prope Rio de Janeiro. Primis anni mensibus floret; Junio fructus maturat. Jequetibá *Bras. audit (i. e. lignum cymbarum) et, ut alii perhibent, nigritis Brasiliae ejus fructus audit* Cogologo do Porco, *quod significat:* anus porci: *Mart. Herb. Fl. Br. sub n. 60., Sellow, Schott, Luschnath. Pl. Dryas.*

Tribus IV. **GRANATEAE** Don. *in Jameson Edinb. Phil. Journ. Jul. 1826. 134. DC. Prodr. III. 3. Endl. Gen. 1236.* — Folia opposita, impunctata. Germen spurie inferum, carpophyllis 2-, rarius 3-seriatis, inter se et cum hypanthio connatis. Stamina plurima, libera, praefloratione incurvata. Fructus 2-, rarissime 3-cameratus. Semina basilaria et parietalia, baccata, exalbuminosa. Embryo rostello brevi, recto; cotylis foliaceis, spiraliter convolutis.

XLII. PUNICA Tourn.

Punica *Tourn. Inst. t. 401. Linn. Gen. n. 618. Gärtn. Fruct. I. t. 38. DC. Prodr. III. 3. Endl. Gen. n. 6340.*

Hypanthium turbinatum, carpellis multiovulatis, in gyris 2, rarissime 3, sibi superpositis connatum, supra germen productum, in calycem abiens. Calyx superus, 5 — 7-fidus, coriaceus, persistens, praefloratione valvacea. Petala 5—7, perigyna, decidua. Stamina creberrima, parieti interiori hypanthii inserta; filamenta libera, praefloratione incurvata; antherae biloculares, longitudinaliter dehiscentes; granula pollinis trigona, tripora. Carpophylla saepissime biseriata, inferiora diaphragma, superiora tegmen germinis stylumque formantia. Stylus 1. Stigma papillosum. Bacca (balausta) corticata, magna, sphaerica, calyce coronata, demum longitudinaliter rumpens, diaphragmate transversali inaequaliter 2-, rarissime 3-camerata; camera superiore 4—9-loculari, inferiore minore, 2—1-loculari, septis utriusque membranaceis; sporophora carnosa, camerae inferioris basilaria, superioris parietalia. Semina innumera, epitelio succulento, pellucido, subcrystallino baccata.

Arbusculae aut frutices, ramulis subtetragonis, subspinescentibus; foliis deciduis, oppositis, rarius verticillatis aut alternis, in axillis saepe fasciculatis, integris, impunctatis; floribus 1—5, terminalibus, subsessilibus, coccineis.

1. PUNICA GRANATUM L. caule arboreo; foliis lanceolatis.

Tabulae nostrae VIII. IX. Evolutio floris.

Punica Granatum L. Spec. 676. Rumph. Amb. II. 24. Trew et Ehret t. 71. f. 1. Poit. et Turp. Arb. fr. 22. Woodv. Med. III. 190. Gärtn. Fruct. 38. Lam. Enc. 415. Nouv. Duham. IV. 11. Andr. Rep. II. 96. Bot. Mag. XLIII. 1832.

Sibth. Fl. Gr. 476. Schkuhr Handb. 131. b. Hayne Arzn. X. 35. Guimp. et Schldl. 89. Nees Düsseld. 300. Desc. Ant. I. 35. Wight Ill. 97. Act. Leop. XI. 1. 11. Ann. Sc. Nat. III. 20, 10. Berg. Ph. B. I. 336. Char. n. 471. Darst. III. a.

Habitat in Mauritania, unde in Americam australem migravit.

2. PUNICA NANA L. caule fruticoso; foliis linearibus.

Punica nana L. Spec. 676. DC. Prodr. III. 4. Trew et Ehret. t. 71. f. 3. Bot. Mag. XVII. t. 634. Lodd. Cab. 988.

Habitat in insulis Caribaeis et in continentis Americae locis calidis.

MANTISSA MYRTACEARUM.

Pag. 26. post lineam 20 adde:

34.b./39. GOMIDESIA HAENKEANA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, petiolis, paniculis et alabastris ferrugineo-tomentosis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, utrinque obtusis v. apice obtusatis, discoloribus, utrinque praesertim subtus pilosiusculis, ibidem glandulosis, obscure v. impellucido-punctatis, supra subaveniis, subtus reticulato-venosis, subduplicato- arcuatim limbinerviis; racemis subpaniculatis, paucifloris; floribus conglomeratis; germine biloculari; sepalis brevibus, rotundatis, inaequalibus. ♄

Rami exophloeo delapso laeves, juniores compressi. Folia opposita, siccata supra fusco-atra, subtus hepatica; petiolo $2^1/_2'''$ lg.; lamina 18—28‴ lg., 9—14‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis subdivaricatis, utroque latere costae 8—10, supra oblitteratis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, subtus prominulis. Racemi subterminales et axillares, longe pedunculati, 14—24‴ lg.; florum glomerulis basi bractea ovata fultis. Alabastra sessilia, obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, ovato-oblongis stipata. Hypanthium supra germen 4-ovulatum productum, in calycem 5-sepalum abiens. Petala 5, subrotunda, concava, extrorsum ferrugineo-puberula. (v. in hb. Monac.)

Differt a *G. Raddiana:* indumento densiore; foliis supra subaveniis non glandulosis, impellucido-punctatis, subdivaricato-venosis; sepalis rotundatis.

Habitat in Chiquitos: Haenke. Pl. Najas.

Pag. 34. post lineam 35 adde *Marliereae Spruceanae:*

α. latifolia: foliis oblongis, acuminatis.

Pag. 34. post lineam 46 adde:

β. angustifolia: foliis oblongo-lanceolatis v. lanceolatis, longe acuteque acuminatis.

Rami albidi. Folia petiolo 2—3‴ lg.; lamina 3—5″ lg., 9—16‴ lt. Cymae circiter 3″ lg. Alabastra vix apiculata, saepius obtusa, $2^1/_2'''$ lg., pilis alutaceis sericeo-strigosa, intus sericea. Calyx demum irregulariter 2—3-partitus. Petala 4, concava, intus glabra, extus sericea, subrotunda, 1‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Pag. 34. lin. 47 lege:

Habitat: α. secus Rio Negro, inter Barra et Barcellos, floret Novembri: Spruce n. 1505.; β. ad Rio Uaupés prope Panurê, in prov. do Alto Amazonas, floret Oct. — Jan.: Spruce n. 2857. Pl. Najas.

8.b./18. MARLIEREA UAUPENSIS Berg: ramulis foliisque subtus, cymis et alabastris pilis albidis, sericeo-strigosis; foliis subsessilibus, chartaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, breviter obtuseque acuminatis, basi subcordatis, discoloribus, opacis, obscure pellucido-punctatis, subtus subcostatis, tenuiter reticulatis, duplicato-limbinerviis; cymis trichotomis, in ramo brevissimo, terminali, aphyllo 2—3-nis, folia aequantibus; alabastris ovalibus, obtuse et obsolete apiculatis; germine biloculari; petalis 4, orbicularibus, extus velutinis. ♄

Rami exophloeo delapso denudati, rufescentes, tereti-tetragoni, dichotomi. Folia opposita, siccata supra hepatica, subtus albido-fuscescentia; petiolo valido, canaliculato, albido-velutino, usque ad 2‴ longo; lamina $4^1/_2$—$5^3/_4$″ lg., 22—32‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato, albido-velutino; venis utroque latere costae mediae circiter 20—25, subdivaricatis, fere rectis, supra parum, subtus magis prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque parum prominulis. Cymae bis v. ter trifidae, 4″ lg.; rhachide compressa, albido-velutina; floribus ultimis ternis, sessilibus. Alabastra clausa, albido-velutina, 2‴ lg., bracteolis 2, oblongo-lanceolatis, subtus velutinis, $1^1/_2$ lg. stipata. Germen 4-ovulatum. Hypanthii pars libera intus velutina. Petala $^3/_4$‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitu *M. Spruceanae* similis, sed distincta: indumento albido; foliis subsessilibus, latioribus, brevius acuminatis, basi cordatis; alabastris ovalibus.

Habitat prope Panurê ad Rio Uaupès in prov. do Alto Amanas, florebat Octobri — Januario; R. Spruce n. 2839. Pl. Najas.

Pag. 44. post lineam 8 adde *Calyptranthae pulchellae:*

δ. parviflora *Bg.* glabra; foliis breviter petiolatis, obovatis, apice rotundatis v. obtusatis, supra demum impresso-punctatis; paniculis racemosis, paucifloris, folio longioribus; alabastris reliquis minoribus, 1‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat: α. in prov. Minarum: M.; β. ad montes Serra de Antonio Pereira ejusdem prov.: Sellow; γ. prope Panurê ad Rio Uaupès in prov. do Alto Amazonas, florebat Octobri — Januario: R. Spruce n. 2729. Pl. Vaga.

Pag. 72. post lineam 53 adde:

32.b./186. AULOMYRCIA DONIANA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis pilosiusculis, demum glabris; foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, demum rigidis, ovato-oblongis v. ovatis, breviter acuminatis, basi rotundatis v. obtusis, demum glabris, utrinque elevato-reticulatis, subduplicato-limbinerviis, subtus nitidis, fusco-glandulosis; petiolo canaliculato, apice auriculatim

explanato; paniculis cymosis, subterminalibus et axillaribus, folio longioribus; germine sericeo, biloculari; sepalis subaequalibus, brevibus, rotundato-ovatis, obtusis, ciliolatis. ♄

Rami obsolete angulati, albidi; ramuli subcompressi, glandulosi. Folia opposita, basi in petiolum 2½ — 3‴ lg. auriculatim attenuata, siccata hepatica, obscure pellucido-punctata; lamina 13—27‴ lg., 8—16‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, infra elevato; venis tenuibus, subpatulis venulisque tenuioribus reticulatis, utrinque prominulis. Paniculae pyramidatae, 3-pliciter ramosae, 1½ — 3″ lg.; rhachide compressa, badia; floribus ultimis ternis, centrali sessili, lateralibus pedicellatis, pedicellis ½—¾‴ lg. Alabastra obovata, ¾‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen disco excavato, pubescente obtectum, 4-ovulatum. Sepala 5, ¼‴ lg. Petala 5, orbicularia, concava, ciliolata, 1‴ lg. Stamina stylusque fere 2‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat in prov. Maranhâo: Georg Don n. 96. Pl. Najas.

Pag. 91. post lineam 59 adde:

73.b./187. AULOMYRCIA MICRANTHA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis et alabastris albido-pubescentibus; foliis breviter petiolatis, annuis, rigidis, obovato-oblongis, obtusatis, basi cuneatis, oblique truncatis, discoloribus, utrinque pilis sparsis, raris inspersis, impellucido-punctatis, supra subaveniis, subtus reticulato-costatis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis solitariis ex nodis 1—3 ramorum novellorum infimis, basi nudis v. bractea suffultis, superioribus axillaribus, folio paullo brevioribus; floribus minimis; germine 2-loculari; lobis calycinis inaequalibus, rotundo-ovatis, obtusis, longiuscule ciliatis. ♄

Rami tereti-compressi, cinerei; novelli fuscescentes. Folia opposita, siccata supra laevigata, hepatica, glandulis haud visibilibus, infra virentia, fuscescenti-nervosa, glandulis pallidis, vix visibilibus; petiolo 1½‴ lg., pubescente; lamina 23 — 28‴ lg., 10—14‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis subpatulis, supra obsoletis, infra prominentibus, circiter 10 utroque latere costae; venulis interjectis tenuioribus reticulatis, subtus prominulis. Paniculae graciles, pyramidatae, multiflorae, tripliciter ramosae, 16—32‴ lg. Alabastra subsessilia, ½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen sericeum, 4-ovulatum. Sepala minima. Petala 5, orbicularia, concava, ¾‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Differt ab *A. spathulata* et *A. alloiota:* indumento tenuiore; foliis supra laevigatis, haud pellucido-punctatis; paniculis folio brevioribus; floribus minimis.

Habitat in prov. Maranhaô: Georg Don n. 95. Pl. Najas.

Pag. 125.

148. AULOMYRCIA CHRYSOPHYLLA Berg.

Habitat etiam in prov. Maranhaô: Georg Don n. 93. 94. 97.

Specimina Doniana a Spruceanis in prov. Paraënsi lectis differunt: petiolis brevioribus, modo 1 — 2‴ lg.; foliis saepe obtusioribus, glandulis foliorum haud impressis; ramis paniculae saepissime geminatis; petalis 1‴ lg.; staminibus et stylo 1½‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Myrtac.

Pag. 136.

169. AULOMYRCIA SALICIFOLIA Berg.

Specimen fructiferum, a Cl. R. Spruce Octobri 1852 sub n. 2818 prope Panurê ad Rio Uaupès, in prov. do Alto Amazonas lectum, recedit a speciminibus ad flumen Japurá prius ab Ill. Martio collectis: foliis minus elongatis, antrorsum parum latioribus et obtusioribus; pedunculis infimis squama minuta fultis; bacca minore 3‴ lg., 1—2-sperma. — Folia 12—20‴ lg., 2—4‴ lt. Racemi fructiferi, 1—1½″ lg., oligocarpici interdum ad pedunculos 1-carpicos reducti. Bacca globosa, superne coarctata, margine libero hypanthii sepalisque 5 minimis, late ovatis, ciliolatis, inaequalibus, ¼—½‴ lg. styloque 2‴ lg. coronata. Semina subreniformia, 2‴ lg., testa cartilaginea, nitida, fusca obtecta. Embryo generis.

Pag. 116. post lineam 22 adde:

125.b./188. AULOMYRCIA UAUPENSIS Berg: ramulis petiolisque novellis gemmisque rufo-strigosis, mox glabris; foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, demum rigidis, laevigatis, ovalibus v. ovali-oblongis, breviter obtuseque recurvato-acuminatis, basi in petiolum angustatis, nitidis, grosse glandulosis, junioribus subreticulato-venosis, demum tenuiter venosis v. aveniis, arcuatim limbinerviis; paniculis axillaribus, folium subaequantibus, oligocarpicis; bacca obovata, sepalis brevibus, inaequalibus, rotundatis, ciliolatis, intus puberulis coronata. ♄

Rami albidi, teretiusculi; ramuli tetragoni, rufi, glandulosi. Folia opposita, obscure pellucido-punctata, siccata juniora fuscoatra, adulta subtus hepatica; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 16—28‴ lg., 10—16‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, subpatulis, utrinque demum vix visibilibus. Panicula circiter 2″ lg., gracilis. Bacca 5‴ lg. et lt., sepalis 5, ¼—½‴ lg. coronata. (v. in hb. Mart.)

Differt ab *A. Botryte:* foliis majoribus rigidioribus, sparse et grossius glandulosis, demum subaveniis, venis subpatulis; ab *A. lauriflora:* foliis latioribus; ab *A. nigrescenti:* petiolis nec albidis nec rugulosis, foliis latioribus, grossius glandulosis; ab *A. Roraimensi:* foliis longius petiolatis, latioribus, glandulis majoribus, venis patentioribus.

Habitat prope Panurê ad Rio Uaupês, in prov. do Alto Amazonas, fructificabat Octobri — Januario: R. Spruce n. 2703. Pl. Najas.

Pag. 175. post lineam 23 adde:

45.b./128. MYRCIA DONIANA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, paniculis et alabastris pilis ochraceis, demum expallentibus velutinis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, demum rigidis, ovato-oblongis v. ovatis, longe obtusiuscule acuminatis, basi obtusatis v. breviter acutis, discoloribus, sparse demum impresso-punctatis, supra puberulis, mox glabris, nitidis, subtus nitide subochraceo-sericeis, utrinque elevato-, postremo supra impresso-, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis cymosis subterminalibus et axillaribus, folio subaequalibus; floribus ultimis ternis, centrali sessili; germine biloculari; sepalis brevibus, inaequalibus, obtusatis v. obtusis, alabastro incumbentibus, demum patentibus, intus glabris. ♄

Rami teretes, glabri; novelli compressi. Folia opposita, plus minusve rostrata, adulta impellucido-punctata; subtus subsericea; petiolo 1‴ lg.; lamina 1—2″ lg., ½—1″ lt.; nervo medio supra impresso, infra prominente; venis plurimis, tenuibus,

erecto-patulis venulisque tenuioribus reticulatis, utrinque prominulis, demum supra oblitteratis, plerumque autem impressis. PANICULAE 1—2″ lg., 2—3-pliciter ramosae; pedicellis ultimis 1‴ lg. ALABASTRA obovata, 1‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. GERMEN disco velutino, centro impresso terminatum, loculis 2-ovulatis. SEPALA 5, majora ½‴ lg. PETALA 5, orbicularia, ciliolata, extus sericea, 1‴ lg. STAMINA fere 2‴ lg. STYLUS basi sericeus. 1¾‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Differt a *M. sericea:* habitu robustiore; indumento subochraceo, nec albido; foliis minoribus, sparse pellucido-punctatis et adultis sericeis; sepalis obtusatis; a *M. gracili:* indumento; floribus lateralibus, pedicellatis; sepalis obtusatis.

Habitat in prov. Maranhaõ: Georg Don n. 100. Pl. Najas.

Pag. 180.

58. MYRCIA AMBIGUA DC.

Habitat etiam ad flumen Japurà in prov. Rio Negro: M.

Pag. 292. post lineam 35 adde:

204.b./287. EUGENIA DONIANA BERG: glabra; foliis breviter petiolatis, rigidis, ovali-oblongis, utrinque aequaliter attenuatis, apice recurvato-obtusatis, basi obtusis v. breviter acutis, discoloribus, marginatis, supra nitidis, subtus opacis, glandulosis, impellucido-punctatis, utrinque elevato-, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; floribus ad nodos defoliatos umbellatis; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, ciliolatis. ♄

RAMI teretiusculi, grisei, striati; novelli compressi. FOLIA opposita, siccata supra fusca, subtus hepatica; PETIOLO 1½‴ lg.; lamina 3—3¾″ lg., 1½—2″ lt.; nervo medio supra parum impresso, subtus incrassato; venis plurimis patulis venulisque interjectis reticulatis, utrinque prominentibus. UMBELLAE plerumque 4-florae, pedicellis validis, 2‴ lg., basi bracteatis. ALABASTRA 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ciliolatis, germine brevioribus stipata. GERMEN multiovulatum, disco puberulo terminatum. SEPALA 4, in alabastris globo petalorum breviora, majora ½‴ lg. PETALA 4, subrotunda, ciliolata STAMINAque 1½‴ lg. STYLUS 3‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat in prov. Maranhensi: Georg Don n. 101. Pl. Najas.

Pag. 313. ante lineam 1 adde:

257.b./288. EUGENIA CHIQUITENSIS BERG: ramulis novellis gemmisque ferrugineo-strigosis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, lanceolatis v. lineari-lanceolatis, utrinque angustatis, basi obtusis, apice leviter acuminatis, utrinque pilosiusculis, demum glabris, supra impresso-, vix pellucido-punctatis, subtus pallidioribus, fusco-glandulosis, tenuissime venosis, limbinerviis; racemis gracilibus, axillaribus, folio brevioribus, 4—6-floris, puberulis; pedicellis elongatis, divaricatis; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundo-ovatis, obtusatis, ciliatis. ♄

RAMI teretes, glabri; RAMULI compressi, puberuli. FOLIA opposita, interdum obversa, siccata obscura; PETIOLO ½—1‴ lg., puberulo; lamina 9—22‴ lg., 2½—6‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus parum prominente; venis tenuissimis, arrectis, supra haud manifestis, subtus prominulis; venulis interjectis ramulosis, tenuioribus. RACEMI 3—16‴ lg., pedicellis remotis, 3—4‴ lg., bractea lanceolata, ciliata, ½‴ lg. stipatis. ALABASTRA obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ciliolatis, ¼‴ lg. stipata. GERMEN multiovulatum. SEPALA 4, 2 majora ½‴ lg. PETALA 4, ovalia, ciliata, 2‴ lg. STAMINA 1½‴ lg. STYLUS 3‴ lg. (v. in hb. Mart.)

Habitat in Chiquitos: d'Orbigny n. 1037.

Pag. 318.

272. EUGENIA INUNDATA DC. *Prodr. III. 246.*

γ. ACUTIFOLIA *Bg.* foliis chartaceis, ovate oblongis v. ovate lanceolatis, sensim acuminatis, mucronatis.

FOLIA PETIOLO 1‴ lg.; lamina 12—20‴ lg., 4—7‴ lt. RACEMI 4—6-flori. (v. in hb. Mart.)

Habitat in prov. Maranhensi: Georg Don n. 98.

Pag. 321. post lineam 55 adde:

279.b./289. EUGENIA CASARETTEANA BERG: ramulis foliisque novellis subtus, racemis alabastrisque dense puberulis; foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis, recurvato-longissime acuminatis, basi obtusis v. obtusatis, glabris, obscure pellucido-punctatis, discoloribus, supra nitidis, tenuiter approximateque venosis, limbinerviis; racemis axillaribus, validis; pedicellis validis, longiusculis; germine sulcato, biloculari; sepalis inaequalibus, subrotundis, concavis, obtusissimis, sericeis. ♄

RAMI teretiusculi, albidi, superne obtusanguli, novelli compressi. FOLIA opposita, siccata supra badia, subtus hepatica, glandulosa; PETIOLO 3‴ lg.; lamina 2—4″ lg., 9—18‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus elevato; venis tenuissimis, subpatulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, vix visibilibus. RACEMI 1—1½″ et ultra longi; pedicellis strigosis, 2—7‴ lg. ALABASTRA pyriformia, 1½‴ lg., bracteolis 2, rotundo-ovatis, concavis, acutis, ciliatis, glabriusculis, ½‴ lg. stipata. GERMEN loculis pauciovulatis, sericeo-strigosum. SEPALA 4, alabastro incumbentia, globum petalorum includentia, demum excrescentia, 1‴ lg., reflexa. STYLUS 3‴ lg. (v. in hb. Monac.)

Maxime affinis *Eug. Schlechtendalianae,* sed distincta: foliis latioribus, supra nec elevato-glandulosis, tenuissime venosis; racemis multo validioribus, haud ad thyrsum foliis intermixtum dispositis.

Habitat in silvis ad Coari prov. Rio Negro: M. Pl. Najas.

Pag. 372. n. 33. lege:

MYRCIARIA MARANHENSIS.

Pag. 384. post lineam 54 adde:

4.b./66. PSIDIUM CAMPOMANESIOIDES BERG: innovationibus sericeis ceterum glabrum, ramulis argute 4-gonis; foliis petiolatis, rigidis, oblongis, longiuscule acuteque acuminatis, basi breviter acutis, utrinque minute glandulosis, supra laevigatis, sub-

aveniis, subtus tenuissime venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, binis, 1-floris, petiolo 2—3-plo longioribus; germine triloculari; calyce obtuse 5-lobo, lobis minime fissis. ♄

Rami carinis tandem delapsis teretiusculi; ramuli badii. Folia opposita, siccata obscura, margine recurva, vix pellucido-punctata; petiolo 2‴ lg.; lamina circiter 3″ lg., 11—14‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus elevato; venis tenuissimis, subpatulis, supra oblitteratis, subtus prominulis. Pedunculi 7‴ lg. Germen hemisphaericum, glabrum, bracteolis 2, ovato-oblongis, subconcavis, obtusatis, ciliolatis, ½‴ lg. stipatum, extrorsum et introrsum glandulis instructum; sporophoris bilamellatis, multiovulatis. Sepala 5, subrotunda, extus glabra, ciliolata, intus sericea, 1‴ lg. Petala 5, obverse oblonga, 6‴ lg. Stamina plurima, duplo breviora. Stylus 5‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. Mart.)

Habitat prope Panuré ad Rio Uaupés, in prov. do Alto Amazonas, florebat Octobri — Januario: R. Spruce n. 2670. Pl. Najas.

Pag. 404. post lineam 27 adde *Psidio cinereo:*

Tabula nostra XLI.a.

Pag. 410. post lineam 17 adde:

62.b./67. PSIDIUM DONIANUM Berg: glabrum; foliis breviter petiolatis, rigidis, ovali-oblongis, recurvato- breviter acuminatis, basi subacutis, nitidis, impellucido-punctatis, costatis, arcuatim limbinerviis; bacca obovato-oblonga, calycis basi coronata, polysperma. ♄

Psidium aromaticum Don Mss., nec Aubl.

Rami teretes, grisei, striati; ramuli tetragoni; novelli ad fructescentiae tempus desunt. Folia opposita, siccata supra fuscoatra, subtus hepatica; petiolo 1½‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 13—19‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis utroque latere 7—8, patentibus, antrorsum adscendentibus arcuatimque unitis, supra obsoletis v. subimpressis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, fere oblitteratis. Bacca 22‴ lg., 13‴ lt., pericarpio crasso, dissepimentis membranaceis, medio solutis. Semen hippocrepicum, 2‴ lg., testa ossea, embryone uncinato instructo. (v. specimen depauperatum monocarpicum fructu soluto in hb. Mart.)

A *Psidio aromatico Aubl.* valde diversum.

Habitat in prov. Maragnanensi: Georg Don n. 102. Pl. Najas.

Pag. 412.

2. CALYCOLPUS GOETHEANUS Berg.

Habitat etiam in vicinia Barra prov. do Alto Amazonas, fructificabat Decembri — Martio: R. Spruce n. 1174.; nec non prope Caripi juxta Para in prov. Paraënsi, fructificabat Augusto: R. Spruce.

TABULAE MYRTACEARUM.

Tab. I.—VII. exhibent folia multarum specierum ex invento cl. Aloisi Auer, quod „Naturselbstdruck“ vocatur, quasi natura ipsa typographo, impressa, ut nervi et venarum decursus exacte pateant. — *s.* denotat faciem superiorem, *i.* inferiorem.

I. Fig. 1. Gomidesia Blanchetiana *i.*, p. 14.
2. Gomidesia Sellowiana *i.*, p. 21.
3. Gomidesia Chamissoeana *i.*, p. 11.
4. Gomidesia reticulata, *β.* angustifolia *i.*, p. 16.
5. Gomidesia Hookeriana *i.*, p. 18.
6. Gomidesia Cambessedeana *s.*, p. 24.
7. Calyptranthes musciflora, *ε.* venosa *i.*, p. 54.
8. Gomidesia Fenzliana, *α.* obovata *i.*, p. 20.
9. Calyptranthes musciflora, *β.* angustifolia *s.*, p. 54.
10. Marlierea parvifolia *i.*, p. 33.
11. Marlierea excoriata, *α.* latifolia *i.*, p. 35.
12. Marlierea sessiliflora *i.*, p. 34.
13. Rubachia Neuwiedeana *s.*, p. 29.
14. Calyptranthes macrophylla *i.*, p. 45.
15. Calyptranthes Pohliana *i.*, p. 42.
16. Calyptranthes multiflora *i.*, p. 42.

Tab. I. Fig. 17. Calyptranthes axillaris *i.*, p. 53.
18. Calyptranthes ovata *s.*, p. 50.
19. Calyptranthes pulchella, *β.* latifolia *i.*, p. 43.

II. Fig. 20. Calyptranthes clusiaefolia *i.*, p. 39.
21. Calyptranthes Martiusiana *s.*, p. 47.
22. Calyptromyrcia costata *i.*, p. 56.
23. Calyptromyrcia puberula *i.*, p. 57.
24. Aulomyrcia longipes, *α.* spathulata *i.*, p. 94.
25. Aulomyrcia prunifolia *i.*, p. 94.
26. Aulomyrcia pulchra *i.*, p. 68.
27. Aulomyrcia intermedia *i.*, p. 107.
28. Aulomyrcia alloiota, *α.* cuneata *i.*, p. 92.
29. Aulomyrcia torta (fol. adultum) *s.*, p. 138.
30. Aulomyrcia suffruticosa *s.*, p. 136.
31. Aulomyrcia torta (fol. annotinum) *s.*, p. 138.
32. Aulomyrcia buxifolia, *β.* ovalis *i.*, p. 80.
33. Aulomyrcia emarginata *i.*, p. 134.
34. Aulomyrcia hepatica *s.*, p. 132.
35. Aulomyrcia Klotzschiana, *α.* depauperata *i.*, p. 112.
36. Aulomyrcia costata *i.*, p. 79.

Tab. III. Fig. 37. Aulomyrcia pallida *s.*, p. 86.
38. Aulomyrcia bimarginata *s.*, p. 115.
39. Aulomyrcia obovata *s.*, p. 122.
40. Aulomyrcia sphaerocarpa, γ. intermedia *i.*, p. 85.
41. Eugeniopsis Gaudichaudiana *i.*, p. 148.
42. Eugeniopsis ovata *i.*, p. 146.
43. Eugeniopsis Clausseniana, α. rufa *i.*, p. 156.
44. Myrcia lanceolata, β. angustifolia *i.*, p. 155.
45. Myrcia pubipetala *i.*, p. 171.
45.a. Myrcia palustris, α. bracteata *i.*, p. 191.
45.b. Myrcia cordifolia, δ. acuminata *i.*, p. 205.
45.c. Myrcia ambigua, δ. silvatica *s.*, p. 180.
45.d. Myrcia eriopus, α. grandifolia *s.*, p. 152.
46. Myrcia Maximiliana *s.*, p. 164.
47. Myrcia Corcovadensis *i.*, p. 177.
48. Myrcia Berberis, α. latifolia *i.*, p. 170.
49. Myrcia bracteata *i.*, p. 151.
50. Myrcia Kegeliana, γ. angustifolia *i.*, p. 168.
51. Myrcia bullata *s.*, p. 153.
52. Myrcia guajavaefolia, α. perforata *i.*, p. 160.
53. Myrcia costata, β. Minensis *i.*, p. 157.
54. Myrcia acuminatissima *i.*, p. 167.
55. Myrcia Ypanemensis *i.*, p. 186.
56. Myrcia hypoleuca *s.*, p. 203.
57. Myrcia phaeoclada, β. Alagoënsis *i.*, p. 167.
58. Myrcia gemmiflora *i.*, p. 190.
59. Myrceugenia myrtoides, β. stricta *i*, p. 211.

IV. Fig. 60. Eugenia lanceolata *i.*, p. 276.
61. Eugenia Tocaiana *i.*, p. 269.
62. Eugenia velutina *s.*, p. 317.
63. Eugenia sphenophylla, δ. prasina *s.*, p. 288.
64. Eugenia linearifolia, β. oppositifolia *i.*, p. 230.
65. Eugenia Bagensis, γ. latifolia *i.*, p. 231.
66. Eugenia Ferreiraeana *s.*, p. 285.
67. Eugenia dictyophleba *i.*, p. 226.
68. Eugenia splendens *i.*, p. 226.
69. Eugenia glomerata, γ. genuina *i.*, p. 267.
70. Eugenia pyramidalis *i.*, p. 236.
71. Eugenia stigmatosa, α. obtusata *s.*, p. 251.
72. Eugenia cyclophylla *i.*, p. 287.
73. Eugenia rubrocincta *i.*, p. 291.
74. Eugenia Romana *s.*, p. 264.
75. Eugenia Chrystaënsis *i.*, p. 222.
76. Eugenia Kunthiana, α. pellucida *s.*, p. 236.
77. Eugenia tenuifolia, α. axillaris *i.*, p. 249.
78. Eugenia cuspidata *i.*, p. 286.
79. Eugenia Itacolumensis *i.*, p. 253.
80. Eugenia leptoclada *i.*, p. 248.
81. Eugenia planiramea *i.*, p. 234.
82. Eugenia aurata (fol. novellum) *i.*, p. 273.
83. Eugenia aurata (fol. adultum) *i.*, p. 273.
84. Eugenia Barrerensis *i.*, p. 313.
85. Eugenia Schüchiana *i.*, p. 258.
86. Eugenia repanda *s.*, p. 304.

V. Fig. 87. Phyllocalyx limbatus *i.*, p. 332.
88. Phyllocalyx macrosepalus *i.*, p. 333.
89. Stenocalyx mutabilis (fol. adultum) *i.*, p. 347.
90. Phyllocalyx edulis, α. depauperatus *s.*, p. 327.
91. Phyllocalyx retusus *i.*, p. 331.
92. Stenocalyx sulcatus, α. latifolius *s.*, p. 339.
93. Stenocalyx squamiflorus *s.*, p. 345.

Tab. V. Fig. 94. Phyllocalyx mutabilis (fol. novell.) *i.*, p. 347.
95. Stenocalyx Pitanga *i.*, p. 341.
96. Myrcianthes Cisplatensis, β. latifolia *i.*, p. 353.
97. Mitranthes Gardneriana *i.*, p. 354.
98. Myrciaria tenella, α. elliptica *i.*, p. 368.
99. Stenocalyx Brasiliensis *i.*, p. 348.
100. Schizocalyx Pohlianus *i.*, p. 358.
101. Calycorectes Schottianus *i.*, p. 357.
102. Myrciaria Amazonica *i.*, p. 374.
103. Myrciaria prasina *i.*, p. 373.
104. Myrciaria lanceolata, α. angustifolia *i.*, p. 363.
105. Myrciaria tolypantha, β. latifolia *s.*, p. 372.
106. Myrciaria delicatula, α. latifolia *i.*, p. 363.
107. Myrciaria tolypantha, β. latifolia *i.*, p. 372.
108. Myrciaria Schüchiana *i.*, p. 373.
109. Siphoneugena Widgreniana *i.*, p. 379.
110. Psidium incanescens, β. parvifolium *i.*, p. 403.
111. Psidium refractum *i.*, p. 394.
112. Psidium Paraënse *i.*, p. 386.
113. Psidium Araça *i.*, p. 397.
114. Psidium Guayava *i.*, p. 396.

VI. Fig. 115. Psidium rufum *s.*, p. 393.
116. Psidium densicomum *i.*, p. 390.
117. Psidium persicifolium *i.*, p. 408.
118. Psidium Sprucei *i.*, p. 396.
119. Psidium Pohlianum *i.*, p. 390.
120. Psidium coriaceum, α. obovatum *i.*, p. 401.
121. Myrtus Sellowiana *i.*, p. 413.
122. Psidium argenteum, δ. angustifolium *i.*, p. 388.
123. Myrtus mucronata, β. opaca *i.*, p. 416.
124. Myrtus cuspidata, β. pentamera *i.*, p. 415.
125. Myrtus cuspidata, α. tetramera *i.*, p. 415.
126. Myrtus incana *i.*, p. 416.
127. Psidium oligospermum *i.*, p. 409.
128. Psidium variabile *i.*, p. 401.
129. Calycolpus Goetheanus *i.*, p. 412.
130. Myrtus suffruticosa, α. latifolia *i.*, p. 418.
131. Myrtus rigida *i.*, p. 417.
132. Blepharocalyx acuminatus *i.*, p. 426.
133. Blepharocalyx acuminatissimus *i.*, p. 421.
134. Myrtus acutata *i.*, 415.
135. Pseudocaryophyllus sericeus *i.*, p. 429.
136. Campomanesia aurea *i.*, p. 454.
137. Abbevillea Schlechtendaliana *i.*, p. 435.
138. Blepharocalyx sessilifolius *s.*, p. 428.
139. Abbevillea Gardneriana *i.*, p. 436.
140. Abbevillea chrysophylla *i.*, p. 437.
141. Campomanesia rugosa *i.*, p. 439.
142. Abbevillea Fenzliana, γ. intermedia *i.*, p. 434.
143. Abbevillea rufa *i.*, p. 437.
144. Campomanesia caerulea, parvifolia *i.*, p. 455.
145. Campomanesia discolor, β. oppositifolia *i.*, p. 440.
146. Campomanesia cyanea, β. ovata *s.*, p. 454.
147. Campomanesia repanda *i.*, p. 456.
148. Campomanesia reticulata *i.*, p. 439.
149. Campomanesia lineatifolia *i.*, p. 449.

VII. Fig. 150. Lecythis Pohlii *i.*, p. 484.
151. Couratari legalis *i.*, p. 513.
152. Myrrhinium atropurpureum *i.*, p. 466.
153. Couratari Estrellensis *i.*, p. 511.
154. Lecythis ovata, η. ovalifolia *i.*, p. 498.

Tab. VII. Fig. 155. Acrandra laurifolia *i.*, p. 482.
156. Lecythis lanceolata *i.*, p. 460.
157. Britoa dichotoma *i.*, p. 463.
158. Orthostemon Sellowianus *i.*, p. 467.
159. Lecythopsis rufescens *i.*, p. 504.
160. Gustavia Brasiliana *i.*, p. 472.
161. Gustavia lineata *i.*, p. 507.
162. Lecythis (Eschweilera) angustifolia *i.*, p. 589.
163. Couratari legalis *i.*, p. 513.
164. Myrrhinium rubriflorum *i.*, p. 466.

VIII. IX. Evolutionis historia floris Punicae, p. 6. et 514.

X. Cerqueiria Sellowiana, p. 10.
XI. Gomidesia spectabilis, p. 12.
XII. Gomidesia Sellowiana, p. 21.
XIII. Rubachia Antonia, p. 29.
XIV. Marlierea Estrellensis, p. 34.
XV. Marlierea Schottiana, p. 36.
XVI. Calyptranthes Martiusiana, p. 47.
XVII. Calyptranthes tetraptera, p. 53.
XVIII. Calyptromyrcia cymosa, p. 58.
XIX. Aulomyrcia obovata, p. 122.
XX. Aulomyrcia ternifolia, p. 134.
XXI. Eugeniopsis Clausseniana, p. 145.
XXII. Eugeniopsis cannaefolia, p. 148.
XXIII. Myrcia hispida, p. 152.
XXIV. Myrcia lanuginosa, p. 205.
XXV. Myrceugenia myrtoides, p. 211.
XXVI. Eugenia sancta, p. 237.
XXVII. Eugenia aurata, p. 273.
XXVIII. Eugenia Amazonica, p. 322.
XXIX. Phyllocalyx edulis, p. 327.
XXX. Phyllocalyx retusus, p. 321.
XXXI. Stenocalyx sulcatus, p. 339.
XXXI.a. Stenocalyx Brasiliensis, p. 347.
XXXII. Myrcianthes apiculata, p. 352.
XXXIII. Mitranthes ovalifolia, p. 356.
XXXIV. Calycorectes Sellowianus, p. 356.
XXXV. Schizocalyx Pohlianus, p. 358.
XXXVI. Myrciaria tenella, p. 368.
XXXVII. Myrciaria Maranhensis, p. 372.
XXXVIII. Siphoneugena densiflora, p. 379.
XXXIX. Hexachlamys humilis, p. 380.
XL. Aulacocarpus Sellowianus, p. 382.
XLI. Psidium incanescens, p. 403.
XLI.a. Psidium cinereum, p. 404.
XLII. Psidium grandifolium, p. 406.
XLIII. Calycolpus Goetheanus, p. 412.
XLIV. Myrtus cuspidata, p. 415.

Tab. XLV. Myrtus incana, p. 416.
XLVI. Blepharocalyx lanceolatus, p. 422.
XLVII. Blepharocalyx apiculatus, p. 425.
XLVII.a. Pseudocaryophyllus sericeus, p. 429.
XLVIII. Abbevillea Klotzschiana, p. 434.
XLIX. Campomanesia xanthocarpa, p. 451.
L. Campomanesia cyanea, p. 454.
LI. Acrandra Sellowiana, p. 459.
LII. Acrandra laurifolia, p. 460.
LIII. Britoa Sellowiana, p. 463.
LIV. Orthostemon Sellowianus, p. 468.
LV. Gustavia augusta, p. 469.
LVI. Gustavia angusta, p. 469. Analysis fructus.
LVII. Couroupita Surinamensis, p. 476.
LVIII. Couroupita Surinamensis, p. 476. Floris analysis.
LIX. Couroupita Surinamensis, p. 476. Fructus.
LX. Bertholletia excelsa, p. 478. Anal. floris et seminis.
LXI. Bertholletia excelsa, p. 478. Fructus.
LXII. Lecythis Pisonis, p. 481. Fructus.
LXIII. Lecythis lanceolata, p. 482. Fructus.
LXIV. Lecythis urnigera, p. 483. Fructus.
LXV. Lecythis urnigera, p. 483. Fructus.
LXVI. Lecythis Amazonum, p. 484. Fructus.
LXVII. Fig. I. Lecythis Amazonum, p. 484.
II. Lecythis monosperma, p. 485.
LXVIII. Lecythis Pohlii, p. 484. Fructus.
LXIX. Lecythis (Eschweilera) Marowynensis, p. 489.
LXX. Lecythis (Eschweilera) angustifolia, p. 489.
LXXI. Lecythis (Eschweilera) angustifolia, p. 489. Anal.
LXXII. Lecythis (Eschweilera) coriacea, p. 491. Fructus.
LXXIII. Fig. I. Lecythis (Eschweilera) grandifolia, p. 494.
II. Lecythis (Eschweilera) turbinata, p. 493.
III. Lecythis (Eschweilera) idatimonoides, 496.
LXXIV. Lecythis (Eschweilera) Luschnathii, p. 499.
LXXV. Fig. I. Lecythopsis rufescens, p. 504. Fructus et seminis analysis.
II. Couratari (?) coriacea, p. 510.
LXXVI. Lecythopsis glabra, p. 505. Fructus et semen.
LXXVII. Couratari lineata, p. 508.
LXXVIII. Couratari Uaupensis, p. 508.
LXXIX. Fig. I. Couratari macrocarpa, p. 509.
II. Couratari aulacocarpa, p. 509. Fructus.
III. Couratari dictyocarpa, p. 510. Fructus.
IV. Couratari Paraënsis, p. 510. Fructus.
V. Couratari Estrellensis, p. 511.
LXXX. Couratari domestica, p. 510.
LXXXI. Couratari Estrellensis, p. 511.
LXXXII. Couratari legalis, p. 513.

Sigla

pro declarandis figuris et partium analysibus in Myrtaceis Florae Brasiliensis usurpata.

1. Flos, statu expansionis, cum bractea aut illa demta. *dfl.*: defloratus.
2. Alabastrum.
3. Perigonium (integumentum florale s. aulaeum L.).
4. Calyx.
5. Calycis pars per anthesin calyptratim abrupta.
6. Calycis sepala aut partitiones.
7. Petalum s. tota corolla.
8. Hypanthii pars inferior, parietem germinis inferi formans.
9. Hypanthii pars libera, supra germen producta.
10. Parastemones (verticillus staminoides aut plures).
11. Staminum verticillus aut plures (in Lecythideis in ligulam connati).
11. *sine a* idem, demtis antheris.
12. Stamen.
13. Stamen cassum (staminodium).
14. Anthera.
15. Pollen.
15*a*. Pollinis tubulus.
16. Carpophylla vel carpophyllum.
16*e*. Carpophylla exteriora.
16*i*. Carpophylla interiora (in Granateis diaphragma formantia.)
17. Germen s. pars hypanthii inferior superne carpophyllis obtecta et clausa.
18. Stylus.
18*a*. Canalis stigmaticus.
19. Stigma.
20. Ovulum aut ovula.
21. Micropyle.
22. Hilum s. umbilicus.
23. Funiculus umbilicalis ovuli.
24. Fructus simplex (ex unico verticillo carpophyllorum coadunatorum). Fructus cujus operculum ademtum eodem numero notatur.
24*i*. Insertio pedunculi in fructu, a basi viso.
24*v*. Vertex fructus.
25. Fructus duplex (ex duobus verticillis carpophyllorum coadunatorum).
26. Pericarpium.
27. Epicarpium.
28. Mesocarpium.
29. Endocarpium.
30. Dissepimentum.
31. Operculum fructus circumscissi; *i*. intus visum.
32. Placenta s. sporophorum.
32*a*. Funiculus seminis.
32*b*. Arillus.
32*bs*. Arillus solutus in fibras.
33. Semen.
34. Epispermium, integumentum seminis.
35. Testa s. spermodermis s. tunica exterior.
35*i*. Testae stratum interius.
35*l*. *sp*. Loculi spurii in testa (Bertholletiae).
36. Tunica interior, endopleura.
36*e*. (vel 36*a*. i. e. antice) ejus stratum exterius.
36*i*. (vel 36*p*. i. e. postice) ejus stratum interius.
37. Ala seminis.
38. Nucleus seminis.
39. Albumen.
40. Embryo s. corculum L.
40*e*. Stratum extimum compagis embryonis.
40*s*. Substantia embryonis.
41. Corpus cotyleum v. cotylae.
42. Rostellum, s. radicula Gaertn.
43. Plumula.
44. Gemma foliacea.
45. Gemma mixta.
46. Stipulae.
b. Bractea.
bα. Bracteola vel bracteolae, quarum quae pro prima (α) sit habenda, in medio relinquitur.
D. Diagramma floris.
|| Sectio verticalis.
= Sectio horizontalis.
\+ Magnitudo aucta.
— Magnitudo diminuta.
a. Antice, pars antice visa.
p. Postice, i. e. inde ab axi visum.
l. A latere visum.
b. addito numero significat: a basi visum.
d. Desuper visum.
j. Organum junius (novellum), aut semimaturum.
m. *n*. Magnitudo natur.
* Arte expansum.

Myrtearum tabulas omnes delineavit, duce Berg, cl. C. F. Schmidt Berolinensis, exclusis tab. 8 et 9, quas auctor ipse fecit et 49. et 50., quas Martius ut opus de Brasiliae plantis medicinalibus nondum editum intrent olim pingendas curaverat (*Eugeniae xanthocarpae* et *variabilis* nomine in ejus Syst. Mat. med. veget. Bras. p. 31. 62. memoratas). — Icones Gustaviae et Lecythidearum delineavit, duce Martio, cl. Lud. a Passauer, Monacensis, omnes, praeter t. 74. 77. 78. et 81., quas cl. Schmidt Berolini exhibuit.

MYRCIARIA tenella. ∝ elliptica.

MYRCIARIA Maranhensis.

SIPHONEUGENA densiflora.

HEXACHLAMYS humilis.

AULACOCARPUS Sellowianus.



PSIDIUM incanescens, v. rotundifolium.

PSIDIUM cinereum γ. grandifolium.

PSIDIUM grandifolium β intermedium.

CALYCOLPUS Goetheanus.


1


2


7


12 15


17

MYRTUS cuspidata.

MYRTUS incana.

BLEPHAROCALYX lanceolatus.

BLEPHAROCALYX apiculatus.

PSEUDOCARYOPHYLLUS sericeus.

ABBEVILLEA Klotzschiana, α longipes.

CAMPOMANESIA xanthocarpa.



CAMPOMANESIA cyanea β ovata, I ∝ cordata.

1 ||

7

12

15

17 =

ACRANDRA Sellowiana.

ACRANDRA laurifolia.

BRITOA Sellowiana.

ORTHOSTEMON Sellowianus.



GUSTAVIA augusta.

24.

24 d.



30.

30.

24 II

24 II

30

32 a.

32 a.



33.

32 b

33.

41.

33 II

hilus

33

33.



34 +

33 II



36 +

32 b.

32 b S

32 b S +



41

41 b.



41



41 +

43

41 b.

GUSTAVIA augusta.

COUROUPITA Surinamensis.

2
7
4 b
4 b
11
11 d
11 b
11 *
+
4 b +
11


12
+
15 +
D
4 l
4 d *
17 ||
+


17 = +



1 *


17 j = +


20 +

20 +


21 +

33

35
36

40


33 +
42


40 +

40 + *

42 || +

36 e +


35 +

36 i +

pulpa

COUROUPITA Surinamensis.

24.

24=



24 ll



24 i



24 v.

24 v +

COUROUPITA Surinamensis.

BERTHOLLETIA excelsa.

24.



31.





29=

24 b.

BERTHOLLETIA excelsa.

24 b.

24 d.

33.

LECYTHIS Pisonis .

24 *l.*

24 *b*

LECYTHIS lanceolata.

24.

LECYTHIS urnigera.



24 d.



LECYTHIS urnigera.

24.

LECYTHIS Amazonum.

24 d.

I.

II.

24.

II.

33 b.

33 d.

33 b.

LECYTHIS I. Amazonum, II. monosperma.

24 c.

24 d.

33.

31.

LECYTHIS Pohlii.

LECYTHIS (Eschweilera) Marowynensis.

LECYTHIS (Eschweilera) angustifolia.

LECYTHIS (Eschweilera) angustifolia.

24.

24 d.

30.

31 i.

24.



33.

24.

30.

33.

33.

34 ||

38.

33 ||

42

33

43

+



43

42

33 ||



35+

36 e +

42

43

33 || +



35+ ad hilum.



hilus +

LECYTHIS (Eschweilera) coriacea.

I.

24 b.



24 c

II.



24.



33.

II.

24 d.

33.

III.

24 b.



24 b.

(III.)



24 b.

(I.)

24 b.

(I.)



24 d.



24 b.



24 d.

LECYTHIS (Eschweilera) I. grandifolia, II. turbinata, III. idatimonoides.

(/) *Fructus exsiccati.*

LECYTHIS (Eschweilera) Luschnathii.

I.

24.

24.

31.



33 p.



33 a.

33 l.



35 +



36 +

33 II

40.

40 *

40 +

42 II +.

II.

24 exsiccatus.

24 recens.

I. LECYTHOPSIS rufescens. II. COURATARI ? coriacea.

24.

31.

24 d.

24.



P



l

33



a



35 +



36 +



37.....

38.....

35.....

36.....

37.....

33



40.

40 * +

42 || +

LECYTHOPSIS glabra.

COURATARI lineata.

COURATARI Uaupensis.

I.

24.

31.



24.

31.

24 d.



24 d.



II.

24.



III.

24.

IV.

V.

31.

24.



24.

40.

33

COURATARI I. macrocarpa, II. aulacocarpa, III. dictyocarpa, IV. Paraënsis, V. Estrellensis.

COURATARI domestica.

COURATARI Estrellensis.

COURATARI legalis.

FLORA BRASILIENSIS

SIVE

ENUMERATIO PLANTARUM

IN

BRASILIA

HACTENUS DETECTARUM

QUAS

CURA MUSEI CAES. REG. PALAT. VINDOBONENSIS

SUIS ALIORUMQUE BOTANICORUM STUDIIS DESCRIPTAS

ET

METHODO NATURALI DIGESTAS

SUB

AUSPICIIS

FERDINANDI I.

AUSTRIAE IMPERATORIS

ET

LUDOVICI I.

BAVARIAE REGIS

EDIDIT

CAROLUS FRID. PHIL. DE MARTIUS.

ACCEDUNT CURAE VICE MUSEI CAES. REG. PALAT. VINDOBON.

EDUARDI FENZL.

FASCICULUS XVIII. PARS III. (☞ Finis Voluminis.)

MYRTACEAE expos. O. Berg: Supplementum, Utilium Elenchus et Index. pag. 529 — 656.

PRETIUM: 6½ Flor.

LIPSIAE APUD FRID. FLEISCHER IN COMM.
MONACHII, m. 15. JAN. 1859.

MYRTOGRAPHIAE BRASILIENSIS

SUPPLEMENTUM.

Contigit nobis rara fortuna, ut plantarum ordinem perlustrare potuerimus, qui post Candollii et Cambessedesii curas, quantum ad Americanas species attinet, parum increverat. Nam illae paucae, quae cura virorum cl. Hooker, Bentham, Miquel, Spring, Schlechtendal, Gardner aliorumque palam factae sunt, nullo numero putandae pro summa speciminum copia, quae intacta et indeterminata huc usque in herbariis servabantur. Quam ob rem viro cl. Klotzsch, qui ordinem in opulentissimo phytophylacio R. Berolinensi nobis tractandum liberaliter proposuit, tantum debemus quantum ille quidem ad laborem perficiendum maxime aptus et natus est. Hujus ordinis specimina Brasiliensia omnia Martiana, Maximiliana, Sellowiana, Pohliana, Schottiana, Pöppigiana, Blanchetiana, Luschnathiana, Claussениana, Regnelliana, Widgreniana, pleraque Gaudichaudiana, Orbigniana, Spruceana, Gardneriana, Doniana, Tweediana, nec non aliorum peregrinatorum ipse vidi, quae in herbariis Monacensi, Martiano, Berolinensi, Vindobonensi, Sonderiano, Kunthiano, Sprengeliano, Neesiano rel. inveniuntur. Verum deerant specimina Hilariana, Weddelliana et Riedeliana, quorum haec in herbario horti botanici Petropolitani conservata, quando Myrtographiam hujus operis absolvebamus, nondum accipere potuimus. Jam vero liberaliore apud Ruthenos consuetudine viri cl. Regel, qui illi horto praeest, opera et studio omnes herbarii Petropolitani Myrtaceas in America crescentes inspicere et determinare nobis concessum est. Copiae herbarii Petropolitani, praesertim ex opulentissimis collectionibus Riedelii congestae, cum propter species indescriptas et multiplices varietates maximi sunt pretii, tum eo, quod Myrtaceas, immo quam plurima alia vegetabilia offerant *primas* in fluvii Madeira regione superiore et ad fines Paraguariae collectas. Unde factum est, ut Florae Brasiliensis editor, a regula hucusque servata deflectens, supplementum Riedelianum, tanquam gravissimis causis commendatum, receperit.

Quum specimina Myrtacea non semper integra atque solida in herbariis adsint, nec ad acriorem descriptionem sufficiant, commodissimum visum est species novas constituere, ubi foliorum forma aut nervatura aut glandularum dispositione et natura, porro inflorescentiae evolutione et modo aliisve notis specimina plus minus confinia inter se discernebantur. Satius enim est, species dubias separare quam in unam copulare, et quia ex unitis, sed re vera diversis speciebus spuria existat diagnosis, quae in neutram cadere potest, ita ut si ambae in diversis herbariis alteri cuidam Botanico obveniant, certo duae novae species creentur, et quod facilius erit plantas unius speciei, sed propter incompletam materiam separatas, ubi hacc copiosior aderit, justo modo rursus contrahere, quam aliquam non intellectam et falso collocatam speciem suo loco ponere, quae deinde aut plane in occulto se continebit, aut novum errorem creabit.

SUPPLEMENTUM MYRTACEARUM.

Tribus I. MYRTEAE DC. *Bg. supra p. 10.*

Subtribus I. MYRCIOIDEAE Bg. *l. c. p. 10.*

II. GOMIDESIA Bg. *l. c. p. 11.*

Pag. 13. post *Gomidesiam Brownianam* adde:

4.b/40. GOMIDESIA MAGNIFOLIA Berg: ramulis paniculisque, foliis subtus fructibusque ferrugineo-tomentosis; foliis sessilibus, chartaceis, ovali-oblongis, sensim acutatis, basi obtusis, discoloribus, impellucido-punctatis, supra glabriusculis, impresso-, subtus elevato-costatis, reticulatis, duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus, duplicato-ramosis, folio brevioribus; germine biloculari; bacca depresso-globosa, sepalis truncatis, erectis coronata, costata, monosperma.

Frutex arborescens, 15—20-pedalis; rami ultimi validi, 4-goni, 8—10‴ crassi, ad nodos callo interpetiolari horizontali instructi. Folia opposita, siccata supra hepatica, subtus praesertim ad nervos ferrugineo-tomentosa, bipedalia et ultra, 9″ lt.; nervo medio venisque patulis, rectis, supra impressis, subtus incrassatis; venulis interjectis reticulatis, subtus prominentibus. Panicula decomposita, pedalis, rhachide valida, 4-gono-compressa, ad nodos callo horizontali instructa, basin versus 5‴ lt. Bacca (immatura) 6—8‴ diametro, sepalis concavis, 1½‴ lg., 2½—3‴ lt. coronata, pericarpio crasso, extrorsum glanduloso. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt a *Gomidesia amplexicauli:* indumento tomentoso; foliis haud amplexicaulibus; sepalis truncatis; a *Gomidesiis Linkiana* et *Pohliana:* foliis sessilibus, nec bullatis.

Habitat in silvis humidis prope Macahé prov. Rio de Janeiro, florebat Junio: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 13. post descriptionem *Gomidesiae amplexicaulis* inseratur:

5.b./41. GOMIDESIA LANGSDORFFII Berg: ramulis foliisque junioribus subtus, paniculis et alabastris ferrugineo-tomentosis; foliis breviter petiolatis, rigidis, ovate oblongis, antrorsum sensim attenuatis, acutis, basi subcordatis v. obtusis, supra nitidis, impresso-punctatis, elevato-reticulato-venosis, subtus costatis, subduplicato-limbinerviis; paniculis subterminalibus, 1—2-nis ideoque 2 v. 4, folio brevioribus, multifloris; germine sulcato, 2-loculari; sepalis inaequalibus, exterioribus 2 obtusatis, interioribus rotundatis. ♄

Rami glabri, obtuse 4-goni, exophloeo badio delapso cinnamomei. Ramuli compressi, velutini, ad nodos callo interpetiolari sursum angulum rectum formante instructi. Folia margine revoluta, obscure pellucido-punctata, subtus opaca, reticulata, adulta subglabrata; petiolo crasso, 3‴ lg.; lamina 6—8¼″ lg., 24—32‴ lt.; nervo medio supra prominente, subtus incrassato; venis subpatulis, plurimis, supra prominentibus, subtus magis elevatis; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Panicula 6″ lg. aut altera ejusdem axillae saepe duplo minor. Alabastra obovata, 3‴ lg.; bracteolis hypanthis caducis. Germen tomentosum, 2-loculare, 4-ovulatum, disco concavo terminatum. Sepala 5, tomentosa, majora ¾‴ lg. Petala 5, subrotunda, concava, extus sericea, 2‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 14. adde:

GOMIDESIA SPRINGIANA β. membranacea *Bg.*

Frutex 12—15-pedalis, floribus albis.

Habitat quoque in siccis saxosisque prope Castel novo in districtu Ilheos prov. Bahiensis, florebat Novembri: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 14. ante *Gomidesiam Poeppigianam* inseratur:

7.b./42. GOMIDESIA RIEDELIANA Berg: ramulis, foliis subtus praesertim ad nervos, paniculis, alabastris brunneo-tomentosis; foliis sessilibus, chartaceis, subrotundo-obovatis v. -ovalibus, obtusis brevissimeque apiculatis, basi acutis, discoloribus, supra puberulis, demum glabris et impresso- creberrime pellucido-punctatis, subtus costatis, reticulatis, duplicato-limbinerviis; paniculis spicaeformibus, subterminalibus, 1—2-nis, folio multo brevioribus, validis, paucifloris; floribus congestis; germine biloculari; sepalis brevibus, rotundatis.

Arbor 15—20-pedalis. Ramuli obtuse tetragoni, exophloeo delapso albidi, nodis incrassatis, superne compressi, tomentosi; callo interpetiolari ob tomentum obsoleto. Folia subtus pallidiora, petiolo vix ullo; lamina 4—5″ lg., 33—38‴ lt.; nervo medio venisque subdivaricatis, distantibus, utroque latere 10—14, supra impressis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, supra oblitteratis, subtus prominentibus. Paniculae spicaeformes, 1—2″ lg., altera ejusdem axillae duplo brevior, apice capitatim 3-, 5- v. 9-florae, saepius

ramis 2 oppositis, abbreviatis, crassis, $1\frac{1}{2}'''$ lg., 1—3-floris, a capitulo terminali remotis auctae. Alabastra obovata, $2'''$ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen tomentosum, biloculare, 4-ovulatum, loculis minutis, disco concavo, tomentoso obtectum. Sepala 5, inaequalia, extus margineque tomentosa, $\frac{1}{2}'''$ lg., $\frac{3}{4}$—$1'''$ lt. Petala 5, obovata, concava, extus sericea, alba, $2'''$ lg. Stamina plurima, $3'''$ lg., antheris oblongis. Stylus basi sericeus, $4'''$ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat ad ripas rivulorum in montibus S. d'Estrella, florebat Februario: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 15. ante *Gomidesiam anacardiaefoliam* inseratur:

8.b./43. GOMIDESIA SONDERIANA Berg: ramulis, costa foliorum subtus, pedunculis adpresse pilosis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis v. oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis, apice longe obtusiuscule acuminatis, basi acutis, nitidis, supra impresso-, pellucido-punctatis, subtus glandulosis, pallidis, tenuiter venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; pedunculis subterminalibus, folio multo brevioribus, apice 3—7-floris; bacca subglobosa, tenuissime velutina, sepalis conniventibus, brevibus, latis coronata.

Frutex. Rami exophloeo cinereo, lamellatim delapso laeves, cinnamomei, teretiusculi, superne compressi, pubescentes; callo interpetiolari horizontali. Ramuli strigoso-villosi. Folia supra splendentia, laevigata, petiolo 2—3''' lg.; lamina 3—5'' lg., 10—21''' lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus incrassato; venis tenuibus, distantibus, subpatulis, antrorsum adscendentibus et arcuatim unitis, supra oblitteratis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus reticulatis, subtus prominulis. Pedunculi validi, 10''' lg. Bacca 6—10''' lg., sepalis 5, margine inflexis, 1''' lg., coronata. (v. in hb. hort. bot. Petrop. fructiferam.)

Differt a *Gomidesia anacardiaefolia:* foliis angustioribus, utrinque acutioribus, venosis, nec costatis.

Habitat in prov. Rio de Janeiro, fructificabat Junio: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 17. post descriptionem *Gomidesiae Jacquinianae* inseratur:

13.b./44. GOMIDESIA CROCEA Berg: ramulis foliisque novellis subtus et paniculis rufo tomentosis; foliis breviter petiolatis, rigide coriaceis, ovali-oblongis v. oblongis, breviter acuminatis, basi truncatis v. cordatis, supra demum subglabratis, nitidis, tenuiter reticulatis, impresso-venosis, subtus praesertim ad nervos tomentosis, impellucido-punctatis, grosse reticulatis, costatis, limbinerviis; paniculis subterminalibus, oppositis, validis, folio duplo brevioribus; bacca depresso-globosa, 10-costata, pubescente, 1-sperma, sepalis rotundatis, conniventibus, velutinis coronata. ♄

Rami exophloeo circumcirca annulatim soluto et delabente denudati. Ramuli obtuse 4-goni, velutini, cicatricibus petiolorum magnis, ambitu hemicyclicis, centro orbicularibus, geminis oppositis, callo transversali stipulari rotundato conjunctis ornati; novelli subcompressi, dense velutini. Gemmae axillares ovatae, compressae, rufo-velutinae, $2'''$ lg. Callus stipularis perspicuus, rotundatus v. obtusangulus. Folia marginibus ambobus fere parallelis, basin versus parum approximatis, apice obtusata, brevissime acuminata, siccata supra obscure fusca, subtus rufescentia, petiolo valido, velutino, 2—4''' lg., $2\frac{1}{2}$—$3'''$ lt., canaliculato; lamina 6—$7\frac{1}{2}''$ lg., 28—40''' lt.; nervo medio et limbali venisque subdivaricatis, validis, supra impressis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, supra parum prominulis, subtus prominentibus. Paniculae 3-pliciter ramosae, $3''$ lg. et ultra, rhachide valida, compressa, velutina. Baccae costis crassis obtectae, $6'''$ diametro, sepalis 1—$1\frac{1}{2}'''$ lg. coronatae. (v. fructiferam in hb. hort. bot. Petrop.)

Species haec habitu *Pliniae croceae Vell.* maxime similis diversa videtur: foliis obtusatis, brevissime nec longe sensimque acuminatis; dato charactere a *Gomidesia Jacquiniana* diversa.

Habitat in Brasilia: Riedel.

Pag. 24. ante *Gomidesiam Cambessedeanam* inseratur:

29.b./45. GOMIDESIA KLOTZSCHIANA Berg: ramulis cymisque patentim pilosis; foliis subsessilibus, rigidis, planis, ovatis v. ovato-oblongis, obtusis, discoloribus, ciliatis, costa subtus pilosis, demum glabratis, utrinque glandulosis, reticulatis, limbinerviis; cymis axillaribus, folio longioribus, tripartitis, 5- v. 9-floris; floribus pedicellatis, villosis; germine biloculari; sepalis ovatis, acuminatis.

Frutex 2—3-pedalis. Rami teretiusculi, glabri, exophloeo squamatim solubili. Ramuli basin versus glabrati, antrorsum subvillosi. Folia siccata supra atrofusca, elevato-reticulata, subtus pallida, fusco-glandulosa, obsoletius reticulata, margine vix recurva, nec tota revoluta, juniora pellucido-punctata, petiolo vix ullo; lamina $\frac{1}{2}$—$1''$ lg., 3—$6'''$ lt.; nervo medio supra planiusculo, basin versus vix impresso, subtus prominente; venis suberecto-patulis, utrinque prominulis; venulis interjectis reticulatis, supra prominulis, subtus oculo armato visibilibus. Cymae 14—22''' lg., rhachide gracili, basin versus glabriuscula, ramis rhachide brevioribus, 3-, rarius uni-floris; pedicellis alabastro saepissime longioribus. Alabastra obovata, strigosa, $2'''$ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen biloculare, 4-ovulatum, disco concavo, tomentoso terminatum. Sepala 5, extus strigosa, intus glabriuscula, $\frac{3}{4}'''$ lg., decidua. Petala 5, orbicularia, concava, extus sericea, $1'''$ lg. Stamina $2'''$ lg. Stylus ad apicem fere pilosus, $2'''$ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Gomidesia Clausseniana huic speciei maxime affinis differt: indumento densiore, adpresso; foliis multo crassioribus, demum totis revolutis, subtus villosis, subaveniis; pedunculis apice 3—5-floris, capitatim congestis; sepalis lanceolatis.

Habitat in montibus Serra da Piedade prov. Minarum, nec non ad Petropolin prov. Rio de Janeiro, florebat Januario: Riedel. Pl. Oreas, Dryas.

Pag. 25. ad finem descriptionis *Gomidesiae Beyrichianae* addatur:

GOMIDESIA BEYRICHIANA β. acutata *Bg.* foliis apice acutatis v. obtusatis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Riedel et Langsdorff.

Pag. 25. post *Gomidesiam Miquelianam β. brunneam* inseratur:

γ. obtusata: indumento ferrugineo; foliis breviter petiolatis, obtusatis, superne tenuissime reticulatis; cymis 11—17-floris; ramis abbreviatis, arrectis.

Frutex arborescens, 4—8-pedalis, floribus albis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

δ. angustifolia: indumento ferrugineo; foliis subsessilibus, oblongis, acutis, basi obtusatis, superne oculo armato reticulatis; cymis 3—5-floris. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat γ. in fruticetis prope Ouro preto prov. Minarum, florebat Januario: Riedel; δ. in prov. Minarum: Langsdorff.

Pag. 27. post descriptionem *Gomidesiae Aubletianae* inseratur:

37.b./46. GOMIDESIA SPRUCEANA Berg: ramulis, foliis subtus, cymis, alabastris dense pallideque ochraceo-tomentosis; foliis sessilibus, rigidis, ovalibus v. ovato-oblongis, basi subcordatis, postremo subglabratis, supra impresso-punctatis, venosis,

subtus glandulosis, reticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; paniculis spicaeformibus, axillaribus et subterminalibus; folio longioribus, apicem versus 5—11-floris; germine biloculari; sepalis deltoideis, acutis, deciduis. Variat:

α. ACUTIFOLIA: foliis ovatis v. ovato-oblongis, acutis.

FRUTEX 3—4-pedalis. RAMI stricti, inferne albidi, rimulosi, glabri, superne tomentosi. FOLIA supra glabra, nitida, subtus tomentosa, demum subglabrata, 13—21‴ lg., 9—13‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus elevato; venis tenuibus, subpatulis, supra oblitteratis, subtus prominulis. PEDUNCULI 1½″ lg., floribus spicatim glomeratis. ALABASTRA obovata, tomentosa, 3‴ lg. GERMEN 2-loculare, 4-ovulatum. SEPALA 5, lanceolata, acuta, extus tomentosa, intus glabra, ¾‴ lg. PETALA 5, subrotunda, concava, extus sericea, 2‴ lg. STAMINA STYLUSque 3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

β. OBTUSIFOLIA: foliis ovalibus, obtusis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitant in locis saxosis prope Cachoeira prov. Minarum, florebant Decembri: Riedel. Pl. Oreas.

37.c./47. GOMIDESIA REGELIANA BERG: ramulis foliisque subtus, paniculis et alabastris ferrugineo- v. brunneo-tomentosis; foliis sessilibus, rigidis, cordatis, antrorsum sensim acutatis, utrinque praesertim supra glandulosis, ibidem pilosiusculis, demum glabris, obsolete venosis, subtus reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis cymosis, paucifloris, folio longioribus; germine biloculari; sepalis deltoideis, acutis. ♄

RAMI exophloeo delapso glabri. RAMULI tomentosi, tomento demum obscuriore. FOLIA obscure pellucido-punctata, subtus postremo subglabrata, 8—16‴ lg., 6—11‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis erecto-patulis, supra oblitteratis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, tenuioribus, subtus prominulis. PANICULAE 18—22‴ lg., ramis abbreviatis, 3-floris. ALABASTRA obovata, 2‴ lg., bracteolis lanceolatis, acutis stipata. GERMEN 2-loculare, 4-ovulatum, disco concavo, velutino obtectum. SEPALA 5, extus tomentosa, ¾‴ lg. PETALA 5, obovata, extus sericea, 2‴ lg. STAMINA 2‴ lg. STYLUS basi pilosiusculus, 3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in prov. Minarum: Langsdorff. Pl. Oreas.

Pag. 27. ad numerum 38. adde:

GOMIDESIA GAUDICHAUDIANA β. ACUTATA *Bg.* foliis acutis.

FRUTEX 3—4-pedalis, floribus albis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis locorum altorum montium Serro de Caraça, florebat Januario: Riedel.

III. RUBACHIA BG. *l. c. p. 28.*

Pag. 30. ante *Rubachiam spicifloram* inseratur:

4.b./8. RUBACHIA SPATHULATA BERG: ramulis crassis, 4-gonis, foliis novellis ad petiolum et costam subtus, paniculis alabastrisque densissime velutinis; foliis petiolatis, rigidis, approximate oppositis, spathulatis, obtusiuscule acutatis, basi cuneatis, nitidis, glabratis, utrinque impresso-punctatis, venosis, duplicato-limbinerviis, paniculis spicaeformibus, terminalibus, 2—4-nis; germine biloculari; sepalis 5, ovatis, inaequalibus; petalis 5.

ARBOR 20—25-pedalis. RAMI crassi, cortice suberoso, verrucoso. FOLIA siccata hepatica; petiolo crasso, 5—6‴ lg.; lamina 4—12″ lg., 9—40‴ lt.; nervo medio utrinque elevato; venis subpatentibus, utrinque prominentibus; venulis ramosis, tenuioribus, subtus prominulis. PANICULAE ochraceo-velutinae, 3″ lg. ALABASTRA bractea ovata, extus ochraceo-velutina, nigro-punctata, 4—6‴ lg. fulta, ovata, 5‴ lg. GERMEN crassum, carnosum, loculis minutis. CALYX cum parte libera hypanthii ad germinis verticem irregulariter fissus, laciniis patentibus, majoribus 3‴ lg. PETALA 5, obverse oblonga, extus velutina, nigro-punctata, 2‴ lg. STYLUS 4‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat ad vicum Uba prov. Rio de Janeiro, florebat Augusto: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 30. adde:

5. RUBACHIA SPICIFLORA β. GRANDIFOLIA *Bg.* foliis majoribus, acutissime abrupteque acuminatis, glabriusculis; alabastris majoribus bracteisque dense tomentosis.

ARBOR. FOLIA 9″ lg., 27‴ lt.; SPICAE 2—3′ lg., basi involucratae; floribus albis; GERMEN carnosum, loculis 2 minimis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis umbrosis prope Castel novo prov. Bahiensis, florebat Novembri: Riedel. Pl. Hamadryas.

Pag. 31. adde:

7. RUBACHIA GLOMERATA BERG.

ARBOR 15—25-pedalis, frondosissima, flores albi. FRUCTUS 1—2-spermi, lutei, edules, magnitudine Armeniacae.

In hortis culta, Cambucá *dicta, florebat Novembri: Riedel.*

IX. MARLIEREA CAMB. BG. *l. c. p. 31.*

Pag. 33. post lineam 15. adde:

Speciem hanc fruticosam a Luschnathio in prov. Bahiensi detectam indefessus Riedelius quoque mense Julio in silvis inter Inhumerim et Mandioca prov. Rio de Janeiro, sed arborem 15—20-pedalem invenit; foliis minoribus, 3—5¼″ lg., 13—25‴ lt., 4‴ lg. petiolatis, abrupte acuminatis, evidentius costatis; paniculis saepe 2-nis, subterminalibus ideoque 4, ¾—3″ lg.; alabastris ¾‴ lg., demum 3—5-partitis, staminibus 2‴ lg.; stylo 3‴ lg.

Pag. 33. post sectionem 2. „Flores petalis instructi“ addatur:

5.b./19. MARLIEREA LANGSDORFFII BERG: ramulis foliisque novellis subtus pilis albidis, densissimis villoso-strigosis, demum glabris; foliis petiolatis, membranaceis, ovali-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi acutis, discoloribus, obsolete pellucido-punctatis, reticulato-penninerviis, duplicato-limbinerviis; capitulis terminalibus et axillaribus, arctis; alabastro ovato-oblongo, appendiculato, in lobos 4, irregulares rumpente; petalis parvis, spathulatis.

FRUTEX arborescens, 8—10-pedalis. RAMI teretiusculi, superne compressi, graciles. FOLIA siccata supra obscure viridia, subtus pallidiora, petiolo 4—8‴ lg.; lamina 4—7″ lg., 2—3″ lt.; nervo medio supra vix sulcato, subtus elevato; venis tenuibus, plurimis, subpatulis, utrinque parum prominulis, venulis interjectis reticulatis, lucem versus visibilibus. CAPITULA sessilia, 4—5‴ lg., bracteis foliaceis, ovato-oblongis, basi cordatis, 1-nerviis, 6—9‴ lg. obvallata. ALABASTRA 2½‴ lg., densissime longeque strigosa. GERMEN biloculare, 4-ovulatum. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Affinis *Marl. capitatae*, sed distinctâ: indumento innovationum densissimo; capitulis bracteis obvallatis; floribus completis.

Habitat in silvis prope Mandiocca, florebat Novembri: Riedel et Langsdorff. Pl. Dryas.

Pag. 36. ante *Marliéream obscuram* inseratur:

11.b./20. MARLIEREA PARVIFLORA Berg: glabra; foliis petiolatis, demum chartaceis, oblongis, obtusiuscule acuminatis, cuneatis, supra impresso-, subtus elevato-glandulosis, tenuiter venosis, duplicato-limbinerviis; paniculis ex infimis 2 nodis ramulorum oppositis, effusis, gracilibus, nudis; alabastris pedicellatis, obovatis, apiculatis; germine biloculari; calyce demum 4—5-partito.

Frutex 6—8-pedalis; rami graciles, teretiusculi, exophloeo fusco-atro delapso cinnamomei, novelli compressi, 3-nodes; nodis infimis flori-, summo foliiferis. Folia siccata hepatica, opaca, albido-maculata; petiolo 3‴ lg.; lamina 3—4″ lg., 11—16‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, supra demum oblitteratis, subtus prominulis. Paniculae 1½—3″ lg., 2—3-pliciter ramosae; ramis ramulisque gracilibus, divaricatis, bractea subulata fultis; pedicellis alabastro longioribus. Alabastra ¾‴ lg., bracteolis 2 subulatis stipata. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Affinis *Marl. excoriatae*, sed distincta: glabritie, foliis subtus evidentius venosis, praesertim autem paniculis gracilibus, diffusis alabastrisque pedicellatis, minoribus.

Habitat in silvis umbrosis montosis montium Serra d'Estrella, florebat Februario: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 36. ante *Marliéream Schottianam* inseratur:

12.b./21. MARLIEREA REGELIANA Berg: ramulis novellis sericeis, mox glabris; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis, recurvato-acuminatis, basi acutis, glabris, pellucido-punctatis, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; paniculis cymosis, oppositis e nodo infimo ramuli novelli, paucifloris; alabastris obovatis, obtusis, demum 5-partitis; germine biloculari; petalis parvis, spathulatis, 1—3. ♄

Rami teretes, dichotomi, albidi, glabri, exophloeo delabente, ramuli compressi, glandulosi, binodes, nodo infimo flori-, summo foliifero. Folia siccata virentia, subtus pallidiora, elevato-punctata; petiolo 3—5‴ lg.; lamina 4—5″ lg., 15—18‴ lt.; nervo medio supra basin versus impresso, subtus elevato; venis tenuibus, suberecto-patulis venulisque tenuioribus reticulatis, utrinque prominulis. Panicula 1½″ lg., rhachide compressa, pilosiuscula, apice 3—5-flora, ramis 2 oppositis, basi bractea minuta fultis, apice 3-floris. Alabastra 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, minutis stipata, demum ad verticem germinis 5-partita, laciniis coriaceis, oblongis, apice revolutis. Germen biloculare, 4-ovulatum; stylus 3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in Brasilia: Riedel et Langsdorff.

Pag. 37. adde:

14. MARLIEREA GRANDIFOLIA β. minor *Bg.* foliis minoribus; paniculis nutantibus; alabastris demum 4-partitis; petalis 1—4, suborbicularibus; germine 2—3-loculari; bacca globosa v. didyma, 1—2-sperma.

Frutex 6—8-pedalis. Folia 5—8″ lg., 17—33‴ lt. Paniculae 4—8″ lg. Alabastra 1½‴ lg. Bacca calyce coronata, 5—6‴ lg., 6—7‴ lt. Semen testa cartilaginea, nitida, pallida instructum. Embryo cotylis foliaceis, magnis, contortuplicatis, rostello elongato. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis umbrosis prov. Rio de Janeiro, florebat Novembri — Decembri: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 37. adde:

MARLIEREA GLABRA Camb. β. gracilis *Bg.* foliis oblongo-lanceolatis v. lanceolatis, longissime acuminatis; petalis 1—2.

Rami graciles, exophloeo delapso laevigati, cinnamomei; ramuli badii, glandulosi, binodes, nodo infimo parvifolio. Folia chartacea, siccata supra cano-virentia, subtus fusca, nigrescenti-glandulosa, tenuiter reticulato-venosa, duplicato-limbinervia; petiolo 2‴ lg.; lamina 3½—6″ lg., 10—16‴ lt., foliorum nodi infimi 10—14‴ lg., 2½—3‴ lt.; nervo medio utrinque prominente; venis plurimis, tenuibus, suberecto-patulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Paniculae graciles, elongatae, supraaxillares v. potius ex nodo infimo ramuli abbreviati, rhachide badia, 6—8″ lg.; ramis infimis racemosis, superioribus 1-floris; bracteis minutis, subulatis. Alabastra globosa, apiculata, 2‴ lg., bracteolis 2 subulatis stipata. Germen triloculare, sexovulatum. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Maxime affinis *Marl. Schottianae*, sed diversa: pedunculis filiformibus; alabastris bracteolatis; germine triloculari.

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 37. ante *Marliéream resupinatam* inseratur:

15.b./22. MARLIEREA VERTICILLARIS Berg: ramulis novellis, paniculis, bracteis subtus pilosiusculis; foliis 3—4-nis, petiolatis, rigidis, oblongo-lanceolatis v. oblongis, obtuse recurvato-acuminatis, basi obtusatis v. obtusis, nitidis, glabris, glandulosis, supra impresso-, subtus elevato-costatis, duplicato-limbinerviis; panicula terminali, solitaria, ramosissima, foliis longiore; alabastro obovato, obtuso, glabro, demum irregulariter 4—5-partito; germine biloculari; petalis 1—4, parvis, spathulatis.

Arbor. Rami obtuse 3—4-anguli, exophloeo delapso glabri. Folia novella ad florendi tempus desunt, adulta siccata fusco-atra, obscure pellucido-punctata v. opaca, supra glandulis plerumque impressis, subtus minutis, elevatis; petiolo 2—6‴ lg.; lamina 4½—7″ lg., 14—27‴ lt.; nervo medio venisque distantibus, erecto-patulis, antrorsum arcuatim adscendentibus nervoque limbali supra impressis, subtus elevatis. Panicula sessilis, valida, 5—9″ lg., 3—4-pliciter ramosa; ramis bractea oblonga fultis, sparsis, densis, infimis 6″ lg. Alabastra 1¼‴ lg. Flores albi (teste Riedel). Germen 2-loculare, 4-ovulatum. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat ad flumen Itahype prope Castel novo prov. Bahiensis, florebat Novembri: Riedel. Pl. Hamadryas.

Pag. 37. ante *Marliéream rufam* inseratur:

16.b./23. MARLIEREA DIMORPHA Berg: ramulis paniculisque compressis et foliis novellis bracteisque subtus et alabastris velutinis; foliis ramealibus petiolatis, rigidis, ovato-oblongis, breviter obtuseque acuminatis, basi cordatis v. obtusis, opacis, supra glabris, subtus demum subglabratis, reticulato-costatis, 3-pliciter limbinerviis; floralibus multo minoribus, subsessilibus, basi acutis v. obtusis, pellucido-punctatis; paniculis axillaribus, folio longioribus, ad thyrsum terminalem foliis intermixtum dispositis; floribus involucratis, demum 4—5-partitis; petalis 4—5, subrotundis; germine biloculari.

Frutex arborescens, 12—15-pedalis et ultra; rami badii, tereti-compressi, superne tetragoni, rufo-velutini. Folia ramealia petiolo valido, 4—6‴ lg.; lamina 4½—9″ lg., 2¼—3½″ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus incrassato; venis subpatulis, supra prominulis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis,

supra prominulis, subtus prominentibus. THYRSUS terminalis foliatus, 3—6″ lg. et ultra, ex rhachide valida, alternatim compressa, ochraceo-velutina, gemma terminata, foliis floralibus subsessilibus, acutis, 2—3¾″ lg., 10—16‴ lt. et paniculis oppositis, axillaribus, 2—4½″ lg. compositus. ALABASTRA obovata, tribracteata, 2‴ lg., bracteis membranaceis, subrotundis, alabastri longitudine. GERMEN biloculare, 4-ovulatum; STYLUS 3½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis arenosis ad Lagôa Feia, distr. Goiatacazes, florebat Junio et Julio: Riedel.

V. CALYPTRANTHES SWARTZ. BG. *l. c. p. 38.*

Pag. 39. post descriptionem *Calyptranthis aromaticae* inseratur:

1.b./42. CALYPTRANTHES PLATYPHYLLA BERG: innovationibus rufo-strigosis; foliis sessilibus, semiamplexicaulibus, pergamaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice acuminatis, basi subcordatis, glabris, discoloribus, supra impresso-punctatis et -venosis, subtus glandulosis, costatis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis e basi ramorum squama fultis, 3-pliciter ramosis; alabastris parvis, obovato-oblongis, obtuse breviterque apiculatis, conglomeratis. ♄

RAMI teretes, exophloeo badio circumcirca delapso cinnamomei. FOLIA siccata supra badia, subtus rufa, adulta impellucido-punctata, 7—10″ lg., 3¼—4½″ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus incrassato; venis distantibus, erecto-patulis, supra impressis, subtus elevatis; venulis interjectis tenuissimis, reticulatis, subtus prominulis. PANICULAE 3½″ lg., e basi ramorum egredientes, oppositae, squama foliacea, lanceolata, sessili, longe acuminata, 1½″ lg., 3‴ lt. fultae. ALABASTRA ¾‴ lg. (v. specimen unicum incompletum in herb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in Brasilia: Riedel.

Pag. 39. ad *Calyptranthem clusiaefoliam* addatur:

ARBOR 20—40-pedalis; foliis recentibus supra atro-virentibus, subtus glaucis, 5—5¾″ lg., 24—27‴ lt.; paniculis fructiferis 5″ lg.; baccis globosis, 2½‴ lg., 1—3-spermis; cotylis contortuplicatis. (v. in herb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis caeduis prope Villa Franca prov. S. Pauli, fructificabat Julio: Riedel.

Pag. 43. post descriptionem *Calyptranthis multiflorae* inseratur:

12.b./43. CALYPTRANTHES LANGSDORFFII BERG: ramulis foliisque junioribus subtus paniculisque pilis ferrugineis villoso-strigosis; foliis petiolatis, membranaceis, oblongis v. lanceolato-oblongis, abrupte longissimeque rostratis, cuneatis, discoloribus, supra pilosiusculis, cito glabris, subaveniis, subtus demum pilosiusculis, nigrescenti-glandulosis, tenuiter venosis, limbinerviis; paniculis gracilibus, ex infimis 1—2 nodis ramorum annotinorum oppositis, paucifloris; alabastris ovalibus, apiculatis; germine biloculari; petalis nullis.

ARBOR 15—18-pedalis; RAMI oppositi, graciles, teretiusculi, peridermate membranaceo, ferrugineo soluto nigricantes, novelli 3-nodes, nodis 1—2 infimis floriferis, summo foliifero, intermedio interdum folii- et florifero. FOLIA obscure pellucido-punctata, siccata supra atrofusca, subtus fuscescentia, biennia; petiolo 2‴ lg., strigoso, demum glabro, incrassato, nigrescente, transversim rimoso; lamina (excepto rostro 3—8‴ lg.) 20—36‴ lg., 8—13‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato, strigoso; venis tenuissimis, erecto-patulis, supra demum impressis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis, subtus parum prominulis. PANICULAE ex nodis infimis ramorum annotinorum oppositis, basi nudis v. summis axillaribus, folio brevioribus; rhachide filiformi, sursum flexuosa, ramis pedicellisque bractea subulata fultis. ALABASTRA bracteolis 2, linearibus, ½‴ lg., stipata, 1‴ lg., calyptra irregulariter transversim rumpente. GERMEN biloculare, 4-ovulatum. STAMINA STYLUSque 1‴ lg. (v. in herb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis apricis fruticetisque prope Mandiocca prov. Rio de Janeiro, florebat Januario — Februario: Langsdorff et Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 50. post descriptionem *Calyptranthis melanocladae* inseratur:

30.b./44. CALYPTRANTHES MUTABILIS BERG: ramulis, foliis subtus, cymis, alabastris ferrugineo-, demum cano-sericeis; foliis petiolatis, rigidis, ovatis v. ovato-oblongis, utrinque obtusatis v. obtusis, supra glabris, creberrime glandulosis, obsolete venosis, subtus sparsius punctatis, venosis, limbinerviis; cymis triternatis, folium rameale subaequantibus, e basi ramorum annotinorum subterminalium oppositis; alabastris obovatis, obtusis, sessilibus; germine biloculari; petalis nullis.

ARBORESCENS; RAMI teretiusculi, exophloeo hinc cinereo illinc rufo delapso laeves; RAMULI novelli subterminales, basi floriferi, antrorsum paribus 1—3 foliorum instructi, superne compressi. FOLIA triennia, impellucido-punctata; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 1½—3″ lg., 9—16‴ lt.; nervo medio supra basin versus impresso, subtus elevato; venis tenuibus, distantibus, erecto-patulis, supra oblitteratis, subtus prominulis. CYMAE 2—3″ lg., ramis brachiatis, tripartitis, floribus ternis; rhachide compressa. ALABASTRA 1‴ lg. GERMEN 2-loculare, 4-ovulatum. STAMINA 1½‴ lg. STYLUS 2‴ lg. (v. in herb. hort. bot. Petrop.)

Differt a *Calyptranthe melanoclada:* foliis brevius petiolatis, latioribus; alabastris obtusis; petalis nullis.

Habitat in collibus siccis prope Ilheos, florebat Decembri: Riedel.

Pag. 51. n. 32. descriptioni *Calyptranthis lanceolatae* addatur:

CALYPTRANTHES LANCEOLATA *β.* LATIFOLIA *Bg.* foliis longius petiolatis, ovate oblongo-lanceolatis; cymis multifloris, e basi ramorum annotinorum, antrorsum bifoliatorum, squama lineari lanceolata, sensim acuminata fultis, rhachide alato-ancipite.

RAMI graciles, exophloeo rimoso, cinerascente delapso badii, laevissimi; nodus quisque basi squamis oppositis, lineari-lanceolatis, sensim acuminatis, 1″ lg., 1‴ lt. instructus. FOLIA petiolo demum incrassato, transversim rugoso, 6—9‴ lg.; lamina 5—8″ lg., 1½—2″ lt. CYMAE brachiatae, 4—5″ lg., radiis divaricatis 4-pliciter compositae, ramis 25‴ lg. ALABASTRA oblonga, 2‴ lg. GERMEN 2-loculare, 4-ovulatum. PETALA 3—4, parva, spathulata. STAMINA 1½—2‴ lg. STYLUS 2—3‴ lg. BACCAE globosae, tubo hypanthii coronatae, 3‴ diametro. (v. in herb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in montibus Serra de Boa vista et Corcovado prov. Rio de Janeiro: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 51. post descriptionem *Calyptranthis lanceolatae* inseratur:

32.b./45. CALYPTRANTHES STRIGIPES BERG: ramulis foliisque novellis subtus, cymis et alabastris ferrugineo-tomentosis; foliis petiolatis, chartaceis, lanceolatis, utrinque angustatis, acutis, impunctatis, supra nitidis, glabris, subtus demum subglabratis, venosis, limbinerviis; cymis e basi ramorum annotinorum

subterminalium oppositis, foliis fulcientibus fere 2-plo brevioribus, triradiatis; floribus ad apicem ramorum conglomeratis; alabastris globosis, apiculatis; petalis 3, minimis, obovatis; germine biloculari.

Arbor 12—15-pedalis; rami dichotomi, teretes, exophloeo delapso laeves, glabri; novelli compressi, dense adpresse villosi, basi floriferi, sub apice bifoliati. Folia biennia, basi sensim acutata, apice obtusiuscule leviter acuminata, siccata cinnamomea, novella subtus ferrugineo-velutina, demum subbrunnea, petiolo costaque adpresse villosis, demum subglabratis; petiolo demum corticato, 2—3‴ lg.; lamina 3—4¾″ lg., 7—11‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuissimis, suberecto-patulis, supra oblitteratis, subtus prominulis. Cymae 22—28‴ lg.; rhachide vix compressa, dense ferrugineo-tomentosa, ramis lateralibus terminali dimidio brevioribus, saepe geminatis, altero breviore, omnibus basi nudis. Flores ad apices ramorum dense glomerati, sessiles. Alabastra ¾‴ lg., dense tomentosa, operculo convexo. Germen biloculare, 4-ovulatum. Petala ¼—½‴ lg. Stamina 1—1½‴ lg. Stylus 2½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt a *Calyptr. rufa:* indumento dense tomentoso; foliis angustioribus, epunctatis; cymis folio fere duplo brevioribus, nec compressis, nec brachiatis; floribus conglomeratis, multo minoribus; a *Calyptr. glomerata Camb.:* foliis angustioribus, epunctatis; cymis folio duplo brevioribus.

Habitat in silvis arenosis prope Porto d'Estrella et fluv. Inhumerim prov. Rio de Janeiro, florebat Januario — Martio: Riedel. Pl. Dryas.

32.c./46. CALYPTRANTHES RUFA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, cymis et alabastris rufo-strigosis; foliis longe petiolatis, rigide chartaceis, lanceolatis v. oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis, acutis, supra glabris, nitidis, impresso-, subtus elevato-punctatis, glabratis, opacis, venosis, duplicato-limbinerviis; cymis terminalibus 4, folium subaequantibus; rhachide compressa, brachiata; alabastris ternis, obovatis, obtusatis; germine biloculari; petalis 2—4, spathulatis.

Arbor 20—25-pedalis; rami denudati, dichotomi; ramuli teretiusculi, superne 4-goni, novelli bifoliati. Folia triennia, impellucido-punctata, siccata rufa; petiolo canaliculato, 4—6‴ lg.; lamina 3—4½″ lg., 9—16‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus elevato; venis tenuibus, suberecto-patulis, utrinque prominulis. Cymae terminales, potius ex ramulis brevissimis aphyllis oppositae, 3—4″ lg., trichotomae; rhachide valida, compressa, ramis ramulisque divaricatis, floribus ultimis ternis. Alabastra 2‴ lg. Germen 4-ovulatum. Petala ¾‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis umbrosis prope Mandiocca prov. Rio de Janeiro, florebat Januario: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 51. post descriptionem *Calyptranthis obversae* inseratur:

33.b./47. CALYPTRANTHES POLYANTHA Berg: innovationibus subsericeis; foliis petiolatis, chartaceis, obovato-oblongis, obtusiuscule recurvato-acuminatis, basi cuneatis, glabris, creberrime minutissimeque pellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis; cymis trichotomis, multifloris, e basi ramorum annotinorum oppositis, spurie axillaribus et subterminalibus binis ideoque his 4; alabastris obovatis, obtusis; germine biloculari; petalis nullis. ♄

Rami graciles, teretiusculi, apice subcompressi, exophloeo albido delapso, cinnamomei; ramuli antrorsum sericei, compressi, novelli binodes, infimo basilari florifero, summo foliifero, internodio summo saepe haud evoluto. Folia siccata prasina, juniora subtus tenuissime subsericea; petiolo 2½—3‴ lg.; lamina 3—4″ lg., 14—22‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus elevato; venis tenuissimis, numerosis, erecto-patulis, utrinque parum prominulis, demum supra oblitteratis. Cymae 3—4-ternatae, 3—4″ lg., e basi rami novelli apice bifoliati, saepissime autem ad nodum infimum redacti, perbrevis, aphylli; rhachide subcompressa, virescenti, subsericea. Alabastra 1‴ lg. Germen 4-ovulatum; stylus 2½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis umbrosis prov. Rio de Janeiro, florebat Martio: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 52. ad finem descriptionis *Calyptranthis obscurae* adde:

CALYPTRANTHES OBSCURA β. Fluminensis *Bg.* ramulis pubescentibus; foliis supra crebro-punctatis; baccis depresso-globosis, 1—3-spermis.

Frutex 6—10-pedalis. Folia 16—24‴ lg., 8—15‴ lt. Baccae atro-caeruleae, dulci adstringentes, 4—6‴ lt. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat, Pitanga de Cachorro *dicta, in fruticetis arenosis maritimis ad Lagoa de Freitas prov. Rio de Janeiro, fructificabat Octobri: Riedel. Pl. Dryas.*

Pag. 52. post descriptionem *Calyptranthis lucidae* inseratur:

34.b./48. CALYPTRANTHES GRANDIFLORA Berg: ramulis foliisque novellis subtus dense ferrugineo-strigosis, demum glabris; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi obtusatis, subundulatis, supra creberrime miuutissimeque impresso-punctatis, tenuissime approximateque venosis, limbinerviis; cymis terminalibus 2—4, folio duplo brevioribus, glabris; alabastris obovatis, obtusis; operculo convexo; germine biloculari; petalis nullis.

Arbor 30—40-pedalis; ramuli medio (an semper?) intumescentes, glabri. Folia siccata prasina, creberrime pellucido-punctata, adulta subtus partim indumento leviter solubili obtecta; petiolo canaliculato, 3‴ lg.; lamina 3—5″ lg., 1½—2″ lt.; nervo medio supra vix sulcato, subtus elevato; venis creberrimis, tenuissimis, approximatis, parallelis, erecto- v. subpatulis, utrinque prominulis. Cymae terminales v. potius ex nodo infimo ramulorum perbrevium, non amplius evolutorum subterminalium oppositae, 16—32‴ lg., 3- v. 5-radiatae, radiis 3—5- v. pluri-floris. Alabastra glabra, 2—3‴ lg. Germen 4-ovulatum. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis prope Mandiocca prov. Rio de Janeiro, florebat Augusto: Riedel et Langsdorff. Pl. Dryas.

Pag. 52. post *Calyptranthem obscuram* inseratur;

35.b./49. CALYPTRANTHES REGELIANA Berg: glabra; foliis rigidis, sensim in petiolum angustatis, ovalibus, leviter obtuse acuminatis v. acutis, margine recurvis, nitidis, discoloribus, supra impresso-, subtus elevato-glandulosis, supra venosis, subtus reticulato-venosis, limbinerviis; floribus 1—3-nis, axillaribus, alabastris obovatis, apiculatis; germine biloculari; petalis 3—4, spathulatis, operculo utrinque glabro.

Arborescens. Rami sparsi v. oppositi, teretiusculi. Folia siccata supra flavo-virentia, subtus fusca; petiolo vix ullo; lamina 18—28‴ lg., 10—14‴ lt.; nervo medio utrinque elevato; venis tenuibus, subpatulis, supra oblitteratis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, subtus parum prominulis. Flores axillares, solitarii v. e rhacheola perbrevi 2—3-ni. Alabastra

3‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, ¼‴ lg. stipata. Germen carnosum, glabrum, 4-ovulatum. Operculum convexum, apiculatum. Petala saepe cuneata v. unguiculata, ciliata, ¾—1½‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt a *Calyptr. obscura DC.*: foliis obtuse, nec acutissime acuminatis, basi sensim in petiolum attenuatis, nec breviter acutis, discoloribus; operculo calycari intus glabro.

Habitat in silvis umbrosis, prope vicum Esperança prov. S. Pauli, florebat Junio: Riedel. Pl. Oreas.

35.c./50. CALYPTRANTHES BIMARGINATA Berg: glabra; foliis petiolatis, coriaceis, ovali-oblongis, obtuse angustatis, basi acutatis, margine cartilagineo, incrassato, extrorsum argute angusteque limbato undulatis, supra nitidis, sparse pellucido-punctatis, tenuiter venosis, duplicato-limbinerviis; alabastris axillaribus et lateralibus, solitariis, sessilibus, obovatis, apiculatis; germine tenuissime ochraceo-velutino.

Frutex 4—6-pedalis; rami teretiusculi, graciles, fuscescentes; ramuli compressi, nitidi. Folia nec verrucoso-, nec impresso-glandulosa, subtus pallidiora; petiolo 2‴ lg.; lamina 1½—2″ lg., 7—17‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis, subtus parum prominulis. Alabastra 2‴ lg.; bracteolis 2, ovatis, acutis, ¼‴ lg. stipata.

Differt a reliquis speciebus ejusdem sectionis fabrica foliorum indumentoque germinis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat ad montem Telegraphum ferentem prope urbem Rio de Janeiro, florebat Novembri: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 54. post var. ε. *Calyptranthis musciflorae* adde:

ζ. glauca: glabra; ramulis 4-gonis, bicarinatis; foliis rigidis, lanceolatis, obtusiuscule acutatis, glaucis, 1-nerviis; pedunculis 3-floris.

Frutex 4-pedalis; folia 10—14‴ lg., 2—4‴ lt.; pedunculi 9‴ lg.; alabastra fere 2‴ lg.; flores albi; stamina stylusque 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat ad ripas rivulorum montium Serra da Lapa, florebat Novembri: Riedel.

Pag. 54. post descriptionem *Calyptranthis tetrapterae* inseratur:

38.b./51. CALYPTRANTHES PAUCIFLORA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, pedunculis, alabastris, baccis immaturis sparse minuteque rufo-sericeis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, ovalibus v. ovato-oblongis, longe obtuseque acuminatis, basi obtusis v. cuneatis, discoloribus, creberrime pellucido-punctatis, supra glabris, subtus tandem glabris, tenuissime venosis, limbinerviis; pedunculis spurie axillaribus, compressis, 1—3-floris, folium dimidium subaequantibus; floribus sessilibus; alabastris turbinato-obovatis, magnis, apiculatis; germine biloculari; petalis nullis; bacca subglobosa. ♄.

Arbor 15—20-pedalis. Rami graciles, teretes, laeves, novelli compressi. Folia siccata supra obscure viridia, vix nitida, subtus opaca, pallide viridia, glandulis creberrimis, minimis inspersa, obscure pellucido-punctata; petiolo 1‴ lg.; lamina 26—36‴ lg., 12—16‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, approximatis, erecto-patulis, utrinque parum prominulis. Pedunculi ex infimo, basi proximo nodo ramuli novelli 1-articulati, apice bifoliati egredientes, spurie axillares v. ramulo abortivo subterminales, 1—3-flori, 9—14‴ lg. Alabastra sessilia, 3‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen 4-ovulatum. Calyptra conica, membranacea, apiculata. Stamina 3‴ lg. Stylus 3‴ lg. Bacca (immatura) 4‴ diametro. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis prope Mandiocca, floret Decembri: Riedel.

VI. CALYPTROMYRCIA Bg. *l. c. 55.*

Pag. 57. post descriptionem *Calyptromyrciae paniculatae* addatur:

CALYPTROMYRCIA PANICULATA β. opaca *Bg.* foliis minoribus, rigidioribus, demum impellucido-punctatis.

Folia petiolo 3—4‴ lg.; lamina 2—3½″ lg., 10—17‴ lt.; paniculae 2½—3″ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat prope Mandiocca praedium prov. Rio de Janeiro: Riedel et Langsdorff.

VII. AULOMYRCIA Bg. *l. c. 59,*

Pag. 62. descriptioni *Aulomyrciae ramulosae* α. 3-florae addatur:

Frutex 4—6-pedalis, baccis rubris. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In maritimis arenosis prov. Rio de Janeiro, fructificabat Martio: Riedel.

AULOMYRCIA RAMULOSA η. australis *Bg.* foliis lanceolatis v. oblongis; pedunculis 3—5-floris; sepalis valde inaequalibus, intimo maximo, petaloideo.

Folia 8—13‴ lg., 2—4‴ lt.; pedunculi pubescentes, 6‴ lg. Sepala 5, decidua, maximum orbiculare, concavum, petaloideum, ½‴ lg., reliqua multo minora, deltoidea, obtusiuscula. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In Banda oriental, ad fluv. Uruguay: Tweedie.

Pag. 71. post descriptionem *Aulomyrciae acranthae* addatur:

28.b./189. AULOMYRCIA ROSTRATA Berg: glabra; foliis petiolatis, perennantibus, demum rigidis, ovatis, abrupte longe obtuseque acuminatis, basi obtusis, annotinis pellucido-punctatis, tenuissime reticulato-venosis, limbinerviis; cymis 3-fidis, pauciforis, ex infimis nodis rami novelli, basi nudis; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, concavis, ciliolatis. ♄

Rami teretiusculi; ramuli compressi; gemmae sericeae. Folia annotina, submembranacea, lucem versus diaphana, adulta rigida, margine cartilagineo recurva, supra sparsius subtus creberrime nigrescenti-glandulosa; petiolo 1½—3‴ lg.; lamina 2½—3″ lg. (rostro 8‴ lg. incluso), 14—20‴ lt.; nervo medio supra basin versus sulcato, subtus elevato; venis tenuissimis, erecto-patulis venulisque reticulatis, supra oblitteratis, subtus visibilibus. Cymae 1½″ lg. Alabastra obovata, 1½‴ lg. Sepala 5, majora ¾‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab *Aulom. dealbata:* absentia roris glaucescentis, foliis petiolatis, ovatis, nec cordatis, acuminatis; cymis 3-fidis, lateralibus.

Habitat in prov. Bahiensi: Blanchet n. 1880. Pl. Hamadryas.

Pag. 72. post diagnosin *Aulomyrciae dictyophyllae* inseratur:

AULOMYRCIA DICTYOPHYLLA α. genuina *Bg.* foliis exacte reticulatis, medio latissimis.

Ibidem post descriptionem ejusdem speciei inseratur:

AULOMYRCIA DICTYOPHYLLA β. SUBCORDATA *Bg.* foliis manifeste reticulatis, oblongis v. ovate oblongis, inferioribus cordatis; paniculis corymbosis.

SUFFRUTEX 6—8-pollicaris, caudice hypogaeo repente. FOLIA annotina, 6—9‴ lg., 1½—3‴ lt., adulta 9—13‴ lg., 3—7‴ lt. PANICULAE graciles, 8—16‴ lg. FLORES albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

AULOMYRCIA DICTYOPHYLLA δ. ROBUSTIOR *Bg.* foliis adultis oblitterato-venosis, inferioribus ovatis v. basi subcordatis; pedunculis saepe paucifloris.

SUFFRUTEX pedalis, caudice hypogaeo crasso. FOLIA summa reticulata, adulta rigida, 9—18‴ lg., 4—10‴ lt. PANICULAE saepe foliis minutis fultae, interdum ad pedunculos 1—3 redactae. FLORES albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis arenosis ad flumen Rio Pardo prov. S. Pauli, florebant Septembri, Octobri: Riedel.

Pag. 73. n. 35. diagnosi *Aulomyrciae collinae* addatur:

BACCA globosa, 4‴ diametro, disperma; seminis testa cartilaginea, pallida. (v. fructif. in hb. Mertens.)

Pag. 79. post descriptionem *Aulomyrciae pertusae* inseratur:

47.b./190. AULOMYRCIA LACUNOSA BERG: ramulis, foliis subtus, paniculis, alabastris hirtis; foliis breviter petiolatis, chartaceis, ovate lanceolatis, basi obtusis, antrorsum sensim acuminatis, reticulato-bullatis, limbinerviis, sparsim pellucido-punctatis; paniculis axillaribus, folium subaequantibus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis.

FRUTEX 6—8-pedalis; RAMI teretiusculi, glabri; RAMULI compressi, fuscescenti-hirti. FOLIA petiolo 1—2‴ lg., hirto; lamina 2½—4″ lg., 6—11‴ lt.; nervo medio, limbali, venis, venulis reticulatis, supra impressis, subtus plicato-elevatis. PANICULAE 1½—4½″ lg., 3-pliciter ramosae, ramis divaricatis. ALABASTRA obovata, 2‴ lg.; bracteolis hypanthis caducis. GERMEN strigosum, disco concavo, tomentello obtectum. SEPALA 5, utrinque puberula, majora ½‴ lg. PETALA 5, alba, orbicularia, dorso sericea, 1‴ lg. STAMINA 1½‴ lg. STYLUS 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Affinis *Aulom. pertusae,* sed distincta: indumento hirto; foliis tenuioribus, manifestius reticulato-bullatis, angustioribus, sparsius punctatis; paniculis diffusis, bracteis caducis.

Habitat in fruticetis prope Aldea prov. Minarum, florebat Julio: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 79. post descriptionem *Aulomyrciae costatae* inseratur:

48.b./191. AULOMYRCIA PLATYCLADA BERG: ramulis paniculisque complanatis foliisque novellis et germinibus pilosiusculis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongo-lanceolatis, sensim acuminatis, basi acutis, glabris, grosse elevatoque pellucido-punctatis, reticulato-venosis, subduplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis, validis, multifloris; germine biloculari; sepalis subaequalibus, rotundatis, ciliolatis, utrinque puberulis. ♄

RAMI obsolete 4-goni, superne complanati, badii, grosse glandulosi, glabri, novelli pubescentes. FOLIA petiolo pubescente, mox glabro, nigrescente, 2‴ lg.; lamina 3—6″ lg., ¾—1½″ lt.; nervo medio supra angusto, subtus elevato, venis distantibus, erecto-patulis, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis. PANICULAE 3—4-pliciter ramosae, rhachide valida, complanata, badia, grosse glandulosa, demum glabra, 3—5″ lg., ramis saepe geminatis, tunc decussatis. FLORES ultimi terni, centralis sessilis, laterales breviter pedicellati. ALABASTRA obovata, 2‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. GERMEN pilosiusculum, 4-ovulatum, disco tomentello, medio concavo terminatum. SEPALA 5, fere ½‴ lg. PETALA 5, orbicularia, extus puberula, ¾‴ lg. STAMINA 2‴ lg. STYLUS 3‴ lg. (v. specim. singulum in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in prov. Minarum: Langsdorff.

48.c./192. AULOMYRCIA PUNCTATA BERG: innovationibus sericeis; foliis petiolatis, chartaceis, lanceolatis, longe obtuseque acuminatis, basi acutis, glabris, nitidis, utrinque creberrime demum impresso-, pellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus, 3-fidis, paucifloris, folio brevioribus v. aequalibus; germine biloculari, glabro; sepalis valde inaequalibus, rotundatis, minimis.

RAMI teretiusculi, glabri; RAMULI compressi, novelli sparsim sericei. FOLIA infima ramuli cujusve minuta; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 12—28‴ lg., 2½—7½‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus prominente; venis plurimis, tenuissimis, erecto-patulis, supra oblitteratis, subtus venulisque interjectis tenuioribus, reticulatis prominulis; nervo limbali sublongiori a margine distantia subarcuato. PANICULAE 16—18‴ lg. ALABASTRA glabra, obovata, ¾‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. GERMEN disco concavo, glabro terminatum. SEPALA 5, majora ¾‴ lg. PETALA 5, orbicularia, glabra, denticulata, ¾‴ lg. STAMINA 1‴ lg. STYLUS 1½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in prov. S. Pauli, florebat Martio: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 81. descriptioni *Aulomyrciae ovalifoliae* addatur:

FOLIA apice interdum obtusa v. obtusata. PANICULAE aut simpliciores aut ramosiores, parviflorae. ALABASTRA obovata, glabra, ¾‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. GERMEN biloculare, disco concavo terminatum. SEPALA 5, brevia, inaequalia, rotundata, glabra. PETALA 5, rotundata, concava, alba, glabra, ½‴ lg. STAMINA STYLUSQUE 1‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In silvis humidiusculis prope Mugy et Lorena prov. S. Pauli, florebat Novembri: Riedel.

Pag. 82. descriptioni *Aulomyrciae polyanthae* γ. *parviflorae* addatur:

CAULIS arboreus.

In humidis ad margines pratorum prope Ilheos, florebat Septembri: Riedel.

Pag. 89. descriptioni *Aulomyrciae racemosae* addatur:

FRUTEX v. ARBOR 15-pedalis, floribus albis, baccis luteis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In fruticetis arenosis humidiusculis prov. Rio de Janeiro, florebat ac fructificabat Januario — Februario: Riedel.

Pag. 90. n. 72. descriptioni *Aulomyrciae Laruotteanae* γ. *glabriusculae* addatur:

FRUTEX 6—8-pedalis, floribus odoratis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Ad rivulos prope villam de S. Luzia prov. Goyazensis: Riedel.

Pag. 90. descriptioni *Aulomyrciae Laruotteanae* ζ. *opacae* addatur:

FRUTEX 4 — 6-pedalis, floribus albis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In ripa amnis S. Bartholomei planitiei Chapada de S. Marcos prov. Goyazensis, florebat Augusto: Riedel.

Pag. 92. descriptioni *Aulomyrciae alloiotae* δ. *ovalis* addatur:

ARBOR 12 — 15-pedalis, floribus albis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In ripa fluminis Pardo, florebat Octobri: Riedel.

Pag. 95. post descriptionem *Aulomyrciae curatellaefoliae* β. *parvifoliae* inseratur:

AULOMYRCIA CURATELLAEFOLIA γ. AUSTRALIS *Bg.* foliis subobovato-oblongis; paniculis brachiatis, solitariis, basi nudis v. axillaribus.

FRUTEX 3—4-pedalis. FOLIA 18—26‴ lg., 7—14‴ lt., creberrime obscureque pellucido-punctata. PANICULAE 4—5″ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In humidis montium Serra de Cubatão, florebat Novembri: Riedel.

Pag. 96. post descriptionem *Aulomyrciae bullatae* inseratur:

AULOMYRCIA BULLATA β. OBLONGATA: foliis ovali-oblongis, oblongis v. oblongo-lanceolatis.

FOLIA petiolo 2‴ lg.; lamina 9—26‴ lt. PANICULAE 2—4″ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In fruticetis maritimis prope Ilheos, florebat Februario: Riedel, Luschnath, Blanchet n. 1890.

Pag. 97. descriptioni *Aulomyrciae micropetalae* addatur:

Specimina Riedeliana in locis saxosis ad flumen Itahype prope praedium Castel novo lecta et in herbario hort. bot. Petrop. asservata differunt a Martianis: foliis oblongis, longe acuminatis.

Pag. 98. post descriptionem *Aulomyrciae eumecephyllae* inseratur:

86.b./193. AULOMYRCIA BADIA BERG: innovationibus sparse sericeis; foliis petiolatis, chartaceis, lanceolatis, sensim acuminatis, basi acutis, glabris, nitidis, obsolete pellucido-punctatis, utrinque elevato-reticulatis, duplicato-limbinerviis; racemis paniculatis ex nodis ramuli novelli nondum excreti egredientibus, foliis parvis stipatis, ad thyrsum terminalem amplum, foliis intermixtum dispositis; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, concavis, ciliolatis. ♄

RAMI nitidi, badii, exophloeo delabente, novelli compressi, adpresse puberuli. FOLIA perennantia, floralia ½—1″ lg., adulta siccata hepatica; petiolo nigrescente, 4—5‴ lg., valido; lamina 6—10½″ lg., 18—28‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis plurimis, erecto-patulis venulisque interjectis reticulatis utrinque elevatis. PANICULAE 3 — 5″ lg., rhachide gracili, compressa, sparsim puberula, badia, ramis infimis elongatis, racemosis, inferioribus 3-floris, reliquis 1-floris thyrsum 6″ lg., terminalem formantibus. ALABASTRA obovata, 2‴ lg., bracteolis 2 lanceolatis, acutis, ¾‴ lg. stipata. GERMEN pilosiusculum, 4-ovulatum, disco concavo, margine puberulo terminatum. SEPALA 5, ciliata, utrinque sericea, majora ¾—1‴ lg., 1½‴ lt., reliqua duplo minora. PETALA 5, subrotunda, extus sericea, eroso-ciliolata, 1½‴ lg. STAMINA 1½—2‴ lg. STYLUS 2½—3‴ lg. (v. specim. singulum in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in Brasilia: Riedel.

Pag. 98. *Aulomyrciae insularis* β. *punctatae* addatur:

Specimina Bahiensia a Riedelio in silvis ad flumen Ytahype prope Castel novo Decembri lecta et in herbario horti bot. Petrop. asservata a Gardnerianis loco incerto lectis differunt: foliis latioribus, magis splendentibus; paniculis subterminalibus, immediate axillaribus; foliis floralibus minutis, sub ramis thyrsi deficientibus.

Pag. 98. post descriptionem *Aulomyrciae insularis* inseratur:

87.b./194. AULOMYRCIA GIGANTEA BERG: ramulis paniculisque et alabastris ferrugineo-tomentellis; foliis subsessilibus, chartaceis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice acuminatis, basi cordata subamplexicaulibus, nitidis, demum glabris, supra impresso-punctatis, subtus nitidis, reticulato-costatis, 3-pliciter limbinerviis; paniculis subterminalibus, folium subaequantibus; germine 2-loculari, sepalis inaequalibus, obtusis, deciduis.

ARBOR 30—40-pedalis; RAMULI subtetragoni exophloeo nigrescente lamellatim delapso cinnamomei, novelli compressi. FOLIA siccata rufa; petiolo valido, 3—6‴ lg., sericeo; lamina 12—16″ et ultra longa, 4—7‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato, sericeo; venis plurimis, subpatulis, supra planiusculis, subtus prominentibus; venulis reticulatis, subtus prominulis. PANICULA terminalis solitaria v. 2—4-nae, subterminales, rhachide valida, compressa, 8—9″ lg., ramis densifloris. ALABASTRA obovata, ¾‴ lg. GERMEN 4-ovulatum, disco concavo terminatum. SEPALA 5, majora ¼‴ lg. STYLUS 1‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis montosis prope Ilheos, florebat Septembri: Riedel. Pl. Hamadryas.

Pag. 102. n. 95. post descriptionem *Aulomyrciae lanuginosae* addatur:

CAUDEX hypogaeus crassus, epigaeus simplex v. superne ramosus, 1.—2-pedalis. FOLIA adulta cordata, acuta v. obtusa, 2—3″ lg., 12—22‴ lt. v. orbicularia, apice rotundata, basi cordata, 24—30‴ lt. PANICULAE 2—3″ lg. FLORES albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis editis inter praedium Alegres et Rio S. Francisco in prov. Minarum, florebat Septembri: Riedel.

AULOMYRCIA LANUGINOSA β. PYRAMIDATA *Bg.* paniculis axillaribus, folio duplo majoribus, ad thyrsum amplum terminalem, foliis intermixtum dispositis.

FRUTICULUS 1—3-pedalis. RAMI glabrati, laevigati, glaucescentes; RAMULI laterales ad paniculas redacti. FOLIA sensim sursum minora. THYRSUS 6—8″ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis siccis inter Barbacena et S. Joâo, florebat Junio: Riedel.

Pag. 103. n. 97. diagnosi *Aulomyrciae niveae* addatur:

BACCA subglobosa, disco lato sepalisque coronata.

Ibidem descriptioni varietatis *rosmarinifoliae* addatur:

FRUTEX. BACCA villosa, 2—3‴ diametro. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis montanis prov. Minarum: Riedel.

Pag. 103. post descriptionem *Aulomyrciae niveae* inseratur:

97.b./195. AULOMYRCIA STRICTA BERG: ramulis foliisque annotinis albo-villosis; foliis sessilibus, rigidis, sparsis, confertis, erectis, lanceolato-linearibus, ex latiore, vix cordata basi sensim

acutatis, margine revolutis, adultis postremo subglabratis, impellucido-punctatis, tenuissime venosis; pedunculis axillaribus gracilibus, folio longioribus, 1—5-floris, thyrsum terminalem, foliis intermixtum formantibus; germine glabro, 2—4-loculari; sepalis ovatis, breviter acutis, villoso-ciliatis.

Fruticulus v. suffrutex 1—1½-pedalis, plerumque simplex, dense foliosus, apice florifer. Folia dense imbricata, sparse villosa, subtus fusco-glandulosa, ½—1″ lg., 1—2½‴ lt. Thyrsus terminalis, 1½—3″ lg.; pedunculi compressi, badii, glabriusculi, foliis sursum sensim minoribus fulti, 1—8‴ lg. Alabastra obovata, glabra, purpurea, 2‴ lg., bracteolis 2 lanceolatis, ciliatis, 1‴ lg. stipata, ultima 3-na, medio sessili, lateralibus pedicellatis. Germen 3—4-, rarissime 2-loculare, loculis biovulatis. Sepala 5, albo-ciliata, ½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab *Aulom. nivea:* indumento tenuiore, foliis subtus modo pilosiusculis, pedunculis glabriusculis; alabastris glabris; sepalis ovatis.

In campis editis graminosis lapidosisque planitiei Chapada de S. Marcos prov. Goyazensis, florebat Augusto: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 104. post descriptionem *Aulomyrciae cardiophyllae* inseratur:

98.b./196. AULOMYRCIA ORTHOPHYLLA Berg: glabra; caule erecto, simplici; foliis sessilibus, imbricatis, cauli adpressis, rigidis, ovato- v. ovate oblongis, obtusatis, basi subcordatis, argute marginatis, glaucis, nitidis, impellucido-punctatis, tenuiter reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis basi foliatis, sursum bracteatis, ad corymbum terminalem foliis intermixtum dispositis; germine 3-loculari; sepalis inaequalibus, rotundato-ovatis, ciliatis.

Frutex erectus, 1—1½-pedalis, sursum glaucescens. Folia interdum apice obtusiuscule angustata, utrinque glandulosa, subtus inter marginem argutum et nervum limbalem serie glandularum instructa, floralia multo minora, 3—4‴ lg., 1½—2½‴ lt., caulina 9—13‴ lg., 4—8‴ lt.; nervo medio venisque erecto-patulis venulisque ramulosis utrinque prominulis, nervo limbali margini approximato. Corymbus terminalis, 2½—5″ lg., ramis ex axillis foliorum caulinorum summorum basi foliatis, sursum bracteatis, glaucescentibus, ramulis inferioribus folio parvo fultis, 5—9-floris, superioribus bractea lanceolata v. lineari stipatis, 1—3-floris, omnibus folio stipante longioribus. Alabastra obovata, purpurea, 1½‴ lg., bracteolis 2, linearibus, ½—¾‴ lg. stipata. Germen disco concavo terminatum, loculis biovulatis. Sepala 5, majora ½‴ lg. Petala 5, rotunda, concava, glabra, alba. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis editis graminosis siccis super Chapada de S. Marcos prov. Goyazensis, florebat Augusto: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 105. n. 102. post descriptionem *Aulomyrciae albo-tomentosae* δ. *humilis* inseratur:

AULOMYRCIA ALBO-TOMENTOSA ε. subcordata *Bg.* indumento laxo, albido; caule fruticoso, ramoso, 3—4-pedali; foliis subcordatis, obtusatis v. rotundatis; germine triloculari; sepalis acutiusculis.

Frutex 3—4-pedalis. Folia 7—13‴ lg., 5—12‴ lt. Paniculae axillares, folio duplo longiores, apice 3-florae, flore centrali sessili, lateralibus pedicellatis, ramis 1—3-floris. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis collibusque siccis prope Curvellos, florebat Novembri: Riedel.

Pag. 106. descriptioni *Aulomyrciae variabilis* α. *ovatifoliae* addatur:

Frutex arborescens; ramis tortuosis, floribus albis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis glareosis prope Villam de S. Luzia prov. Goyazensis, florebat Octobri: Riedel.

Ibidem descriptioni *Aulomyrciae variabilis* γ. *nummulariae* addatur:

Arbor 8—12-pedalis; ramis tortuosis, floribus albis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis inter amnem Rio Paranahyba et Villa de Catalâo prov. Goyazensis, florebat Augusto: Riedel.

AULOMYRCIA VARIABILIS δ. suffruticosa *Bg.* suffrutex subsimplex, 1½—2½-pedalis; foliis ovatis v. subrotundis, basi cordatis, utrinque creberrime minute glandulosis.

Folia glauca, 5—14‴ lg., 4—12‴ lt., floralia caulinis multo minora. Paniculae graciles, effusae, 2-3″ lg., pedicellis filiformibus, floribus ultimis ternis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis editis siccis prope Alegres, florebat Septembri: Riedel.

Pag. 107. descriptioni *Aulomyrciae intermediae* addatur:

Frutex arborescens v. arbor 10—15-pedalis; cortice suberoso, crasso; ramis tortuosis; floribus albis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis glareosis prope S. Luzia prov. Minarum, florebat Octobri: Riedel; nec non in campis siccis inter Rio S. Francisco et Curvellos prov. Minarum, florebat Novembri: Riedel.

Pag. 109. descriptioni *Aulomyrciae venulosae* γ. *rufae* addatur:

Frutex 4—6-pedalis. Folia 1—2″ lg., ½—1″ lt. Flores albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In saxosis prope Tejuca, florebat Novembri: Riedel.

Pag. 110. post descriptionem *Aulomyrciae venulosae* γ. *rufae* inseratur:

AULOMYRCIA VENULOSA δ. ochracea *Bg.* foliis novellis subtus ochraceo-velutinis, demum glabris, supra impresso-, impellucido-punctatis, evidenter reticulatis; paniculis 1—2-nis, altera minore.

Frutex arborescens. Folia supra canovirentia, subtus rufescentia; petiolo 2‴ lg.; lamina 1½—2″ lg., 5—10‴ lt. Panicula 1½—2″ lg., ramis infimis saepe folio minuto fultis. Flores albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In fruticetis siccis prope Ytú prov. S. Pauli, florebat Novembri: Riedel.

Pag. 111. post descriptionem *Aulomyrciae Sonderianae* inseratur:

113.b./197. AULOMYRCIA LANGSDORFFII Berg. ramulis foliisque junioribus subtus et paniculis ochraceo- v. cano-velutinis; foliis petiolatis, rigidis, ovali-oblongis, obtusatis, basi acutis, marginatis, discoloribus, pellucido-punctatis, supra nitidis, glabris, subtus demum glabratis, utrinque elevato-reticulatis, duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folium subaequantibus; germine glabro, 3-loculari; sepalis ovato-oblongis, obtusatis.

Frutex 6—8-pedalis. Rami subtetragoni, glabri; ramuli compressi. Folia siccata supra cano-virentia, demum impresso-punctata, subtus tenuiter velutina, demum glabrata; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 9—14‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis erecto-patulis venulisque reticulatis utrinque prominulis; nervo limbali interiore arcuato, exteriore margini cartilagineo approximato. Paniculae 1½—2″ lg.; rhachide velutina. Alabastra obovata, glabra v. glabriuscula, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen disco concavo, medio glabro, margine velutino obtectum. Sepala 5, inaequalia, extus glabriuscula, intus tomentella, ½‴ lg. Petala 5, suborbicularia, alba, 1‴ lg. Stamina stylusque 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab *Aulom. Sonderiana:* foliis utrinque reticulatis, junioribus subtus velutinis; sepalis ovato-oblongis, obtusatis; ab *Aulom. Castrensi:* foliis junioribus subtus velutinis, nec grosse glandulosis.

Habitat in fruticetis prope Ytú prov. S. Pauli, florebat Novembri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 111. post descriptionem *Aulomyrciae Castrensis* inseratur:

114.b./198. AULOMYRCIA RIEDELIANA Berg: ramulis foliisque annotinis subtus et paniculis rufo-velutinis; foliis petiolatis, rigidis, obverse v. obovato-oblongis, obtusatis v. obtusis, basi cuneatis, discoloribus, annotinis pellucido-punctatis, supra mox glabris, nitidis, anguste reticulatis, demum impresso-venosis, subtus reticulato-venosis, limbinerviis, adultis glabris; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio paullo longioribus; germine glabro, 3—4-loculari; sepalis ovatis, obtusatis, extus glabris, tomentello-ciliatis, intus sericeis.

Arbor 20—25-pedalis aut frutex arborescens. Rami obtuse 4-goni, glabri, grisei, glandulosi; ramuli compressi, rufo-velutini. Folia juniora supra rufo-pubescentia, mox glabra, atrovirentia, scrobiculato-reticulata, adulta pallidiora, magis splendentia, tenuissime impresso-reticulata, -venosa, -impellucido-punctata, subtus annotina rufa, adulta convexa, glabra, pallide fuscescentia; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 15—30‴ lg., 7—14‴ lt.; nervo medio venisque utroque latere sub-12, erecto-patulis, supra impressis, subtus prominentibus; venulis interjectis anguste reticulatis, prominulis, tandem impressis. Paniculae 2—2½″ lg. Alabastra obovata, glabra, 1‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen disco glabro terminatum. Sepala 5, ½‴ lg. Petala 5, 1‴ lg. Stamina et stylus 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab *Aulom. reticulata, venulosa, Laureola, rugosa, Klotzschiana:* floribus glabris; ab *Aulom. Sonderiana, Castrensi:* foliis spathulatis.

Habitat in silvis caeduis (Capões) *prope Mugy prov. S. Pauli, florebat Novembri: Riedel.*

Pag. 112. post descriptionem *Aulomyrciae Klotzschianae β. multiflorae* addatur:

AULOMYRCIA KLOTZSCHIANA γ. Itacolumensis *Bg.* foliis adultis obtusatis, supra impresso- glandulosis, creberrime pellucido-punctatis, elevato-reticulatis; paniculis multifloris, folio plerumque longioribus.

Frutex 6—10-pedalis. Folia petiolo 2—3‴ lg.; lamina 18—28‴ lg., 7—13‴ lt. Paniculae 2—3″ lg., ramis infimis saepe bractea foliacea fultis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In fruticetis montis Itacolumi prov. Minarum, florebat Januario: Riedel.

Pag. 112. n. 117. descriptioni *Aulomyrciae aethusae* addatur:

Frutex baccis subglobosis, 5‴ diametro, calyce coronatis, 1—3-spermis; seminis testa cartilaginea, nitida, badia; embryone generis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Riedel.

Pag. 114. post descriptionem *Aulomyrciae pruinosae* inseratur:

120.b./199. AULOMYRCIA RORIDA Berg: glaucescenti-rorida, glaberrima; foliis sessilibus, rigidis, oppositis v. ternis, elliptico-oblongis, utrinque angustato-obtusis v. obovatis, apice rotundatis, margine cartilagineis, impellucido-punctatis, reticulato-venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis; paniculis cymosis, axillaribus, folio longioribus, ad corymbum terminalem amplum, foliis intermixtum, multiflorum dispositis; germine 2—3-loculari; sepalis brevibus, latis, deltoideis, eciliatis.

Frutex 2—3-pedalis, ramosus; rami obtusanguli, exophloeo lamellatim delapso laeves; ramuli subcompressi. Folia utrinque glandulosa, imbricata, glauca, 1—2″ lg., 6—13‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis v. patulis venulisque tenuioribus reticulatis utrinque prominulis. Corymbus terminalis circiter 4″ lg.; paniculae rhachide compressa rorida, ramis bractea suffultis. Alabastra obovata, glaucescentia, 1½‴ lg., bracteolis 2 subulatis, ¼‴ lg. stipata. Germen disco concavo, glabro terminatum. Sepala 5, majora ½‴ lt., ¼‴ lg. Petala 5, subrotunda, concava, glabra, denticulata, 1½‴ lg. Stamina stylusque petala aequantia. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in collibus ad declivia sicca aut humida prope amnem Rio de S. Marcos prov. Goyazensis, florebat Augusto: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 116. n. 127. descriptioni *Automyrciae Salzmanni* addatur:

Specimina Blanchetiana sub n. 1920. edita et in herbario horti botanici Petropolitani asservata a Salzmannianis prius visis et descriptis differunt: panicula validiore, ampliore, usque ad 4″ lg.

Pag. 117. ante *Aulomyrciam obtectam* in sect. 6. inseratur:

127.b./200. AULOMYRCIA CYMOSA Berg: innovationibus sericeis, mox glabra; foliis petiolatis, chartaceis, lineari-lanceolatis, utrinque angustatis, apice obtusatis, obscure pellucido-punctatis, tenuissime reticulato-venosis, limbinerviis; cymis ex infimis nodis ramorum novellorum, folium subaequantibus; germine 3-loculari; sepalis rotundatis, ciliatis.

Frutex 6—8-pedalis et altior, ramosus; rami obtusanguli, exophloeo fissili; ramuli compressi, glabri, novelli antrorsum sericei. Folia opaca; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 1—2½″ lg., 1½—6‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuissimis, suberecto-patulis venulisque reticulatis utrinque parum prominulis. Cymae bi — triternatae, rhachide compressa, 1—2″ lg.; floribus ultimis ternis, centrali sessili, lateralibus pedicellatis. Alabastra turbinata, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen disco concavo, glabro terminatum. Sepala 5, inaequalia, majora ¼‴ lg. Petala alba, 5, subrotunda, concava, ¾‴ lg. Stamina stylusque 1‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat ad ripam rivulorum in montibus Serra da Lapa prov. Minarum, florebat Novembri: Riedel. Pl. Oreas.

127.c./201. AULOMYRCIA FERRUGINEA Berg: ramulis foliisque novellis supra, cymis et alabastris sericeis; foliis petiolatis, rigidis, lineari-lanceolatis, utrinque sensim angustatis, aveniis, supra demum glabris, nitidis, sparsim glandulosis, subtus densissime ferrugineo-sericeis; cymis axillaribus trichotomis, folium subaequantibus; germine 2—3-loculari; sepalis inaequalibus.

Frutex 6 — 8-pedalis, ramosissimus; rami teretiusculi, exophloeo griseo delapso fusci, glabri; ramuli antrorsum subcompressi, puberuli; novelli ferrugineo-sericei. Folia laevigata, siccata cinnamomea, supra glandulis demum nigricantibus conspersa; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 1—2″ lg., 1½—4‴ lt.; nervo medio supra oblitterato, subtus prominente; venis vix v. non visibilibus. Cymae pedunculatae, 1—1½″ lg., interdum geminae, altera minore; rhachide compressa, sericea, bis v. ter trichotoma; floribus ultimis 3-nis, centrali saepissime sessili. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis stipantibus caducis. Germen sericeum, tri-, rarius biloculare, loculis biovulatis. Sepala 5, utrinque sericea, ciliolata, maximum ½‴ lg. Petala 5, orbicularia, 1‴ lg. Stamina ¾‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat ad ripas rivulorum in montibus Serra da Lapa prov. Minarum, florebat Novembri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 117. post descriptionem *Aulomyrciae obtectae* inseratur:

128.b./202. AULOMYRCIA MARITIMA Berg: ramulis foliisque novellis subtus puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongo-ovalibus, utrinque angustatis, apice obtusiusculis, marginatis, glabris, nitidis, adultis impellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis; cymis trichotomis, axillaribus et subterminalibus, gracilibus, glabris, folio paullo longioribus; germine glabro, triloculari; sepalis inaequalibus, latis, brevibus, rotundatis, ciliolatis, extus glabris, intus sericeis.

Frutex 8—10-pedalis; rami teretiusculi, laevigati, albidi, glabri; ramuli compressi. Folia juniora sparsim pellucido-punctata, adulta utrinque minute glandulosa; petiolo gracili, 1½—2‴ lg.; lamina 10—20‴ lg., 5—10‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus basin versus prominente; venis tenuissimis, suberecto-patulis, supra vix visibilibus, subtus prominulis. Cymae ¾—1½″ lg., rhachide bis tripartita, subcompressa, ramis 3-floris, inferioribus interdum 1-floris aut racemi pedicellis omnibus 1-floris. Alabastra obovata, glabra, 1‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen disco concavo, glabro, late marginato obtectum. Sepala 5, majora ¼‴ lg., ¾‴ lt. Petala 5, alba, fugacia. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab *Aulom. obtecta:* foliis tenuioribus, epidermide inferiore haud soluta, subtus venosis; cymis gracilioribus, minus compressis; alabastris glabris; sepalis rotundatis.

Habitat in silvaticis arenosis maritimis prov. Rio de Janeiro, florebat Octobri: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 118. n. 130. descriptioni *Aulomyrciae bicarinatae* addatur:

Frutex 6 — 8-pedalis, floribus albis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat ad Sumidouro prope Rio de Janeiro: Langsdorff, Kulemkamp: in fruticetis umbrosis humidiusculis prope Jundiahy prov. S. Pauli, florebat Octobri: Riedel.

Pag. 123. n. 141. post descriptionem *Aulomyrciae pallentis γ. petiolaris* inseratur:

AULOMYRCIA PALLENS δ. subcordata *Bg.* foliis sessilibus, ternis, sparsis v. oppositis, inferioribus cordatis, superioribus ovali-oblongis; paniculis folio longioribus; bacca ovata.

Frutex ramosior, altior. Ramuli angulati v. compressi. Folia 6—12‴ lg., 4—9‴ lt. Paniculae 16—26‴ lg.; floribus ultimis 3-nis, centrali sessili, lateralibus pedicellatis; fructiferae brachiatae. Bacca calyce coronata, magnitudine Pisi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis editis siccisque prope Alegres prov. Minarum, florebat Septembri: Riedel.

Pag. 123. post descriptionem *Aulomyrciae Poeppigianae* inseratur:

142.b./203. AULOMYRCIA BRACTEATA Berg: ramulis cymisque et foliis novellis subtus plus minusve puberulis; foliis petiolatis, rigidis, ovali-oblongis, obtusis et retusis, basi obtusatis, margine recurvis, ramealibus glabris, nitidis, impellucido-punctatis, obsolete venosis, longiore a margine distantia limbinerviis, floralibus minutis, obovatis; cymis axillaribus, deplanatis, folio longioribus, ad thyrsum amplum, terminalem, foliis intermixtum dispositis; germine 3-loculari, glabro; sepalis inaequalibus, latis, brevibus, rotundatis, ciliatis, extus glabris, intus minute sericeis.

Arbor 15—20-pedalis. Rami tereti — 4-goni, glabri, rimosi. Ramuli 4-goni, badii, novelli compressi. Folia siccata badia, ramealia petiolo 2‴ lg.; lamina 18—28‴ lg., 9—15‴ lt., floralia 2—8‴ lg., 2—4‴ lt. Cymae sursum sensim breviores, simpliciores, apicem versus 3-florae, brevissimae, inferiores 1½—3‴ lg., floribus ultimis ternis, centrali sessili, lateralibus pedicellatis. Alabastra turbinata, glabra, 1‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen glabrum, disco concavo, glabro terminatum. Sepala 5, majora ¼‴ lg., ¾‴ lt. Petala 5, subrotunda, reflexa, 1‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab *Aulom. Jacquiniana:* foliis petiolatis, angustioribus, tenuioribus, concoloribus, obsolete venosis; sepalis inaequalibus; ab *Aulom. rotundifolia:* indumento puberulo; foliis ovali-oblongis.

Habitat in collibus siccis prope S. Domingo, prov. Rio de Janeiro florebat Januario — Februario: Riedel.

Pag. 124. post descriptionem *Aulomyrciae subverticillaris* inseratur:

145.b./204. AULOMYRCIA CAPITATA Berg: ramulis, foliis subtus, pedunculis, alabastris tomentosis; foliis breviter petiolatis, rigidis, oblongis, utrinque obtusis, demum supra glabris, nitidis, impresso-punctatis, venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, capituliferis, folium subaequantibus; germine triloculari; calyce 5-lobo.

Arbor 10—12-pedalis. Rami obtuse 4-goni, exophloeo lamellatim delapso, laeves, glabri, nitidi; ramuli tomento rufescente, demum cano obtecti, novelli floriferi. Folia juniora supra velutina, mox glabra, impellucido-punctata, impresso-, subreticulato-venosa, siccata hepatica, subtus dense tomentosa, tomento rufescente, demum albido; petiolo 1‴ lg.; lamina 16—24‴ lg., 5—10‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis subpatulis, supra impressis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, supra impressis; nervo limbali margini approximato. Pedunculi 5—13‴ lg., dense tomentosi. Capitua 5—13‴ diametro, multiflora. Alabastra obovata, tomentosa, 1½‴ lg.; bracteolis linearibus, lanatis, 2‴ lg. stipata. Germen 6-ovulatum. Calyx breviter 5-lobus. Petala 5, spathulata, dorso puberula, alba, 1‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In arenosis desertis prope Camapuan prov. Mato Grosso, florebat Octobri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 122. post descriptionem *Aulomyrciae thyrsiflorae* inseratur:

149.b./205. AULOMYRCIA CHAPADENSIS Berg: ramulis, paniculis, floribus dense ferrugineo-tomentosis; foliis sparsis v. oppositis, rigidis, sursum sensim minoribus, ovali-oblongis, saepe obversis, obtusatis v. acutis, basi acutis, impellucido-punctatis, supra glabris, nitidis, subtus velutinis, mox glabris, reticulato-costatis, limbinerviis, marginatis; paniculis axillaribus et terminalibus, folio paullo longioribus; germine 3—4-loculari; bacca ovata, sepalis ovatis, obtusatis, conniventibus coronata.

Frutex 1—3-pedalis; rami angulati, laevigati, superne velutini, novelli tomentosi. Folia crassa, $2^3/_4$—$3^1/_2$″ lg., 16—24‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis subdivaricatis, supra vix prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, supra prominulis, subtus elevatis; nervo limbali prope marginem incrassatum. Paniculae validae, 3″ lg. Germen tomentosum, disco concavo, glabro terminatum. Sepala 5, inaequalia, extus tomentosa, intus glabra, majora 1‴ lg. Bacca (immatura) 4‴ lg., pubescens, demum glabra. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis editis lapidosis supra planitiem altam Chapada de S. Marcos prov. Goyazensis, florebat Julio: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 131. descriptioni *Aulomyrciae rufipedis* δ. *latifoliae* addatur:

Frutex et arbor 6—15-pedalis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In fruticetis inter Rio do Sono et Rio S. Francisco, florebat Octobri: Riedel.

Pag. 131. lin. 51—56. deleantur.

Pag. 132. lin. 3—4. deleantur.

Pag. 132. n. 159. descriptioni *Aulomyrciae daphnoidis* addatur:

Frutex 1—$1^1/_2$-pedalis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In rupibus prope S. Joâo, florebat Junio: Riedel.

Pag. 132. post descriptionem *Aulomyrciae rufipedis* inseratur:

159.b.,206. AULOMYRCIA PILANTHA Berg: ramulis paniculisque, foliis ad petiolum et costam subtus alabastrisque rufo-tomentosis; foliis longiusculo petiolatis, chartaceis, oblongis v. elliptico-oblongis, utrinque angustatis, obtusatis v. subacutis, utrinque rufo-puberulis, tandem subglabratis, creberrime pellucido-punctatis, obsolete venosis, limbinerviis; paniculis cymosis, axillaribus et subterminalibus, 1—3-nis, folio longioribus, ad corymbum terminalem foliis intermixtum dispositis; germine tomentoso, 3-loculari; sepalis brevibus, rotundatis, inaequalibus, utrinque tomentosis. Variat:

α. parvifolia: foliis brevius petiolatis, ternis v. sparsis, cuneatis, saepissime obverse oblongis, obtuse leviter acuminatis v. obtusis, tandem supra impresso-punctatis; alabastris minoribus.

Frutex arborescens, 6—12-pedalis; rami obtuse angulati, albidi, glabri. Folia petiolo 2‴ lg.; lamina 16—22‴ lg., 4—9‴ lt. Paniculae 18—22‴ lg. Alabastra $^3/_4$‴ lg. Flores albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

β. longifolia: foliis longius petiolatis, oppositis, oblongis, basi acutis, apice obtusatis v. obtusis, haud impresso-punctatis; alabastris minoribus.

Frutex et arbor 6—15-pedalis; ramuli tereti-4-goni, pubescentes, novelli angulati. Folia petiolo 3—4‴ lg.; lamina 20—34‴ lg., 6—12‴ lt. Paniculae $1^1/_2$—3″ lg. Alabastra $^3/_4$‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

γ. latifolia: foliis brevius petiolatis, sparsis v. oppositis, ovali-oblongis, utrinque obtusatis v. obtusis, tandem supra impresso-punctatis.

Frutex v. arbor 6—15-pedalis; ramuli exophloeo fissili obtecti. Folia petiolo 2—$2^1/_2$‴ lg.; lamina 14—28‴ lg., 7—12‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuibus, subdivaricatis, utrinque parum manifestis. Paniculae $1^1/_2$—$2^1/_2$″ lg., floribus ultimis ternis, lateralibus pedicellatis, centrali sessili. Alabastra turbinata, $^5/_4$‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen disco concavo, glabro terminatum. Sepala 5, majora $^1/_4$‴ lg. Petala 5, orbicularia, alba, denticulata, 1‴ lt. Stamina petalis subaequalia. Stylus $1^1/_2$‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

δ. grandiflora: foliis oppositis v. sparsis, brevius petiolatis, saepe obovatis, utrinque obtusis v. basi breviter acutis, tandem impresso-punctatis; alabastris majoribus.

Aulomyrcia rufipes ε. grandiflora Bg. in Mart. Fl. Bras. XVII. 131.

Folia petiolo 2—$2^1/_2$‴ lg.; lamina $1^1/_2$—2″ lg., 9—13‴ lt. Paniculae 2—$4^1/_2$″ lg. Alabastra 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab *Aulom. rufipede:* germine tomentoso; sepalis rotundatis; ab *Aulom. desertorum:* foliis longius petiolatis, creberrime pellucido-punctatis, obsolete venosis; sepalis rotundatis.

Habitant: α. in fruticetis silvaticis inter Sabará et Caëte prov. Minarum, florebat Novembri: Riedel; β. in fruticetis inter Rio do Sono et Rio S. Francisco prov. ejusdem, florebat Octobri: Riedel, Claussen; γ. in campis prope Villa Rica prov. Minarum, florebat Septembri: Riedel; δ. inter Arrayal Nossa Senhora da Piedade et Villa do Fanado nunc Cidade de Minas Novas prov. Minarum: Pohl n. 1088. Pl. Oreas.

159.c./207. AULOMYRCIA DESERTORUM Berg: ramulis foliisque novellis subtus ad nervum et petiolum, paniculis alabastrisque rufo-tomentosis; foliis breviter petiolatis, rigidis, ovali-oblongis, utrinque obtusatis, sparsim demum supra impresso-punctatis, adultis utrinque puberulis, subreticulato-venosis, arcuatim limbinerviis; paniculis axillaribus, folio longioribus; germine triloculari; sepalis inaequalibus, deltoideis, acutiusculis.

Frutex 3—4-pedalis; rami teretes, exophloeo delapso laeves; ramuli obtuse 4-goni, novelli subcompressi, dense tomentosi. Folia sparsa, floralia multo minora, utrinque pubescentia, pellucido-punctata, inferiora subopaca; petiolo 4‴ lg.; lamina 1—3″ lg., 6—17‴ lt.; nervo medio supra elevato, subtus incrassato; venis subpatulis venulisque reticulatis utrinque plus minusve manifestis. Paniculae 2—$4^1/_2$″ lg., 2—4-pliciter ramosae, ramis subdivaricatis. Alabastra obovata, $1^1/_2$‴ lg.; bracteolis lanceolatis, tomentosis, deciduis stipata. Germen tomentosum, disco concavo, glabro obtectum. Sepala 5, extus tomentella, intus minute sericea, majora ovata, $^3/_4$‴ lg. Petala 5, subrotunda, concava, dorso puberula, denticulata, 1‴ lg. Stamina stylusque $2^1/_2$‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in deserto inter Alegres et Andrequecé prov. Minarum, florebat Septembri: Riedel. Pl. Hamadryas.

Pag. 132. n. 161. diagnosi *Aulomyrciae obscurae* addatur:

Bacca globosa, calyce coronata.

Ibidem post lineam ultimam inseratur:

AULOMYRCIA OBSCURA α. genuina *Bg.* foliis breviter petiolatis, elliptico-oblongis.

Frutex arborescens, 8—12-pedalis. Folia 16—34‴ lg., 6—16‴ lt. Paniculae 1—3″ lg. Baccae 1—3-spermae, $2^1/_2$—3‴ diametro. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Pag. 133. n. 161. post lineam 17 inseratur:

AULOMYRCIA OBSCURA β. longipes *Bg.* foliis longius petiolatis, lanceolatis, utrinque attenuatis.

Frutex 3—4-pedalis. Folia petiolo 3—4‴ lg.; lamina 2—3¼″ lg., 8—10‴ lt. Paniculae 16—26‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitant: α. in silvis prope Barra de Jiquitiba, florebat Octobri: Riedel; β. in collibus siccis umbrosis prope Caieté prov. Minarum, florebat Septembri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 133. post descriptionem *Aulomyrciae obscurae* inseratur:

161.b./208. AULOMYRCIA REGELIANA Berg: caule seorsum, panicula, bracteis tomentosis; foliis subsessilibus, rigide chartaceis, oblongis v. ovato-oblongis, saepe obversis, utrinque obtusis v. acutis, adultis glabris, nitidis, impellucido-punctatis, exacte reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; paniculis terminalibus, bracteatis, 1-, rarius 2-nis; germine glabro, 3-loculari; sepalis rotundatis, brevibus, villoso-ciliatis. Variat:

α. oppositifolia: foliis oppositis, excepta costa glabris, calyce glabro.

Suffrutex procumbens v. erectus. Caulis basi 4-gonus, exophloeo lamellatim secedente glaber, superne ferrugineo-subvillosus. Gemmae ferrugineo-tomentosae. Folia oblonga v. ovali-oblonga, saepe obversa, utrinque angustata, obtusa v. acuta, concoloria, apice saepe recurvata, summa subtus ad costam pilosiuscula, 2—3″ lg., 9—15‴ lt.; nervo medio utrinque parum elevato; venis erecto-patulis venulisque reticulatis utrinque prominentibus. Panicula terminalis, solitaria, ad 5″ lg., ramis bracteatis, interdum aucta, duabus axillaribus, interdum intermedia abortiva, terminales duae v. cyma terminalis trichotoma; rhachide compressa, puberula. Alabastra obovata, glabra, 2‴ lg., bracteolis lanceolatis, acutis, tomentellis, 1‴ lg. stipata. Germen disco concavo, glabro terminatum. Sepala 5, utrinque glabra, majora ½‴ lg., ¾‴ lt. Petala 5, obovata, concava, glabra, 1½‴ lg. Stamina 1¼‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

β. sparsifolia: foliis sparsis, superioribus subtus tomentosis, calyce pubescente.

Suffrutex pedalis. Caulis inferne exophloeo delapso laevis, cinnamomeus, superne tomentosus, tomento ferrugineo, demum cinerascente. Folia in eodem caule difformia aut ovate oblonga, acuta, apiculata, basi obtusa aut saepius subobovato-oblonga, rotundata, obtusa v. obtusata, interdum apiculata, basi angustato-obtusa v. obtusata, saepius supra obscure grosseque punctata, subtus sparsim glandulosa, 1½—3½″ lg., 7—18‴ lt.; venis subpatulis; nervo limbali exteriore marginante. Panicula corymbosa, 4—6″ lg. Alabastra 2‴ lg., bracteolata. Sepala intus tomentella. Petala subrotunda, reflexa, 1‴ lg. Stamina erecta, 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis arenosis prope Camapuan prov. Mato Grosso, florebat Octobri: Riedel. Pl. Oreas.

161.c. 209. AULOMYRCIA BICUDOENSIS Berg: ramulis, foliis junioribus subtus, paniculis dense ferrugineo-velutinis; foliis subsessilibus, sparsis v. ternis, coriaceis, oblongis, saepe obversis, utrinque acutis v. apice obtusis et retusis, supra nitidis, puberulis, grosse saepissime impresso-glandulosis, postremo subtus glabratis, utrinque elevato-, reticulato-costatis, approximate limbinerviis; paniculis terminalibus et axillaribus, ad thyrsum terminalem, amplum, foliis intermixtum dispositis; germine glabro v. puberulo, 3-loculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, ciliolatis.

Frutex arborescens; ramis crassis, exophloeo lamellatim soluto rufis, glabris, nitidis, superne velutinis, indumento demum expallente. Folia discoloria; petiolo ½—2‴ lg.; lamina 2—4½″ lg., 8—20‴ lt.; nervo medio supra parum elevato, subtus incrassato, venis subpatulis venulisque reticulatis utrinque prominentibus; nervo limbali margini proximo. Paniculae axillares, geminae, altera majore, 2—5″ lg., ad thyrsum terminalem, 3—7″ lg. dispositae, folio parvo v. bractea fultae. Alabastra obovata, glabra, 1½‴ lg. Germen disco concavo terminatum. Sepala 5, majora ½‴ lg. Petala 5, rotundata, concava, denticulata, 1‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in desertis prope Bicudo prov. Mato Grosso, florebat Novembri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 133. post descriptionem *Aulomyrciae comosae* inseratur:

162.b./210. AULOMYRCIA TORTUOSA Berg: ramulis, petiolis, nervis subtus, paniculis ferrugineo-tomentosis; foliis sparsis v. verticillatis, longiuscule petiolatis, rigidis, elliptico-oblongis, saepe obversis, undulatis, recurvato-obtusatis, basi acutis, utrinque pubescentibus, tandem supra glabris, nitidis, impellucido-punctatis, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; panicula terminali, ramosissima, ramis densis, bracteatis; alabastris glabris; germine 3-loculari; sepalis brevibus, rotundatis, villoso-ciliatis.

Arbor 8—12-pedalis, tortuosa, cortice crasso, suberoso; rami crassi, angulati. Folia petiolo crasso 4—6‴ lg.; lamina 3—4″ lg., 18—28‴ lt.; nervo medio supra prominulo, subtus incrassato; venis erecto-patulis venulisque reticulatis, supra prominulis, subtus prominentibus. Panicula corymbosa, 4″ lg., folia summa subaequans, 3-pliciter ramosa, ramis sparsis v. verticillatis, arrectis, bracteatis. Alabastra turbinata, 1‴ lg., bracteolis lanceolatis, sensim acutis, subtus tomentosis, 1‴ lg. stipata. Flores albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab *Aulom. comosa:* indumento densiore; foliis longius petiolatis, subaequalibus, basi acutis; panicula terminali; germine glabro; ab *Aulom. pachyclada;* foliis longius petiolatis, latioribus, evidentius nervosis; panicula terminali; alabastris duplo minoribus; sepalis rotundatis; ab *Aulom. decrescenti:* foliis longe petiolatis, angustioribus, minute glandulosis; panicula terminali; sepalis rotundatis.

Habitat in campis editis super Chapada de S. Marcos prov. Goyazensis, florebat Augusto: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 133. n. 163. post descriptionem *Aulomyrciae pachycladae β. ellipticae* inseratur:

AULOMYRCIA PACHYCLADA γ. prolifera *Bg.* foliis sessilibus, oblongis, utrinque obtuse angustatis, utrinque elevato-reticulatis; paniculis basi nudis, ad corymbum terminalem amplissimum confertis.

Arbor 10—12-pedalis. Folia 2½—4½″ lg., 1—1½″ lt. Paniculae 4—5½″ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In deserto prope Rio Pardo prov. S. Pauli, florebat Septembri: Riedel.

Pag. 135. post diagnosin *Aulomyrciae Parnahibensis* inseratur:

AULOMYRCIA PARNAHIBENSIS α. genuina *Bg.* foliis oppositis, lanceolatis, apice obtusis, basi acutis, venosis.

Ibidem post descriptionem ejusdem speciei inseratur:

AULOMYRCIA PARNAHIBENSIS β. acutifolia *Bg.* foliis oppositis, lanceolato-linearibus, acutiusculis, basi obtusatis, venosis; germine saepe biloculari.

Suffrutex ½—1-pedalis, superne subsericeus. Folia glabra, 4—9‴ lg., ¾—1½‴ lt. Paniculae glabrae, ad corymbum terminalem foliatum dispositae. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

AULOMYRCIA PARNAHIBENSIS γ. IMBRICATA *Bg.* caule simplici, virgato, folioso; foliis dense imbricatis, lineari- v. oblongo-lanceolatis, obtusis, reticulatis.

CAULIS strictus, ¾-pedalis, superne pubescens. FOLIA 9—18‴ lg., 2—6‴ lt. PANICULAE 1—2″ lg., ad thyrsum foliatum terminalem, 2—3″ lg. dispositae. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

AULOMYRCIA PARNAHIBENSIS δ. VERTICILLATA *Bg.* foliis ternis, oblongo-lanceolatis v. oblongis, crassis, angustato-obtusis, subreticulatis.

FRUTICULUS ½—1-pedalis, caudice hypogaeo crasso. FOLIA remota, 11—16‴ lg., 4—6‴ lt. PANICULAE axillares, pauciflorae, folio breviores. FLORES albi, ante anthesin rubri. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Species valde variabilis differt ab affinibus; foliis subsessilibus, utrinque elevato-, impellucido-punctatis; alabastris glabris.

Habitat in campis graminosis arenosis inter Paracatú et Rio S. Marcos ad fines prov. Minarum et Goyazensis, nec non inter Rio das Velhas et Paranahyba, florebat Augusto: Riedel.

Pag. 136. n. 170. post diagnosin *Aulomyrciae suffruticosae* inseratur:

AULOMYRCIA SUFFRUTICOSA α. GENUINA *Bg.* foliis in petiolum elongatis, obverse lineari-lanceolatis, obtusis, creberrime grossiusque glandulosis, vix venosis; germine 4-loculari.

Ibidem post descriptionem ejusdem speciei inseratur:

AULOMYRCIA SUFFRUTICOSA β. VENOSA *Bg.* foliis subsessilibus, obverse lanceolatis, angustato-obtusis, minute glandulosis, venosis; germine 2—3-loculari.

FRUTICULUS 1—2-pedalis, ramosus. FOLIA 6—18‴ lg., 1½—4‴ lt. PANICULAE folio minuto fultae, ad thyrsum terminalem, foliatum dispositae. FLORES albi v. rosei. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

AULOMYRCIA SUFFRUTICOSA γ. ARENARIA *Bg.* foliis sessilibus, linearibus, lanceolato-linearibus v. obverse lanceolatis, obtusis, minute glandulosis, subaveniis; germine 2—3-loculari.

SUFFRUTEX ½—1-pedalis, caule hypogaeo crasso, repente. FOLIA 3—13‴ lg., ¾—3‴ lt. PANICULAE ad corymbum v. thyrsum terminalem, foliis intermixtum dispositae. FLORES albi v. rubescentes. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat β. super Chapada de S. Marcos; γ. in campis graminosis arenosis, nec non ad vias in terra subacta inter Paracatú et Rio S. Marcos ad fines prov. Minarum et Goyazensis, florebat Augusto: Riedel.

Pag. 137. n. 174. post diagnosin *Aulomyrciae Jequitinhonhensis* inseratur:

AULOMYRCIA JEQUITINHONHENSIS α. PARVIFOLIA *Bg.* foliis obverse lanceolatis, cuneatis.

FRUTEX 1—2-pedalis. PANICULAE ad corymbum terminalem, amplum dispositae. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Pag. 138. post descriptionem ejusdem speciei inseratur:

AULOMYRCIA JEQUITINHONHENSIS β. GRANDIFOLIA *Bg.* foliis oblongis v. lanceolato-oblongis, utrinque angustatis.

FRUTEX 1—2-pedalis. FOLIA sparsa, margine recurva, 18—28‴ lg., 7—9‴ lt. PANICULAE ad corymbum terminalem amplum dispositae. FLORES albi v. rosei. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

AULOMYRCIA JEQUITINHONHENSIS γ. GLAUCA *Bg.* foliis glaucis, sparsis, oppositis v. ternis, supra nitidis, omnibus spathulatis, obtusis v. inferioribus oblongis, utrinque angustatis, floralibus quam reliquis multo minoribus.

FRUTEX 3—4-pedalis. FOLIA ½—2″ lg., 2—11‴ lt. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat: β. in campis graminosis arenosisque super Chapada de S. Marcos prov. Goyazensis, florebat Augusto: Riedel: γ. in campis siccis prope S. Luzia prov. Minarum, florebat Octobri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 138. post descriptionem *Aulomyrciae Jequitinhonhensis* addatur:

174.b./211. AULOMYRCIA VELHENSIS BERG: glabra, glauca; foliis subsessilibus, ternis v. sparsis, chartaceis, oblongis v. elliptico-oblongis, acutis v. obtusatis, basi obtusis, impellucido-punctatis, utrinque elevato-, reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus, bracteatis, folio duplo longioribus; germine triloculari; sepalis rotundatis, villoso-ciliatis, intus sericeis.

FRUTEX 1—2-pedalis; RAMI teretiusculi, badii, glandulosi; RAMULII trigoni, roridi. FOLIA 1½—2″ lg., 7—10‴ lt.; nervo medio utrinque, praesertim inferne prominente; venis erecto-patulis, tenuibus venulisque reticulatis utrinque prominulis. PANICULAE 3″ lg., ex axillis summorum foliorum, 2—3-pliciter ramosae, rhachide glaucescente, gracili, compressa, ramis ramulisque bracteis linearibus fultis. ALABASTRA obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, linearilanceolatis, acutis, ciliatis, ½‴ lg. stipata. SEPALA 5, ½‴ lg. PETALA 5, subrotunda, 1‴ lg. STAMINA STYLUSque 1½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis inter Rio das Velhas et Parnahyba prov. Goyazensis, florebat Augusto: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 140. post descriptionem *Aulomyrciae pusillae* inseratur:

179.b./212. AULOMYRCIA PAUCIFLORA BERG: ramulis foliisque novellis, pedunculis et alabastris ferrugineo-tomentosis; foliis petiolatis, rigidis, obverse lanceolato-linearibus, angustato-obtusis, basi sensim elongato-cuneatis, adultis glabris, supra nitidis, pellucido-punctatis, reticulatis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, apice 3—1-floris; germine 3-loculari; sepalis deltoideis, acutis, extus strigosis, intus glabris.

FRUTEX 6—8-pedalis. RAMI teretiusculi, rimosi; RAMULI compressi. FOLIA subtus pallidiora; petiolo 1—2‴ lg.; lamina ¾—2″ lg., 1½—4‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis reticulatis, utrinque prominentibus. PEDUNCULI 6—10‴ lg. ALABASTRA turbinata, 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. GERMEN 6-ovulatum. SEPALA 5, ¾‴ lg. PETALA 5, obovata, concava, 1¾‴ lg. STAMINA 2‴ lg. STYLUS 3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat ad ripas rivulorum in montibus Serra da Lapa prov. Minarum, florebat Novembri: Riedel. Pl. Oreas.

Post descriptionem *Aulomyrciae pauciflorae* inseratur:

179.c./213. AULOMYRCIA DICTYOPHLEBA BBRG: ramulis foliis junioribus subtus, pedunculis puberulis; foliis petiolatis, rigidis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, obtusatis, margine recurvis, supra nitidis, glabris, grosse glandulosis, utrinque elevato-reticulatis, subtus demum glabratis; pedunculis axillaribus, 1—5-floris, folium subaequantibus; germine 3—4-loculari; sepalis brevibus, ovatis, obtusatis, ciliatis.

Frutex 4—6-pedalis, ramosus; rami teretiusculi; ramuli obtuse 4-goni, glabri; novelli compressi, pubescentes. Folia basi saepe truncata, grosse pellucido-punctata, siccata supra cano-virentia, subtus fuscescentia, utrinque et adulta manifeste reticulata; petiolo 1‴ lg.; lamina ½—1″ lg., 2—6‴ lt. Pedunculi compressi, pilosiusculi, ½—1″ lg. Alabastra obovata, glabriuscula, 1‴ lg.; bracteolis hypanthis caducis. Germen glabrum. Sepala 5, inaequalia, extus glabra, intus sericea, ½‴ lg. Petala 5, subrotunda, glabra, glandulosa, 1‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab *Aulom. pusilla*: ramulis antrorsum dense puberulis; foliis petiolatis, oppositis, ovali-oblongis, utrinque exacte reticulatis; pedunculis pilosiusculis.

Habitat prope Cidade Diamantina, olim Tejuco, et ad fluv. Jequetinhonha prov. Minarum, florebat Decembri: Riedel. Pl. Oreas.

VIII. EUGENIOPSIS Bg. *l. c. p. 143.*

Pag. 148. diagnosi *Eugeniopsidis cannaefoliae* addatur:

Baccis ovalibus, utrinque angustatis, sepalis erectis coronatis, monospermis.

Frutex 12-pedalis. Folia 6—9″ lg., 2½—4″ lt., adulta rigida, obscure pellucido-punctata. Baccae rufo-puberulae, 9‴ lg., 8‴ lt., pericarpio crasso. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In silvis umbrosis montium S. Rita, fructificabat Julio: Riedel.

Pag. 150. post descriptionem *Eugeniopsidis paniculatae* inseratur:

16. EUGENIOPSIS RIEDELIANA Berg: ramulis novellis cymisque minutissime sericeis, mox glabris; foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis, acuminatis, basi breviter acutis, discoloribus, glabris, creberrime minuteque pellucido-punctatis, tenuissime venosis, subreticulatis, duplicato-limbinerviis; cymis subterminalibus, repetito 3- v. 5-radiatis, folio duplo brevioribus, rachide compressa; alabastris glabris; germine biloculari; sepalis 4, inaequalibus, minimis, rotundatis, glabris.

Frutex arborescens, 12—15-pedalis; rami teretiusculi, exophloeo delapso laevigati, cinnamomei; ramuli compressi, glandulosi, binodes, nodo infimo subbasilari, squamis deciduis instructo, summo foliato. Folia subtus fusco-punctata; petiolo 4—5‴ lg.; lamina 4—5½″ lg., 19—29‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus incrassato; venis creberrimis, tenuissimis, subpatulis, rectis venulisque tenuioribus reticulatis, supra tandem oblitteratis, subtus prominulis. Cymae 2—2½″ lg., basi squama fultae, rhachide complanata, ter 3- v. 5-radiata. Alabastra turbinata, 1½‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen glabrum, disco concavo, glabro terminatum. Sepala 2 interiora ¼‴ lg., ½‴ lt., 2 exteriora duplo minora. Petala 4, orbicularia, concava, glabra, 1‴ lt. Stamina petalis paullo longiora. Stylus 1½—2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab affinibus speciebus: indumento obsoleto; cymis repetito 3- v. 5-radiatis; germine glabro.

Habitat in silvis distr. Ilheos, prope praedium Castel novo prov. Bahiensis, florebat Novembri: Riedel. Pl. Hamadryas.

IX. MYRCIA DC. *Bg. l. c. p. 150.*

Pag. 154. descriptioni *Myrciae Vauthiereanae* addatur:

Arbor 15—20-pedalis. Flores albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In silvaticis montis Itacolumi prope Ouro Preto, florebat Augusto: Riedel.

Pag. 155. descriptioni *Myrciae capitatae* addatur:

Suffrutex pedalis. Folia deflexa, juniora pellucido-punctata. Racemi capitati, axillares, ad paniculam terminalem, foliis intermixtam, 4″ lg, dispositi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In siccis graminosis lapidosis planitiei Chapada de S. Marcos prov. Goyazensis, florebat Augusto: Riedel.

Pag. 156. n. 10. loco: *Myrcia involucrata* lege: Myrcia Felisberti.

Ibidem notationi II. ad eandem speciem addatur:

Specimen Blanchetianum ex herbario horti botanici Petropolitani hujus speciei in Bahia lectum et sub num. 2315 editum patriam demonstrat hujus speciei nec provinciam do Alto Amazonas, sed Bahiensem et plantam nec Najadem, sed Dryadem esse. Errore venia digno herbarium Martianum hujus speciei unum modo specimen in Bahia, reliqua in provincia do Alto Amazonas indigena nominaverat, quum tamen ambabus provinciis communes hujus familiae species raro occurrant. Quam ob rem nomen triviale *Felisberti* ab Ill. Martio prius datum, nunc bene aptum restituo.

Ibidem dele lineam ultimam.

Pag. 158. post descriptionem *Myrciae rufulae* inseratur:

14.b./129. MYRCIA REGELIANA Berg: ramulis, foliis novellis subtus, paniculis, alabastris dense puberulis; foliis petiolatis, rigidis, oblongis v. ovato-oblongis, sensim longeque acuminatis, basi obtusis, discoloribus, pellucido-, supra nigro-punctatis, demum glabris, nitidis, reticulato-venosis, subtus reticulato-costatis, duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, saepe geminis; germine 2- v. 4-loculari; sepalis inaequalibus, subrotundis, utrinque puberulis.

Arbor 12—15-pedalis. Rami teretes, glabri; ramuli obtuse 4-goni, exophloeo soluto glabri; novelli compressi, subferrugineo-velutini. Folia juniora supra puberula, adulta subtus subglabrata, opaca; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 3½—5″ lg., 14—23‴ lt.; nervo medio supra vix sulcato, subtus incrassato, pubescente; venis plurimis, rectis, subpatulis, supra parum prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque praesertim subtus prominulis. Paniculae 4-pliciter ramosae, multiflorae, 3—4″ lg., altera duplo minore; rhachide compressa, demum subglabrata. Alabastra obovata, 1½‴ lg., ultima 3-na, centrali sessili, lateralibus pedicellatis; bracteolis stipantibus caducis. Germen velutinum, disco plano, tomentello obtectum, biloculare, loculis biovulatis v. 4-loculare, loculis 1-ovulatis. Sepala 5, majora ½‴ lg. Petala 5, alba, subrotunda, dorso sericea, 1½‴ lg. Stamina petalis breviora. Stylus fere 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Affinis *Myrc. eximiae*, sed distincta: indumento tenuiore; foliis basi obtusis, patentius costatis, duplicato-limbinerviis. A *Myrc. rufula* differt: foliis majoribus, latioribus, basi obtusis, supra nigrescenti-punctatis.

Habitat in fruticetis umbrosis montium Serra da Chapada prov. Goyazensis, florebat Septembri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 159. post descriptionem *Myrciae Linkianae* inseratur:

17.b./130. MYRCIA LANGSDORFFII Berg: ramulis foliisque novellis subtus et alabastris velutinis; foliis petiolatis, submembranaceis, lanceolatis, utrinque angustatis, apice longissime obtusiuscule rostratis, basi acuminatis, ibidem margine ad costam revolutis, sparsim pellucido-punctatis, supra glabris, splendentibus, tenuiter diaphano-reticulatis, subtus nitidis, demum glabratis, reti-

culato-costatis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folium subaequantibus, sursum puberulis; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis.

Arbor 20—30-pedalis. Rami obtuse 4-goni, ramuli valde compressi, novelli ferrugineo-velutini. Folia petiolo 2—3‴ lg.; lamina 3—6″ lg., 8—18‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus incrassato; venis plurimis, rectis, subpatulis, supra parum prominulis, subtus prominentibus; venulis reticulatis, lucem versus diaphanis, utrinque prominulis; nervo limbali margini approximato. Paniculae 3-pliciter ramosae, 3—5″ lg.; rhachide compressa. Alabastra obovata, 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen turbinatum, disco medio conico, tomentello obtectum. Sepala 5, utrinque puberula, majora ½‴ lg. Petala 5, orbicularia staminaque 1½‴ lg. Stylus basi puberulus, 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt a *Myrc. tingente:* indumento densiore; foliis sparsius glandulosis, diaphano-reticulatis, subtus manifestius costatis; alabastris duplo majoribus; germinis disco convexo; a *Myrc. Linkiana:* foliis sparsius punctatis, diaphano-reticulatis, subtus glabriusculis; floribus majoribus; a *Myrc. Martiana:* foliis tenuioribus, sparsius, haud impresso-punctatis, diaphano-reticulatis; a *Myrc. elongata:* foliis tenuioribus, sparsius punctatis, diaphano-reticulatis; indumento tenuiori; a *Myrc. Friburgensi:* indumento tenuiore, foliis sparsius punctatis, diaphano-reticulatis.

Habitat in silvis umbrosis montium Serra d'Estrella, florebat Augusto — Septembri: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 169. post descriptionem *Myrciae Klotzschianae* inseratur:

MYRCIA KLOTZSCHIANA β. impellucida *Bg.* arborea; foliis impellucido-punctatis, sursum minoribus; panicula folio longioribus.

Arbor 12—15-pedalis. Ramuli picei. Folia petiolo 1—2‴ lg.; lamina 2—4¼″ lg., 8—16‴ lt. Paniculae 4″ lg., floribus albis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In collibus siccis sterilibusque prope Ilheos prov. Bahiensis, florebat Decembri: Riedel. Pl. Hamadryas.

Pag. 170. descriptioni *Myrciae Berberis* α. *latifoliae* addatur:

Arbor 20—30-pedalis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In silvis umbrosis subhumidis prope Santarem, florebat Decembri: Riedel.

Pag. 170. post descriptionem *Myrciae latifoliae* inseratur:

39.b./131. MYRCIA OITCHI Berg: innovationibus sericeis; foliis brevissime petiolatis, rigide chartaceis, ovato-oblongis, breviter obtuse acuminatis, basi obtusis, glabris, supra splendentibus, subtus nitidis, glandulosis, tenuiter reticulato-venosis; paniculis axillaribus et subterminalibus, rhachide plana; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, glabris, ciliolatis. ♄

Rami tetragoni, exophloeo fusco delabente; ramuli valde compressi, mox glabri. Folia annotina lucem versus sparse et obscure pellucido-punctata, diaphano-reticulata; petiolo 1‴ lg.; lamina 3—4¼″ lg., 16—27‴ lt.; nervo medio planiusculo, subtus elevato; venis tenuibus, subdivaricatis, supra parum prominulis, tandem impressis, subtus prominulis; venulis reticulatis utrinque prominulis, tandem supra oblitteratis. Paniculae 5″ lg., rhachide valde compressa. Alabastra obovata, ¾‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen sericeum, disco plano, sericeo obtectum, biloculare, ovulis binis v. 4-loculare, ovulis solitariis. Sepala 5, majora ¼‴ lg. Petala 5, glabra, ciliolata. Stylus 2‴ lg. Bacca edulis, Oitchi Brasiliensium. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt a *Myrcia latifolia:* foliis brevius petiolatis, rigidioribus, breviter obtuse acuminatis, basi obtusis, reticulatis.

Habitat in Brasilia aequinoctiali: Riedel.

Pag. 171. post descriptionem *Myrciae Vellozianae* inseratur:

41.b./132. MYRCIA STIGMATOSA Berg: ramulis, petiolis, costa subtus pubescentibus; foliis chartaceis, petiolatis, ovatis, obtuse acuminatis, basi obtusatis, nitidis, grosse sparseque pellucido-punctatis, glabris, reticulatis, limbinerviis; pedunculis subterminalibus, 3- v. 1-floris, glabris; germine 3—4-loculari; bacca subglobosa, grosse glandulosa, disco lato sepalisque rotundatis, brevibus, patentibus coronata.

Frutex. Rami graciles, obtuse 4-goni, cinerei; ramuli superne compressi. Folia utrinque reticulata, nitida, glandulis raris, maximis, coccineo-pellucidis instructa; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 1—2″ lg., 6—15‴ lt.; nervo medio supra vix sulcato, subtus prominente; venis tenuibus, subpatulis venulisque tenuioribus reticulatis, utrinque prominulis. Pedunculi compressi, grosse glandulosi, 4—8‴ lg., saepissime 3-flori, flore centrali sessili, lateralibus breviter (1—1½‴ longe) pedicellatis. Alabastra turbinata, glabra, 2‴ lg., bracteolis linearibus, acutis, ciliatis, ½‴ lg. caducis stipata. Germen glabrum, 6—8-ovulatum, disco concavo terminatum. Sepala 5, in alabastro globo petalorum breviora, basi gibba, concava, villosulo-ciliolata, ½‴ lg. Petala 5, alba, obovata, concava, fere 2‴ lg. Stamina stylusque 3‴ lg. Bacca nigra, 1—3-sperma, 5‴ diametro. Semen testa cartilaginea, nitida, badia obtectum. Embryo generis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in distr. Ilheos locis saxosis prope Castel novo prov. Bahiensis, florebat Aprili: Riedel. Pl. Hamadryas.

Pag. 175. post descriptionem *Myrciae gracilis* inseratur:

MYRCIA GRACILIS γ. sessiliflora *Bg.* foliis supra obsolete impresso-punctatis; floribus ultimis ternis, sessilibus.

Arbor 20—30-pedalis; rami grisei. Flores albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In collibus siccis ad margines silvarum prope Taubaté et alibi prov. S. Pauli, florebat Octobri: Riedel.

Pap. 176. descriptioni *Myrciae rostratae* addatur:

Frutex arborescens, 12—15-pedalis. Flores albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In collibus siccis umbrosis montis Corcovado, florebat Septembri: Riedel.

Pag. 177. ante *Myrciam Corcovadensem* inseratur:

50.b. 133. MYRCIA TINGENS Berg: ramulis, foliis junioribus subtus, paniculis, alabastris sericeis; foliis petiolatis, submembranaceis, lanceolatis, utrinque sensim angustatis, apice longe rostratis, basi acuminatis, supra glabris, nitidis, subtus tandem glabratis, utrinque creberrime elevato-, pellucido-punctatis, tenuissime reticulato-venosis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folium subaequantibus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, brevibus, rotundatis, utrinque sericeis.

Arbor 20—25-pedalis. Rami teretiusculi, glabri, fuscescentes; ramuli compressi, juniores dense sericei. Folia juniora subtus pilis sparsis adpressis subsericea; petiolo 2‴ lg.; lamina 2—4½″ lg., 7—13‴ lt.; nervo medio supra vix sulcato, subtus elevato; venis tenuissimis, plurimis, subpatulis venulisque reticulatis utrinque parum prominulis; nervo limbali margini approximato. Paniculae 3-pliciter ramosae, multiflorae, 2—3″ lg. Alabastra obovata, 1‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen sericeum,

disco plano, puberulo terminatum. Sepala 5, majora $^1/_2$''' lg. Petala 5, subrotunda, alba, 1''' lg. Stamina stylusque 2''' lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Cuipuna nominata, quacum Lusitani nigrum tingunt, *crescit inter fluvium Inhumerim et Serra d'Estrella in prov. Rio de Janeiro, florebat Novembri: Riedel. Pl. Dryas.*

Pag. 182. post descriptionem *Myrciae sepiariae* inseratur:

61.b./134. MYRCIA RIEDELIANA Berg: ramulis foliisque novellis subtus et paniculis dense brunneo-pubescentibus; foliis longiuscule petiolatis, rigide chartaceis, lanceolatis v. oblongo-lanceolatis, longe acuminatis, basi utrinque revoluta acutis, supra glabris, nitidis, impresso-reticulatis et crebro pellucido-punctatis, subtus glabratis, reticulato-costatis, limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, densifloris, folium subaequantibus; germine biloculari; sepalis ovato-rotundatis, puberulis.

Arbor 18—24-pedalis. Rami tereti — 4-goni, glabri, grisei; ramuli compressi. Folia supra impresso-, obscure pellucido-punctata; petiolo 2—3''' lg.; lamina 18—40''' lg., 6—11''' lt.; nervo medio supra sulcato, subtus elevato; venis erecto-patulis, rectis, supra impressis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, supra impressis, subtus parum manifestis; nervo limbali margini approximato. Paniculae 1—2'' lg., apice coarctatae, multiflorae; rhachide 4-gona. Alabastra obovata, puberula, 1''' lg.; bracteolis lanceolatis, brevibus, caducis stipata. Germen disco concavo, tomentello terminatum. Sepala 5, majora $^1/_4$''' lg. Petala 5, subrotunda, ciliolata, 1''' lg. Stamina stylusque $1^1/_2$''' lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Maxime affinis *Myrc. sepiariae*, sed distincta; foliis longius petiolatis, tenuioribus, crebro et impresso-pellucido-punctatis, supra impresso-reticulatis, subtus subcostatis.

Habitat in silvis collibusque siccis prope Lorena et alibi in prov. S. Pauli, florebat Octobri: Riedel.

Pag. 186. n. 70.

MYRCIA ANCEPS β. brevipes *Bg.*:

Frutex 8—10-pedalis et altior. Rami alato-ancipites. Folia oblonga v. ovato-oblonga, $1^1/_2$—3'' lg., 9—14''' lt.; petiolo 1—$1^1/_2$''' lg. Paniculae $1^1/_2$—2'' lg. Flores albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in fruticetis arenosis prope Macahé prov. Rio de Janeiro, florebat Junio: Riedel.

Pag. 188. post descriptionem *Myrciae Goyazensis* inseratur:

14.b./135. MYRCIA MARGINATA Berg: suffruticosa, caulibus plerumque simplicibus, sursum nudis, ibidem foliisque novellis subtus et alabastris dense albido-pubescentibus; foliis subsessilibus, rigidis, infimis cordatis, superioribus ovatis, ovato- v. ovali-oblongis, acutis v. obtusatis, basi obtusis, in margine ipso limbinerviis et incrassatis, supra glabris, nitidis, reticulatis, subtus subglabratis, reticulato-costatis, obscure pellucido-punctatis; panicula terminali; floribus glomeratis; germine biloculari; sepalis rotundatis, inaequalibus, pubescentibus.

Suffrutex pedalis, plerumque simplex, inferne exophloeo nigricante fissili obtectus, ibidem foliorum jugis saepe 2—3 obsitus, sursum strictus, nudus, compressus, rufus, albido-pubescens, internodiis infimis abbreviatis, folio brevioribus, superioribus iisque 2—3-plo longioribus. Folia 2—$4^1/_2$'' lg., 1—$2^1/_2$'' lt.; nervo medio supra sulcato, subtus elevato; venis erecto-patulis v. subdivaricatis, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis, exacte reticulatis, utrinque prominulis. Panicula terminalis, solitaria, valida, 1—9'' lg., pauci- et grandiflora, longe stipitata (internodio) 4—9'' lg., nodis remotis aut thyrsoidea aut racemosa, ramis 1—4'' lg., infimis saepe folio minuto v. bractea foliacea, oblonga, 13''' lg., 4''' lt. fultis aut abbreviatis 3—5-floris aut elongatis racemosis v. paniculatis, ramulis infimis 3—5-floris. Flores terminales rhachidis primariae terni, centrali sessili, lateralibus breviter pedicellatis, reliquis omnibus sessilibus, saepe glomeratis. Alabastra obovata, $2^1/_2$''' lg., bracteolis ovatis, pubescentibus, $1^1/_2$''' lg., deciduis stipata. Germen disco concavo, velutino obtectum, densissime albo-pubescens. Sepala 5, $^3/_4$—$1^1/_2$''' lg., exteriora 2 loculis germinis respondentia. Petala 6, subrotunda, concava, extus sericea, $2^1/_2$''' lg. Stamina plurima, 3''' lg. Stylus 4''' lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitu valde ad *Myrc. Goyazensem* spectat, sed diversa: foliis multo majoribus et latioribus; inflorescentia thyrsoidea; germine biloculari.

Habitat in siccis graminosis montium Serra da Chapada prov. Goyazensis, florebat Septembri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 188. post descriptionem *Myrciae Schottianae* addatur:

MYRCIA SCHOTTIANA β. sericea *Bg.* indumento sericeo; foliis planis, utrinque reticulatis, pellucido-punctatis; sepalis latioribus.

Frutex 3—4-pedalis. Indumentum gilvum. Folia 8—19''' lg., $2^1/_2$—6''' lt. Pedunculi 3—5-flori, flore terminali sessili, lateralibus pedicellatis, 6—16''' lg. Sepala 5, subovata, acuta. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis collibusque siccis prope Curvellos prov. Minarum, florebat Novembri: Riedel.

Pag. 189. post descriptionem *Myrciae Schottianae* inseratur:

75.b./136. MYRCIA MICROPHYLLA Berg: ramulis, foliis subtus, pedunculis, alabastris sericeis; foliis sessilibus, chartaceis, ovate lanceolatis v. linearibus, basi latiore obtusa, sursum sensim angustatis, obtusis, supra glabris, nitidis, impresso-punctatis, obsolete venosis; pedicellis axillaribus, folio longioribus, 1—3-floris, ad racemos foliis intermixtos dispositis; germine biloculari; sepalis inaequalibus, subrotundis, ciliatis.

Frutex 1—$1^1/_2$-pedalis. Rami graciles, virgati, tereti — 4-goni, glabri, peridermate squamose secedente; ramuli subcompressi, puberuli. Folia obscure pellucido-punctata, subtus demum glabra, glandulosa, in eodem ramo ex latiore basi lanceolata aut linearia, utrinque aequilata, floralia multo minora, 2—9''' lg., $^3/_4$—$2^1/_2$''' lt.; nervo medio planiusculo; venis obsoletis. Pedicelli 1—5''' lg., racemum 1—2'' lg. formantes v. axillares. Alabastra obovato-subglobosa, $1^1/_2$''' lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen disco concavo, sericeo obtectum, dense sericeum. Sepala 5, exteriora rotundato-ovata, subacuta, interiora majora, rotunda $^1/_2$''' lg. Petala 5, subrotunda, ciliolata, 1''' lg. Stamina $1^1/_2$''' lg. Stylus 2''' lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In siccis graminosis montium Serra da Chapada prov. Goyazensis, florebat Septembri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 190. descriptioni *Myrciae Itambensis* addatur:

Frutex arborescens, 8—10-pedalis, floribus albis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In fruticetis prope Caeté, florebat Septembri, in collibus apricis saxosis montium Serra de Ouro Preto, florebat Augusto: Riedel.

Pag. 194. post descriptionem *Myrciae Bergianae* addatur:

MYRCIA BERGIANA *β.* ANGUSTIFOLIA *Bg.* foliis brevius petiolatis, oblongis v. ovato-oblongis, obtuse acutatis; paniculis folium subaequantibus.

ARBOR 20—25-pedalis. FOLIA petiolo 2—3‴ lg.; lamina 3—4½″ lg., 1—2″ lt. PANICULAE subterminales et ex axillis summis axillares ad thyrsum foliis parvis intermixtum, 5″ lg. dispositae. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In silvis maritimis arenosis prope Ilheos prov. Bahiensis, florebat Junio: Riedel.

Pag. 197. post descriptionem *Myrciae brunneae* addatur:

MYRCIA BRUNNEA CAMB. *β.* OPACA *Bg.* foliis majoribus, opacis; sepalis deltoideis, latis, brevibus.

FRUTEX et ARBOR. RAMI teretiusculi, exophloeo obscuro delapso laevigati, cinnamomei; RAMULI obtuse 4-goni, tomentosi. FOLIA 2—6″ lg., 19—32‴ lt., supra oblitterato-venosa, subtus reticulato-costata, costis erecto-patulis; petiolo valido, 3—4‴ lg. PANICULAE brachiatae, 3—4″ lg., 3-pliciter ramosae. FRUCTUS subglobosi, tomentosi, sepalis conniventibus coronati, 3‴ diametro. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in fruticetis prope Sabará prov. Minarum, fructificabat Novembri: Riedel.

Pag. 203. descriptioni *Myrciae lasianthae* addatur:

FRUTEX et ARBOR 3—8-pedalis. FLORES albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis editis siccisque inter Andrequecé et Rio S. Francisco prov. Minarum, florebat Octobri: Riedel.

Pag. 206. post descriptionem *Myrciae canescentis* inseratur:

MYRCIA CANESCENS *β.* RETICULATA *Bg.* foliis utrinque reticulatis, floralibus multo minoribus; paniculis axillaribus et terminalibus ad thyrsum amplum, pyramidatum, foliis intermixtum dispositis.

FRUTEX 1—3-pedalis; RAMI exophloeo delapso laeves, glabri. FOLIA caulina ovata v. ovato-oblonga, basi cordata, subtus tomento gilvo, demum canescente v. nigrescente obtecta, caulina 14—32‴ lg., ¾—1½″ lt., floralia 6—12‴ lg., 4—8‴ lt. THYRSUS 3—4″ lg. ALABASTRA obovata, 1½‴ lg. SEPALA ovata, acutiuscula, ½‴ lg. PETALA 5, obovata, concava, dorso sericea, ½‴ lg. STAMINA 2‴ lg. STYLUS pubescens 2½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis sterilibus petrosisque inter Rio das Velhas et Rio Paranahyba, prov. Goyazensis, florebat Augusto: Riedel.

Pag. 207. inter lineas 25 et 26 pone:

MYRCIA DASYBLASTA *α.* CORDATA *Bg.* foliis plerisque cordatis.

Ibidem post lineam 37 inseratur:

MYRCIA DASYBLASTA *β.* OVATA *Bg.* foliis plerisque ovatis.

FRUTEX 4—6-pedalis, floribus albis. (v. in hb. hort. bot. Petr.)

In siccis montosis prope Camapuan prov. Mato Grosso, florebat Octobri, Riedel.

Pag. 208. post descriptionem *Myrciae cordatae Camb.* inseratur:

126.b./137. MYRCIA UBERAVENSIS BERG: ramulis, foliis novellis subtus, paniculis, alabastris brunneo-velutinis; foliis sessilibus, rigide coriaceis, basi cordatis, impellucido-punctatis, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; paniculis axillaribus et subterminalibus, folio longioribus, saepe ad thyrsum terminalem, foliis intermixtum dispositis; germine biloculari; sepalis rotundato-ovatis. Variat:

α. OVATA: foliis ovatis v. ovato-oblongis, obtuse acutatis; thyrso terminali foliis intermixto.

FRUTEX 2—4-pedalis. RAMI tetragoni, exophloeo delapso laeves, glabri, superne compressi. FOLIA mox glabra, nitida, 1½—4″ lg., 9—32‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis subpatulis venulisque reticulato-ramosissimis, tenuibus, utrinque prominulis. THYRSUS pyramidalis ex paniculis axillaribus, sursum sensim brevioribus formatus, circiter 6″ lg., foliis parvis intermixtus. ALABASTRA obovata, 2‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. GERMEN turbinatum, dense villoso-sericeum. SEPALA 5, glabriuscula, ciliata, ½‴ lg. PETALA 5, orbicularia, ciliolata, dorso sericea, alba, 1½‴ lg. STAMINA STYLUSque longitudine petalorum. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

β. ROTUNDIFOLIA: foliis suborbicularibus; paniculis axillaribus et subterminalibus, 1—2-nis.

FOLIA 16—25‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis inter Villa Franca et Uberava, prov. S. Pauli, florebat Julio: Riedel. Pl. Oreas.

SUBTRIBUS II. EUGENIOIDEAE BG. *l. c. p. 214.*

XII. EUGENIA MICH. *Bg. l. c. p. 214.*

Pag. 216. descriptioni *Eugeniae myrtillifoliae* addatur:

Specimina Riedeliana recedunt ab iis Herbarii Monacensis: foliis longius (1½‴ lg.) petiolatis, majoribus, acutioribus, ⅔—1½″ lg., 3—7‴ lt.; pedunculis 6—8‴ lg. Alabastra 1½‴ lg.; sepalis globo petalorum brevioribus. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Florebat Augusto: Riedel.

Pag. 217. post descriptionem *Eugeniae arctostaphyloidis* inseratur:

EUGENIA ARCTOSTAPHYLOIDES *β.* OVALIS *Bg.* foliis rigidis, ovali-oblongis, supra demum impresso-, impellucido-punctatis.

In prov. Bahiensi: Blanchet n. 2612.

Pag. 217. post descriptionem *Eugeniae arctostaphyloidis* inseratur:

EUGENIA ARBUTIFOLIA BG. v. 406, ob pedicellos saepe unifloros hic nominanda.

Pag. 219. post descriptionem *Eugeniae Uvalhae* inseratur:

10.b./290. EUGENIA LANGSDORFFII BERG: perennis, caulibus plerumque simplicibus, herbaceis, glabris; foliis subsessilibus, chartaceis, linearibus, utrinque angustatis, apice acutissimis, glabris, glaucis, utrinque glandulosis et reticulato-venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, folio brevioribus, pilosiusculis; germine albo-velutino, biloculari; sepalis rotundatis, utrinque subvelutinis.

CAUDEX subterraneus crassus. CAULES epigaei, rarius parum ramosi, antrorsum glaucescentes, 1—1½′ alti. FOLIA sparsa,

terna v. opposita, obsolete pellucido-punctata, infima minora; petiolo vix ullo; lamina 2—4½″ lg., 3—6‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis suberecto-patulis venulisque tenuioribus reticulatis, utrinque prominulis; nervo limbali irregulari, margini proximo. Pedunculi interdum medio bibracteolati, 7—17‴ lg. Alabastra obovata, 4—5‴ lg., velutina, bracteolis 2, subulatis, pilosis, 2—3‴ lg., interdum a flore remotis stipata. Germen loculis pluriovulatis, disco 4-gono, tomentello obtectum. Sepala 4, in alabastris globo petalorum paullo breviora, majora 2‴ lg. Petala 4, alba, obovata, ciliata, extus puberula, 4‴ lg. Stamina stylusque petala subaequantia. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Ab *Eugenia linearifolia* differt: caule foliisque glabris, his tenuioribus, acutissimis, reticulato-venosis; pedunculis elongatis.

Habitat in campis siccis ad Rio Pardo prov. S. Pauli, florebat Septembri: Riedel.

Pag. 225. descriptioni *Eugeniae prasinae* addatur:

Pedicelli axillares solitarii aut in ramulo abbreviato, 1—3-nodi, aphyllo, interdum antrorsum 2—4-foliato, axillari oppositi, nodis 1—3 infimis floriferis. Alabastra obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, basi connatis, ¾‴ lg. stipata. Germen dense sericeum, biloculare. Sepala 5, inaequalia, rotundato-ovata, extus minutissime puberula, in alabastro globum petalorum includentia, majora 2‴ lg. Petala 4, alba, obovata, demum reflexa, 3‴ lg. Stamina creberrima, erecta, 3‴ lg. Stylus 2‴ lg. Bacca 1″ lg., 6‴ lt. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Ab *Eugenia tenuifolia* differt: foliis breviter, late, obtuse acuminatis, rigidioribus.

In prov. Rio de Janeiro, florebat Octobri, fructificabat Martio: Riedel.

Pag. 225. post descriptionem *Eugeniae expansae* inseratur:

27.b./291. EUGENIA ADENOCARPA Berg: ferrugineo-strigosa, demum glabra; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis, utrinque angustatis, apice acuminatis, pellucido-punctatis, tenuiter venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus oppositis, solitariis, 1-floris, petiolo multo longioribus; germine verrucoso, 4-loculari; sepalis ovatis, concavis, obtusatis.

Arbor frutescens, 12—15-pedalis; rami teretiusculi, superne compressi, glabri, pallidi; ramuli novelli ferrugineo-strigosi. Folia juniora subtus ferrugineo-strigosa, demum glabra, supra minute impresso-punctata, subavenia; petiolo strigoso, demum glabro, 1—2‴ lg.; lamina 1½—2½″ lg., 8—12‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus prominente; venis tenuibus, suberecto-patulis, supra haud manifestis, subtus prominulis. Pedunculi validi, compressi, strigosi, demum glabri, 6—8‴ lg. Gemben hemisphaericum, disco lato obtectum, strigosum, demum glabrum, 3‴ diametro, bracteolis 2 minutis stipatum. Sepala 4, erecta, strigosa, majora 2‴ lg. Petala 4, obovata, extus strigosa, sepalis paullo longiora. Fructus (immaturi) globosi, 6‴ diametro et ultra. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis montis Serra d'Estrella prov. Rio de Janeiro, florebat Januario, Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 230. post descriptionem *Eugeniae Sprengelii* inseratur:

41.b./292. EUGENIA ANGUSTISSIMA Berg: perennis, glabra, caulibus simplicibus, herbaceis, foliosis; foliis fasciculatis, linearibus, obtusatis, pellucido-punctatis, 1-nerviis; pedicellis axillaribus, 1-floris, 1—3-nis, folio brevioribus, apice bibracteolatis, bracteolis linearibus, alabastro longioribus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, ovatis, obtusatis, ciliolatis.

Herba perennis; caudice hypogaeo elongato, crasso; caulibus epigaeis gracilibus, foliosis, 4—6″, interdum 1—1½′ longis. Folia 3 v. plura in fasciculo, subtus interdum venosa, ½—1″ lg., ¼—½‴ lt. Pedicelli filiformes, 4—6‴ lg. Alabastra obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 1½—8‴ lg. stipata. Germen loculis multiovulatis. Sepala 4, in alabastris globo petalorum breviora, majora 1‴ lg. Petala 4, orbicularia, laete rosea, ciliolata, 2‴ lg. Stamina stylusque petalis paullo breviora. Bacca nigra, 1—2-sperma. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis siccis arenosisque ad Rio Pardo, florebat Septembri: Riedel.

41.c./293. EUGENIA HERBACEA Berg: perennis, caulibus herbaceis, simplicibus, sursum puberulis; foliis sparsis, linearibus, acutis, basi in petiolum angustatis, glabris, supra impresso-punctatis, 1-nerviis; pedunculis axillaribus, bifidis, bifloris, folio brevioribus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, concavis, glabris, ciliatis.

Herba perennis; caudice subterraneo repente tenui; caulibus epigaeis, 6—8″ lg., gracilibus, foliosis, basi glabris, badiis. Folia chartacea, pellucido-punctata, 1—2″ lg., ¼—¾‴ lt. Pedunculi 3—7‴ lg., pedicellis 2, 1-floris, erectis, 2—4‴ lg., basi bractea lineari, ¼—1½‴ lg. fultis; rarissime pedunculo abortivo, pedicelli axillares, 1-flori. Alabastra obovata, glabra, 3‴ lg., bracteolis 2, ovatis, ½‴ lg. Germen glabrum, loculis pluriovulatis. Sepala 4, in alabastris globo petalorum breviora, majora 1‴ lg. Petala 4, rotunda, ciliolata, alba, 2‴ lg. Stamina stylusque petalis subaequalia. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Affinis *Eugeniae angustissimae*, sed distincta: indumento: foliis sparsis, solitariis, majoribus, acutis; pedunculis bifidis; bracteolis hypanthis ovatis, germen subaequantibus; petalis albis.

Habitat in campis arenosis ad Rio Pardo, florebat Octobri; Riedel.

Pag. 231. post descriptionem *Eugeniae Bagensis* inseratur:

45.b/294. EUGENIA RUPESTRIS Berg: ramulis, pedicellis, alabastris dense subaureo-sericeis; foliis petiolatis, rigidis, subobverse lanceolatis, basi cuneatis, apice obtusiuscule acutatis, nervo excurrente brevissime apiculatis, discoloribus, subtus viridi-flavis, adultis glabris, creberrime supra impresso-glandulosis, tenuissime venosis, limbinerviis; pedicellis 1—2-nis, validis, complanatis, 1-floris, petiolo longioribus; germine 3—4-loculari; sepalis ovatis, concavis, obtusis, sericeis.

Frutex. Rami teretiusculi, glabri, laevigati, pallidi; ramuli compressi, uti pedicelli et alabastra pilis brevibus brunneis, intermixtis aureo-nitentibus obtecti. Folia juniora pilosiuscula, demum glabra, siccata supra cano-virentia, impellucido-punctata; petiolo 2‴ lg.; lamina 1½—2½″ lg., 3—7‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus prominente; venis tenuissimis, subpatentibus, supra invisibilibus, subtus suboblitteratis. Pedicelli 3—5‴ lg. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, sericeis, ¾‴ lg. stipata. Germen loculis pluriovulatis. Sepala 4, coriacea, 1½‴ lg. Petala 4, obovata, concava, alba, ciliolata, 2‴ lg. Stamina 2½‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat ad ripas in montibus Serra da Lapa prov. Minarum, florebat Novembri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 232. descriptioni *Eugeniae Poeppigianae* addatur:

Fructus ovales, tomentosi, calyce coronati, bracteolis stipati.

Specimina Mugiensia a Sellowianis pedunculis abbreviatis, solitariis 1—3‴ lg. differunt. Bacca (immatura) 3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petr.),

In silvulis humidis prope Mugi prov. S. Pauli, fructificabat Novembri — Decembri: Riedel.

Pag. 232. post descriptionem *Eugeniae Canelonensis* inseratur:

47.b./295. EUGENIA SUBAVENIA Berg: glabra; foliis breviter petiolatis, chartaceis, obovato-oblongis, obtuse acuminatis, cuneatis, supra nitidis, subtus pallidis, creberrime glandulosis, subaveniis; pedicellis 2—6, e rhacheola brevi, axillari, petiolo longioribus; germine sericeo biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, pallide marginatis, ciliolatis.

Arbor. 12—15-pedalis. Rami teretiusculi, superne compressi, pallidi; novelli glandulosi. Folia subtus glaucescentia, supra laevigata, subtus tenuissime rugulosa, novella pellucido-punctata, adulta opaca; petiolo 1‴ lg.; lamina 1—2″ lg., 5—9‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus parum prominente; venis suberecto-patulis, supra oblitteratis, subtus vix visibilibus, longiore a margine distantia ad nervum limbalem unitis. Rhachis ½—2‴ lg.; pedicellis 3—4‴ lg., bractea oblonga, ½—1‴ lg. fultis. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, concavis, ¾‴ lg. stipata. Germen minutissime sericeum, loculis multi-ovulatis. Sepala 4, in alabastro globum petalorum obtegentia, majora 1‴ lg. Petala 4, subrotunda, sepalis paullo longiora, alba. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis umbrosis inter Mandiocca et Porto d'Estrella prov. Rio de Janeiro, florebat Novembri: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 234. post descriptionem *Eugeniae fuligineae* inseratur:

EUGENIA FULIGINEA β. rufa *Bg.* indumento rufo, demum expallente.

Frutex 4—8-pedalis. Folia 1½—3″ lg., 8—18‴ lt.; petiolo 2—4‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in fruticetis ad colles editos prope Ouro preto prov. Minarum, florebat Januario: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 236. descriptioni *Eugeniae Kunthianae α. pellucidae* addatur:

Fruticulus 1—1½-pedalis. Flores albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis siccis graminosis prope Villa Franca prov. S. Pauli, florebat Julio: Riedel.

Pag. 237. post descriptionem *Eugeniae sanctae* addatur:

60.b./296. EUGENIA MUGIENSIS Berg: ramulis foliisque annotinis velutinis; foliis subsessilibus, rigidis, obverse oblongis, obtusis v. angustato-obtusis, basi cuneatis, adultis subglabratis, pellucido-punctatis, subreticulato-venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus, glabriusculis, 1-, rarius 2-nis, 1-floris, folio brevioribus; germine biloculari, glabro; bacca ovali, sepalis ovatis, obtusis, ciliolatis, inaequalibus coronata.

Frutex 2—4-pedalis. Rami sub-4-goni, glabri, exophloeo solubili; ramuli novelli ferrugineo-velutini. Folia conferta, marginata, supra tandem puberula, subtus glabriuscula, pallidiora, glandulosa, 9—16‴ lg., 3—6‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, longiori a margine distantia arcuatim unitis venulisque interjectis tenuioribus ramulosis, utrinque prominulis. Pedicelli 1½—2‴ lg., bractea minuta fulti. Alabastra glabra, fere 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, minutis fulta. Germen loculis multi-ovulatis. Sepala 4, in alabastris globo petalorum breviora, majora ¾‴ lg. Petala 4, subrotunda, ciliolata, 1½‴ lg. Stamina stylusque 1‴ lg. Bacca 3‴ lg., 2½‴ lt., sepalis conniventibus coronata, oligosperma. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab *Eugenia sancta:* indumento densiore; foliis angustioribus, obtusioribus; sepalis ovatis.

Habitat in campis graminosis prope Taubaté et Mugi prov. S. Pauli, florebat Novembri: Riedel.

Pag. 238. post descriptionem *Eugeniae vagae* inseratur:

63.b./297. EUGENIA DASYANTHA Berg: ramulis foliisque junioribus, pedicellis et alabastris pubescentibus; foliis sessilibus, rigidis, obverse v. obovato-oblongis, angustato-obtusis, basi cuneatis, marginatis, demum puberulis, impellucido-punctatis, supra rugosis, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; pedicellis axillaribus, bractea fultis, 1—2-nis, 1-floris, folio 3-plo brevioribus; germine pubescente, biloculari; sepalis inaequalibus, rotundato-ovatis, puberulis.

Frutex 2—3-pedalis. Rami obtusanguli, exophloeo cinnamomeo delapso badii, superne compressi, pilis albis, intermixtis minoribus rufis, pubescentes. Folia supra nitida, subtus opaca, 14—21‴ lg., 5—9½‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis subpatentibus venulisque ramulosis utrinque prominulis. Pedicelli 2—4‴ lg., bractea minuta, pubescente fulti. Alabastra obovata, 2½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, minutis, pubescentibus stipata. Germen crassiusculum, albido-pubescens, loculis pluriovulatis. Sepala 4, in alabastris globo petalorum breviora, majora ¾‴ lg. Petala 4, subrotunda, ciliolata, 2‴ lg. Stamina stylusque 1‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab *Eugenia vaga:* indumento; foliis sessilibus, impellucido-punctatis; ab *Eugenia hypericifolia:* indumento pubescente; foliis sessilibus, angustato-obtusis; germine biloculari; sepalis obtusis.

Habitat in campis siccis prov. Minarum, florebat Junio: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 240. post lineam 33 inseratur:

EUGENIA POLYPHYLLA α. genuina *Bg.* foliis obovato-oblongis, breviter late et obtuse acuminatis.

Frutex 2—12-pedalis. Flores albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Ibidem post descriptionem ejusdem speciei inseratur;

EUGENIA POLYPHYLLA β. obovata *Bg.* foliis obovatis, brevissime latissimeque recurvato-acuminatis.

Folia 7—15‴ lg., 4—9‴ lt. Pedicelli plerumque gemini, superiores nutantes, 3—6‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitant: α. in campis siccis prope S. Carlos et alibi in prov. S. Pauli, florebat Januario; β. in prov. Minarum: Riedel.

Pag. 241. descriptioni *Eugeniae decorticantis* addatur:

Fruticulus 1-pedalis. Folia opposita. Flores albi. Fructus albi, magnitudine Cerasi, 1—2-spermi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis arenosis ad Rio Pardo, florebat Septembri: Riedel.

Pag. 242. post lineam 15 inseratur:

EUGENIA STEPHANI α. genuina *Bg.* foliis oblongis v. oblongo-lanceolatis; pedicellis folio paullo brevioribus; alabastro multo longioribus.

Ibidem post lineam 30 inseratur:

EUGENIA STEPHANI β. angustifolia *Bg.* foliis lanceolatis, interdum obtusatis; pedicellis alabastro subaequalibus.

Fruticulus 1—2-pedalis. Folia sparsa v. opposita, 10—22‴ lg., 2—4‴ lt. Pedicelli 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

EUGENIA STEPHANI *γ.* LATIFOLIA *Bg.* foliis elliptico-oblongis.

FOLIA 9—32‴ lg., 5—9‴ lt. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitant in campis editis graminosis planitiei Chapada de S. Marcos prov. Goyazensis, florebat Augusto: Riedel; nec non in campis prope Villa Franca et S. Carlos prov. Pauli, florebant Junio, Julio: Riedel.

Pag. 242. post descriptionem *Eugeniae Stephani* inseratur:

71.b./298. EUGENIA REGELIANA BERG: ramis, foliis subtus, pedunculis, alabastris e rubescenti cano-velutinis; foliis subsessilibus, rigidis, ovali oblongis, acutatis, apiculatis, basi angustato-obtusis, supra puberulis, glandulosis, subreticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; pedunculis oppositis, 1-floris, bractea foliacea fultis, e ramulo binodi, gemma terminato, axillari oriundis; germine biloculari; sepalis rotundo-ovatis, obtusis, velutinis.

FRUTICULUS 1—2-pedalis, ramosus. RAMI obtuse 4-goni, exophloeo delapso badii, glabri; RAMULI compressi, velutini. FOLIA subobversa, obscure pellucido-punctata, 1½—2″ lg., 5—10‴ lt.; nervo medio utrinque prominente; venis tenuibus, suberecto-patulis, longiori a margine distantia arcuatim unitis venulisque tenuioribus ramulosis, supra prominulis, subtus ob tomentum obsoletis. PEDUNCULI 4, 8—10‴ lg., bractea ovali-oblonga, 4‴ lg. fulti, e ramulo 6—9‴ lg. oriundi. ALABASTRA obovata, sub calyce constricta, 5‴ lg., bracteolis 2, linearibus, velutinis, 2‴ lg. stipata. GERMEN velutinum, loculis intus velutinis pauci-ovulatis. SEPALA 4, in alabastris globo petalorum parum breviora, majora, 2½‴ lg. PETALA 4, obovata, extus pubescentia, 4‴ lg. STAMINA 2½‴ lg. STYLUS staminibus aequalis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab *Eugenia Sellowiana:* foliis nec e basi latiore subcordata sensim acutatis, sed subobversis, utrinque angustatis, subtus velutinis, subaveniis, nec non inflorescentia; ab *Eug. Stephani:* foliis latioribus, supra reticulatis, nec non inflorescentia.

Habitat in Chapada de S. Marcos prov. Goyazensis, florebat Augusto: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 243. descriptioni *Eugeniae triphyllae* addatur:

FRUTEX 3—6-pedalis. FOLIA saepissime in speciminibus Riedelianis opposita. BACCAE subobovatae, rubrae v. luteae, magnitudine Cerasi minoris. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis prope Taubaté, Itú, Mugy, prov. S. Pauli, fructificabat Novembri: Riedel.

Pag. 243. descriptioni *Eugeniae suffruticosae β. laetae* addatur:

FRUTICULUS 2—3-pedalis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

EUGENIA SUFFRUTICOSA *γ.* LATIFOLIA *Bg.* caule subramoso, foliis elliptico-oblongis, inferioribus basi obtusis, superioribus acutis.

FOLIA opposita v. subopposita, 20—26‴ lg., 6—12‴ lt. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitant in prov. S. Pauli: α. prope Itú, florebat Februario: Riedel; β. in campis prope Mugy, florebat Novembri: Riedel; γ. ad Rio Pardo: Riedel.

Pag. 247. post descriptionem *Eugeniae Pantagensis* inseratur:

EUGENIA PANTAGENSIS *β.* ELLIPTICA *Bg.* foliis oblongis v. lanceolato-oblongis, utrinque angustatis, apice acutis v. obtusiusculis, opacis, crebro pellucido-punctatis.

FRUTEX 6—12-pedalis. FOLIA petiolo 1‴ lg., lamina 11—17‴ lg., 3—5‴ lt. PEDICELLI glabri, 1—2-ni, 1½—2‴ lg. ALABASTRA obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, rotundo-ovatis, acutis, ¼‴ lg. stipata. GERMEN 3-loculare, loculis pluri-ovulatis. SEPALA 4, subaequalia, subrotunda, pallide marginata, ciliolata, in alabastris globo petalorum multo breviora, fere ½‴ lg. PETALA 4, obovata, concava, glabra, 1½‴ lg. STAMINA petalis paullo longiora. STYLUS fere 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Ad locos humidos in silvulis prope Mugy, prov. S. Pauli, florebat Octobri, Novembri: Riedel.

Pag. 249. ante lineam 1 inseratur:

EUGENIA MIERSIANA GARD. *α.* COSTATA *Bg.* foliis rigidis, impellucido-punctatis, subcostatis.

Ibidem post lineam 12 inseratur:

EUGENIA MIERSIANA GARD. *β.* VENOSA *Bg.* foliis rigidis, elliptico-oblongis, impellucido-punctatis, subtus venosis; pedicellis petiolo longioribus.

FRUTEX arborescens. FOLIA petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 12—22‴ lg., 4—9‴ lt. PEDICELLI 2—3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

EUGENIA MIERSIANA GARDN. *γ.* GLOMERATA *Bg.* foliis oblongis, junioribus membranaceis, pellucido-punctatis, adultis rigidis, opacis, subtus venosis; pedicellis vix ullis.

EUGENIA MIERSIANA GARDN. *δ.* MEMBRANACEA *Bg.* foliis lanceolatis v. lanceolato-oblongis, membranaceis, pellucido-punctatis, subtus venosis; pedicellis petiolo paullo longioribus.

ARBOR 18—20-pedalis. FOLIA petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 10—20‴ lg., 4—7‴ lt. PEDICELLI 1½—3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in prov. Rio de Janeiro: Riedel.

Pag. 250. post descriptionem *Eugeniae Maximilianae* inseratur:

97.b./299. EUGENIA HIRTA BERG: ramulis, foliis novellis ad costam et marginem, pedicellis, alabastris hirtis; foliis subsessilibus, chartaceis, ovato-oblongis, e basi latiore obtusa v. subcordata sensim obtusiuscule acutatis, ciliatis, discoloribus, nitidis, subtus glandulosis, tenuiter venosis, limbinerviis; pedicellis filiformibus, axillaribus, 1—2-nis, 1-floris, folio paullo brevioribus; germine hirto, 2-loculari; sepalis ovato-oblongis, obtusatis, hirtis.

FRUTEX 6—8-pedalis. RAMI teretiusculi, tenues, superne compressi. FOLIA siccata supra fusco-atra, subtus hepatica, obsolete pellucido-punctata; petiolo vix ullo; lamina ¾—1½″ lg., 5—8‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuissimis, subpatulis, haud visibilibus, subtus prominulis. PEDICELLI 6—10‴ lg. ALABASTRA obovata, quadriloba, sub calyce constricta, ⅝‴ lg., bracteolis 2, minimis stipata. GERMEN loculis pauci-ovulatis, disco plano, glabro terminatum. SEPALA 4, in alabastris subvalvacea globumque petalorum includentia, 4‴ lg., fere ½‴ lt. PETALA 4, obovata, 1½‴ lg. STAMINA ¾‴ lg. STYLUS hirtus, 1½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in siccis arenosis prope Ilheos, florebat Januario: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 252. post descriptionem *Eugeniae pisiformis* inseratur:

101.b./300. EUGENIA MICROCARPA BERG: ramulis novellis, gemmis, pedicellis, alabastris rufo-strigosis; foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, glaucescentibus, oblongo-lanceolatis v. oblongis, utrinque angustatis, acuminatis, supra glabris, creberrime

minuteque impresso-, pellucido-punctatis, subtus pallidis, minute sericeis, tenuissime venosis, limbinerviis; pedicellis 1—2-nis, e rhacheola perbrevi axillari, petiolum subaequantibus; germine biloculari; sepalis ovato-rotundis, strigosis; bacca globosa.

Frutex arborescens. Rami teretiusculi, superne compressi, glabri; novelli strigosi. Folia subtus pilis brevibus, adpressis, pallidis sericea; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 3—5½″ lg., 12—22‴ lt.; nervo medio supra basin versus sulcato, subtus elevato; venis tenuissimis, distantibus, erecto-patulis, longiori a margine distantia arcuatim unitis, supra haud manifestis, subtus parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. Rhacheola axillaris v. subterminalis, ½—1″ lg.; pedicellis validis, compressis, solitariis v. oppositis, 2—3‴ lg., bractea brevissima, ovata fultis. Germen subglobosum, strigosum, loculis multi-ovulatis, bracteolis 2, ovatis, strigosis, ¾‴ lg. stipatum. Sepala 4, 1‴ lg. Baccae rubrae, magnitudine pisi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab *Eugenia pisiformi Camb.:* indumento strigoso; foliis longius petiolatis, angustioribus, longioribus, glaucescentibus; pedicellis 1—2-nis, brevioribus.

Habitat in fruticetis prope Rio de Janeiro, fructificabat Septembri: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 254. post descriptionem *Eugeniae complanatae* inseratur:

107.b./301. EUGENIA ACROPHYLLA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, pedunculis et alabastris sericeis; foliis petiolatis, submembranaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, utrinque angustatis, apice apiculatis, adultis glabris, creberrime pellucido-punctatis, subtus costatis, limbinerviis; pedunculis complanatis, 1-, rarius 2-nis, axillaribus et subterminalibus, 1-floris; germine biloculari; sepalis crassis, ovatis, concavis, obtusatis, sericeis.

Frutex arborescens, 10—12-pedalis. Rami teretiusculi, superne compressi. Folia apice in acumen angustissimum porrecta, basi cuneata v. acuta; petiolo 2‴ lg.; lamina 2—4″ lg., 11—26‴ lt.; nervo medio venisque distantibus suberecto-patulis, supra impressis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, vix visibilibus. Pedunculi plerumque subterminales, 7—12‴ lg. Alabastra obovata, sub-4-loba, 3‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Germen sericeum, loculis pluri-ovulatis. Sepala 4, in alabastris globum petalorum includentia, exteriora concava, 1½‴ lg., interiora apice fornicata, 2‴ lg. Petala 4, suborbicularia, denticulata, 2‴ lg. Stamina stylusque 4‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab *Eugenia complanata:* indumento sericeo; pedunculis petiolo multo longioribus; germine biloculari.

Habitat ad margines silvarum montis Serra d'Estrella prov. Rio de Janeiro, florebat Januario — Februario: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 255. lin. 11 ab imo lege: nervos loco nodos.

Pag. 255. post descriptionem *Eugeniae Klotzschianae* inseratur:

EUGENIA KLOTZSCHIANA *β.* glabrata *Bg.* foliis utrinque puberulis, mox glabris. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In prov. Minarum: Riedel.

Pag. 257. post descriptionem *Eugeniae Spruceanae* inseratur:

114.b./302. EUGENIA PLICATO-COSTATA Berg: foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, breviter recurvatoque obtuse acuminatis, basi acutis, glabris, discoloribus, obscure pellucido-punctatis, plicato-costatis, arcuatim duplicato-limbinerviis; pedicellis axillaribus, 1—4-nis, 1-floris, petiolo brevioribus, tomentellis; germine biloculari, strigoso; sepalis inaequalibus, rotundatis, concavis, ciliolatis, dorso strigosis.

Ramuli compressi, albidi, fusco-punctati, glabri, novelli ad florendi tempus desunt. Folia interdum ovalia, siccata supra obscura, subtus pallidiora; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 2½—4½″ lg., 13—28‴ lt.; nervo medio venisque supra impressis, subtus elevatis, his erecto-patulis, distantibus, longiori a margine distantia arcuatim unitis, extrorsum iterum ramosis et anastomosantibus. Pedicelli 2‴ lg., bractea minuta fulti. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, minutis, rotundatis, concavis, ciliolatis stipata. Germen loculis pluri-ovulatis. Sepala 4, in alabastro globum petalorum includentia, majora ⅔‴ lg. Petala 4, spathulata, ciliolata, 1½‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus fere 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab *Eugenia olivacea:* foliis plicato-costatis, subtus nec creberrime elevato-punctatis; pedicellis axillaribus, 1—4-nis, 1-floris.

Habitat in mediterraneis Bahiae: Blanch. n. 2355. Pl. Hamadryas.

Pag. 258. post descriptionem *Eugeniae Schüchianae* addatur:

EUGENIA SCHÜCHIANA *β.* grandifolia *Bg.* foliis sesquimajoribus, venosis.

Frutex arborescens. Folia petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 22—32‴ lg., 8—14‴ lt. Flores albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis arenosis prope Macahé, prov. Rio de Janeiro, florebat Junio: Riedel.

Pag. 258. descriptioni *Eugeniae platycladae* addatur:

EUGENIA PLATYCLADA *β.* cuneata *Bg.*

Frutex 2—3-pedalis. Fructus oblongi, rubri.

EUGENIA PLATYCLADA *γ.* multiflora *Bg.* pedicellis axillaribus et lateralibus, 2—6-nis.

Folia 16—29‴ lg., 8—19‴ lt. Pedicelli 4—8‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

EUGENIA PLATYCLADA *δ.* microphylla *Bg.* foliis duplo minoribus; pedicellis 2—4-nis.

Frutex 8—12-pedalis. Folia 8—13‴ lg., 5—9‴ lt. Pedicelli 2—3‴ lg. Flores albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat: β. in fruticetis locisque arenosis prope Rio de Janeiro, fructificabat Novembri: Riedel; γ. ibidem in umbrosis silvaticis, florebat Majo — Junio: Riedel; δ. in fruticetis et locis arenosis prope Macahé, florebat Junio: Riedel.

Pag. 266. descriptioni *Eugeniae compactifoliae* addatur:

Arbor 10—12-pedalis. Folia subtus nitida, 4—6″ lg., 20—27‴ lt. Bacca nigra, 1—3-sperma. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In silvis maritimis prov. Rio de Janeiro, florebat Februario: Riedel.

Pag. 266. post descriptionem *Eugeniae badiae* inseratur:

140.b./303. EUGENIA FLAMINGENSIS Berg: innovationibus strigosis; foliis petiolatis, chartaceis, ovali-oblongis, obtuse recurvato-acuminatis, basi acutis, adultis glabris, vix nitidis, grossius pellucido-punctatis, subreticulato-venosis, longiori a margine

distantia arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, brevibus, validis, 1—3-floris, petiolum aequantibus; bacca ovali, 1-sperma, bracteolis latis stipata, sepalis inaequalibus, rotundatis, concavis, ciliolatis, conniventibus coronata.

Frutex arborescens. Rami superne subcompressi, glabri, novelli ad fructescentiae tempus desunt. Folia siccata pallida, subtus glandulosa; petiolo pubescente, 2—4‴ lg.; lamina 3—4½″ lg., 14—23‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus incrassato; venis tenuibus, erecto-patulis, utrinque venulisque tenuioribus reticulatis, parum prominulis. Rhachis strigosa, 1—2‴ lg.; pedicellis strigosis, 1—3 (an semper?), 1‴ lg., basi bractea ovata, concava, patente, strigosa fultis. Bacca glabra, 7‴ lg., 5‴ lt., bracteolis 2, rotundo-ovatis, adpressis, ¾‴ lg., ¾‴ lt. stipata, sepalis majoribus 2½‴ lg., minoribus 2‴ lg. coronata. Semen testa crassa, dura instructum. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab *Eugenia badia:* indumento petiolorum et pedunculorum; foliis brevius, obtusius et recurvato-acuminatis, subopacis, grossius et pellucido-punctatis; pedunculis pedicellisque validis; bracteolis hypocarpicis persistentibus; ab *Eug. Fluminensi* praeterea bacca ovali, testa crassa, dura.

Habitat prope Praia Flamengo vicinia urbis Rio de Janeiro, fructificabat Augusto — Septembri; Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 267. descriptioni *Eugeniae glomeratae* addatur:

EUGENIA GLOMERATA β. grandifolia.

Arbor 12 — 15-pedalis. Fructus ellipticus, vestigiis calycis coronatus, 10‴ lg., 9‴ lt. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

EUGENIA GLOMERATA γ. genuina.

Frutex arborescens. Fructus ovalis, 1—2-spermus, 6—8‴ lg., 5—7‴ lt. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitant: β. in silvis arenosis prope Porto Estrella, florebat Aprili: Riedel; γ. in montibus Corcovadensibus: Riedel.

Pag. 277. post descriptionem *Eugeniae leucantherae* inseratur:

168.b./304. EUGENIA COSTATA Berg: ramulis petiolisque junioribus, pedicellis et germine sericeis; foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, undulatis, oblongis v. elliptico-oblongis, longissime acuminatis, basi acutis, discoloribus, glabris, creberrime pellucido-punctatis, remote costatis, longissima a margine distantia arcuatim limbinerviis; corymbulis axillaribus et lateralibus, 1—10-floris, petiolum subaequantibus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, membranaceis, demum reflexis, obtusis, ciliolatis.

Frutex arborescens, 12 — 15-pedalis. Rami teretiusculi, glabri, supra compressi. Folia secundum longitudinem recurvata, novella nervo medio et margine pilosiuscula, mox glabra, siccata, lucem versus diaphana, supra opaca, obscure subtus pallide fusca, utrinque minute glandulosa; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 3½—5″ lg., 13—19‴ lt.; nervo medio supra sulcato, medio elevato, subtus prominente; venis utroque latere costae circiter 8, inferioribus subpatentibus, superioribus suberecto-patulis, supra plerumque sulcatis, subtus elevato-plicatis. Corymbuli rhachide 1—3‴ lg.; pedicellis 2—4‴ lg., basi bractea lanceolata, acuta, pilosiuscula, ½—¾‴ lg. fultis. Alabastra obovata, 3‴ lg., sub calyce valde constricta, bracteolis 2, ovatis, acutis, puberulis, ½‴ lg. stipata. Germen dense sericeum, ½‴ lg., loculis multi-ovulatis. Sepala 4, in alabastro globum petalorum includentia, exteriora rotunda, concava, 2‴ lg., interiora ovalia, obtusa, 2½‴ lg. Petala 4, non ciliata. Stylus validus, 3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Maxime affinis *Eugeniae Vellozii,* sed diversa: foliis longius petiolatis, undulatis, longius acuminatis, creberrime pellucido-punctatis, basi in petiolum attenuatis; pedicellis brevioribus, corymbosis; germine dense sericeo, sepalis majoribus, forma diversis.

In silvaticis umbrosis prope Barra do Rio Negro, florebat Septembri: Riedel. Pl. Najas.

168.c./305. EUGENIA CYMATODES Berg: ramulis junioribus, corymbis, bracteis, alabastris ferrugineo-sericeis; foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, oblongis v. elliptico-oblongis, utrinque angustatis, apice breviter obtuseque acuminatis, margine subundulatis, basi acutis, discoloribus, nitidis, supra impresso-, subtus elevato-subcostatis, longiori a margine distantia limbinerviis, glandulosis; corymbulis axillaribus, petiolo sublongioribus, 3—8-floris; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis. ♄

Ramuli complanati, albidi, glandulosi, glabri; novelli sericei. Folia obscure pellucido-punctata, siccata supra fusco-atra, subtus hepatica; petiolo 2½—3½‴ lg.; lamina 20—45‴ lg., 7—14‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus elevato; venis utroque latere costae circiter 10, distantibus, erecto-patulis, antrorsum arcuatim unitis et extrorsum iterum irregulariter anastomosantibus, supra sulcatis, infra prominentibus. Corymbuli lente evoluti, floribus infimis longe petiolatis, dum superiora alabastra conglomerant; rhachide 1½—2‴ lg.; pedicellis basi bractea minuta fultis, 2‴ lg. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, minimis, rotundato-ovatis stipata. Germen loculis pauci-ovulatis. Sepala 4, in alabastris globum petalorum includentia, majora ¾‴ lg. Petala 4, obovata, 1½‴ lg. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis umbrosis prope Ilheos, florebat Aprili: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 277. post descriptionem *Eugeniae excelsae* inseratur:

169.b. 306. EUGENIA ADENANTHA Berg: glabra; foliis longiuscule petiolatis, chartaceis, elliptico-oblongis, utrinque acuminatis, supra nitidis, creberrime pellucido-punctatis, tenuiter venosis, sublongiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; corymbulis axillaribus, 1—3-nis, 4—6-floris, petiolum aequantibus; germine biloculari, oblongo, verrucoso, longe bibracteolato; sepalis subrotundis, ciliolatis.

Frutex aut arbor 12—20-pedalis. Rami teretiusculi, superne compressi. Folia basi in petiolum acuminata, apice longe et obtusiuscule acuminata, siccata supra pallida, creberrime glandulosa, subtus opaca, obscuriora, sparsim glandulosa, cartilagineo-marginata, adulta obscure pellucido-punctata; petiolo 3—4‴ lg.; lamina 2½—3″ lg., 10—16‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus prominente; venis tenuissimis, erecto-patulis, supra oblitteratis, subtus prominulis. Corymbuli rhachis 1—3‴ lg. v. vix ulla; pedicellis 2—3‴ lg., glandulosis, saepe cernuis. Alabastra pyriformia, 3‴ lg., sub calyce valde constricta, glandulosa, bracteolis 2, oblongis, ciliatis, germine longioribus, patentibus stipata. Germen 1‴ lg., loculis multi-ovulatis. Sepala 4, in alabastris globum petalorum 2‴ lg. includentia, 1½‴ lg. Petala 4, subrotunda, concava, alba, ciliolata, 2‴ lg. Stamina stylusque 1½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvulis arenosis maritimis prov. Rio de Janeiro, florebat Octobri: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 279. post descriptionem *Eugeniae cocciferae* inseratur:

172.b./307. EUGENIA JANEIRENSIS Berg: glabra; foliis petiolatis, chartaceis, elliptico-oblongis, utrinque angustatis, apice obtusiuscule acuminatis, nitidis, pellucido-punctatis, tenuiter reticu-

lato-venosis, duplicato-limbinervis; racemulis bracteatis, lateralibus, 4—6-floris; pedicellis abbreviatis; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, concavis, ciliolatis.

Arbor 12—15-pedalis. Rami teretiusculi, superne compressi, grisei, novelli glabri, paucinodes. Folia biennia, siccata viridia, creberrime minuteque pellucido-punctata, etiam novella glabra; petiolo 1½‴ lg.; lamina 28—42‴ lg., 11—17‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, suberecto-patulis, supra oblitteratis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis. Rhacheola 1—4‴ lg., valida; pedicellis 2—3‴ lg., subcompressis, bractea ovate lanceolata, ciliata, puberula, ½—1‴ lg. fultis. Alabastra obovata, sub calyce constricta, 3‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, ciliolatis, ½‴ lg. stipata. Germen glaberrimum, loculis pluri-ovulatis. Sepala 4, in alabastro globum petalorum includentia, majora 1½‴ lg., reliqua duplo minora. Petala 4, subrotunda, ciliolata, 2‴ lg. Stamina stylusque petalis aequalia. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Ab *Eugenia insipida* differt: inflorescentia.

Habitat in silvaticis apricis montium Serra d'Estrella prov. Rio de Janeiro, florebat Februario: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 280. post diagnosin *Eugeniae sericeae* inseratur:

EUGENIA SERICEA *α.* genuina *Bg.* foliis chartaceis, elliptico-oblongis, saepissime obversis.

Ibidem post descriptionem ejusdem speciei addatur:

EUGENIA SERICEA *β.* robusta *Bg.* foliis coriaceis, elliptico-oblongis, breviter lateque acuminatis; floribus duplo majoribus.

Arbor 20-pedalis. Folia rarius obversa; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 2—4½″ lg., 10—21‴ lt. Pedicelli 4‴ lg. Alabastra 3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

EUGENIA SERICEA *γ.* angustifolia *Bg.* foliis submembranaceis, lanceolatis v. oblongo-lanceolatis, anguste acuminatis; floribus minoribus.

Frutex arborescens. Folia petiolo 2—3‴ lg.; lamina 4—5″ lg., 12—16‴ lt. Pedicelli 3—5‴ lg. Flores albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitant: α. prope Almada distr. Ilheos prov. Bahiensis, florebat Septembri: Riedel; β. in ripa flum. Parahyba prov. Rio de Janeiro, florebat Junio: Riedel; γ. in silvis ad Macahé prov. Rio de Janeiro, florebat Majo: Riedel.

Pag. 280. post descriptionem *Eugeniae pleuranthae* inseratur:

176.b./308. EUGENIA GLAREOSA Berg: ramulis foliisque sericeis; foliis brevissime petiolatis, rigidis, obovato-oblongis, angustato-obtusis, basi cuneatis, cartilagineo-marginatis, impellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; umbellis axillaribus et lateralibus, 4—6-floris, glabris; germine glabro, biloculari; bacca ovali, sepalis inaequalibus, rotundatis, ciliatis, conniventibus coronata.

Frutex 1—2-pedalis. Rami exophloeo cinereo squamatim delapso cinnamomei, glabri; ramuli tetragoni, novelli compressi. Indumentum canum v. rufum. Folia siccata supra cano-virentia, subtus canescentia, interdum rufa, 9—27‴ lg., 5—13‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis suberecto-patulis, tenuibus, utrinque parum prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Umbellae sessiles, interdum ad ramum excrescentes antrorsum foliatum, ad infimos 3 nodos pedunculis oppositis, bractea fultis instructum. Pedicelli complanati, 2—6‴ lg., bractea minuta fulti. Alabastra obovata, fere 3‴ lg., glabra, bracteolis 2, ovatis, ciliatis, ½‴ lg. stipata. Germen loculis pluri-ovulatis. Sepala 4, majora in alabastro globum petalorum includentia, fere 2‴ lg., minora ¾‴ lg. Petala 4, orbicularia, ciliata, 2¼‴ lg. Stamina stylusque 2‴ lg. Bacca 5‴ lg., 4‴ lt., 1-sperma; testa seminis cartilaginea, nitida, badia. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis glareosis prope S. Luzia prov. Minarum, florebat Octobri: Riedel. Pl. Oreas.

176.c./309. EUGENIA ITAHYPENSIS Berg: glabra; foliis petiolatis, coriaceis, ovali- v. obovato-oblongis, obtusatis, basi acutis, supra nitidis, obscure pellucido-punctatis, subtus opacis, subreticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; umbellis lateralibus, 1—2-nis, multifloris; germine biloculari; sepalis inaequalibus, parvis, rotundatis, ciliolatis.

Arbuscula. Rami teretiusculi, albidi; ramuli compressi, novelli ad florendi tempus desunt. Folia apice saepe recurvata, margine reflexa, siccata supra atrofusca, laevigata, subtus badia, glandulis raris inspersa; petiolo 2‴ lg.; lamina 3—4″ lg., 13—23‴ lt.; nervo medio supra vix sulcato; venis tenuibus, remotis, erecto-patulis, supra oblitteratis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, subtus prominulis. Pedicelli graciles, glandulosi, siccati badii, 2—6‴ lg., bractea minuta fulti. Alabastra obovata, 1½‴ lg., bracteolis 2, rotundatis, ciliolatis, ¼‴ lg. stipata. Germen loculis pluri-ovulatis, disco glabro terminatum. Sepala 4, in alabastris globo petalorum multo breviora, majora ¼‴ lg. Petala 4, orbicularia, ciliolata, 1½‴ lg. Stamina stylusque 1½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis ad ripas fluvii Itahype distr. Ilheos in prov. Bahiensi, florebat Aprili: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 282. descriptioni *Eugeniae pluriflorae β. perforatae* addatur:

Frutex aut arbuscula 6—12-pedalis. Folia elliptico-oblonga, margine revoluta, 14—24‴ lg., 8—9‴ lt. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In fruticetis siccis prope S. Carlos prov. S. Pauli, florebat Januario: Riedel.

Pag. 286. post descriptionem *Eugeniae cassinoidis β. gracilis* addatur:

EUGENIA CASSINOIDES *γ.* difformis *Bg.* foliis annotinis membranaceis, subaveniis, adultis rigidis, venosis, creberrime pellucido-punctatis; umbellis 2—6-floris.

Folia petiolo 1‴ lg.; lamina 16—29‴ lg., 9—19‴ lt. Umbellae pedicelli 3—4‴ lg. Alabastra 1½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In Bahia: Blanchet n. 1833.

Pag. 287. descriptioni *Eugeniae cyclophyllae* addatur:

Alabastra obovata, glabra, 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, ¼‴ lg. stipata. Germen biloculare, loculis pauci-ovulatis. Sepala 4, inaequalia, parva, rotundata, ciliolata, in alabastris globo petalorum multo breviora, ¼‴ lg. Petala 4, subrotunda, 1‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In silvis prope Ilheos prov. Bahiensis, florebat Aprili: Riedel.

Pag. 287. descriptioni *Eugeniae rotundifoliae* addatur:

EUGENIA ROTUNDIFOLIA Casar. β. oblongata *Bg.*

Frutex 1—2-pedalis. Rami patentes. Folia 1½—2½″ lg., 1—2″ lt. Flores albi. Baccae nigrae, 1—3-spermae. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In arenosis maritimis prov. Rio de Janeiro, florebat Februario — Martio: Riedel.

Pag. 289. post descriptionem *Eugeniae dodonaeaefoliae* inseratur:

EUGENIA DODONAEAEFOLIA Camb. β. grandifolia *Bg.* foliis majoribus; floribus glomeratis.

Frutex arborescens, 12—15-pedalis. Folia lutescentia; petiolo 1½—3‴ lg.; lamina 2—4″ lg., 9—20‴ lt. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis arenosis prope Macahé prov. Rio de Janeiro, florebat Junio: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 289. ante *Eugeniam obovatam* inseratur:

197.b./310. EUGENIA VIOLASCENS Berg: ramulis foliisque novellis, pedunculis alabastrisque ferrugineo-sericeis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis, acuminatis, basi acutis, glabris, discoloribus, superne subtilissime cyaneo-pulverulentis, subtus glandulosis, obsolete reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis, corymbis axillaribus, 2—4-floris, petiolo longioribus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, concavis, sericeis. ♄

Rami teretiusculi, superne compressi. Folia siccata supra violascentia, subtus brunneo-cyanea, impellucido-punctata; petiolo 2‴ lg.; lamina 3—5″ lg., 9—20‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis erecto-patulis, oblitteratis, longiori a margine distantia arcuatim unitis, extrorsum iterum ramosis et anastomosantibus; venulis interjectis ramosis, tenuioribus. Rhachis corymbi 1—2‴ lg., tenuis, pedicellis 3‴ lg., bractea ovate lanceolata, ½‴ lg. fultis. Alabastra obovata, sub calyce constricta, 2‴ lg., bracteolis 2, ad cupulam bilobam, campanulatam, ½‴ lg. germenque includentem connatis stipata. Germen disco 4-gono, plano obtectum, loculis multi-ovulatis. Sepala 4, in alabastro globum petalorum includentia, majora 1‴ lg. Petala 4, alba, obovata, ciliolata, 2‴ lg. Stamina petalis subaequalia. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat ad S. Christovão prov. Rio de Janeiro: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 291. ante *Eugeniam rubrocinctam* inseratur:

201.b./311. EUGENIA VERTICILLARIS Berg: ramulis foliisque subtus velutinis; foliis subsessilibus, ternis, rigidis, alternis v. oppositis, oblongis v. elliptico-oblongis, utrinque angustatis, obtusatis, demum supra glabris, nitidis, utrinque glandulosis, obsolete venosis, limbinerviis; pedicellis axillaribus, glabriusculis, basi bracteatis, 4—6-nis; germine glabro, biloculari; sepalis inaequalibus, glabris, rotundatis, ciliolatis.

Frutex 1—2-pedalis. Rami cortice suberoso albido obtecti; ramuli angulati, tomento ochraceo obtecti. Folia impellucido-punctata, juniora supra puberula, subtus tomento ochraceo induta, postremo glabrata, 2—2½″ lg., 8—16‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis tenuibus, suberecto-patulis, utrinque parum prominulis, sublongiori a margine distantia unitis. Pedicelli subbifariam pilosiusculi, graciles, 2—3‴ lg., bractea parva, ovata fulti aut immediate axillares aut rhachide tomentosa, ad 2‴ lg. affixi. Alabastra pyriformia, glabra, 2‴ lg., bracteolis 2, rotundato-ovatis, ciliolatis, ¾‴ lg. stipata. Germen loculis pluri-ovulatis. Sepala 4, in alabastris globo petalorum breviora, majora ½‴ lg. Petala 4, subrotunda, concava, ciliolata, alba, 1½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis siccis apricis prope Prados prov. Minarum, florebat Junio: Riedel.

Pag. 292. descriptioni *Eugeniae dicrossae* addatur:

EUGENIA DICROSSA β. latifolia *Bg.*

Frutex 1—3-pedalis. Flores albi. (v. in hb. hort. bot. Petr.)

In campis ad Araracoara, Batataes et Villa Franca, prov. S. Pauli, florebat Majo — Junio: Riedel.

Pag. 294. post descriptionem *Eugeniae nigrae* inseratur:

211.b./312. EUGENIA ESCHHOLTZIANA Berg: ramulis foliisque novellis puberulis; foliis breviter petiolatis, rigidis, utrinque angustatis, cartilagineo-marginatis, adultis glabris, supra nitidis, utrinque manifeste reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; umbellis axillaribus, 1—2-nis, 4—8-floris, petiolo longioribus; germine biloculari, glabro; sepalis brevibus, rotundatis, glabris, ciliolatis. ♄ Variat:

α. latifolia: foliis petiolatis, ovali-oblongis, pellucido-punctatis; pedicellis glabris.

Rami validi, compressi, glabri, exophloeo membranaceo cinnamomeo delapso badii. Folia subopposita, glaberrima; petiolo valido, canaliculato, 1½—3‴ lg.; lamina 3—5¾″ lg., 20—27‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis suberecto-patulis venulisque interjectis reticulatis utrinque prominentibus; nervo limbali duplici, exteriore margini proximo. Umbellae sessiles, superpositae, pedicellis 2‴ lg., bractea minuta fultis. Alabastra obovata, glabra, medio constricta, 3‴ lg., bracteolis 2, late ovatis, concavis, obtusatis, ciliolatis, ¼‴ lg. stipata. Germen multi-ovulatum. Sepala 4, inaequalia, in alabastris globo petalorum multo breviora, ¼—½‴ lg. Petala 4, subrotunda, ciliolata, grosse glandulosa. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

β. angustifolia: foliis subsessilibus, lanceolatis, impellucido-punctatis; pedicellis pilosiusculis.

Folia 2—4½″ lg., ½—1″ lt. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis siccis prope Camapuan prov. Mato Grosso, florebat Novembri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 295. post descriptionem *Eugeniae platyphyllae* inseratur:

212.b./313. EUGENIA UMBROSA Berg: foliis petiolatis, chartaceis, lanceolatis v. oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis, basi breviter acutis, supra glabratis, obsolete impresso-punctatis, subtus minutissime puberulis, costatis, longiori a margine distantia limbinerviis; pedicellis validis, 1-floris, racemosim rhachidi brevi affixis v. sparsis, e nodis defoliatis oriundis; germine densissime puberulo, biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, minutissime puberulis.

Arbor 20—25-pedalis. Ramuli compressi, validi, glabri, novelli ad florendi tempus desunt. Folia opposita v. subalterna, obscure pellucido-punctata; petiolo valido, 4‴ lg.; lamina 7—9″ lg., 24—26‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus incrassato; venis distantibus, rectis, subpatulis, supra subimpressis, subtus elevatis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque parum prominulis; nervo limbali valido, extrorsum tenuissime ramuloso. Rhachis valida, 1—3‴ lg. v. nulla; pedicelli rufo-puberuli,

3—5‴ lg., bractea oblonga, 1—1½‴ lg. fulti. Alabastra obovata, 6‴ lg., bracteolis 2, ovatis, 1‴ lg. stipata. Germen turbinatum, crassum, rufo-puberulum, 2½‴ lg., disco centro glabro, margine puberulo obtectum, loculis multi-ovulatis. Sepala 4, majora ¾‴ lg. Petala 4, rotundata, coriacea, ciliolata, 7‴ lg. Stamina 6‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Eugenia macrophylla differt: foliis obversis, basi cuneatis, arcuatim limbinerviis; floribus verticillato-glomeratis.

Habitat in silvis umbrosis prope Mandiocca prov. Rio de Janeiro, florebat Decembri: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 299. post descriptionem *Eugeniae nutantis* inseratur:

EUGENIA NUTANS *β.* pellucida *Bg.* foliis chartaceis, obtuse leviter acuminatis, minutissime et creberrime pellucido-punctatis.

Folia petiolo 3‴ lg.; lamina 28—31‴ lg., 10—13‴ lt. Pedicelli 9‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In prov. Rio de Janeiro: Langsdorff.

Pag. 299. post descriptionem *Eugeniae Springianae* inseratur:

222.b./314. EUGENIA CHLOROPHYLLA Berg: glabra; foliis longiuscule petiolatis, rigide chartaceis, obverse oblongis v. oblongo-lanceolatis, longe rostratis, basi cuneatis, marginatis, nitidis, obsolete pellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis; corymbis axillaribus, 3—4-floris, petiolo longioribus, pedicellis complanatis; germine densissime puberulo, biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, extus minute puberulis, demum glabris, ciliolatis.

Arbor 15—18-pedalis. Rami teretes, albidi; ramuli compressi, cinerei, novelli ad florendi tempus desunt. Folia siccata prasina v. virenti-flava, utrinque praesertim subtus et supra ad costam glandulosa; petiolo 4—6‴ lg.; lamina 3—4″ lg., 7—14‴ lt.; nervo medio supra vix impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, suberecto-patulis, utrinque parum prominulis; venulis interjectis ramulosis, vix visibilibus. Pedicelli oppositi, bractea ovata, ¾‴ lg. fulti, e rhachide 2—4‴ lg., 2-, rarius 1-nodi oriundi, rarissime solitarii, e rhachide brevissima. Alabastra obovata, 4‴ lg., bracteolis ovatis, membranaceo-marginatis, ciliolatis, 2‴ lg. stipata. Germen rufescenti-puberulum, 2‴ lg., superne disco lato, velutino, centro glabro terminatum, loculis minutis, pauci-ovulatis instructum. Sepala 4, glandulosa, in alabastro globum petalorum includentia, majora 3‴ lg., minora 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Eugenia complanata differt: ramulis velutinis; foliis late oblongis, apice subacuminatis, subtus ad nervos velutinis; germine 3-loculari.

Habitat in silvis umbrosis prope Mandiocca, prov. Rio de Janeiro, florebat Octobri: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 300. descriptioni *Eugeniae magnificae* addatur:

Frutex arborescens. Folia 5—8″ lg., 2—4″ lt. Bacca ovalis, rufo-velutina, calyce coronata, 1-sperma, 1½″ lg., 16‴ lt. et major. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In silvis Corcovadensibus, fructificabat Septembri: Riedel.

Pag. 300. post descriptionem *Eugeniae pyriflorae* inseratur:

223.b./315. EUGENIA PARDENSIS Berg: glabra; foliis subsessilibus, rigidis, ovato- v. ovali-oblongis, utrinque obtusis v. basi subcordatis, marginatis, utrinque creberrime glandulosis, venosis, duplicato-limbinerviis; corymbis axillaribus, folio duplo brevioribus, 3—6-floris; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, ciliolatis, pallide marginatis.

Suffrutex pedalis. Caules simplices, adscendentes, teretiusculi, badii, superne compressi. Folia sursum sensim minora, siccata obscura, subtus pallidiora, obscure pellucido-punctata, margine cartilagineo, elevato, extrorsum angustissime alato; petiolo vix ullo; lamina 1½—4″ lg., 10—21‴ lt.; nervo medio supra parum prominente, subtus incrassato; venis erecto- v. subpatulis, antrorsum adscendentibus, longiori a margine distantia arcuatim unitis, extrorsum iterum ramulosis et anastomosantibus, nervum limbalem exteriorem margini cartilagineo approximatum, interiore multo tenuiorem formantibus, utrinque prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque parum prominulis. Rhachis 1—2‴ lg., badia, pedicellis validis, 3—5‴ lg., basi bractea ovate lanceolata, acuta, ½—1‴ lg. fultis. Alabastra obovata, sub calyce constricta, 4‴ lg., bracteolis 2, ovatis, concavis, 1‴ lg. stipata. Germen loculis pluri-ovulatis. Sepala 4, majora 1½‴ lg., in alabastris globo petalorum breviora. Petala 4, subrotunda, concava, ciliolata, fere 3‴ lg. Stamina stylusque 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis siccis ad Rio Pardo, florebat Octobri: Riedel.

Pag. 300. post descriptionem *Eugeniae subcordatae* inseratur:

224.b./316. EUGENIA LIVIDA Berg: ramis glabris; foliis rigidis, sessilibus, ovatis v. orbiculari-ovatis, obtusatis, basi subcordatis, margine incrassato anguste et argute limbatis, opacis, supra laxius subtus densius velutinis, impellucido-punctatis, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; corymbis axillaribus, multifloris, glabris, folio 2—8-plo brevioribus; germine glabro, biloculari; sepalis rotundatis, concavis, ciliolatis, glabris, inaequalibus.

Fruticulus 1—3-pedalis. Rami argute 4-goni, glabri, albidi, foliosi; novelli ad florendi tempus desunt. Folia sursum sensim minora, discoloria, siccata supra obscura, subtus livida, 1¼—4″ lg., 9—33‴ lt.; nervo medio supra prominente, subtus incrassato; venis distantibus, erecto-patulis, adscendentibus, antrorsum arcuatim anastomosantibus venulisque tenuioribus reticulatis, utrinque prominentibus. Corymbi rhachide compressa, 2—8‴ lg., pedicellis badiis, glabris, 3—9‴ lg. Alabastra obovata, glabra, 2‴ lg., bracteolis 2, subrotundis, concavis, ½‴ lg. Germen glabrum, multi-ovulatum. Sepala 4, in alabastro globo petalorum breviora, majora ¾‴ lg.. Petala 4, rotunda, concava, ciliolata, 2‴ lg. Stamina 1½‴ lg., antheris oblongis. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Maxime affinis *Eugeniae subcordatae*, sed distincta: foliis velutinis, opacis; sepalis rotundis.

Habitat in campis ad Araracoara, Batataes, Villa Franca prov. S. Pauli, florebat Majo — Junio: Riedel.

Pag. 301. post descriptionem *Eugeniae macranthae* addatur:

EUGENIA MACRANTHA *β.* glomerata *Bg.* foliis longius petiolatis; floribus glomeratis.

Arbor. Folia petiolo 3—8‴ lg.; lamina 7—8″ lg., 32—34‴ lt. Alabastra rhacheolae validae, perbrevi affixa, obovata, medio constricta, 8‴ lg., bracteolis 2, subrotundis, basi connatis, 1½—2‴ lg. stipata. Germen crassum, hemisphaericum, tenuissime velutinum, biloculare, 4‴ lt., loculis minimis, multi-ovulatis. Sepala 4, inaequalia, orbicularia, concava, in alabastris globo petalorum breviora, majora fere 3‴ lg., minora loculis respondentia, 1½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis prope praedium Castel novo distr. Iheos in prov. Bahiensi, florebat Augusto: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 302. descriptioni *Eugeniae oblongatae* addatur:

EUGENIA OBLONGATA *α.* VELUTINA *Bg.*

FRUTEX arborescens, 8—12-pedalis, ramulis foliisque novellis subtus racemulisque rufo-tomentosis. FOLIA (novella) 3—4½″ lg., 9—18‴ lt. RACEMULI rhachide 3—6‴ lg., pedicellis 2—3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In humidis montis Serra do Cubatâo prov. S. Pauli, florebat Decembri: Riedel.

Pag. 302. post descriptionem *Eugeniae Paraënsis* inseratur:

228.b./317. EUGENIA MANDIOCCENSIS BERG: ramulis, pedicellis, alabastris dense brunneo-pubescentibus; foliis longiuscule petiolatis, submembranaceis, ovali-oblongis, interdum obversis, utrinque obtusatis, apice breviter acuminatis, glabris, nitidis, minutissime pellucido-punctatis, utrinque reticulato-venosis, 2—3-plicato-limbinerviis; racemulis validis, axillaribus, 4—6-floris, petiolum subaequantibus; germine oblongo, biloculari; sepalis inaequalibus, subrotundo-ovatis, obtusis, puberulis, ciliolatis.

ARBOR 20—25-pedalis. RAMULI compressi, novelli ad florendi tempus desunt. FOLIA utrinque punctata; petiolo valido, 4—5‴ lg.; lamina circiter 4″ lg., 18—26‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis suberecto-patulis, longiori a margine distantia arcuatim unitis, extrorsum iterum ramulosis et anastomosantibus venulisque interjectis reticulatis, tenuioribus, utrinque prominulis. RHACHIS valida, 1—2‴ lg., pedicellis 1½—2‴ lg., bractea ovata fultis. FRUCTUS (immaturus) oblongus, dense pubescens, 4‴ lg., bracteolis 2, rotundo-ovatis; 1—1½‴ lg. stipatus. SEPALA 4, membranacea, majora 2‴ lg. (v. deflor. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in umbrosis silvaticis prope praedium Mandiocca in radice M. Serra d'Estrella, florebat Augusto — Septembri: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 303. descriptioni *Eugeniae supraaxillaris* addatur:

ARBOR. RAMI crassi, rimosi, grisei. FOLIA supra laevigata. RACEMI 1″ lg. BACCA globoso-obovata, 1″ diametro, calycis vestigiis coronata. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In monte telegraphum ferente prope Rio de Janeiro, fructificabat Septembri: Riedel.

Pag. 303. ante *Eugeniam olivaceam* inseratur:

231.b./318. EUGENIA PACHNANTHA BERG: innovationibus puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis, obtuse acuminatis, basi breviter acutis, glabris, nitidis, discoloribus, impellucido-punctatis, tenuiter reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; racemulis axillaribus, puberulis, 2—6-floris, petiolum aequantibus; germine biloculari, puberulo; sepalis ovato-oblongis, obtusis, utrinque puberulis. ♄

RAMULI compressi, glabri; novelli ad florendi tempus desunt. FOLIA subtus crebro glandulosa; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 18—44‴ lg., 7—21‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus prominente; venis erecto-patulis venulisque tenuioribus reticulatis, supra demum oblitteratis, subtus prominentibus. RHACHIS ½—1½‴ lg.; pedicellis ½—¾‴ lg., puberulis, bractea ovata, minuta fultis. ALABASTRA obovata, puberula, 1½‴ lg., bracteolis 2, ovatis, concavis, ciliolatis, ½‴ lg. stipata. GERMEN cano-puberulum, loculis pluri-ovulatis, disco plano, 4-gono, puberulo, medio glabro obtectum. SEPALA 4, in alabastro globum petalorum includentia, 1‴ lg. PETALA 4, obovata, 1½‴ lg. STAMINA 2—3‴ lg. STYLUS 3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in prov. Bahiensi: Blanchet n. 1801. Pl. Hamadryas.

Pag. 304. descriptioni *Eugeniae racemulosae α. parvifoliae* addatur:

FRUTEX 6—10-pedalis. FOLIA quam in speciminibus Sellowianis angustiora, supra creberrime impresso-punctata, 18—26‴ lg., 6—8‴ lt. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In fruticetis campisque siccis inter Curvellos et S. Luzia prov. Minarum, florebat Novembri: Riedel.

Pag. 304. post descriptionem *Eugeniae olivaceae* inseratur:

232.b./319. EUGENIA IRIRENSIS BERG: glabra; foliis petiolatis, membranaceis, ovali-oblongis, acutis, basi obtusatis, pellucido-punctatis, tenuiter subreticulato-venosis, 3-plicato-limbinerviis; racemulis axillaribus, minute sericeis, petiolum aequantibus, 4—6-floris; germine biloculari; sepalis rotundatis, ciliolatis. ♄

RAMI compressi, glabri, novelli ad florendi tempus desunt. FOLIA petiolo 3—4‴ lg.; lamina 4—5″ lg., 1½—2″ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus elevato; venis tenuissimis, remotis, erecto-patulis venulisque tenuioribus reticulatis, utrinque parum prominulis. RACEMULI rhachide 4—6‴ lg., pedicellis bractea minuta fultis, 2‴ lg. ALABASTRA obovata, bracteolis ovatis stipata. (v. in hb. Sprengel.)

Habitat ad Iriri, in distr. Mangaritiba, prov. Rio de Janeiro: Sellow. Pl. Dryas.

Pag. 305. post descriptionem *Eugeniae Moravianae* addatur:

EUGENIA MORAVIANA *β.* IMPUNCTATA *Bg.* indumento tenuissime puberulo, mox evanido; foliis impellucido-punctatis; racemis elongatis, 6—12-floris, saepe ad ramulum basi floribus oppositis, solitariis, apicem versus foliis instructum excrescentibus.

ARBOR 15—20-pedalis. RAMI pallidi, exophloeo membranaceo fissili. RAMULI compressi. FOLIA novella sparse punctata; petiolo 2‴ lg.; lamina 1—2″ lg., 7—14‴ lt. RACEMI ¾—1½″ lg.; pedicellis 2‴ lg. ALABASTRA glabriuscula, 1½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In ripa fluv. Parana prov. S. Pauli, florebat Augusto: Riedel.

Pag. 306. descriptioni *Eugeniae arbutifoliae α. obscurae* addatur:

FRUTEX 3—4-pedalis. PEDICELLI 1—3-ni, 1-flori. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis arenosis prope Tejucca prov. Minarum, florebat Decembri: Riedel.

Pag. 307. post descriptionem *Eugeniae Pohlianae* inseratur:

241.b./320. EUGENIA IMBRICATA BERG: albo-lanata; foliis sessilibus, rigidis, reflexis, cruciatim imbricatis, cordatis, acutis, oblitterate pellucido-punctatis, obsolete venosis; pedunculis axillaribus, folium subaequantibus, 3-floris v. 2-fidis, ramis 3-floris; germine biloculari; sepalis rotundato-ovatis, deciduis; bacca globosa.

FRUTEX 2—3-pedalis. RAMI obtuse 4-goni, exophloeo delapso glabri, cinnamomei. RAMULI lanati, dense foliosi. FOLIA sursum sensim minora, ½—1½″ lg., ¼—1″ lt. PEDUNCULI 3—8‴ lg., ramis pedicellisque 3—4‴ lg., omnibus lanatis. GERMEN lanatum. SEPALA 4, extus et introrsum apice velutina, 1‴ lg. PETALA 4, orbicularia, alba, ciliolata, 1½‴ lg. STAMINA petalis subaequalia. STYLUS iis paullo longior. BACCA rubra, tomentosa, 1—5-sperma, 1‴ diametro. SEMINIS testa cartilaginea. EMBRYO curvatus; rostello exserto. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in saxosis montium Serra da Lapa prov. Minarum, fructificabat Novembri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 309. post descriptionem *Eugeniae ternatifoliae* inseratur:

248.b. 321. EUGENIA VIMINALIS Berg: ramulis pubescentibus; foliis subsessilibus, rigide chartaceis, oppositis v. ternis, lanceolatis, utrinque angustatis, apice acutato-obtusiusculis, supra sparse sericeis, tandem glabris, creberrime glandulosis, subtus nitide denseque sericeis, tenuissime venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, puberulis, 1—3-floris, folio brevioribus; germine velutino biloculari; sepalis rotundato-ovatis, obtusatis, concavis, utrinque velutinis.

Fruticulus ½—2-pedalis. Rami teretiusculi, exophloeo delabente, superne subadpresso-pubescentes, compressi. Folia discoloria, supra virentia, sparse pilosiuscula, fusco-glandulosa, vix pellucido-punctata, subtus pilis rubescenti-albidis densissime sericea; petiolo vix ullo; lamina 1—2″ lg., 3—6‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuissimis, erecto-patulis, utrinque parum prominulis. Pedunculi 10—12‴ lg., pedicellis 2—3‴ lg. Alabastra obovata, velutina, 2‴ lg., bracteolis 2, linearibus, velutinis, 1‴ lg. stipata. Germen disco velutino obtectum. Sepala 4, 1½‴ lg., in alabastro globum petalorum includentia. Petala 4, subrotunda, alba, extus minute puberula, ciliolata, 3‴ lg. Stamina 4‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis prov. S. Pauli: Riedel.

Pag. 313. post descriptionem *Eugeniae Barrerensis* inseratur:

259.b./322. EUGENIA PARANAHYBENSIS Berg: ramulis foliisque novellis racemisque pubescentibus; foliis petiolatis, rigidis, obverse lanceolatis v. oblongis, cuneatis, apice obtuse recurvato-acutatis, marginatis, tandem glabris, supra impresso-punctatis, tenuiter venosis, duplicato-limbinerviis; racemis laxis, axillaribus, 4—8-floris; pedicellis elongatis, bracteatis; germine glabro, 2-loculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, villoso-ciliatis.

Suffrutex 1—1½-pedalis. Caulis angulatus, superne compressus. Folia impellucido-punctata, subtus glandulosa; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 1½—3″ lg., 5—12‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus elevato; venis tenuibus, arrectis, ramulosis, utrinque prominulis; nervo limbali interiore a margine remoto. Racemi folium aequantes v. superantes, rarius iis breviores; rhachide ¾—3″ lg., compressa, albo-pubescente; pedicellis bractea lanceolata, pubescente, ¾—2‴ lg. fultis, 4—9‴ lg. Alabastra glabra, sub calyce constricta, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, connatis, villoso-ciliatis, ¾‴ lg. stipata. Germen loculis pluri-ovulatis. Sepala 4, majora 1‴ lg., minora ¾‴ lg., in alabastris globo petalorum vix breviora. Petala 4, subrotunda, alba, ciliata, 2‴ lg. Stamina stylusque petalis paullo longiora. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis inter Rio das Velhas et Paranahyba prov. Minarum, florebat Augusto: Riedel. Pl. Oreas et Hamadryas.

Pag. 315. post descriptionem *Eugeniae Orbignyanae* addatur:

EUGENIA ORBIGNYANA β. grandifolia *Bg.* foliis sparsis, majoribus, obtusioribus, saepe retusis, venosis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; racemis pedicellisque elongatis.

Suffrutex 1—1½-pedalis. Rami angulati, cinnamomei. Folia petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 15—24‴ lg., 6—8‴ lt. Racemi 1½—2″ lg., graciles, pedicellis 4—5‴ lg. Flores albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis lapidosis prope Cujabá prov. Mato Grosso, florebat Septembri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 315. post descriptionem *Eugeniae acuminatissimae* inseratur:

264.b./323. EUGENIA MEYERIANA Berg: ramulis foliisque novellis, racemis et alabastris pilosis; foliis petiolatis, membranaceis, demum chartaceis, ovate oblongis, longe acuminatis, mucronatis, basi obtusatis v. breviter acutis, adultis glabris, supra impresso-punctatis, subaveniis; racemis gracilibus, axillaribus, paucifloris, subcorymbosis, pedicellis elongatis; germine biloculari; sepalis ovatis, acuminatis. Variat:

α. dives: indumento albo, dense pubescente; foliis chartaceis, obscure pellucido-punctatis; racemis 2—6-floris.

Frutex humilis. Rami tenues, teretiusculi, superne compressi. Folia petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 1—2″ lg., 4—7‴ lt. Racemi rhachide 2—8‴ lg., pedicellis 4—6‴ lg., bractea lanceolata, acuta, 1‴ lg. fultis. Alabastra obovata, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, cuspidatis, ¾‴ lg. stipata. Germen dense strigosum, multi-ovulatum. Sepala 4, ovata, acuminata, utrinque strigosa, reflexa, 1‴ lg. Petala 4, obovata, ciliata, 2‴ lg. Stamina stylusque 2—3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

β. depauperata: indumento minute sericeo; foliis membranaceis, creberrime pellucido-punctatis; racemis paucifloris, ad 1-floros redactis.

Arbor. Ramuli puberuli. Folia petiolo 1—1½‴ lg.; lamina ¾—2″ lg., 3—7‴ lt. Pedicelli filiformes, 5—7‴ lg. aut immediate axillares aut ex rhachide 1—6‴ lg. oriundi. Flores ut in varietate α. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab *Eugenia acuminatissima:* foliis tenuioribus, pedicellis gracilibus, elongatis.

Habitat prope Santarem; α. florebat Aprili: β. florebat Julio: Spruce. Pl. Najas.

Pag. 316. post descriptionem *Eugeniae Hoffmannseggii* inseratur:

265.b./324. EUGENIA PARACATUANA Berg: ramulis foliisque novellis, pedicellis et alabastris puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, ellipticis v. oblongo-ellipticis, utrinque acuminatis, undulatis, glabris, glandulosis, junioribus tenuissime venosis, arcuatim duplicato-limbinerviis, adultis subaveniis; pedicellis axillaribus et lateralibus, 1—2-nis, saepissime ad racemum gracilem, 3—7-florum dispositis; germine minimo, 2-loculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, ciliolatis.

Frutex 3—4-pedalis. Rami teretiusculi, glabri, superne compressi. Folia siccata pallida, juniora sparsim pellucido-punctata, adulta laevigata, supra nigrescenti-punctata; petiolo 2‴ lg.; lamina 1—1½″ lg., 6—10‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuissimis, inferioribus subpatentibus, superioribus suberecto-patulis, utrinque prominulis, tandem oblitteratis. Pedicelli 1—3‴ lg., interdum 4‴ lg., triflori, saepe ad racemos 6—10‴ lg. dispositi. Alabastra subrotunda, 1‴ lg., bracteolis 2, subrotundis, ciliolatis, ¼‴ lg. stipata. Germen loculis pluriovulatis. Sepala 4, in alabastris globo petalorum breviora, majora ½‴ lg. Petala 4, obovata, ciliolata, 1‴ lg. Stamina 1‴ lg. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat ad rivulos exsiccatos prope Paracatú in parte occidentali prov. Minarum, florebat Septembri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 317. descriptioni *Eugeniae velutinae* addatur:

Frutex 6—8-pedalis. Folia petiolo 4—6‴ lg.; lamina 3—6″ lg., 12—28‴ lt. Bacca ovalis, rubra, sepalis conniventibus discoque concavo coronata, 1—2-sperma, 9‴ lg., 6‴ lt. Semen reniforme, testa arcta, tenui. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In saxosis et rupestribus in umbrosis prov. Rio de Janeiro, florebat Januario, fructificabat Augusto: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 317. post descriptionem *Eugeniae Gardnerianae* addatur:

EUGENIA GARDNERIANA *γ.* OVATA *Bg.* foliis majoribus, chartaceis, ovate v. ovato-oblongis; racemis elongatis.

ARBOR 15—20-pedalis. FOLIA 2½—4¼″ lg., 14—26‴ lt. RACEMI 1—2″ lg. FLORES albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis umbrosis ad Rio de Paraná prov. S. Pauli, florebat Augusto: Riedel.

Pag. 317. post descriptionem *Eugeniae Gardnerianae* inseratur:

267.b./325. EUGENIA MEMBRANACEA BERG: glabra; foliis longe petiolatis, membranaceis, ovato-oblongis, acuminatis, superioribus basi acutis, inferioribus obtusis, nitidis, sparse pellucido-punctatis, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; racemis axillaribus, 1—2-nis, paucifloris, folio 2-plo minoribus; germine biloculari; sepalis inaequalibus, rotundatis, ciliolatis.

ARBOR. RAMULI graciles, teretiusculi, pallidi, novelli compressi. GEMMAE sericeae. FOLIA petiolo 4‴ lg.; lamina 3—4″ lg., 14—22‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus elevato; venis distantibus, erecto-patulis, longiori a margine distantia arcuatim anastomosantibus, utrinque prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis; nervo limbali interiore a margine remoto. RACEMI 4—12-flori, ex infimis nodis ramulorum laterales, basi nudi; rhachide ⅓—1½″ lg.; pedicellis 1—2½‴ lg.; bractea minuta fultis. ALABASTRA obovata, sub calyce constricta, 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, minutissimis stipata. GERMEN loculis pauciovulatis. SEPALA 4, majora ½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab *Eugenia Gardneriana:* glabritie; foliis duplo longius petiolatis, basi obtusioribus, reticulato-venosis.

Habitat in silvis umbrosis prope Castel novo distr. Ilheos prov. Bahiensis, florebat Octobri: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 318. descriptioni *Eugeniae inundatae* addatur:

EUGENIA INUNDATA *α.* MEMBRANACEA.

ARBOR 12—15-pedalis. FOLIA subtus cinerascentia. FLORES albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In locis humidis ad flumen Amazonas, florebat Octobri: Riedel.

Pag. 319. post descriptionem *Eugeniae recurvatae* inseratur:

274.b./326. EUGENIA MACAHENSIS BERG: ramulis antrorsum racemisque ferrugineo-strigosis; foliis petiolatis, membranaceis, ovali-oblongis, obtuse acuminatis, basi acutis, adultis glabris, sparse pellucido-punctatis, subreticulato-penninerviis, duplicato-limbinerviis; racemis 4—6-floris, lateralibus et subterminalibus, folio multo brevioribus; germine biloculari; sepalis rotundatis, concavis, extus sericeis.

FRUTEX arborescens. RAMULI obtuse 4-goni, superne compressi. FOLIA petiolo valido, 2‴ lg.; lamina 4½—6½″ lg., 20—32‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus incrassato; venis distantibus, erecto-patulis, supra oblitteratis, subtus prominentibus; venulis interjectis tenuissimis, reticulatis; nervo limbali interiore a margine remoto. RACEMI rhachide 7‴ lg.; pedicellis bractea ovate lanceolata, ½‴ lg. fultis, 5‴ lg., divaricatis. ALABASTRA obovata, 2½‴ lg., bracteolis ovato-rotundatis, concavis, extus puberulis, ½‴ lg. stipata. GERMEN strigosum, 2-loculare, loculis pluri-ovulatis. SEPALA 4, 1‴ lg. PETALA 5, alba, subrotunda, 1½‴ lg. STAMINA STYLUSque 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis fruticetisque prope Macahé prov. Rio de Janeiro, florebat Majo, Junio: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 320. descriptioni *Eugeniae robustae β. firmae* addatur:

FRUTEX arborescens, 12-pedalis. RAMI tetragoni; novelli compressi, pubescentes. FOLIA utrinque puberula; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 4—5″ lg., 16—22‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis subpatentibus, longiori a margine distantia anastomosantibus, nervum limbalem duplicem formantibus venulisque tenuioribus, reticulatis, utrinque prominentibus. RACEMI axillares, 7—9-flori, 20—30‴ lg., rhachide pubescente, pedicellis oppositis, remotis, validis, striatis, floriferis 2‴ lg., pubescentibus, bractea ovata, ½—1‴ lg. fultis. ALABASTRA obovata, dense cano-puberula, fere 2‴ lg., bracteolis 2, ovatis, acutis, puberulis, fere 1‴ lg. stipata. GERMEN pubescens, costatum, biloculare, foculis pluri-ovulatis. SEPALA 4, subrotunda, utrinque puberula, in alabastro globum petalorum aequantia, majora 1½‴ lg. PETALA 4, alba, orbicularia, 3‴ lg. STAMINA 3‴ lg. STYLUS staminibus paullo longior. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Ad Rio Jequitinhonha prov. Minarum, florebat Decembri: Riedel. Pl. Oreas.

XIII. PHYLLOCALYX BG. *l. c. 326.*

Pag. 327. post descriptionem *Phyllocalycis edulis α. depauperati* addatur:

FRUCTUS oblongi, costati, lutei, edules, sapore acido-vinoso, 1—1½″ lg., 9‴ lt. (v. viv. florif. et fructif. in horto reg. bot. Berol. et sicc. in hb. hort. bot. Petrop.)

In arenosis maritimis prov. Rio de Janeiro, fructificabat Novembri: Riedel.

Pag. 328. post descriptionem *Phyllocalycis tomentosi* inseratur:

2.b./22. PHYLLOCALYX RIEDELIANUS BERG: ramulis foliisque novellis praesertim ad petiolum et costam, pedunculis et alabastris rufo-tomentosis; foliis annuis, petiolatis, junioribus membranaceis, oblongis v. oblongo-lanceolatis, longe angusteque acuminatis, basi acutiusculis, creberrime pellucido-punctatis, obsolete venosis, limbinerviis; pedunculis oppositis, solitariis, 1-floris, ex 1—3 infimis rami novelli nodis; bracteis hypanthis foliaceis, cordatis, acuminatis, calyce paullo brevioribus, tomentosis; sepalis oblongis v. lanceolatis, acutis, basi et margine tomentosis.

FRUTEX 1—2-pedalis; RAMI stricti, 4-goni, glabri, badii, creberrime glandulosi, antrorsum ramulis annotinis approximatis instructi; hi basi flori-, antrorsum foliiferi. FOLIA novella petiolo 2½‴ lg., lamina 18—26‴ lg., 4—7‴ lt. praedita, adulta ad florendi tempus desunt. PEDUNCULI 2—10‴ lg., ex infimis 1—3 nodis rami novelli, inferiores basi nudi v. folio minuto fulti, summi saepe axillares. ALABASTRA 9‴ lg., bracteolis et sepalis erectis, globo petalorum 3‴ diametro. BRACTEAE 2 hypanthae, 6‴ lg. GERMEN rufo-tomentosum. SEPALA 4, foliacea, 6‴ lg. PETALA 4, subrotunda, alba, extus velutina, 4‴ lg. STAMINA STYLUSque 4‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop. floriferum.)

Habitat in saxosis montis Serra do Caraça prov. Minarum, florebat Septembri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 330. ad finem descriptionis *Phyllocalycis involucrati* addatur:

Specimina a Riedelio in humidis ripae Parahyba ad Fazenda do Collegio florentia Julio lecta differunt a speciminibus Martianis: pedunculis oppositis, ex infimis nodis ramorum annotinorum abbreviatorum axillarium, interdum ad pedunculum 3-florum mutatorum egredientibus.

ARBOR v. FRUTEX 12—20-pedalis, floribus albis et roseis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Pag. 331. post descriptionem *Phyllocalycis stricti* inseratur:

10.b./23. PHYLLOCALYX REGELIANUS Berg: ramulis foliisque novellis ad marginem et costam ferrugineo-strigosis; foliis breviter petiolatis, annuis, junioribus membranaceis, adultis rigidis, obverse oblongis, angustato-obtusis, retusis, cuneatis, margine recurvis, glabris, nitidis, elevato-punctatis, venosis, subreticulatis, limbinerviis; pedunculis elongatis, oppositis, squama fultis, 1-floris, bracteis hypanthis foliaceis, cordatis, longitudine floris, germine biloculari; sepalis acutis, 2 ovatis, 2 oblongis.

Frutex 3—4-pedalis, ramosus. Rami obtuse 4-goni, exophloeo cinereo delapso cinnamomei; novelli compressi, basi flori-, antrorsum foliiferi. Folia ad florendi tempus tenuia, obsolete pellucido-punctata, demum crassiuscula, rigida; petiolo 2‴ lg.; lamina 2½—4″ lg., 10—15‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus incrassato; venis suberecto-patulis, utrinque prominentibus, nervo limbali margini approximato. Pedunculi oppositi, 1½—2″ lg., ex infimis 1—3 nodis rami novelli, inferiores basi squama obverse lanceolata, 3‴ lg. fulti, summi saepe axillares, pilosiusculi. Alabastra 8‴ lg., bracteolis et sepalis apertis; globo petalorum 2‴ lg. Bracteae 2 hypanthae foliaceae, lucem versus reticulatae, 7—8‴ lg. Germen sericeum, turbinatum, ⅝‴ lg., vertice pubescens. Sepala 4, foliacea, lucem versus reticulata, 5—6‴ lg., 2—4‴ lt. Petala 4, obovata, ciliata, alba atque rosea, 4‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Maxime affinis *Phylloc. stricto*, sed distinctus: caule frutescente, foliis multo brevius petiolatis, angustioribus, rigidioribus, margine recurvis, apice retusis, elevato-glandulosis; nervo limbali simplici, margini approximato.

Habitat in campis inter Rio das Velhas et Paranahyba, prov. Minarum, florebat Augusto: Riedel. Pl. Oreas et Hamadryas.

Pag. 331. ad descriptionem *Phyllocalycis calystegii* addatur:

Frutex 2—3-pedalis, floribus albis, pedunculis fructiferis ad 1½″ lg., fructu coccineo, usque 10‴ lg., 6‴ lt., bracteolis hypanthis ad 8‴ lg. fulto, sepalis 6‴ lg. coronato. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis siccis petrosis prope S. Luzia prov. Minarum, fructificabat Octobri: Riedel.

Pag. 333. post descriptionem *Phyllocalycis macrosepali* addatur:

Frutex 8—12-pedalis, floribus albis. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In fruticetis umbrosis montium Serra de Chapada prov. Goyazensis, florebat Septembri: Riedel.

Pag. 333. post descriptionem *Phyllocalycis grandifolii* addatur:

PHYLLOCALYX GRANDIFOLIUS β. pyriformis *Bg.* glabriusculus; sepalis angustato-obtusis; bacca pyriformi, glabra.

Frutex arborescens, 6—12-pedalis. Folia 3—6″ lg., 16—30‴ lt.; petiolo 5‴ lg. Pedunculi 10—20‴ lg. Alabastra sepalis 5‴ lg., globo petalorum 1½‴ diametro. Flores albi. Germen sericeo-strigosum. Stamina 1½‴ lg.; antheris oblongis. Stylus 2‴ lg. Bacca 16‴ lg., 14‴ lt., 1-sperma. Embryo homogeneus, medio fissus. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis prope urbem Rio de Janeiro, e. g. ad Tejuca, florebat Novembri, fructificabat Septembri: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 333. post descriptionem *Phyllocalycis grandifolii* inseratur:

16.b./24. PHYLLOCALYX PUBESCENS Berg: ramulis foliisque ad costam, pedunculis et alabastris velutinis; foliis petiolatis, chartaceis, perennantibus, elliptico-oblongis v. oblongis, utrinque angustatis, apice elongate acuteque acuminatis, supra puberulis, demum glabris, subtus pubescentibus, pellucido-punctatis, tenuiter venosis, limbinerviis; pedunculis oppositis, 1-floris, basi nudis, ex infimo nodo rami annotini; bracteis hypanthis cordatis, acuminatis, utrinque pubescentibus, flore longioribus; sepalis ovato-oblongis, utrinque velutinis, 2 acuminatis, 2 obtusatis. ♄

Rami stricti, exophloeo cinereo delapso teretes, glabri, cinnamomei, superne subcompressi; novelli ferrugineo-velutini, 1—3-nodes; nodo infimo florifero, reliquis foliiferis. Folia siccata supra cano-virentia, subtus parum pallidiora, tandem impresso-punctata; petiolo velutino, 3—4‴ lg.; lamina 3½—4½″ lg., 14—20‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus incrassato; venis tenuibus, erecto-patulis, utrinque parum prominulis. Pedunculi velutini, ⅙—1″ lg. Germen villosum, disco tetragono, velutino obtectum, bracteolis 2, foliaceis, 8‴ lg., 3‴ lt. stipatum. Sepala 4, foliacea, 3—3½‴ lg., 1½‴ lt. Petala 4, alba. Stylus 3‴ lg. (v. fl. defl. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis montis Corcovado prope urbem Rio de Janeiro, florebat Augusto: Riedel et Langsdorff. Pl. Dryas.

Pag. 334. ad finem descriptionis *Phyllocalycis Luschnathii* addatur:

Fructus globosi, luteoli, edules, *Pitomba* Brasiliensibus. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat prope Ilheos, florebat Junio: Riedel.

Pag. 334. post descriptionem *Phyllocalycis racemosi* inseratur:

20. PHYLLOCALYX LIGUSTRINUS Berg: ramulis, pedunculis, alabastris dense strigosis; foliis 2—3-ennibus, petiolatis, demum chartaceis, oblongis v. ovali-oblongis, utrinque angustatis, obtusiuscule acuminatis, cartilagineo-marginatis, creberrime pellucido-punctatis, supra glabris, subtus sparse sericeis, mox glabris, tenuissime venosis, limbinerviis; pedunculis oppositis, 1-floris, e basi rami novelli; bracteis hypanthis ovatis, acuminatis, germinis longitudine; sepalis ovalibus, obtusis. ♄

Rami graciles, teretiusculi, glabri; ramuli 4-goni, indumento albido, tandem nigricante. Folia siccata viridia, utrinque glandulosa, novella ad florendi tempus nondum evoluta; petiolo 3‴ lg.; lamina 2—3″ lg.; nervo medio supra sulcato, subtus elevato; venis tenuissimis, erecto-patulis. Pedunculi ex infimo nodo rami novelli, squama obverse lanceolata, 2‴ lg. fulti, 2‴ lg. Bracteae hypanthae 2—3‴ lg., glandulosae, strigosae. Germen 2-loculare, multi-ovulatum, dense strigosum, disco puberulo, lato obtectum. Sepala 4, extus strigosa, intus excepta basi glabra. Stylus 3—4‴ lg. (v. defloratum in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in Brasilia, loco natali non addito: Riedel et Langsdorff.

21. PHYLLOCALYX CUPREUS Berg: ramulis, foliis subtus, petiolis, pedunculis, alabastris densissime cupreo-sericeis; foliis triennibus, petiolatis, membranaceis, oblongis v. lanceolatis, longe rostratis, undulatis, basi acutis, junioribus supra sericeis, demum glabris, creberrime pellucido-punctatis, lucem versus venosis, limbinerviis; pedunculis oppositis, solitariis, 1-floris, ex infimo nodo rami novelli, squama fultis; bracteis hypanthis ovato-oblongis, alabastro paullo brevioribus sepalisque lanceolatis, acutis, utrinque dense cupreo-sericeis.

Arbor 12—15-pedalis. Rami graciles, teretiusculi, exophloeo cinereo delapso cinnamomei; novelli foliati, basi floriferi. Folia siccata supra prasina; petiolo 2‴ lg.; lamina 16—32‴ lg., 4—8‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus elevato, venis tenuissimis, lucem versus visibilibus, erecto-patulis. Pedunculi 3—6‴ lg., ex imo nodo ramuli annotini, squama lanceolata, acuta, 6‴ lg. fulta. Alabastra oblonga, aperta, 4‴ lg., bracteolis 2, 4‴ lg. stipata. Germen densissime cupreo-strigosum, disco velutino obtectum. Sepala 4, 3‴ lg. Petala 4, oblonga, extus sericea, alba, 2½‴ lg. Stamina stylusque 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Species praeposita habitu ad genus Stenocalycis praesertim ad Stenocalycem ligustrinum spectat, ob flores ad Phyllocalycem pertinet.

Habitat in umbrosis siccis prope Mandiocca prov. Rio de Janeiro, florebat Octobri: Riedel. Pl. Dryas.

XIV. STENOCALYX Bg. *l. c. p. 335.*

Pag. 339. n. 10. lin. 1. lege: *Stenocalyx oblongifolius.*

lin. 3. lege: foliis annuis, novellis membranaceis, adultis chartaceis, etc.

lin. 7. ante verbum bacca pone: germine costato, sericeo;

lin. 10. descriptioni ejusdem speciei adde:

Folia ad florendi tempus membranacea, 9—16‴ lg., 3—6‴ lt. Pedunculi filiformes, 4—12‴ lg. Alabastra 1½‴ lg.; bracteolis caducis. Germen biloculare, multi-ovulatum, disco 4-gono, plano, puberulo obtectum, Sepala 4, oblonga, obtusa, concava, 3-nervia, ciliolata, reflexa, ⅝—1½‴ lg. Petala 4, obverse oblonga, ciliolata, 2‴ lg. Stamina stylusque 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In Banda Oriental del Uruguay: Tweedie.

Pag. 341. post descriptionem *Stenocalycis Pitangae* inseratur:

15.b./41. STENOCALYX IMPRESSUS Berg: ramulis, petiolis, bracteis, pedunculis, alabastris dense puberulis; foliis petiolatis, submembranaceis, ovate oblongis, longissime obtuseque acuminatis, basi acutis, glabris, supra sparse impressoque pellucido-punctatis, tenuiter venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis 2 e gemma; germine costato, tomentello; sepalis ovalibus, obtusis, pubescentibus. ♄

Rami graciles, teretiusculi, exophloeo solubili; ramuli compressi. Folia petiolo 2‴ lg.; lamina 16—32‴ lg., 7—10‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis, supra oblitteratis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, ramulosis. Pedunculi 3‴ lg. Alabastra obovata, strigosa, 3‴ lg., bracteolis 2, linearibus, ¾‴ lg. stipata. Germen biloculare, multi-ovulatum. Sepala 4, inaequalia, majora 1½‴ lg. Petala 4, obverse oblonga, extus pubescentia, ciliata, 2‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in Brasilia: Riedel et Langsdorff.

Pag. 346. post descriptionem *Stenocalycis xanthoxyloidis* inseratur:

27.b./42. STENOCALYX PROTRACTUS Berg: ramulis puberulis; foliis petiolatis, submembranaceis, oblongis v. oblongo-lanceolatis, longe lateque acuminatis, apice truncatis v. retusis, basi in petiolum attenuatis, glabris, crebro-, supra nec elevato-, pellucido-punctatis, obsolete venosis, limbinerviis; pedunculis minute puberulis, e gemma 2—6, solitariis, oppositis; germine glabro, laevi; sepalis subinaequalibus, obovato-oblongis, concavis, obtusis, ciliolatis, demum reflexis.

Frutex 8—12-pedalis; rami teretiusculi, glabri, exophloeo sôlubili; ramuli subcompressi, puberuli; novelli basi squamis imbricatis cincti, ibidem flori-, antrorsum foliiferi. Folia siccata supra atrofusca, laevigata, subtus rufa, nigrescenti-glandulosa; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 11—20‴ lg., 3—7‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus prominente; venis tenuissimis, suberecto-patulis, oculo nudo vix visibilibus. Pedunculi filiformes, minutissime puberuli, 4—8‴ lg., ex nodis oppositi, solitarii, squamis gemmae summis fulti. Alabastra obovata, 2½‴ lg., glabra; bracteolis stipantibus nullis. Germen glabrum, laeve, biloculare, multi-ovulatum. Sepala 4. Petala 4, ciliolata. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt a *Stenocalyce ligustrino:* foliis tenuioribus, acuminatis, nec creberrime nec supra elevato-punctatis; a *Stenocalyce xanthoxyloide:* foliis petiolatis, angustioribus, acuminatis, basi acutis; pedunculis puberulis.

Habitat in collibus umbrosis ad fluv. Parahiba in prov. Rio de Janeiro, florebat Julio: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 348. post descriptionem *Stenocalycis Brasiliensis* γ. *leucocarpi* inseratur:

STENOCALYX BRASILIENSIS δ. silvestris *Bg.* foliis subsessilibus, subnitidis.

Frutex 4—6-pedalis; rami teretiusculi, exophloeo lamellatim solubili. Folia juniora glauca; petiolo vix 1‴ lg.; lamina 36—42‴ lg., 10—14‴ lt. Pedunculi 8—14‴ lg. Flores albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat ad rivulos prope Agoa Suja distr. Minarum Novarum, florebat Septembri: Riedel.

Pag. 350. post descriptionem *Stenocalycis Gardneriani* inseratur:

37.b. 43. STENOCALYX LANGSDORFFII Berg: ramulis, costa foliorum, pedunculis, alabastris pubescentibus; foliis biennibus, sessilibus, membranaceis, demum subchartaceis, rotundo-ovalibus, basi subcordatis, discoloribus, nitidis, creberrime pellucido-punctatis, reticulato-venosis, duplicato-limbinerviis; pedunculis 2—4 ex gemma, e nodis solitariis, oppositis; germine pubescente, laevi; bacca depresso-globosa, sepalis oblongis, obtusis, erectis coronata.

Frutex v. arbor 6—15-pedalis. Rami albidi, exophloeo delapso badii, teretes; ramuli compressi, novelli basi squamis imbricatis, oblongis, obtusis, badiis cincti, nodis infimis 1—2 flori-, summis 1—3 foliiferis. Folia siccata supra viridia, subtus fusca, utrinque glandulosa, 14—26‴ lg., 11—22‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus elevato, venis tenuibus, suberecto-patulis, utrinque prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Pedunculi 8—14‴ lg., ex infimis 1—2 nodis ramorum annotinorum, basi squama oblonga, convoluta, 2—3‴ lg., decidua fulti. Bracteolae hypanthae spathulatae, pubescentes, 2‴ lg., deciduae, a germine biloculari, dense pubescente remotae. Sepala 4, subinaequalia, 2‴ lg., reflexa. Petala 4, oblonga, ciliata, 4‴ lg. Stamina petalis paullo breviora. Stylus 3‴ lg. Bacca 5‴ diametro. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in fruticetis maritimis prope Itaguahy prov. Rio de Janeiro, florebat Octobri: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 351. descriptioni *Stenocalycis dysenterici* addatur:

Arbor 10 — 20-pedalis, foliis junioribus glaucis, fructibus magnitudine pomi minoris, luteis, edulibus. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In montibus Serra de S. Marcos prov. Goyazensis, florebat Augusto: Riedel.

XVI. MITRANTHES Bg. *l. c. p. 354.*

Pag. 354. lin. 36 ad finem addatur: *v. corymbose:*

1. Uniflorae. Pedunculi axillares, solitarii, uniflori. Operculum regulare, basi truncatum.

Pag. 356. post descriptionem *Mitranthis ovalifoliae* inseratur:

2. Corymbosae. Pedunculi corymbosi, 1—3-flori v. dichotomi. Calyptra irregulariter rumpens.

Species hujus sectionis jam magis ad genus Calycorectis spectant et foliorum nervatura et inflorescentia et irregulari alabastrorum evolutione. Uti in sectione priore alabastri operculum calycare quidem; sed margine basilari irregulariter lobato remanente, minus regulariter solvitur. Attamen ob operculum semper manifestum species sectionis hujus ad Mitranthem, nec ad Calycorectem pertinent.

5. MITRANTHES LANGSDORFFII Berg; ramulis novellis, corymbis, alabastris minute sericeis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, ovato-oblongis v. oblongis, interdum obversis, longe recurvato-acuminatis, basi plus minusve acutis, glabris, nitidis, discoloribus, impellucido-punctatis, tenuissime venosis, longiori a margine distantia arcuatim limbinerviis; corymbis terminalibus et axillaribus 1 — 2, compressis, folio brevioribus, ramis apice 3-floris v. dichotomis; alabastris obovatis, apiculatis, operculo irregulariter rumpente; petalis 4, bacca globosa, margine calycari coronata. — Variat foliis minoribus et duplo majoribus.

Arbor 15 — 20-pedalis; rami teretiusculi, exophloeo cinereo delapso pallide cinnamomei, superne compressi. Folia siccata supra fusco-atra, splendentia, subtus hepatica, nitidula, interdum longissime anguste rostrata; petiolo 3—6‴ lg.; lamina 2½—8½″ lg., 11—38‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus prominente; venis tenuissimis, erecto-patulis, utrinque parum prominulis. Corymbi cymosi, sessiles, 1½ — 2½″ lg., ramis bracteatis, apice trifloris, 9—20‴ lg., flore terminali saepissime sessili, lateralibus pedicellatis v. bis bifidis; flore in dichotomia deficiente; bractea lanceolata, acuta, ½—1‴ lg. Alabastra 3—4‴ lg., bracteolis 2, triangularibus, acutis, ciliolatis, ½‴ lg. stipata. Germen interdum semiinferum, 2-, rarius 3-loculare, loculis 8-ovulatis. Operculum irregulare, basin hinc inde lobatam relinquens. Petala 4, obovata, concava, ciliolata, alba, basi rosea, 1½—3‴ lg. Stamina stylusque 2‴ lg. Bacca 7‴ diametro. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Specimina Blanchetiana foliis obversis differunt.

Habitat in prov. Bahiensi: Blanchet n. 2309.: in silvis ad flumen Itahype prope Castel novo, florebat Septembri — Novembri: Riedel. Pl. Hamadryas, Dryas.

6. MITRANTHES RIEDELIANA Berg: ramulis novellis, pedunculis, alabastris ochraceo-velutinis; foliis longe petiolatis, membranaceis, oblongis v. oblongo-lanceolatis, apice longissime acuminatis, basi acutis, impellucido-punctatis, subtus opacis, minutissime sericeis, remote venosis, longissima a margine distantia limbi-, ideo fere tri-nerviis; corymbis v. umbellis axillaribus et terminalibus; folio multo brevioribus, 2 — 6; pedicellis 1-floris; alabastris obovatis, apiculatis; germine biloculari; petalis 4.

Arbor 20—25-pedalis; rami teretiusculi, glabri, fuscescentes, rugosi; ramuli compressi. Folia supra nitidula, subtus pallidiora; petiolo 5—6‴ lg.; lamina 3—5″ lg., 10—17‴ lt.; nervo medio limbalique supra impressis, subtus prominentibus; venis tenuibus, utroque costae latere 8 — 10, valde distantibus, inferioribus suberecto-, superioribus erecto-patulis, supra vix manifestis, subtus prominentibus; spatio inter nervum limbalem arcuatum et marginem 2—3‴ lt. Corymbi v. oblitteratione rhachidis umbellae 1—1½″ lg. Pedicelli bractea caduca fulti, 6 — 12‴ lg., subcompressi. Alabastra 3‴ lg., bracteolis 2, subulatis, minutis, caducis stipata. Germen disco lato, margine irregulariter lobato demum coronatum, 2-loculare, loculis multi-ovulatis. Operculum convexum, utrinque minute velutinum. Petala 4, obovata, ciliolata, extus sericea, 1‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis prope Mandiocca prov. Rio de Janeiro, florebat Decembri: Riedel et Langsdorff. Pl. Dryas.

XVII. CALYCORECTES Bg. *l. c. p. 356.*

Pag. 357. post descriptionem *Calycorectis Schottiani* inseratur:

3. CALYCORECTES RIEDELIANUS Berg: ramulis novellis minute puberulis ceterum glaber; foliis petiolatis, chartaceis, lanceolatis, utrinque angustatis, longe acuminatis, basi acutis, utrinque creberrime glandulosis, supra nitidis, subaveniis, subtus tenuissime venosis, limbinerviis; corymbis terminalibus, paucifloris; bracteolis hypanthis subulatis; sepalis extus glabris, intus sericeis.

Frutex ramosus; rami teretiusculi, exophloeo cinereo delapso atroviolacei; novelli compressi. Folia siccata supra fusco-atra, suptus hepatica, novella ciliata, pellucido-punctata; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 16 — 28‴ lg., 4 — 8½‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus prominente; venis tenuissimis, erecto-patulis, supra vix visibilibus, subtus prominulis. Corymbi 2—6-flori, rhachis ½—3‴ lg., interdum ad ramum basi flori-, antrorsum foliiferum evoluta; pedicelli filiformes, 5—10‴ lg., basi bractea subulata, ½ — 1‴ lg. fulti. Alabastra obovata, obtusa, 2½‴ lg., bracteolis ½‴ lg. stipata. Germen 2 — 3-loculare, multi-ovulatum. Calyx demum 4-partitus, laciniis deltoideis, acutis, 1‴ lg., demum transversim solubilibus. Petala 4, ciliolata, 1‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in prov. Bahiensi: Blanchet n. 2340.; ad ripam fluvii Itahype prope Almada, florebat Augusto, Septembri: Riedel. Pl. Dryas.

4. CALYCORECTES MARTIANUS Berg: ramulis novellis, pedicellis, germinibus puberulis; foliis petiolatis, coriaceis, oblongis v. ovali-oblongis, longe acuminatis, basi acutis, impellucido-punctatis, obsolete venosis, limbinerviis; corymbis axillaribus et subterminalibus, 4—8-floris; bracteolis hypanthis caducis; sepalis extus puberulis, intus velutinis. ♄

Rami teretes, laeves, pallidi; ramuli compressi, nigrescentes; novelli puberuli. Folia siccata obscura; petiolo canaliculato, 3—4‴ lg.; lamina 2½—4″ lg., 11—17‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus prominente; venis tenuibus, erecto-patulis, utrinque parum prominulis; nervo limbali margini approximato. Corymbi rhachis 6—10‴ lg.; pedicellis compressis, 4—11‴ lg., puberulis, demum glabris; bracteis stipantibus caducis. Alabastra obovata, clausa, tum apice 4-dentata, tandem ad germinis verticem 4-partita, 4‴ lg., lobis calycinis ovato-oblongis, concavis, acutis, 2‴ lg. Petala 4. Germen biloculare, multi-ovulatum. Stylus 3‴ lg. (v. spec. singulum in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat prope Mandiocca in prov. Rio de Janeiro: Riedel et Langsdorff. Pl. Dryas.

5. CALYCORECTES LANGSDORFFII Berg: ramulis foliisque junioribus subtus, corymbis et alabastris rufo-velutinis; foliis petiolatis, coriaceis, ovalibus v. ovali-oblongis, obtuse acutatis, basi obtusis, margine cartilagineo pallide limbatis, discoloribus, supra glabris, opacis, subtus glandulosis, demum subglabratis, costatis reticulatisque, longissima a margine distantia arcuatim duplicato-limbinerviis; corymbis lateralibus et axillaribus, 4—8-floris; bracteolis hypanthis minutis; sepalis extus velutinis, intus sericeis.

Arbor 15—20-pedalis. Rami teretiusculi, rugosi, fuscescentes, glabri; ramuli compressi, rufo-velutini. Folia opposita (teste Riedelio nutantia, de qua directione ex speciminibus siccis nihil apparet), siccata supra atrovirentia, subtus rufa; petiolo valido, velutino, 3—5‴ lg.; lamina 6—8½″ lg., 2⅔—4½″ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato, velutino; venis utroque costae latere circiter 12, ab invicem remotis, erecto-patulis, utrinque praesertim subtus prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis, areolis amplis. Corymbi rhachis 9—18‴ lg., rufo-velutina; pedicellis teretiusculis, velutinis, 8—18‴ lg., basi bractea subulata, 2—3‴ lg. fultis. Alabastra ovalia, basi turbinata, vertice conica, apiculata, velutina, 6‴ lg., bracteolis 2, ½—¾‴ lg. stipata. Germen 2-loculare, sextam longitudinis partem alabastri efficiens, loculis multi-ovulatis. Calyx demum irregulariter bipartitus, lobis coriaceis, transversim rumpentibus, 6‴ lg. Petala 4, coriacea, subrotunda, concava, glabra, ciliata, 3‴ lg. Stamina 2‴ lg., antherae ovatae, dorso baseos affixae, lateraliter hiantes, ¾‴ lg. Stylus 4½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis collibusque siccis prope Ilheos, florebat Majo: Riedel. Pl. Dryas.

XIX. MYRCIARIA Bg. *l. c. p. 358.*

Pag. 363. post descriptionem *Myrciariae delicatulae* inseratur:

10.b./43. MYRCIARIA FERRUGINEA Berg: ramulis foliisque subtus ferrugineo-tomentosis; foliis distichis, sessilibus, rigidis, oblongis, acutis v. truncatis, apiculatis, basi truncatis, discoloribus, impellucido-punctatis, supra puberulis, tandem glabratis, obsolete venosis, limbinerviis; floribus axillaribus, glomeratis, sessilibus. ♄

Rami obtuse 4-goni, rimosi, internodiis abbreviatis; ramuli dense ferrugineo-tomentosi, densi, oppositi. Folia approximata, biennia, creberrime punctata, supra cano-virentia, subtus indumento ferruginea, 9—12‴ lg., 3—4‴ lt.; nervo medio supra vix sulcato, subtus prominente, dense tomentoso; venis tenuissimis, ramulosis, subpatentibus. (v. in hb. Berol.)

Habitat in Brasilia: Sellow.

Pag. 364. post descriptionem *Myrciariae strigipedis* addatur:

MYRCIARIA STRIGIPES *β.* longifolia *Bg.* robustior; foliis majoribus, tenuioribus, subtus ochraceo-pilosis; floribus 1—4-nis, axillaribus.

Frutex arborescens. Rami cinnamomei, juniores villosi. Folia 3—4″ lg., 6—12‴ lt. Flores albi. Fructus tomentosi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in collibus silvaticis siccis ad fluv. Parahiba prope S. Salvador de Campos dos Goyatacazes prov. Rio de Janeiro, florebat Junio — Julio: Riedel. Pl. Dryas.

Pag. 364. post descriptionem *Myrciariae lanceolatae* inseratur:

11.b./44. MYRCIARIA RIEDELIANA Berg: glabra; foliis breviter petiolatis, chartaceis, oblongis v. elliptico-oblongis, acutatis, basi acutis, utrinque creberrime grosseque elevato-, pellucido-punctatis, tenuissime venosis, limbinerviis; umbellulis axillaribus, 2—8-floris; calyce circumscisso, 4-lobo, villosulo-ciliato.

Frutex 2—3-pedalis. Rami teretes, grisei, rugosi; ramuli compressi, pallidi, glandulosi. Folia petiolo 1½—2½‴ lg.; lamina 28—38‴ lg., 8—16‴ lt.; nervo medio supra vix sulcato, subtus costato; venis tenuissimis, subpatentibus, utrinque obsoletis. Umbellulae petiolum subaequantes, floribus pedicellatis, albis. Pedicelli validi, 1—1½‴ lg., basi bractea ½—1‴ lg., decidua fulti. Alabastra obovata, nitida, 1½‴ lg., bracteolis 2, ad cupulam campanulatam, bilobam, ¾‴ lg. connatis stipata. Hypanthium supra germen biloculare, 4-ovulatum, valde productum, post anthesin persistens et germen coronans; loculis minimis, in apice germinis. Calyx 4-lobus, demum circumscissus et a hypanthio deciduus, lobis rotundatis, intus sericeis, ½‴ lg. Petala 4, subrotunda, ciliolata, 1‴ lg. Stamina 1½‴ lg. Stylus 5‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Maxime affinis *Myrciariae lanceolatae,* sed distincta: glabritie; foliis majoribus, latioribus; floribus umbellulatis; calyce solo nec et hypanthio post anthesin circumscisso; a reliquis affinibus speciebus differt ut *Myrciaria lanceolata:* glandulis grossis, utrinque elevatis, a *Myrciaria perforata,* etiam glandulis grossis donata, foliis toto coelo diversis.

Habitat in arenosis ripae fluminis Amazonas prope urbem Santarem prov. Paraënsis, florebat Novembri; Riedel. Pl. Najas.

Pag. 367. lin. 1 loco „Fruticulus“ lege:

Arbor 15—20-pedalis, elegantissima, rarissime florens.

Ibidem lin. 9 ad finem adde:

Bacca globosa, calva, 1—2-sperma, 1½‴ diametro.

Ibidem lin. 11 adde:

In silvis montosis apricis atque silvis antiquissimis ad Itamaratim, florebat Martio: Riedel.

Pag. 372. post descriptionem *Myrciariae tolypanthae* inseratur:

32.b./45. MYRCIARIA PERFORATA Berg: ramulis pubescentibus; foliis petiolatis, rigide chartaceis, oblongo-ovalibus, acuminatis, basi breviter acutis, cartilagineo-marginatis, supra nitidis, impresso-punctatis, subtus grosse glandulosis, pellucido-punctatis, tenuiter venosis, limbinerviis; floribus axillaribus, glomeratis; bacca subglobosa v. didyma v. trisulca, 1—3-sperma, glandulosa, calva.

Myrciaria tolypantha γ. pubescens Bg. in Mart. Flor. Bras. p. 372. n. 32.

Frutex 8—12-pedalis. Rami teretiusculi, graciles; ramuli compressi. Folia petiolo 3‴ lg.; lamina 18—32‴ lg., 7—15‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus costato; venis tenuibus, suberecto-patulis, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, oculo armato visibilibus. Bacca 7‴ diametro. Semen testa cartilaginea, nitida. Embryo homogeneus. (v. in hb. Kunth., nec non hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab affinibus speciebus: foliis grosse glandulosis.

Habitat prope urbem Rio de Janeiro in arenosis maritimis silvaticis ad Lagoa de Freitas, fructificabat Octobri: Riedel, Gaudichaud n. 761. Pl. Dryas.

Pag. 373. post lineam 7 inseratur:

MYRCIARIA SCHÜCHIANA *α.* DEFLEXA: gracilior; foliis deflexis.

Ibidem post lineam 19 inseratur:

MYRCIARIA SCHÜCHIANA *β.* LATIFOLIA: robustior; foliis erectis.

FRUTEX 3—4-pedalis. FOLIA siccata obscura, rigidiora; petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 16—28‴ lg., 7—13‴ lt. VERTICILLASTRI multiflori. BACCAE globosae, calvae, 4‴ diametro. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis glareosis prope Sabará, florebat Octobri: Riedel.

Pag. 374. post descriptionem *Myrciariae axillaris* inseratur:

36.b./46. MYRCIARIA LONGIPES BERG: foliis longe petiolatis, chartaceis, elliptico-oblongis, utrinque longe acuminatis, glabris, subtus creberrime minute glandulosis, tenuissime reticulato-venosis, limbinerviis; floribus axillaribus, glomeratis, petiolo brevioribus; germine semisupero; calyce obtuse 4-lobo, ciliolato, deciduo; bacca globosa v. didyma, calva, 1—3-sperma. Variat:

α. PELLUCIDA: glaberrima; foliis supra creberrime glandulosis, pellucido-punctatis.

FRUTEX arborescens, 6—15-pedalis. RAMI teretiusculi, grisei; RAMULI compressi, fuscescentes, glandulosi. FOLIA petiolo 5—6‴ lg.; lamina 18—30‴ lg., 8—12‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus prominente; venis tenuissimis, erecto-patulis, utrinque prominulis; venulis interjectis tenuioribus reticulatis, utrinque parum prominulis. GLOMERULI 2—6-flori. ALABASTRA obovata, glabra, nitida, 1‴ lg., bracteolis 2, ad cupulam minimam, 2-lobam connatis stipata. HYPANTHIUM supra germen biloculare, 4-ovulatum valde productum, in calycem extus sericeum abiens. PETALA 4, subrotunda, alba, ciliolata, ½‴ lg. STAMINA 1½‴ lg. SEPALA 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

β. OPACA: ramulis saepe puberulis; foliis supra obsolete glandulosis, obsolete v. impellucido-punctatis.

FRUTEX 10—12-pedalis. FOLIA supra nitida; petiolo 3—6‴ lg.; lamina 19—38‴ lg., 6—16‴ lt. BACCA aurantiaca, 3—4‴ diametro. SEMINIS testa cartilaginea, nitida. EMBRYO homogeneus. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt ab affinibus speciebus, e. g. *Myrc. tolypantha, Myrc. axillari, Myrc. perforata:* petiolis longissimis.

Habitat in silvaticis arenosis maritimis prope urbem Rio de Janeiro, florebat Januario, Februario, fructificabat Octobri, Pitanga Pimenta *Brasiliensium: Riedel. Pl. Dryas.*

SUBTRIBUS III. PIMENTOIDEAE BG. *l. c. p. 381.*

XXIV. PSIDIUM L. *Bg. l. c. p. 381.*

Pag. 384. post descriptionem *Psidii myrsinoidis* inseratur:

4.c./68. PSIDIUM LANGSDORFFII BERG: ramulis, foliis novellis, pedunculis, germinibus brunneo-tomentellis; foliis subsessilibus, adultis rigidis, subobovato-oblongis, obtusatis v. rotundatis, basi subcuneatis, adultis glabris, utrinque glandulosis, tenuiter venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, solitariis, oppositis, 1-floris, brevibus; germine triloculari; calyce campanulato, truncato, demum irregulariter 4-partito.

FRUTEX. RAMI exophloeo delapso teretiusculi, graciles; RAMULI obtuse 4-angulati, glabri, glandulosi; novelli subcompressi. FOLIA impellucido-punctata, novella chartacea, siccata supra atrovirentia, impresso-reticulata, subtus hepatica, laevia, demum rigidiora, supra obsolete venosa, creberrime elevato-punctata; petiolo vix ullo; lamina 15—22‴ lg., 6—11‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuibus, subpatentibus, supra oblitteratis, subtus prominulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, subtus prominulis. PEDUNCULI 1—2‴ lg. ALABASTRA turbinata, 2—3‴ lg., bracteolis 2, subulatis, tomentellis, ½—¾‴ lg. deciduis stipata. GERMEN 3-loculare; sporophoris bilamellatis, centro discretis. CALYX in alabastro globo petalorum brevior, glabriusculus, intus velutinus, 1‴ lg., demum ad basin partitus, lobis coriaceis, truncatis, reflexis, 1‴ lg. PETALA subrotunda, concava, ciliolata, 2‴ lg. STAMINA 3‴ lg. STYLUS 4‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis siccis prov. Minarum: Riedel. Pl. Oreas.

4.d./69. PSIDIUM UMBROSUM BERG: ramulis, petiolis, pedunculis, germinibus puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, oblongis v. ovali-oblongis, leviter acuminatis, basi acutis, exceptis nervis pubescentibus glabris, utrinque elevato-, pellucido-punctatis, supra impresso-, subtus elevato- et remote costatis; pedunculis axillaribus, oppositis, 1-floris, petiolo brevioribus; alabastris apice obtusis et pertusis, demum 5-partitis; germine 4-loculari. ♄

RAMI teretes, glabri, fuscescentes, rugosi; RAMULI breves, vix compressi. FOLIA siccata supra nitidula, fusco-atra, subtus hepatica, opaca, in axillis venarum barbata, novella ciliata; petiolo 2—3½‴ lg.; lamina 1⅔—3¼″ lg., 9—15‴ lt.; nervo medio ferrugineo-pubescente, supra planiusculo, subtus elevato; venis utroque costae latere subsex, subpatentibus, remotis antrorsum adscendentibus arcuatimque unitis, supra demum impressis, subtus prominentibus, puberulis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, supra demum impressis, subtus vix manifestis. PEDUNCULI 2—3‴ lg. ALABASTRA pyriformia, sub calyce constricta, 5‴ lg. GERMEN pericarpio indurato, 4-loculare, dissepimentis membranaceis; sporophoris bilamellatis, centro discretis. CALYX subglobosus, 3‴ lt., demum 5-partitus, lobis coriaceis, ovalibus, truncatis v. obtusis, intus velutinis, 1½—2‴ lg. et lt. PETALA 5, oblonga, subcoriacea, extus sericea, 4‴ lg. STYLUS 4—5‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. hort. bot. Petr.)

Habitat in umbrosis siccis prope Santarem, florebat Novembri: Riedel. Pl. Najas.

Pag. 386. n. 9. ad descriptionem *Psidii Paraënsis* adde:

FRUTEX 6—8-pedalis. FLORES albi, ad apices ramorum racemum foliis intermixtum formantes. FRUCTUS pyriformes, calyce coronati. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In arenosis semper pluvio inundatis ripae rivi ad Santarem, florebat Novembri: Riedel.

Pag. 387. post descriptionem *Psidii Mengahiensis* inseratur:

12.b./70. PSIDIUM GLAUCESCENS BERG: ramulis, pedunculis, germinibus tomentosis; foliis annuis, sessilibus, papyraceis, oblongis v. obovato-oblongis, obtusatis v. rotundatis, basi augustatis,

supra sparsius subtus densius glaucescenti-velutinis, obsolete venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, oppositis, 1-, rarius 3-floris, folio multo brevioribus; germine 4-loculari; calyce patellaeformi, 5-dentato.

Arbor 10—12-pedalis. Rami teretiusculi, exophloeo delapso laeves, glabri; ramuli subquadranguli, tomentosi, antrorsum subcompressi, ibidem tomento subferruginoso obtecti. Folia praesertim superiora glaucescentia v. cano-virescentia, infima ramulorum minora, saepe squamaeformia, supra sub tomento glandulosa, obscure pellucido-punctata, 13—36‴ lg., 8—16‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis tenuissimis, erecto-patulis, ob tomentum vix manifestis. Pedunculi 4—7‴ lg., infimi basi nudi v. squama fulti, superiores axillares, saepe nutantes, 1-flori. Alabastra obovata, aperta, 3‴ lg., bracteolis 2, linearibus, tomentosis, 1‴ lg. stipata. Germen sporophoris bilamellatis. Calyx dentibus deltoideis, utrinque pubescentibus. Petala 5, alba, obovata, glandulosa, ciliata, 3‴ lg. Stylus $^5/_4$‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis siccis montium Serra da Chapada prov. Minarum, florebat Septembri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 390. n. 18 post descriptionem *Psidii firmi* addatur:

PSIDIUM FIRMUM *β.* subcordatum *Bg.* foliis ovatis v. ovato-oblongis, acutatis, basi subcordatis; pedunculis 1-floris; bacca subglobosa, calyce coronata.

Suffrutex 1—2-pedalis. Folia petiolo 2‴ lg.; lamina 2—4″ lg., 14—28‴ lt. Bacca 8‴ diametro, calyce patente, acute dentato coronata. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In subhumidis prope Paracatú prov. S. Pauli, fructificabat Septembri: Riedel.

Pag. 391. post descriptionem *Psidii Pohliani* inseratur:

PSIDIUM POHLIANUM *β.* brevipes: foliis tenuioribus angustioribusque, breviter petiolatis.

Frutex ramosus. Rami 4-goni, antrorsum compressi. Folia petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 28—38‴ lg., 12—17‴ lt. Pedunculi 4—6‴ lg. Bacca 6‴ diametro. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis prope S. Carlos prov. S. Pauli, fructificabat Januario: Riedel.

Pag. 391. post descriptionem *Psidii aeruginei* inseratur:

PSIDIUM AERUGINEUM *β.* angustifolium: foliis junioribus lanceolatis, adultis oblongo-ovalibus, obtusatis v. breviter acutis.

Folia juniora 16—28‴ lg., 6—8‴ lt., adulta 31‴ lg., 17‴ lt. Pedunculi 3‴ lg. Germen turbinatum, ochraceo-velutinum, 1½‴ lg., 3—4-loculare; sporophoris bilamellatis. Sepala 5, lata, subtruncata, 1‴ lg., 2‴ lt. Petala 5, orbiculari-ovalia, concava, 4‴ lg., 3‴ lt. Stamina stylusque 4‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Pag. 391. post *Psidium elegans* adde:

21.b./71. PSIDIUM BASANTHUM Berg: ramulis, foliis subtus, pedunculis, alabastris velutinis; foliis subsessilibus, alternis, chartaceis, obovato-oblongis, obtusatis v. leviter acuminatis, apiculatis, basi cuneatis, supra puberulis, utrinque creberrime elevato-, pellucido-punctatis, obsolete venosis, arcuatim limbinerviis; pedunculis ex inferioribus nodis ramorum, superioribus axillaribus, folio brevioribus, solitariis, 1-floris, pubescentibus; germine 3-loculari; calyce patelliformi, 5-dentato.

Suffrutex. Rami teretiusculi, superne compressi. Folia 12—19‴ lg., 8—11‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus prominente; venis tenuibus, suberecto-patulis, subtus vix manifestis. Pedunculi 6—7‴ lg., infimi folio minuto fulti. Alabastra obovata, aperta, 4‴ lg., bracteolis 2, linearibus, tomentosis, germen aequantibus stipata. Germen tomentosum, sporophoris bilamellatis, axi discretis. Calyx lobis latis, brevibus, rotundatis. Petala concava, ciliolata. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitu *Psidio Oerstedeano* affine, sed distinctum: colore indumenti; foliis omnibus sparsis, basi cuneatis, obsolete venosis; pedunculis folio brevioribus, calyce patellaeformi, obtuse dentato.

Habitat prope Paracatú et Mugi prov. S. Pauli, florebat Octobri — Novembri: Riedel.

Pag. 393. n. 25 descriptioni *Psidii rufi* addatur:

Germen disco plano, villoso, 5-lobo obtectum. Calyx demum ad basin 5-partitus, lobis ovatis, extus densissime tomentosis, intus sericeus v. villosus, 1½—2‴ lg. Petala 5, subrotunda, alba, extus dense sericea, intus glabra, ciliata, 3—4‴ diametro. Stamina creberrima, 3—4‴ lg. Stylus ad medium villosus, 4—5‴ lg. Fructus (teste Riedelio) purgans, Araça Cagâo Brasiliensium. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis siccis prope Penha et Sabará: Riedel.

Pag. 398. post lin. 33 insere:

α. parvifolium: foliis minoribus, obovatis, apice rotundatis v. truncatis, subtus tandem glabratis.

Ibidem post lin. 44 insere:

Specimina Riedeliana foliis apice magis truncatis quam Sellowiana instructa sunt.

β. intermedium: foliis tenuioribus, interdum subrotundis, obscure pellucido-punctatis; pedunculis 1-floris.

Frutex 1—1½-pedalis. Ramuli carinato-4-goni, superne compressi. Folia 3—3¼″ lg., 20—40‴ lt. Pedunculi 7‴ lg. Alabastra clausa, 5-6‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

γ. grandifolium: foliis maximis et adultis subtus velutinis, apice truncatis.

Suffrutex 1—1½-pedalis. Rami crassi, 4-goni. Folia opposita v. subopposita, subtus rufescenti-velutina; petiolo valido, 2—3‴ lg.; lamina 5—6″ lg., 3—4″ lt. Pedunculi validi, 6—8‴ lg. Bacca obovata, 6-locularis, calyce coronata, 17‴ lg., 12‴ lt. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitant in prov. S. Pauli: α. in campis inter Pindamonhangaba et Taubaté, florebat Novembri: Riedel, Sellow; β. in campis siccis et paludibus approximatis prope Bataţaës, florebat Majo — Junio: Riedel; γ. in campis graminosis subhumidis prope Bataţaës et Itu, florebat Februario — Junio: Riedel.

37.b./72. PSIDIUM OBLONGIFOLIUM Berg: foliis subsessilibus, rigidis, ovali-oblongis, utrinque angustatis, obtusatis, apice apiculatis, glaberrimis, utrinque glandulosis, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, 1—3-floris.

Suffrutex 1-pedalis. Folia 4″ lg., 2″ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus incrassato; venis utroque latere 5—6, suberecto-patulis, supra planiusculis, subtus elevatis, antrorsum adscendentibus et arcubus amplis unitis; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque praesertim inferne prominulis. (v. spec. depauperatum in hb. hort. bot. Petrop.)

In locis humidiusculis graminosis prope Batataës prov. S. Pauli, fructificabat Majo: Riedel.

Pag. 402. post descriptionem *Psidii radicantis* inseratur:

47.b./73. PSIDIUM RIEDELIANUM Berg: ramis 4-gonis superne, foliis subtus, pedunculis, baccis dense albido-velutinis; foliis breviter petiolatis, rigidis, oblongis v. oblongo-lanceolatis, obversis, abrupte breviter acuminatis, basi cuneatis, discoloribus, supra nitidis, adultis, glabris, grosse glandulosis, impresso-, subtus elevato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, petiolo longioribus, 1-floris; bacca obovata, calyce irregulariter rupto coronata, bracteolis 2, linearibus, acutis, longis stipata.

Frutex bipedalis, ramosus. Rami exophloeo delapso teretiusculi, glabri, cinnamomei; ramuli 4-goni, velutini, 2—4″ lg., 4—5-nodes, nodis infimis foliis minutis instructis. Folia obscure pellucido-punctata, siccata supra obscura; petiolo 1—1½‴ lg.; lamina 1½—3″ lg., 8—13‴ lt.; nervo medio venisque utroque costae latere sub-5, arrectis, distantibus, antrorsum adscendentibus et arcubus amplis unitis, supra impressis, subtus elevatis; venulis interjectis reticulatis, supra prominulis. Pedunculi fructiferi 2—4‴ lg. Bacca (immatura) velutina 4‴ lg., bracteolis 2, 3‴ lg. stipata, sepalis inaequalibus, coriaceis, 2‴ lg. coronata. (v. fructif. in hb. hort. bot. Petrop.)

Maxime affine *Psidio radicanti*, sed diversum: habitu; ramulis 4-gonis; foliis breviter petiolatis, utrinque acutis, supra grosse glandulosis; venis angulum acutiorem formantibus.

Habitat in campis prope villam Jaguará prov. Minarum, fructificabat Novembri — Decembri: Riedel.

Pag. 407. post finem descriptionis 2. *Psidii grandifolii* inseratur:

PSIDIUM GRANDIFOLIUM Mart. η. incanescens *Bg.* foliis oppositis, obovatis, apice truncatis v. retusis, apiculatis; venis subtus subdentatis; pedunculis axillaribus, plerumque 3-floris.

Frutex 2—4-pedalis. Folia 1½—3″ lg., 14—22‴ lt. Pedunculi 6‴ lg., pedicellis 2‴ lg. Alabastra 6—8‴ lg., bracteolis subulatis stipata. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitu valde ad *Psidium incanescens* spectat, sed differt: indumento densiore albido, foliis majoribus, floribus majoribus.

PSIDIUM GRANDIFOLIUM Mart. δ. albidum *Bg.* foliis oppositis, breviter petiolatis, oblongis, breviter acuminatis; pedunculis 1-floris.

Frutex 2—4-pedalis. Ramuli argute 4-goni. Folia subtus dense velutina; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 2½—4″ lg., 18—22‴ lt. Pedunculi 1—3‴ lg. Bracteolae hypanthae lineares. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitant in campis prope Pindamonhangaba et Taubaté prov. S. Pauli, florebant Novembri: Riedel.

Pag. 408. n. 58 post descriptionem *Psidii striatuli* inseratur:

PSIDIUM STRIATULUM DC. β. Paranense *Bg.* foliis superioribus basi acutis.

Frutex. Rami teretes, nigricantes; ramuli cinnamomei, antrorsum compressi. Folia 16—32‴ lg., 6—9‴ lt. Pedunculi 8‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

PSIDIUM STRIATULUM DC. γ. australe *Bg.* foliis rigidioribus, oblongis v. ovato-oblongis, superioribus basi acutis.

Frutex 6—8-pedalis. Rami teretes, fusci; ramuli rufi, 4-goni, sursum compressi. Folia 12—32‴ lg., 6—12‴ lt. Pedunculi 5—12‴ lg. Flores albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitant: β. in saxosis humidis ripae fluviorum R. Pardo, Tieté, Paraná, florebat Augusto: Riedel: γ. in saxosis rupibus inundatis prov. Rio Grande do Sul, florebat Julio: Riedel. Pl. Napaea.

Pag. 408. post descriptionem *Psidii persicifolii* inseratur:

57.b./74. PSIDIUM PARANENSE Berg: glabrum; foliis subsessilibus, rigidis, ovate oblongis v. lanceolatis, acutatis, basi obtusis, margine subrepandis, impellucido-punctatis, tenuiter supra impresso-, subtus elevato-glandulosis; pedunculis axillaribus, oppositis, solitariis, 1-floris, folio brevioribus; germine biloculari; calyce demum irregulariter 2—3-partito.

Frutex 6—10-pedalis. Rami teretiusculi; ramuli tetragoni, superne compressi, badii. Folia interdum retusa, inferiora ramuli cujusve minora, 8—22‴ lg., 2½—7‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus prominente; venis tenuibus, subpatentibus, utroque latere 8—10, supra parum impressis, subtus prominulis. Pedunculi 5—15‴ lg., infimi ramorum saepe folio minuto fulti. Alabastra pyriformia, sub calyce constricta, 4‴ lg., bracteolis 2, obverse lanceolatis, ½‴ lg. stipata. Germen obconicum, fere 2‴ lg. Calyx primum clausus, subglobosus, 2‴ lg., demum pertusus, tandem irregulariter partitus, intus sericeus. Petala alba, ovalia, ciliata, 2¼‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 2½‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in arenosis fluvii Tieté prov. Paranensis, florebat Junio: Riedel.

Pag. 409. descriptioni varietatis α. *Psidii acutanguli* addatur:

Frutex arborescens, 8—12-pedalis. Alabastra obovata, sub calyce constricta, obtusa, apiculata, 6‴ lg. Petala alba. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In saxosis ripae Guaporé, florebat Aprili: Riedel.

Pag. 409. post descriptionem *Psidii acutanguli* inseratur:

61.b./75. PSIDIUM ALATUM Berg: glaberrimum; caule simplici, alato; foliis sessilibus, chartaceis, obovato-oblongis, acute acutatis v. acuminatis, basi cuneatis, utrinque nitidis, elevato-glandulosis, reticulatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis axillaribus, oppositis, 1—3-floris, folio multo brevioribus; germine 3-loculari; calyce demum irregulariter et profunde 4-lobo.

Planta rediviva. Caules erecti, simplices, 4-goni, 4-alati, fusci, glandulosi. Folia opposita v. subopposita, subcrenulata, obscure pellucido-punctata, 20—32‴ lg., 9—14‴ lt.; nervo medio supra vix sulcato, subtus prominente; venis arrectis venulisque reticulatis, utrinque prominulis. Pedunculi compressi, glandulosi, ex infimis axillis, 6—9‴ lg.; pedicellis, si adsunt, 1½‴ lg. Alabastra obovata, sub calyce constricta, 4‴ lg., bracteolis 2, linearibus 1½‴ lg. stipata. Germen 3-loculare, sporophoris bilamellatis. Calyx clausus, demum leviter 4-dentatus, tandem 4-partitus, lobis irregularibus, intus sericeis. Stylus 5‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt a *Psidio acutangulo:* habitu; foliis sessilibus, utrinque manifeste reticulatis, grossius glandulosis, rigidioribus.

Habitat in campis siccis montis Serra da Chapada prov. Minarum, florebat Septembri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 410. post descriptionem *Psidii oligospermi* inseratur:

62.b./76: PSIDIUM MACAHENSE Berg: glaberrimum; foliis sessilibus, rigidis, ovato-cordatis, obtusiuscule acutatis, nitidis, discoloribus, creberrime glandulosis, venosis arcuatim limbinerviis; pedunculis in ramo abbreviato, aphyllo, binodi, oppositis; alabastro pyriformi, obtuso, demum pertuso, tandem 4-lobo; germine biloculari.

Frutex 6—10-pedalis. Rami teretiusculi, exophloeo membranaceo, griseo, delapso fuscescentes; ramuli subcompressi, glandulosi. Folia semiamplexicaulia, perennantia, impellucido-punctata, siccata supra fulvescentia, minutius, subtus grossius glandulosa, hepatica, 1—2″ lg., 12—16‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis subpatulis, tenuibus, utrinque parum manifestis. Pedunculi oppositi, glandulosi, 2—3‴ lg., bractea lanceolata, ½‴ lg. fulti, uniflori, e ramulo terminali, aphyllo, binodi, gemma terminato, 2—3‴ lg. oriundi, racemum 4-florum mentientes, nutantes. Alabastra primum clausa, sub calyce constricta, fere 2‴ lg., bracteolis 2, deltoideis, acutis, ¼‴ lg. stipata. Germen biloculare; sporophoris bilamellatis, medio discretis. Calyx demum 4-partitus, lobis coriaceis, ovatis, obtusis, glabris, reflexis, 1‴ lg. Petala 4, ovalia, alba, glandulosa, extus subsericea, reflexa, sepalis parum longiora. Stamina 1‴ lg. Stylus stamina subaequans. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt a *Psidio cordato*, in insulis Antillarum indigeno: foliis tenuioribus, acutioribus; pedunculis oppositis, 1-floris, calyce regulariter partito.

Habitat in campis arenosis prope Macahé, prov. Rio de Janeiro, florebat Junio: Riedel.

XXVII. BLEPHAROCALYX Bg. *l. c. p. 420.*

Pag. 421. post descriptionem *Blepharocalycis angustissimi* inseratur:

1.b./22. BLEPHAROCALYX SERRA Berg: ramulis foliisque novellis ad costam et marginem sericeis, demum glabris; foliis petiolatis, chartaceis, lanceolato-linearibus, utrinque angustatis, apice sensim longissimeque acutatis, angustissime cuspidatis, basi acuminatis, margine repando-serratis, utrinque glandulosis, venosis, limbinerviis; pedunculis axillaribus, bis bifidis, folium subaequantibus.

Frutex. Rami graciles, virgati, teretiusculi, superne compressi. Folia novella obscure pellucido-punctata; petiolo 3—5‴ lg.; lamina 1—3″ lg., ¾—2‴ lt.; nervo medio utrinque vix prominente; venis brevibus, subpatentibus, utrinque visibilibus; nervo limbali margini approximato. Pedunculi 1—1½″ lg., cruribus 4—5‴ lg., pedicellis ultimis 3‴ lg. (v. specimina ob flores et fructus incompleta in hb. hort. bot. Petrop.)

Flores albi teste Riedelio.

Habitat in montosis saxosis prov. Minarum: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 424. post descriptionem *Blepharocalycis lor ipedis* inseratur:

8.b./23. BLEPHAROCALYX AFFINIS Berg: ramulis, petiolis, pedunculis, alabastris pubescentibus; foliis breviter petiolatis, rigide chartaceis, lanceolatis v. ovato-oblongis, marginatis, ciliatis, longe mucronato-acuminatis, basi obtusatis v. obtusis, utrinque pilis longiusculis, albis, raris, adpressis inspersis, demum glabris, sparse pellucido-punctatis, venosis, limbinerviis; pedunculis infimis nudis v. squama minuta fultis, superioribus axillaribus, folio brevioribus, bifidis, 3-floris, flore in dichotomia sessili.

Frutex arborescens, 8—10-pedalis. Rami graciles, teretiusculi, exophloeo delabente; ramuli subcompressi; novelli brunnei; dense pubescentes; nodis infimis flori-, intermediis folii- v. flori-, summis foliiferis. Folia supra impresso-punctata, subtus pallidiora, sparse glandulosa; petiolo 2‴ lg.; lamina 10—26‴ lg., 4—12‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis subpatulis, ramulosis, utrinque prominulis. Pedunculi planiusculi, puberuli, 7—8‴ lg., pedicellis 3‴ lg. Alabastra obovata, 4-loba, pilosiuscula, 2‴ lg., setis carnosis stipata; bracteolis caducis. Germen biloculare, pluri-ovulatum. Sepala generis. majora 1‴ lg. Petala 4, orbicularia, ciliata, alba, 1½‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Maxime affinis *Blepharocalyci longipedi*, sed distinctus: ramulis pubescentibus; foliis brevius petiolatis, rigidioribus, sparsius punctatis, basi obtusioribus.

Habitat in saxosis ferruginosis prope Inficionado prov. Minarum, florebat Septembri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 424. post descriptionem *Blepharocalycis ramosissimi* addatur:

BLEPHAROCALYX RAMOSISSIMUS β. nanus *Bg.* foliis oblongis v. inferioribus ovali-oblongis, marginatis, supra sparse sericeis, mox glabris, subtus glabris.

Frutex ramosissimus, 2—3-pedalis. Folia petiolo 1½—2‴ lg.; lamina 8—14‴ lg. Pedunculi puberuli. Flores albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

BLEPHAROCALYX RAMOSISSIMUS γ. obovatus *Bg.* foliis obovatis, marginatis, glabriusculis, supra impresso-punctatis.

Folia petiolo 1‴ lg.; lamina 9—12‴ lg., 5—8‴ lt. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

BLEPHAROCALYX RAMOSISSIMUS δ. latifolius *Bg.* foliis majoribus, ovalibus, saepe truncatis v. retusis, marginatis, glabriusculis, adultis venosis.

Frutex pedalis ramosissimus. Folia petiolo 1‴ lg.; lamina 10—18‴ lg., 5—11‴ lt. Flores albi. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitant: β. in saxosis ferruginosis montium prope urbem Ouro Preto, florebat Augusto: Riedel; γ. et δ. in saxosis montis Serra de Piedade, florebant Septembri: Riedel.

Pag. 425. ante *Blepharocalycem apiculatum* inseratur:

10.b./24. BLEPHAROCALYX PARVIFOLIUS Berg: ramulis, pedunculis foliisque novellis subtus sericeo-strigosis; foliis petiolatis, rigidis, ovalibus v. obovatis, obtusis, basi acutis, margine revolutis, glabris, nitidis, pellucido-punctatis, reticulatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis lateralibus et axillaribus, bifidis 3-floris v. dichotomis 6—8-floris, folio plerumque longioribus; germine biloculari, demum glabro; sepalis deciduis.

Frutex 3-pedalis, densissime ramosus; rami teretiusculi, exophloeo cinereo delapso rufi, rugosi et rimulosi; juniores compressi. Folia crassa, saepe convexa, supra elevato-, demum impresso-punctata, cano-virentia, subtus fuscescentia, glandulis fuscis inspersa, apice rotundata, obtusata v. retusa; petiolo 1‴ lg.; lamina 6—10‴ lg., 4—7‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; venis subpatulis venulisque reticulatis, paullo tenuioribus, utrinque prominulis, demum supra subimpressis; nervo limbali margini approximato. Pedunculi 3—6‴ lg.; ramis 3—4‴ lg., pedicellis 2‴ lg. Alabastra obovata, 1½‴ lg. (v. florib. defloratis in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in saxosis montis Serra da Piedade prov. Minarum, florebat Octobri: Riedel. Pl. Oreas.

XXVIII. PSEUDOCARYOPHYLLUS Bg. *l. c. p. 429.*

Pag. 430. post descriptionem *Pseudocaryophylli fulvescentis* inseratur:

3. PSEUDOCARYOPHYLLUS ? VELUTINUS Berg: ramulis, petiolis foliisque annotinis subtus, cymis alabastrisque velutinis; foliis longe petiolatis, rigidis, ovali-oblongis v. oblongis, utrinque angustatis, apice obtusis v. retusis, supra glabris, impresso-, pellucido-punctatis, minutissime reticulatis, impresso-, subtus elevato-costatis, reticulatis, arcuatim limbinerviis; cymis axillaribus, 1—2-nis, 2—3-chotomis, multifloris.

Arbor 12 — 20-pedalis. Rami teretiusculi, glabri, superne compressi, annotini, indumento ochraceo v. ferrugineo dense velutini; internodia abbreviata. Folia opposita v. subopposita, interdum obovata v. ovato-oblonga, subtus tandem glabrata; petiolo basi tereti, superne canaliculato, 5—8‴ lg.; lamina 3—5¾″ lg., 13—32‴ lt.; nervo medio venisque suberecto- v. erecto-patulis, supra sulcatis, subtus incrassatis; venulis reticulatis, supra aequaliter parum prominulis, subtus inaequaliter prominentibus. Cymae pedunculatae, 1½ — 2½″ lg., radiis 2 — 3, bis — quater bifidis, floribus ultimis 3-nis, centrali sessili. Alabastra turbinata, 2‴ lg., bracteolis 2, subulatis, caducis stipata. Hypanthium supra germen biloculare, loculis 6—8-ovulatis praeditum productum. Calyx 4-lobus, demum cum parte hypanthii libera profundius fissus. Petala 4, subrotunda, concava, extus velutina, alba, 1‴ lg. Stamina 3‴ lg. Stylus 4‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in regionis Sertão dictae campis inter Curvellos et Jaguará prov. Minarum, florebat Novembri, nec non in collibus silvaticis prope Jaguará, florebat Octobri: Riedel. Pl. Hamadryas.

4. PSEUDOCARYOPHYLLUS ? COSTATUS Berg: ramulis foliisque subtus, cymis et alabastris ferrugineo-, demum brunneo-velutinis; foliis longe petiolatis, rigidis, ovali-oblongis v. subobblongis, utrinque angustatis, apice acuminatis, margine undulatis, supra glabris, nitidis, impresso-punctatis, tenuissime reticulatis, impresso-, subtus elevato-costatis, reticulatis, arcuatim limbinerviis; cymis axillaribus, trichotomis, radiis dichotomis. ♄

Ramuli obtuse 4-goni, superne compressi. Folia haud pellucido-punctata; petiolo valido, 8—10‴ lg.; lamina 4—9″ lg., 2—3¼″ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis suberecto-patulis, antrorsum adscendentibus et arcuatim unitis, utroque costae latere 15 — 17, supra sulcatis, subtus incrassatis, plicato-elevatis; venulis interjectis reticulatis, supra parum et aequaliter prominulis, subtus inaequaliter prominentibus. Cymae pedunculatae, 30‴ lg., ramis bis v. ter bifidis, floribus in dichotomiis sessilibus. Alabastra obovata, 2½‴ lg., bracteolis 2, lineari-acutis, deciduis stipata. Germen biloculare, multi-ovulatum, disco 4-gono, plano, velutino terminatum. Calyx 4-lobus, demum cum parte hypanthii libera, profundius partitus, lobis utrinque velutinis. Petala 4, obovata, concava, extus sericea, 1½‴ lg. Stamina stylusque 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in montibus Serra dos Orgãos prov. Rio de Janeiro: Riedel. Pl. Dryas.

XXIX. ABBEVILLEA Bg. *l. c. p. 430.*

Pag. 433. descriptioni *Abbevilleae maschalanthae α. ovatae* adde:

Specimina Riedeliana in herbario horti botanici Petropolitani asservata differunt a Sellowianis; foliis biennibus, adultis quam annua multo majoribus, 3—3¾″ lg., 19—26‴ lt.

Pag. 435. post descriptionem *Abbevilleae Schlechtendalianae* inseratur:

9.b./19. ABBEVILLEA LANGSDORFFII Berg: ramulis, foliis subtus ad nervos brunneo-pubescentibus; foliis breviter petiolatis, demum chartaceis, oblongo-lanceolatis, utrinque acutis, ciliatis, supra sparse pilosiusculis, nitidis, impresso-, subtus elevato-venosis, opacis, minutissime glandulosis; floribus axillaribus, solitariis, subsessilibus, velutinis; germine 12-loculari, costato; calycis lobis brevibus, obtusatis.

Frutex arborescens. Rami exophloeo delapso teretiusculi; ramuli obtuse 4-goni; novelli compressi. Folia biennia, novella membranacea, pellucido-punctata; petiolo 1‴ lg.; lamina 1 — 2″ lg., 4—8‴ lt.; nervo medio venisque utrinque pubescentibus supra impressis, subtus elevatis, his utroque latere circiter 7, arrectis, antrorsum adscendentibus, arcuatim anastomosantibus; venulis interjectis ramulosis, subtus oblitteratis. Pedunculi ½‴ lg. Alabastra obovata, velutina, 4‴ lg., bracteolis 2, linearibus, velutinis, 1‴ lg. stipata. Germen 10-costatum. Calyx plano-campanulatus, 5-lobus, 1‴ lg. Petala 5, concava, extus velutina. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis fruticetisque camporum prope oppidum Mugy prov. S. Pauli, florebat Novembri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 438. post descriptionem *Abbevilleae recurvatae* inseratur:

18. ABBEVILLEA REGELIANA Berg: ramulis, foliis subtus, alabastris ferrugineo-tomentosis; foliis petiolatis, rigidis, oblongis v. elliptico-oblongis, utrinque acutis, novellis pellucido-punctatis, supra velutinis, demum pubescentibus, impresso-, reticulato-venosis, subtus costatis; floribus axillaribus, solitariis, subsessilibus; germine costato, 16-loculari; dentibus calycinis deltoideis.

Frutex 3—5-pedalis. Rami obtuse 4-anguli, exophloeo tomentoso delapso laeves, cinnamomei; ramuli subcompressi; novelli solum floriferi. Folia biennia, supra siccata atrofusca, subtus brunnea, impellucido-punctata; petiolo 2—3‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 8—13‴ lt.; nervo medio venisque suberecto-patulis, antrorsum adscendentibus et arcuatim anastomosantibus, supra impressis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, supra impressis, subtus haud manifestis. Pedunculi ex axillis ramorum novellorum, ½ — ¾‴ lg. Alabastra turbinata, rufo-tomentosa, 5 — 6‴ lg., bracteolis 2, linearibus, acutis, tomentosis, 2‴ lg. stipata. Germen dense tomentosum. Calyx campanulatus, 5-dentatus, dentibus 1‴ lg., basi 3‴ lt. Petala 5, velutina. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis inter fluvium Rio S. Francisco et Curvellos prov. Minarum, florebat Octobri: Riedel. Pl. Oreas.

XXX. CAMPOMANESIA R. et P. *Bg. l. c. p. 438.*

Pag. 439. post descriptionem *Campomanesiae rugosae* inseratur:

1.b./52. CAMPOMANESIA RHYTIDOPHYLLA Berg: ramulis, foliis subtus, pedunculis, alabastris brunneo-tomentosis; foliis annuis, breviter petiolatis, rigidis, obverse oblongis v. obovatis, obtusatis v. rotundatis, basi cuneatis, discoloribus, impellucido-punctatis, supra pubescentibus, rugosis, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; pedunculis solitariis, 1-floris, e basi ramulorum, infimis lateralibus, superioribus axillaribus; germine 4—7-loculari, sepalis oblongis v. lanceolatis, obtusiusculis.

Frutex 1—2-pedalis, ramosus. Rami exophloeo lamellatim soluto laeves, obtuse 4-goni; ramuli angulati, tomentosi, basi flori-, antrorsum foliiferi. Folia opposita v. sparsa; petiolo valido, 1—2‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 8—22‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis utroque latere sub-8, foliorum angustiorum arrectis, latiorum subpatentibus, antrorsum adscendentibus et arcuatim anastomosantibus venulisque tenuioribus, reticulatis, supra impressis, subtus elevatis. Pedunculi (deflorati) tomentosi, 6—14‴ lg. Germen bracteolis 2, lineari-spathulatis, acutis, 8‴ lg., deciduis stipatum, vertice plano, tomentoso instructum. Sepala 5, 2 exteriora saepe subtruncata, interiora obtusiuscule angustata, extus tomentosa, intus pubescentia, 2‴ lg. Stylus 3‴ lg.; stigma peltatum. (v. deflor. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in collibus graminosis prope oppidum Villa Franca prov. S. Pauli, florebat Junio: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 439. n. 2 descriptioni *Campomanesiae reticulatae* addatur:

Frutex et arbor 3—12-pedalis. Fructus edules, aromatici, gratissimi saporis, magnitudine Cerasi minoris, lutei. (v. spec. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis graminosis inter frutices et ad margines silvarum, ubi major, prope oppidum Mugy, prov. S. Pauli, fructificabat Novembri: Riedel. Guabiróba *incolarum.*

Pag. 440. post descriptionem *Campomanesiae discoloris* inseratur:

3.b./53. CAMPOMANESIA DIMORPHA Berg: ramulis foliisque novellis subtus, pedunculis, alabastris dense puberulis; foliis biennibus, petiolatis, adultis rigidis, ovato-oblongis, acutis, basi obtusis, rugosis, glabratis, supra glandulosis, impresso-, subtus elevato-, reticulato-costatis; pedunculis ex infimis 1—2 nodis ramulorum, squama fultis v. axillaribus; germine 6-loculari; sepalis ovatis, obtusatis.

Fruticulus 2-pedalis. Rami crassi, 3—4-goni, caerulescentes v. albidi; ramuli subcompressi, basi flori-, antrorsum foliiferi. Folia sparsa v. opposita, novella submembranacea, pellucido-punctata, supra sparse puberula, diaphana, adulta saepe subindigotina; petiolo 3‴ lg.; lamina 3—4″ lg., 18—26‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus incrassato; venis suberecto-patulis, antrorsum adscendentibus et arcuatim anastomosantibus, supra impressis, subtus elevatis; venulis tenuioribus, reticulatis, supra subimpressis, subtus prominulis. Pedunculi infimi squama lanceolata, 1—6‴ lg. fulti, summi saepe axillares, circiter 1″ lg. Alabastra obovata, 3—4‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 2‴ lg. stipata. Germen dense pubescens. Sepala 5, 1—¾‴ lg., 2 exteriora truncata v. obtusa, 3 reliqua acuta, intus sericea. Petala 5, obovata, concava, eciliolata, alba, 5‴ lg. Stamina stylusque 4‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis prope S. Carlos prov. S. Pauli, florebat Januario: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 441. descriptioni *Campomanesiae campestris* adde:

Specimina Riedeliana Augusto in Chapada de S. Marcos lecta a Sellowianis sepalis majoribus differunt.

Pag. 442. descriptioni *Campomanesiae corymbosae* adde:

Frutex 2—3-pedalis. Folia adulta rigida, obverse oblonga v. oblongo-lanceolata, rugosa. Fructus depresso-globosi, pubescentes, bracteolis stipati, sepalis reflexis coronati, 6‴ diametro. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis siccis prope amnem Rio S. Francisco nec non ad Chapada de S. Marcos: Riedel.

Pag. 442. descriptioni *Campomanesiae australis* adde:

Specimina Riedeliana Novembri in campis prope S. Luzia lecta differunt a Martianis sepalis angustioribus, acutioribus.

Pag. 444. post descriptionem *Campomanesiae pubescentis* inseratur:

11.b./54. CAMPOMANESIA MARTIANA Berg: ramulis, gemmis, foliis subtus, bracteis, alabastris brunneo-tomentosis; foliis breviter petiolatis, rigidis, lanceolatis, obtusatis, basi oblique truncatis v. acutis, supra puberulis, rugosis, punctatis, impresso-, subtus elevato-, reticulato-venosis; gemmis floriferis axillaribus et subterminalibus; germine 7—8-loculari; sepalis 5, ovatis. ♄

Rami exophloeo delapso teretiusculi, glabri; ramuli 4-goni, antrorsum compressi. Folia biennia, adulta siccata supra atrovirentia, subtus brunnea, impellucido-punctata, interdum apiculata, saepe subobversa; petiolo 1½‴ lg.; lamina 15—26‴ lg., 3—7½‴ lt.; nervo medio venisque subpatentibus, antrorsum adscendentibus et anastomosantibus venulisque tenuioribus reticulatis, supra impressis, subtus elevatis. Flores e gemmis squamis subtus tomentosis fulti. Alabastra ovalia, 2‴ lg., bracteolis 2, lineari-lanceolatis, acutis, 3‴ lg. stipata. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

A *Campomanesia lanceolata*, cui forma et rugositate foliorum similis, differt: indumento, foliis biennibus ideoque gemmis floriferis nec basi nudis ut in illa, sed folio adulto fultis.

Habitat in Brasilia: Riedel et Langsdorff.

11.c./55. CAMPOMANESIA LANGSDORFFII Berg: ramulis foliisque novellis subtus et alabastris albido-tomentosis; foliis breviter petiolatis, rigide chartaceis, oblongis v. lanceolato-oblongis, utrinque angustatis, rugosis, discoloribus, supra nitidis, puberulis, impresso-, subtus elevato-reticulatis, arcuatim limbinerviis, demum pubescentibus, impellucido-punctatis; floribus axillaribus, solitariis, subsessilibus; germine 7—8-loculari; sepalis ovatis, basi concavis, a medio leviter obtusiuscule acuminatis.

Frutex 2—3-pedalis. Ramuli obtuse 4-goni, antrorsum subcompressi. Folia siccata supra virenti-atra, subtus cana; petiolo 1‴ lg.; lamina 1½—3″ lg., 8—13‴ lt.; nervo medio venisque arrectis, antrorsum adscendentibus et arcuatim anastomosantibus venulisque reticulatis supra impressis, subtus elevatis. Pedunculi axillares ad 1‴ lg. Germen tomentosum, 7—8-loculare, disco concavo, pubescente terminatum. Sepala 5, 2½‴ lg., basi 2‴ lt. Petala 5, obovata, eciliata, 4‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 2½‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis montosis prope Guardia do Diamantino prov. Mato Grosso, florebat Decembri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 445. post descriptionem *Campomanesiae australis* inseratur:

15.b./56. CAMPOMANESIA RIEDELIANA Berg: ramulis, petiolis, foliis subtus, pedunculis, alabastris pubescentibus; foliis petiolatis, annuis, membranaceis, ovato-oblongis, acuminatis, basi acutis, creberrime minuteque pellucido-punctatis, venosis; pedunculis ex infimis 1—2 nodis ramulorum oppositis, 1-floris; germine 4-loculari; sepalis reflexis, lanceolatis, 2 truncatis, 3 acutis.

Frutex arborescens, 6—10-pedalis. Rami teretiusculi, exophloeo soluto laeves, albidi; ramuli tereti-compressi, novelli basi flori-, antrorsum foliiferi v. ad nodos floriferos redacti. Folia opposita v. subopposita, lucem versus reticulato-venosis, supra

puberula; petiolo 3‴ lg.; lamina 28 — 40‴ lg., 10 — 18‴ lt.; nervo medio venisque arrectis supra planis, subtus prominentibus; venulis respectu costae horizontalibus, reticulatis, subtus visibilibus. Pedunculi 9—11‴ lg. Flores albi. Germen pubescens, disco velutino obtectum. Sepala 5, 1½—2‴ lg. Stylus 2¼‴ lg. (v. deflorat. in hb. hort. bot. Petrop.)

Affinis *Camp. Widgrenianae, Camp. fuscae,* sed distincta: foliis pellucido-punctatis; sepalis interioribus acutis.

Habitat inter frutices prope Curvellos prov. Minarum, florebat Octobri — Novembri: Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 450. post descriptionem *Campomanesiae glabrae* inseratur:

26.b./57. CAMPOMANESIA VIRESCENS Berg: ramulis glabris; foliis annuis, junioribus petiolatis, chartaceis, lanceolatis, utrinque angustatis, subrepandis, pellucido-punctatis, supra exceptis nervis glabris, subtus exceptis nervis virescenti-sericeis, reticulato-venosis; pedunculis ex infimis 1—2 nodis ramulorum; germine 7-loculari; sepalis ovatis, obtusis v. truncatis.

Frutex 2 — 4-pedalis; rami graciles, teretiusculi; ramuli compressi, glandulosi. Folia sparsa v. opposita, adulta ad florendi tempus desunt; novella siccata supra plana, subavenia, fusca, subtus reticulato-venosa; petiolo 1½‴ lg., minutissime pilosiusculo; lamina 1½—2″ lg., 4—7‴ lt.; nervo medio venisque subpatentibus, antrorsum adscendentibus arcuatimque anastomosantibus, supra planis subtilissimeque virescenti-puberulis, subtus venulisque tenuioribus reticulatis, glabris. Pedunculi ex infimis nodis ramorum annotinorum oppositi v. alterni, sparse minuteque puberuli, graciles, 5—7‴ lg. Alabastra obovata, 3‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 1‴ lg., interdum valde remotis, pedunculo insidentibus stipata. Germen minutissime sparseque puberulum, glandulosum, 7-loculare, disco puberulo terminatum. Sepala 5, exteriora truncata, membranaceo-marginata, interiora obtusa, omnia ciliolata, extus minutissime sparseque puberula, intus dense sericea, 1—1½‴ lg. Petala 5, alba, obovata, eciliolata, 3‴ lg. Stamina stylusque 1½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis collibusque siccis herbidosis prope Paracatú, prov. Minarum, florebat Septembri: Riedel. Guabiróba *incolarum. Pl. Oreas.*

Pag. 450. lin. 44 post verbum „reticulatis“ insere:

post anthesin excrescentibus, chartaceis.

Ibidem lin. 47 ad finem adde:

bacca globosa, calyce coronata.

Ibidem descriptioni *Campomanesiae desertorum* adnotationem insequentem adde:

Frutex 2 — 4-pedalis. Folia adulta chartacea, glaucescentia, pellucido-punctata, in eodem ramo lanceolata, oblonga v. obovata, integerrima v. crenulata v. crenata; petiolo 1—2‴ lg.; lamina 2—3″ lg., 6—15‴ lt. Fructus lutei, magnitudine Cerasi minoris (Guaviróba incolarum). (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis collibusque siccis herbidosis prope Paracatú prov. Minarum, florebat Septembri: Riedel.

Pag. 452. post descriptionem *Campomanesiae ovalifoliae* inseratur:

CAMPOMANESIA OVALIFOLIA *β.* venulosa *Bg.* ramulis, petiolis, nervis, pedunculis, alabastris dense ochraceo-pubescentibus; foliis supra sub lente argute et anguste reticulatis, subtus manifestius venulosis.

Frutex 4—6-pedalis. Rami obtusanguli, glabri, glandulosi; ramuli compressi. Folia novella utrinque pubescentia, acuminata, adulta acuta v. obtusata; petiolo 5—6‴ lg.; lamina 2—4″ lg., 12—22‴ lt. Pedunculi 6—14‴ lg., ex infimis 1—2 nodis ramuli annotini, basi squama fulti v. axillares. Alabastra subglobosa, 4‴ diametro, bracteolis 2, lineari-spathulatis, pubescentibus, 4‴ lg., deciduis stipata. Flores odoratissimi. Germen 6-loculare, velutinum. Calyx utrinque velutinus, lobis ovalibus, rotundatis, 1¾‴ lg. Petala obovata, intus glandulosa, ciliolata, 5‴ lg. Stamina 4‴ lg. Stylus 4‴ lg.; stigma peltatum. (v. spec. florif. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in umbrosis silvaticis prope Paranna, florebat Decembri: Riedel.

Pag. 455. n. 37 descriptioni *Campomanesiae caeruleae* addatur:

Frutex 3—4-pedalis. Ramuli subcompressi, rhytidomate cyclico, albido, nitido, solubili obtecti; novelli indigotini. Folia basi cordata, oblonga, oblongo-ovata, ovata v. suborbicularia, interdum et reniformia. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In campis, Sertão dictis, inter Curvellos et Jaraguá prov Minarum, florebat Novembri: Riedel.

Pag. 455. post descriptionem *Campomanesiae caeruleae* inseratur:

37.b./58. CAMPOMANESIA CAERULESCENS Berg: glabra, caerulescens; foliis biennibus, petiolatis, rigidis, oblongis v. elliptico-oblongis, saepe obversis, acutis v. obtusis, basi cuneatis, novellis pellucido-punctatis, adultis opacis, venosis; pedunculis ex infimis nodis ramulorum squama fultis, 1-floris; germine 6-loculari; sepalis ovatis.

Frutex 1—2-pedalis. Rami exophloeo cinereo delapso cinnamomei; ramuli compresso-4-goni, badii, glandulosi; novelli compressi, caerulescentes, infimis nodis squama instructi. Folia glaucescentia, adulta subtus nigro-punctata; petiolo 1½‴ lg.; lamina 12—27‴ lg., 4—10‴ lt.; nervo medio supra plano, subtus elevato; venis subpatentibus, utroque latere 5—8, antrorsum adscendentibus et arcuatim anastomosantibus, supra planis, subtus vix prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque oculo armato visibilibus. Pedunculi ex infimis nodis ramorum novellorum oppositi, squama fulti, 10—12‴ lg., glaucescentes. Alabastra subglobosa, 2‴ lg., glandulosa, glaucescentia; bracteolae hypanthae lineares, acutae, ciliatae, a flore remotae, 2‴ lg. Germen loculis medio discretis. Sepala 5, inaequalia, intus velutina, 1 brevius acutum, 2 oblique acuta, apiculata, 2 obtusa, ¾—1½‴ lg. Petala 5, alba, obovata, concava, 4‴ lg. Stamina 2‴ lg. Stylus 3‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in siccis graminosis prope Guardia do Diamantino prov. Mato Grosso, florebat Decembri: Riedel. Pl. Oreas.

37.c./59. CAMPOMANESIA LANCEOLATA Berg: innovationibus pubescentibus; foliis annuis, novellis ad anthesin convolutis, adultis oppositis v. sparsis, breviter petiolatis, rigidis, lanceolatis, obtusatis, breviter apiculatis, basi oblique truncatis, supra impresso-, subtus elevato-reticulato-venosis, glandulosis; pedunculis ex infimis nodis ramulorum squama fultis; germine 4—6-loculari, sulcato; sepalis inaequalibus, 2 deltoideis, 3 ovalibus rotundatis, ciliatis.

Suffrutex ½—1-pedalis. Caules exophloeo lamellatim delapso laeves, cinnamomei; rami angulati, glabri, badii, novelli ad anthesin nondum evoluti, pubescentes, basi flori-, antrorsum foliiferi. Folia adulta rugosa, subtus pallidiora, obscure pellucido-

punctata; petiolo 1½‴ lg.; lamina 19 — 27‴ lg., 5 — 7‴ lt.; nervo medio venisque subpatentibus, antrorsum adscendentibus et anastomosantibus venulisque reticulatis supra impressis, subtus prominentibus. Pedunculi sparsi v. oppositi, 6 — 9‴ lg., basi squama fulti v. axillares, pubescentes, 1-flori. Alabastra subglobosa, puberula, 3‴ lg., bracteolis 2, a flore remotiusculis, linearibus, acutis, 2‴ lg. stipata. Germen 4 — 6-loculare, pubescens. Calyx basi campanulatus, glandulosus, puberulus, intus sericeus, lobis ciliatis, 1 — 1¼‴ lg. Petala 5, obovata, concava, ciliata, alba, 3‴ lg. Stamina fere 2‴ lg. Stylus 2‴ lg.; stigma peltatum. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in campis prope amnes Rio de Velhas et Parahiba prov. Minarum, florebat Augusto, Riedel. Pl. Hamadryas.

XXXII. BRITOA Bg. *l. c. p. 461.*

Pag. 462. post descriptionem *Britoae triflorae* inseratur:

BRITOA TRIFLORA β. Ilhensis *Bg.* glabrior; foliis rigidioribus, evidentius costatis, subtus in axillis venarum manifestius barbatis; germine 8-loculari; calyce irregulariter rumpente.

Arbor 20 — 25-pedalis, cortice cinereo. Folia saepe longe et recurvato-acuminata; petiolo 5—7‴ lg.; lamina 2—4″ lg., 13—20‴ lt. Pedunculi rarius 1-flori, 11 — 21‴ lg.; pedicellis 6 — 8‴ lg. Alabastra turbinata, pedicellata, 6‴ lg.; bracteolis stipantibus 2, linearibus, 2‴ lg., a flore remotis. Germen minutissime puberulum. Calyx campanulatus, glandulosus, extus glaber, intus sericeus, lobis rotundatis v. obtusatis. Petala alba, margine lacera. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvis maritimis prope Ilheos, florebat Decembri: Riedel.

Pag. 464. post *Britoam Sellowianam* adde:

8. BRITOA RUGOSA Berg: ramulis foliisque junioribus subtus, alabastris, baccis dense velutinis; foliis breviter petiolatis, rigide chartaceis, subrotundis v. late ovatis, retusis v. brevissime acutis, basi rotundatis v. subcordatis, rugosis, minutissime creberrimeque pellucido-punctatis, supra puberulis, subtus demum pubescentibus, reticulato-costatis, arcuatim limbinerviis; alabastris axillaribus, solitariis, subsessilibus, obovatis, hiantibus; germine 14-loculari; calyce campanulato, repando, demum 5-partito; bacca depresso-globosa, verrucosa, calyce coronata. ♄

Rami ochracei, cortice suberoso, fissili obtecti; ramuli compresso-4-goni, pilis ochraceis velutini. Folia subtus pallidiora, diaphano-reticulata, perennantia; petiolo valido, 1—2‴ lg., velutino; lamina 2—3″ lg., 17—29‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus incrassato; venis inferioribus subdivaricatis, superioribus subpatentibus, marginem versus adscendentibus, arcuatim unitis, extrorsum iterum ramosis et anastomosantibus, utroque latere 10—12, supra planis v. impressis, subtus elevatis; venulis interjectis diaphanis, reticulatis, supra impressis, subtus prominentibus. Alabastra 4‴ lg., bracteolis 2, linearibus, velutinis, 1‴ lg. stipata. Germen carnosum, ovulis biseriatim angulo interno loculorum affixis. Calyx apice apertus, demum ad germinis verticem concavum, velutinum partitus. Petala 5, orbicularia, concava, glabra, 5 — 6‴ lt. Stamina creberrima, 3‴ lg. v. breviora; antheris oblongis, muticis, glandula terminatis. Stylus 3‴ lg.; stigma peltatum. Bacca (immatura) depresso-globosa, velutina, verrucosa, 6‴ diametro, disco concavo, sepalis irregularibus, coriaceis, rotundatis, utrinque velutinis, 2‴ lt. coronata. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in arenosis maritimis ad Cabo frio prov. Rio de Janeiro: Riedel. Pl. Dryas.

XXXIV. PAIVAEA Berg.

Hypanthium (calycis tubus auct.) ebracteolatum, basi in discum magnum, horizontaliter porrectum expansum, sursum turbinatum, supra germen productum. Germen multi-loculare, multi-ovulatum; ovula biseriatim angulo interno loculorum affixa. Sepala 5, deltoidea, incurva, dorso carinata, marginibus involuta, demum profundius partita, margini libero hypanthii affixa. Petala 5, cum sepalis affixa, orbicularia. Stamina plurima; antherae oblongae, dorso baseos affixae, biloculares, ad latera rima sigmatoideo-flexa, superne extrorsum, inferne introrsum hiante dehiscentes, marginibus haud explanatis. Carpophylla tot quot germinis loculi, verticem germinis stylumque formantia. Stylus columnaris; stigma peltatum. Fructus ignotus.

Genus in honorem Ill. M. Henr. de Paiva, medici Bahiensis, qui de Dorstenius scripsit, nominatum hypanthii et antherarum fabrica ab affinibus valde differt.

1. PAIVAEA LANGSDORFFII Berg.

Frutex 8 — 12-pedalis, ramosus. Ramuli subtetragoni, glabri, juniores compressi, pilis fuscescentibus strigoso-pubescentes. Folia rigida, petiolata, ovali- v. obovato-oblonga, obtusiuscule acuminata, basi acuta, juniora utrinque praesertim ad nervos pubescentia, demum glabra, supra splendentia, subtus pallidiora, subnitida, glandulosa, impellucido-punctata, venosa; petiolo 2‴ lg.; lamina 1½ — 2½″ lg., 8 — 12‴ lt.; nervo medio venisque distantibus, utroque latere costae sex, suberecto-patulis, adscendentibus, ante marginem arcuatim unitis, supra impressis, subtus elevatis. Pedunculi ex axillis ramorum novellorum, solitarii, oppositi, 1-flori, petiolo longiores, medio bibracteolati, pubescentes, articulati, 4—6‴ lg., bracteolis linearibus, pubescentibus, 2½—3‴ lg., internodio summo sulcato, velutino (potius germinis basis stipitiformis). Alabastra obovata, cano-velutina, basi patellaeformi explanata, apice 5-loba, 4 — 5‴ lg. Hypanthium basi in discum orbicularem, 3‴ diametro expansum, supra germen longius productum. Germen inferum, 14-loculare. Sepala 5, obtusiuscule crassiusculeque apiculata, utrinque velutina, 3‴ lg., basi 2½‴ lt., demum cum hypanthio ad germinis verticem partita. Petala 5, cum sepalis margini libero hypanthii affixa, orbicularia, extus velutina, 2½‴ lg. Stamina plurima, multi-serialia, parieti hypanthii interiori affixa, 3‴ lg. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in silvulis Capões dictis prope Mugy das Cruzes prov. S. Pauli, florebat Novembri: Riedel et Langsdorff. Pl. Oreas.

Subtribus V. FEIJOIDEAE, prius Orthostemonoideae *Bg. l. c. p. 467.*

XXXVI. FEIJOA, prius Orthostemon Bg. *l. c. p. 467.*

1. FEIJOA SELLOWIANA, prius Orthostemon Sellowianus *Bg. l. c. p. 467.*

Tabula nostra VII. Fig. 158. (folium) et Tab. LIV.

2. FEIJOA OBOVATA, prius Orthostemon obovatus *Bg. l. c. p. 468.*

Nomen *Orthostemonis* jam prius ab Ill. Brownio Gentianearum generi datum hanc ob rem mutandum erat, proinde genus hoc in honorem Cl. Joam da Silva Feijo, quondam directoris thesauri Sebastianopolitani, quo res naturales continentur, qui „Memoria sobre a Capitania do Ciará“ scripsit, nunc dico.

Tribus III. LECYTHIDEAE Rich. *Bg. l. c. p. 473—74.*

XL. LECYTHIS Loefl. *Bg. l. c. p. 479.*

1. EULECYTHIS Bg. *l. c. p. 480.*

Pag. 480. post *Lecythidem Pisonis* inseratur:

1.b. LECYTHIS OLLARIA Linn.

Lecythis Ollaria Linn. Spec. 734. DC. l. c. 291. except. syn. Bg. in Linnaea XXVII. 449.

Folia sessilia v. subsessilia, chartacea, ovata v. ovato-oblonga, obtusa v. obtuse acuminata, basi subcordata, subserrata, tenuissime reticulato-venosa, 1½ — 2″ lg., 9 — 18‴ lt. (v. ramulum foliiferum in hb. Kunth.)

Ad Cumana: Humboldt.

1.c./38. LECYTHIS POITEAUI Berg: glabra; foliis breviter petiolatis, submembranaceis, oblongis, acuminatis, basi obtusis, crenato serratis, supra nitidis, subtus opacis, fusco-punctatis, reticulato-venosis; racemis elongatis, longe stipitatis, paucifloris, rhachide crasse transversim dense rugulosa; pedicellis crassis, recurvis, alabastro brevioribus; germine infero, 4-loculari; sepalis oblongis, obtusis, inaequalibus; stylo longiusculo. ♄

Rami graciles, lenticellis verruculosi; novelli siccati nigrescentes, tenues. Folia sparsa, siccata subtus cinnamomea; petiolo canaliculato, 4—5‴ lg., nigrescente; lamina 3—6″ lg., 17—27‴ lt.; nervo medio supra subimpresso, subtus elevato; venis tenuibus, rectis, subpatulis, utrinque venulisque interjectis tenuioribus reticulatis, parum prominulis. Racemi rhachide 6″ lg. et ultra, supra medium florifera, basi 2—3‴ lt.; pedicelli antrorsum incrassati, laeves, fere 6‴ lg. Alabastra 8‴ diametro. Flores maximi. Germen multi-ovulatum, sporophoris basilaribus. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

A *Lec. minore Jacq.* differt: foliis latioribus, obsoletius serratis.

Habitat in Cayenna: Martin.

Pag. 487. post descriptionem *Lecythidis Spruceanae* inseratur:

10.b./39. LECYTHIS LANGSDORFFII Berg: glabra; foliis recurvatis, chartaceis, oblongis v. elliptico-oblongis, breviter et abrupte acuminatis, basi in petiolum longiusculum, canaliculatum attenuatis, subtus glaucescentibus, reticulato-venosis; racemis 12—24-floris, ad paniculam terminalem dispositis v. simplicibus; floribus pedicellatis; germine infero, 3 — 4-loculari, costato; sepalis oblongis, obtusis, apice denticulatis; stylo longiusculo.

Arbor 20-pedalis. Rami sulcati, transversim rimosi. Folia sparsa, serraturis oblitteratis, stria fusca significatis; petiolo marginato, 3—6‴ lg.; lamina 3—4¼″ lg., 1—2″ lt.; nervo medio utrinque praesertim subtus elevato; venis tenuibus, subdivaricatis, antrorsum adscendentibus, utrinque praesertim subtus prominulis; venulis interjectis tenuissimis, reticulato-ramosissimis. Paniculae 3″ lg., rhachide gracili, angulata; bracteis stipantibus caducis. Alabastra 8‴ diametro. Flores albi. Germen in pedicellum 2—3‴ lg. attenuatum. Ovula plurima, basi fixa. Sepala inaequalia, 2—3‴ lg., 1½—2‴ lt. Petala concava. Stylus 1½‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petr.)

Affinis *Lec. Spruceanae*, sed distincta: foliis angustioribus, acutioribus, subtus glaucescentibus; panicula multiflora; floribus longius pedicellatis; germine infero, 3—4-loculari; sepalis oblongis.

In collibus siccis umbrosis ad S. Jozé do Rio Negro, florebat Septembri: Riedel. Pl. Najas.

10.c./40. LECYTHIS MARTINI Berg: ramulis foliisque glabris, his longiuscule petiolatis, chartaceis, oblongis v. ovali-oblongis, recurvato-acuminatis, basi obtusatis v. breviter acutis, subintegerrimis, reticulato-venosis; racemis gracilibus, puberulis, axillaribus, solitariis, folio brevioribus et terminalibus congestis; pedicellis verrucoso-torosis, demum recurvatis, calycem aequantibus; germine laevi, minutissime velutino, 4-loculari; sepalis inaequalibus, oblongis, obtusis, carinatis; stylo longiusculo. ♄

Rami graciles, verruculosi. Folia sparsa, serraturis oblitteratis, stria fusca notatis; petiolo canaliculato, 6—7‴ lg.; lamina 3 — 5″ lg., 15‴ — 2″ lt.; nervo medio supra anguste carinato, carina flexuosa, subtus incrassato; venis tenuibus, subpatulis, arcuatim adscendentibus, antrorsum anastomosantibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Racemi rhachide angulata, 1½—2½″ lg.; pedicellis bractea oblonga, 2‴ lg., decidua fultis, 3‴ lg., bracteolis 2, 1‴ lg., deciduis. Germen semiinferum, loculis multi-ovulatis. Sepala 6, 3‴ lg., 1½—2‴ lt. (v. in hb. Kunth.)

Affinis *Lec. corrugatae Poit.*, sed distincta: foliis longius petiolatis; racemis gracilibus; pedicellis solis torulosis; floribus minoribus; germine laevi; sepalis oblongis, nec rotundatis; stylo breviore; a *Lec. salebrosa* differt: glabritie; foliis basi obtusatis; germine laevi; sepalis oblongis.

Habitat in Cayenna: Martin.

Pag. 492. post descriptionem *Lecythidis coriaceae* inseratur:

17.b./41. LECYTHIS MACROPHYLLA Berg: ramulis racemisque minute puberulis; foliis breviter petiolatis, rigidis, ovali-oblongis, abrupte acuminatis, subintegerrimis, basi obtusis v. breviter acutis, reticulato-venosis; racemis paucifloris, gracilibus; pedicellis validis, calyce longioribus; germine semisupero, biloculari; sepalis oblongo-lanceolatis, obtusatis, crassis, convexis, inaequalibus. ♄

Rami verruculosi, glabri, cinerei. Folia sparsa, serraturis oblitteratis, stria fusca notatis; petiolo valido, canaliculato, 4—5‴ lg.; lamina 5—9″ lg., 2—3¾″ lt.; nervo medio supra vix elevato,

subtus incrassato; venis tenuibus, distantibus, subpatulis, a medio adscendentibus et anastomosantibus, utrinque praesertim inferne prominentibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Racemi rhachide 1″ lg.; pedicellis 9‴ lg., antrorsum incrassatis. Flores maximi. Germen multi-ovulatum, sporophoris basilaribus. Sepala 6, incurvato-patentia, 2½—3‴ lg., 1½—2‴ lt. Petala 6, siccata aurea, 1½″ lg. Urceolus staminifer 1″ diametro. Stylus conicus, crassus, brevis. (v. in hb. Kunth.)

A *Lec. grandiflora Aubl.* differt: racemis gracilibus; pedicellis calyce longioribus; germine biloculari; sepalis oblongo-lanceolatis.

Habitat in Guyana gallica: Poiteau.

17.c. 42. LECYTHIS NANA Berg: caule suffruticoso, verrucoso; foliis subsessilibus, rigidis, ovatis v. ovato-oblongis, apiculatis, basi obtusis v. subcordatis, serrulatis, glabris, supra glaucescentibus, venosis, subtus costatis, reticulatis; racemis validis, axillaribus et subterminalibus, folio longioribus; pedicellis alabastro brevioribus; germine infero, biloculari; sepalis inaequalibus, obtusis, pallide marginatis, denticulatis, dorso subcarinatis; pyxidio 2—3-spermo.

Suffrutex pedalis. Caulis cortice brunneo, crasso, intus resinoso instructus, verrucis creberrimis, ellipticis, stomatimorphis densissime obtectus. Folia sparsa, siccata subviolacea, sub lente tenuissime reticulata, 2½—7¼″ lg., ⅝—4¾″ lt.; nervo medio supra parum prominente, subtus incrassato; venis erecto- v. subpatulis, antrorsum adscendentibus, arcuatim anastomosantibus, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis primariis tenuibus, ramulosis, secundariis tenuissimis, minute reticulatis. Racemi 4—7″ lg.; rhachide valida, angulosa, flexuosa, nigro-violacea, glabra, 8—12-flora. Pedicelli validi, 2—3‴ lg. Alabastra globosa, 10‴ diametro. Germen ovulis transversaliter 1-seriatis. Sepala 6, 4—5‴ lg., 3—4‴ lt. Petala 6, obovata, basi coalita, 9—10‴ lg., lutea. Urceolus staminum 8‴ diametro. Stylus conicus, crassus, 1‴ lg. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt a *Lec. coriacea:* habitu; foliis subsessilibus; racemis folio longioribus; sepalis majoribus, obtusioribus; pyxidio oligospermo.

Habitat in campis arenosis prope Camapuan prov. Mato Grosso, florebat Octobri; Riedel. Pl. Oreas.

Pag. 492. post descriptionem *Lecythidis odorae* inseratur:

18.b./43. LECYTHIS BASIZONE Berg: racemis pedicellisque minutissime puberulis; foliis petiolatis, rigide chartaceis, oblongis v. lanceolatis, acute acuminatis, basi obtusatis, integerrimis, nitidis, supra reticulato-venosis, subtus reticulato-costatis; pedicellis fructiferis validis, pyxidio parum breviore; pyxidiis ovatis, ad basin planiusculam calyce reflexo notatis, zona supracalycari lata, operculo alto, convexo, umbonato. ♄

Folia sparsa; petiolo 4—6‴ lg.; lamina 6—8″ lg., 1½—3″ lt.; nervo medio supra prominulo, subtus incrassato; venis suberecto-patulis, antrorsum adscendentibus et arcuatim anastomosantibus, supra prominulis, subtus prominentibus; venulis interjectis reticulatis, utrinque prominulis. Racemi rhachide valida, flexuosa, sub-10-flora; pedicellis 8‴ lg. Pyxidium 1″ lg. et lt. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Habitat in Guyana gallica: Poiteau. Forsan uti aliae Cayennenses in Brasiliae amazonica detegenda.

18.c./44. LECYTHIS PLATYCARPA Poit. foliis petiolatis, chartaceis, oblongis, breviter acuminatis, basi acutis, integerrimis, glabris, supra nitidis, utrinque reticulato-venosis; floribus pendulis; germine semisupero, biloculari; sepalis inaequalibus, carinatis, ovato-oblongis, obtusatis, erectis; pyxidio basi truncato ibique calyce inflexo notato, operculo convexo, umbonato. ♄

Lecythis platycarpa Poit.

Lecythis longipes β. platycarpa DC. l. c. 292.

Folia petiolo 4—6‴ lg.; lamina 4½—6½″ lg., 1½—2¼″ lt. Sepala 2½—3‴ lg., 2—2½‴ lt. Pyxidium 1″ diametro. (v. in hb. Kunth.) — A *Lec. longipede* diversa.

In Cayenna: Poiteau.

Pag. 496. descriptioni *Lecythidis parvifoliae* addatur:

Arbor 30—40-pedalis. Folia 2—6½″ lg., ⅔—3″ lt. Flores albi s. laete flavescentes. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In silvis umbrosis ad rivulos prope Borba prov. Solimões, florebat Junio: Riedel.

Pag. 497.:

LECYTHIS OVATA Camb. η. ovalifolia *Bg.*

Lecythis odoratissima Salzmann.

Pedicelli validi, 6—8‴ lg. Germen semisuperum, biloculare, multi-ovulatum; ovulis basi fixis. Sepala inaequalia, oblonga, obtusa, denticulato-ciliolata, 2½—3½‴ lg., 2—2¾‴ lt. Pyxidium 2—3-spermum. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

In silvis maritimis prope Ilheos, florebat Martio: Blanchet n. 382., Riedel, Salzmann.

Pag. 500. post descriptionem *Lecythidis albiflorae* inseratur:

31.b./45. LECYTHIS RIEDELIANA Berg: ramulis superne racemisque et foliis subtus minutissime puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis, breviter acuminatis, e basi obtusa latiore breviter in petiolum attenuatis, obsolete serratis, supra glabris, nitidis, subtus opacis, reticulato-venosis; pedicellis alabastro brevioribus; germine semisupero, biloculari, costato; sepalis rotundatis v. ovato-rotundatis, inaequalibus, denticulato-ciliolatis.

Arbor 30-pedalis. Rami patentes. Folia sparsa, siccata subtus fuscescentia; petiolo 4—6‴ lg.; lamina 3½—7″ lg., 21—39‴ lt.; nervo medio supra vix elevato, subtus incrassato; venis erecto-patulis, distantibus, supra impressis, subtus prominentibus, antrorsum adscendentibus, arcuatim anastomosantibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis. Pedicelli brevissimi. Alabastra 8‴ lg. Germen multi-ovulatum. Sepala 6, 1—1½‴ lg., 1½‴ lt. Petala 6, obovata, alba, 10‴ lg. Urceolus staminifer luteus, 6‴ diametro. Stylus brevissimus. (v. in hb. hort. bot. Petrop.)

Differt a *Lec. albiflora:* foliis sensim acuminatis; pedicellis alabastro brevioribus; sepalis rotundatis, denticulato-ciliolatis.

Habitat in humidis inundatis prope Santarem prov. Paraënsis, florebat Novembri: Riedel. Pl. Najas.

CONSPECTUS
MYRTACEARUM AMERICAE HUC USQUE COGNITARUM, QUOD AD GENERA

Genera Americana.	Species: Americanae.	Brasilienses.	Extrabrasilienses.	Intratropicae.	Extratropicae.	Brasiliae et terr. extrabras. communes.	Najades.	Hamadryades.	Oreades.	Dryades.	Napaeae.	Vagae.	Incertae sedis.	Americ. boreal.
Cerqueiria.	1	1	0	1	0	0	0	1	0	0	0	0	0	0
Gomidesia.	48	46	2	44	4	0	1	5	19	24	1	10	3	0
Calyptranthes.	69	51	18	65	2	0	7	3	18	21	1	4	6	0
Marlierea.	29	22	7	25	1	0	3	3	1	15	0	0	2	0
Rubachia.	8	8	1	8	0	0	1	0	2	6	0	0	0	0
Calyptromyrcia.	9	9	0	9	0	0	2	1	4	3	0	1	0	0
Aulomyrcia.	240	213	33	230	12	2	22	43	111	27	12	12	10	0
Myrcia.	184	128	56	180	9	3	22	29	54	31	3	8	7	0
Eugeniopsis.	16	16	0	16	0	0	0	6	6	4	0	0	0	0
Myrceugenia.	8	2	6	1	7	0	0	0	1	1	3	1	0	0
Calycampe.	2	0	2	2	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
Myrcioideae.	**614**	**496**	**125**	**581**	**35**	**5**	**58**	**91**	**216**	**132**	**20**	**36**	**28**	**0**
Acca.	2	0	2	2	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
Caryophyllus.	1. Cult.													
Eugenia.	537	307	236	465	73	4	49	47	86	87	34	4	16	7
Phyllocalyx.	24	23	1	21	3	0	0	3	6	13	2	2	1	0
Stenocalyx.	46	43	10	36	7	4	1	7	12	17	8	5	2	0
Myrcianthes.	4	3	3	0	4	1	0	0	0	0	4	1	0	0
Mitranthes.	8	6	2	8	0	0	0	4	0	2	0	1	1	0
Calycorectes.	7	5	2	7	0	0	0	0	0	5	0	0	0	0
Schizocalyx.	1	1	0	1	0	0	0	0	0	1	0	0	0	0
Myrciaria.	65	46	19	44	5	0	5	5	16	15	4	4	6	0
Syzygium.	1. Cult.													
Jambosa.	7. Cult.													
Siphoneugenia.	3	3	0	0	0	0	0	1	0	0	0	0	2	0
Hexachlamys.	1	1	0	1	0	0	0	0	0	0	0	1	0	0
Aulacocarpus.	2	1	1	2	0	0	0	0	0	0	0	0	1	0
Eugenioideae.	**709**	**439**	**276**	**587**	**92**	**9**	**55**	**67**	**120**	**140**	**52**	**18**	**29**	**7**
Calyptropsidium.	1	0	1	1	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
Psidiopsis.	1	0	1	1	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
Psidium.	101	76	29	90	13	4	14	10	38	9	13	4	1	1
Calycolpus.	8	2	7	8	0	1	3	0	0	0	0	1	1	0
Ugni.	12	0	12	5	7	0	0	0	0	0	0	0	0	0
Myrteola.	9	0	9	4	5	0	0	0	0	0	0	0	0	0
Myrtus.	41	9	32	18	22	0	0	3	4	1	10	0	2	0
Blepharocalyx.	25	19	8	13	12	2	0	0	11	0	12	0	1	0
Pseudocaryophyllus.	6	4	2	6	0	0	0	1	2	1	0	0	0	0
Amomis.	4	0	4	4	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
Pimenta.	1	0	1	1	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
Britoa.	8	8	0	8	0	0	2	1	2	3	0	1	1	0
Abbevillea.	19	19	1	17	2	1	0	3	11	3	1	0	1	0
Acrandra.	3	3	0	2	1	0	0	0	1	1	1	0	0	0
Lacerdaea.	1	1	0	1	0	0	0	1	0	0	0	0	0	0
Campomanesia.	61	56	7	46	11	3	3	8	32	9	7	3	3	0
Paivaea.	1	* 1	0	1	0	0	0	0	1	0	0	0	0	0
Pimentoideae.	**302**	**198**	**114**	**226**	**73**	**11**	**22**	**27**	**102**	**27**	**44**	**9**	**10**	**1**
Myrrhinium.	3	2	2	2	1	1	0	0	1	1	1	1	0	0
Myrrhinieae.	**3**	**2**	**2**	**2**	**1**	**1**	**0**	**0**	**1**	**1**	**1**	**1**	**0**	**0**
Feijoa (Orthostemon).	2	2	1	0	2	1	0	0	0	0	0	2	0	0
Feijoideae (Orthostem.).	**2**	**2**	**1**	**0**	**2**	**1**	**0**	**0**	**0**	**0**	**0**	**2**	**0**	**0**
MYRTEAE.	**1630**	**641**	**518**	**1396**	**203**	**27**	**135**	**185**	**439**	**300**	**117**	**66**	**67**	**8**
Gustavia.	11	4	9	11	0	2	5	0	0	0	0	0	0	0
BARRINGTONIEAE.	**11**	**4**	**9**	**11**	**0**	**2**	**5**	**0**	**0**	**0**	**0**	**0**	**0**	**0**
Bertholletia.	1	1	1	1	0	1	1	0	0	0	0	0	0	0
Couroupita.	3	0	3	3	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
Lecythis.	64	36	28	64	0	0	27	3	2	6	0	1	0	0
Lecythopsis.	2	2	0	2	0	0	0	0	0	2	0	0	0	0
Couratari.	12	11	1	12	0	0	8	0	1	2	0	0	0	0
LECYTHIDEAE	**82**	**50**	**33**	**82**	**0**	**1**	**36**	**3**	**3**	**10**	**0**	**1**	**0**	**0**
Punica.	2	1. Cult.	1	1	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
GRANATEAE.	**2**	**1**	**1**	**1**	**0**	**0**	**0**	**0**	**0**	**0**	**0**	**0**	**0**	**0**
Tepualia.	1	0	1	0	1	0	0	0	0	0	0	0	0	0
LEPTOSPERMEAE.	**1**	**0**	**1**	**0**	**1**	**0**	**0**	**0**	**0**	**0**	**0**	**0**	**0**	**0**
MYRTACEAE AMERICAN.	**1726**	**696**	**562**	**1490**	**204**	**30**	**176**	**188**	**442**	**310**	**117**	**67**	**67**	**8**

DISTRIBUTIONIS ET SPECIES, NUMEROS, FINES NATURALES ET CIVILES ATTINET.

Species

Mexicanae, Centro-Americanae.	Columbianens.	Guyanenses.	Indiae occident.	Amazonicae.	Piauhienses., Cearaënses, Maragnanenses.	Peruvianae, Bolivianae.	Alagoënses, Pernambucenses.	Bahienses.	in Porto Seguro et Spiritu Sanct. indigenae.	Minenses, Goyazenses.	in Mato Grosso indigenae.	in Rio de Janeiro indigenae.	Chilenses.	in Parana et S. Paulo indigen.	in S. Cathar. et Rio Grande do Sul indigenae.	in Missionib. et Uruguay indig.	Patagonicae.	Novae.
0	0	0	0	0	0	0	0	1	0	0	0	0	0	0	0	0	0	1
0	0	0	1	0	0	1	0	2	0	17	0	24	0	9	1	0	0	33
7	0	1	6	7	0	3	0	4	0	14	0	21	0	5	1	0	0	46
0	2	5	0	2	0	0	0	3	0	1	0	12	0	2	0	0	0	20
0	0	0	0	1	0	0	0	1	0	2	0	4	0	0	0	0	0	6
0	0	0	0	2	0	0	0	1	0	2	0	2	0	3	0	0	0	6
0	4	19	3	19	11	3	3	28	1	93	4	22	1	31	10	3	0	158
7	18	14	11	21	8	6	5	12	1	55	3	24	3	19	4	2	0	107
0	0	0	0	0	0	0	0	5	0	7	0	4	0	0	0	0	0	14
0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	1	0	1	4	0	2	2	0	5
0	0	2	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	2
14	24	41	21	52	19	13	8	57	2	192	7	114	8	69	18	7	0	398
0	0	0	1	0	0	1	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	1
																		0
19	36	40	66	43	8	28	2	37	5	79	7	70	29	44	17	20	0	285
0	0	0	0	0	0	0	0	1	0	6	0	12	0	4	1	1	0	19
0	0	1	2	1	0	0	3	7	0	11	0	13	0	6	3	5	0	26
0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	1	1	3	0	3
1	0	0	1	0	0	0	1	3	0	0	0	1	0	0	0	0	0	6
1	0	1	0	0	0	0	0	2	0	0	0	3	0	0	0	0	0	7
0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	1	0	0	0	0	0	1
0	1	14	3	5	2	1	0	5	0	16	0	15	0	4	4	0	0	41
0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	1	0	0	0	0	0	0	3
0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	1	0	0	0	1
0	1	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	1
21	38	56	73	49	10	30	6	55	5	112	8	115	29	60	26	29	0	394
1	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	1
0	1	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	1
7	8	10	7	12	6	4	1	5	0	30	0	10	0	22	11	1	0	51
0	1	4	1	2	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	4
4	0	0	0	0	0	1	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	4
0	1	0	0	0	0	3	0	0	0	0	0	0	4	0	0	0	1	2
3	0	3	3	0	0	2	1	2	0	4	0	1	11	1	1	9	0	18
0	1	0	0	0	0	4	0	0	0	10	0	0	0	2	6	7	0	18
0	1	0	1	0	0	0	0	0	0	3	0	2	0	1	0	0	0	2
0	1	2	4	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	1
1	1	0	1	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
0	0	0	0	2	0	0	1	0	0	2	0	3	0	1	0	0	0	5
0	0	0	0	0	0	0	1	2	0	7	0	2	0	5	1	1	0	14
0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	1	0	1	0	1	0	0	0	2
0	0	0	0	0	0	0	0	1	0	0	0	0	0	0	0	0	0	1
0	1	2	0	3	1	0	1	3	0	27	2	7	0	12	4	4	0	39
0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	1	0	0	0	1
16	16	21	17	19	7	10	5	13	0	84	2	26	15	46	23	22	1	164
0	0	0	0	0	0	1	0	0	0	1	0	1	0	0	1	1	0	0
0	0	0	0	0	0	1	0	0	0	1	0	1	0	0	1	1	0	0
0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	2	0	2
0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	2	0	2
51	78	118	111	120	36	54	19	125	7	389	17	256	52	175	68	61	1	958
0	8	2	0	5	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	2
0	8	2	0	5	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	2
0	1	0	0	1	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
1	0	2	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
0	6	22	0	27	1	0	0	3	1	1	1	5	0	0	0	0	0	40
0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	2	0	0	0	0	0	0
0	0	1	0	8	0	0	0	0	0	0	1	2	0	0	0	0	0	8
1	7	25	0	36	1	0	0	3	1	1	2	9	0	0	0	0	0	48
0	0	1	1	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
0	0	1	1	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	1	0	0	0	0	0
0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	1	0	0	0	0	0
52	93	146	112	161	37	54	19	128	8	390	19	265	53	175	68	61	1	1008

MYRTACEARUM UTILIUM ELENCHUS.

Nomina tupica pleraque desumsimus e Martii dissertatione de nominibus plantarum tupicis in Münchner Gel. Anzeigen 1858. Bull. n. 1 — 6. indeque seorsim impressa.

I. Radix.

1. *Gustavia Brasiliana DC. Prodr. III. 290. Mart. Mat. med. Br. 72. Berg supra p. 172.* Janiparandiba *Piso I. 121. II. 172. Marcgr. 109.* Japoarandiba et Jandiparana *Lib. Princ. 163. 165.* — Arbor speciosa in prov. Pernambucana, do Alto Amazonas et Para indigena, radice acri-aromatica amara. Cortex radicis in hepar et glandulas mesaraicas agit incidendo et resolvendo.

2. *Punica Granatum L. Bg. s. 514. Mart. Mat. med. 50.* Romeira Lusit.

3. *Punica nana L. Bg. s. 516.* — Haec in insulis Caribaeis et in continentis Americae locis calidis indigena, et illa in provincias australes e Lusitania introducta passim coluntur. — Cortex radicis, in frustis canaliculatis v. convolutis variae magnitudinis, vix ultra lineam crassus, extus verrucoso-exasperatus, plus minusve rimosus, subfulvus, intus subviridi-flavus, superficie intima pallide cinnamomea, laevi v. assulis tenuibus flavescenti-albis adhaerentibus instructa, fractura aequabili, saporis adstringentis, subamari. Contra taeniam commendatus est.

4. *Psidium Araça Raddi Op. sc. Bonon. IV. 854. DC. Prodr. III. 235. Bg. s. 397. Mart. Mat. med. Br. 32.* Araça-Iba (Araça-mirim i. e. minor) *Piso I. 74. II. 151. Marcgr. 62.* — Arbuscula v. frutex per totam Brasiliam borealem et mediam spontanea v. culta crescens. Radix hoc peculiare habet, quod summe sit diuretica, partiumque subtilium et subdulci sapore cum adstringendi facultate polleat. Proinde praeter eximias, quas praestat virtutes, lienis et renum affectibus conducit (Piso). Radix cocta in aqua et pota mirifice medetur dysenteriae (Marcgrav).

II. Cortex.

Cortex multarum Myrtacearum valde adstringens ab incolis ad usum internum et externum saepe adhibetur, ex libro diversarum Lecythidearum maxime fibrato capiunt stuppam, quarum nominandae:

5. *Lecythis Pisonis Camb. l. c. II. 272. Bg. s. 480. Mart. Mat. med. Br. 17. Lecythis Ollaria Vell. Fl. Fl. V. 222. t. 88. Zabucajo Piso I. 65. II. 135. Jaçapucaya Marcg. 128.* — Arbor maxima, procera, in silvis primaevis provinciarum Spiritus Sancti et Rio de Janeiro indigena. Cortex griseus, durus, rimosus, intus maxime fibrosus contusus et rite praeparatus stuppam rufescentem praebet, qua ad obturamenta et naves utuntur.

6. *Bertholletia excelsa Humb. et Bpl. Pl. aeq. I. 122. t. 36. Mart. Reise III. 1130. n. 11., Syst. Mat. med. Br. 17., s. 478. t. 60. 61.* Nhà s. Niâ tupice; Touka s. Tuca Lusitanis; Yuvia Orinocensibus. — Arbor gigantea nuces suppeditat amygdalini saporis; oleo pingui.

7. *Couratari Tauari Bg. s. 509.* Taurarí, Tauirí, Turarí, Torarí. — Indi e libro macerato hujus arboris procerae fabricant vestimenta; ad ripas fluminis Uaupes habitantes eum torquent in cordas arcuum. Tauari in lingua Chavantes = putrescere. (Mart.)

III. Lignum.

8. *Couratari legalis Mart. in Fl. Ratisb. XX. 2. 88., s. 512. Cariniana Brasiliensis Casar. Dec. 36.* Jequetibá, Jiquitibá, Giquitibá, Juquitibá *Not. do Braz. c. 66.* Jecuiba *Marcgr. 127.* — Arbor ingens, 100—150′ alta, ima basi saepe 30′ diametro, per magnam partem Brasiliae tropicae in silvis altis habitans. Lignum durum, tenax, sat leve, ut ad fabricandas cymbas, cistas, aedium trabes aliosque usus domesticos egregie commendetur, ideo inter ligna s. d. legalia (páos de ley), quae exstirpare lex vetat, summi pretii.

Eodem modo ad usus domesticos usitantur:

9. *Couratari domestica Mart. Fl. Ratisb. XX. 127., s. 510.* Jiquitibá. — Arbor vasta in prov. Mato Grosso crescens.

10. *Couratari Estrellensis Raddi Mem. Pl. Br. add. 25. f. 2., s. 511. Cariniana excelsa Casar. Decad. 46.* Jequitibá vermelho. — Arbor enormis, in 120′ altitudinem emicans, in silvis primaevis montium Serra d'Estrella indigena.

11. *Lecythis Pisonis* (supra sub n. 5. citata). — Lignum eximium usum praestat, putredine mire resistit, unde ob summam simul duritiem, molendinorum saccharearum axes ex illo fabricantur, ceterasque arbores multum antecellit (Piso I. 66.).

IV. Folia.

Myrtacearum folia plerumque in cellulis propriis (glandulis oleigeris) mesophyllo inspersis v. superficialibus oleum aethereum, praeterea in cellulis parenchymaticis chlorophyllium, salia diversa, principium amarum aut acre, praesertim autem acidum tannicum continent. Quam ob rem ad usum internum et externum saepissime adhibentur et potiones, fomenta, balnea ex iis parantur. In his nominanda sunt:

12. *Cambui* seu *Myrtus silvestris Piso I. 82. Marcgr. 108. Eugenia Velloziana Bg. s. 325. Eugenia crenata Vell. V. t. 39. testante Mart. Mart.*

Mat. med. Bras. 31. — Tres species: *Myrtum sylvestrem, M. rubram, M. albam*, omnes non rite cognitas, Piso loco citato nominat, quarum folia aromatica, adstringentia ad usum internum et externum adhibentur.

13. Guabiroba: a. Guabiraba *Piso I. 73. Abbevillea maschalantha Bg. supra 432. Abbevillea Fenzliana Bg. s. 433. Abbevillea Klotzschiana Bg. s. 434. t. XLVIII.* — Arbores v. arbusculae in provinciis Minarum et Rio de Janeiro indigenae. Folia levissime fricata aromaticum spirant odorem, qua re insignem in balneis usum praebent. Aqua quoque fragrans ex iis elicitur (Piso). Piso loco citato sub nomine Guabirabae duas diversas Myrtaceas describit et delineat, quarum prima *Abbevillea maschalantha*, secunda *Eugenia grandifolia Bg. s. 324.* videtur esse. Quum modo Abbevilleae, Campomanesiae, Britoae, Acrandrae species a Brasiliensibus Guabiroba nominentur, effigies et descriptio *Eugeniae grandifoliae* errore certo huc relatae sunt.

b. Guabiroba *Mart. Mat. med. Br. 62. Campomanesia xanthocarpa Bg. s. 451. t. LXIX. Eugenia xanthocarpa Mart. l. c. Campomanesia aurea Bg. s. 454. t. VI. f. 136. Eugenia depauperata Mart. l. c. Campomanesia cyanea Bg. s. 454. t. L. Eugenia variabilis Mart. l. c.* — Hae Myrtaceae suffruticosae v. fruticosae, quae in prov. Rio Grande do Sul communi Guabiroba nomine designantur, folia praebent leviter adstringentia et contra diarrhoeam mucosam, catarrhum vesicae et urethrae, leucorrhoeam, laxitatem intestini recti usitata. Continent haec folia: chlorophyllium; materiam amaram, luteo tingentem, in spiritu vini et aqua solubilem; acidum tannicum; materiam fuscam gummosam, in spiritu vini non solubilem; in cinere: kali acidis carbonico, hydrochlorato et sulfurico nuptum, calcaream carbonicam et siliceam. Usus interne infuso, externe clystere, lotione, fomento (Mart.).

14. Ibabiraba *Marcgr. 117. Britoa triflora Bg. s. 462.* — Arbor Paraënsis. Folia, digitis trita, spirant odorem instar Majoranae et Rosmarini mixti, utilissime adhibentur ad lotionem pedum, in dolore capitis (Marcgr.).

15. *Blepharocalyx amarus Bg. s. 422. Blepharocalyx picrocarpus Bg. s. 427.* — Frutices in Rio Grande do Sul indigeni, foliis valde amaris excellunt.

16. *Gustavia Brasiliana* (supra sub n. 1. citata). Folia integra v. contusa hepatisque regioni applicata aliquamdiu durities et obstructiones hypochondrii restituunt eisdemque malis, si rite ex arte praeparentur, atque in aposemate exhibeantur, conducunt, ac proinde numero aperientium adscribenda sunt (Piso, Mart. Mat. med. Br. 72.).

V. Alabastra, Flores, Flores deflorati.

Flores Myrtacearum plerumque suaveolentes et saepe aromatici hanc ob rem usitati et aestumati sunt, e. gr.

17. *Calyptranthes aromatica St. Hil. Pl. us. t. 14. DC. Prodr. III. 258. Cambess. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 268. Mart. Mat. med. Br. 112. Bg. s. 38.* Craveiro da terra. — Frutex 8—9-pedalis, in prov. Rio de Janeiro habitans. Florum alabastra aromatica, teste Cl. St. Hilario, licet tenuioris efficaciae, quam veri Caryophylli, his tamen substitui merentur (Mart.).

18. *Caryophyllus aromaticus L. DC. Prodr. III. 262. Mart. Mat. med. Br. 113. Bg. s. 214.* Girofleiro Lus. — Arbor Indiae aquosae, e Cayenna in hortis Brasiliensibus illata, ibi prosperat. Flores ante anthesin decerpti et exsiccati, s. *Caryophylli aromatici*, sapore fervidissimo et suavissimo odore (Mart.).

19. *Pseudo-caryophyllus sericeus Bg. s. 429. t. VI. f. 135., t. XLVII. a.* Anha-yba-atâa Notiz. do Braz. c. 72. = anga-iba-antam Mart. *Myrtus Pseudo-Caryophyllus Bern. Gomez Mem. Olisip. 4. Eugenia Pseudo-Caryophyllus DC. Prodr. III. 282. Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 240. t. 149. Miquel in Linnaea XXII. 525. Mart. Syst. Mat. med. 112.* Canella brava et Craveiro da terra Incolis. *Myrtus caryophylla Vell. Fl. Fl. V. t. 70. 216. Eugenia acuminata Link. Enum. II. 28.* — Arbor 20—30-pedalis, in silvis montanis prov. Sebastianopolitanae, Minarum et S. Pauli proveniens, passim culta. Baccae immaturae tam odore quam sapore cum fructibus Amomi Indiae occidentalis certant eidemque scopo medico inserviunt.

VI. Fructus.

A. *Fructus succosi oleo aethereo, saccharo, acidis malico, citrico, nec non tannico instructi, plerumque edules.*

20. *Gomidesia Chamissoeana Bg. s. 11. t. I. f. 3. Eugenia nitida Vell. Fl. Fl. V. t. 35. 208.* Mangue do Brejo. In prov. Rio de Janeiro.

21. *Gomidesia Sellowiana Bg. s. 21. t. I. f. 2. t. XII.* — Frutex 8-pedalis et altior, in prov. S. Pauli et Rio Grande do Sul habitans, baccis dulcibus, coccineis, globosis, 1—4-spermis, 2—3‴ diametro.

22. *Rubachia glomerata Bg. s. 31. et 536.* — Cambúca testante Riedelio, an eadem ac Cambucá = Caá-pucâ i. e. frutex ridens Not. do Braz. c. 54. — Arbor in prov. Rio de Janeiro indigena, in hortis culta, fructu 1—2-spermo, luteo, eduli, magnitudine Armeniacae.

23. *Marlierea tomentosa Camb. in St. Hil. Fl. Br. mer. II. 269. Bg. s. 32.* Guapuronga (rectius Gua-poranga i. e. bacca bella. Mart.) — Frutex in

prov. S. Pauli crescens, fructu cerasi magnitudine, nigro, tomentoso, sapore grato.

24. *Calyptranthes variabilis Bg. s. 49.* Cravo do Campo. — Arbuscula Brasiliae mediae et australis.

25. Pitanga de Cachorro. *Calyptranthes obscura DC. l. c. 257. Bg. s. 52.* — Frutex in prov. Minarum crescens. — *Calyptranthes tuberculata Bg. s. 52.* — Frutex in prov. Rio de Janeiro habitans. Baccae depresso-globosae, 1—3-spermae, atrocoeruleae, saporis dulcis et adstringentis.

26. *Aulomyrcia bombycina Bg. 66.* — Frutex Brasiliae australis fructu dulci.

27. *Aulomyrcia obovata Bg. s. 122. t. II. f. 39. t. XIX.* — Arbuscula in prov. Minarum indigena, baccis atropurpureis, globosis, 1—4-spermis, 3—4‴ diametro, saporis dulcis et acidi.

28. *Aulomyrcia rubella Bg. s. 74. Myrcia rubella Camb. l. c. II. 227. t. 144.* Pitanga miuda. — Frutex $^1/_2$—2-pedalis prov. Goyazensis.

29. *Myrcia Oitchi Bg. s. 563.* Oitchi. — *Myrtacea Brasiliensis,* ab Riedelio detecta, sed quoad patriam obscura. Bacca edulis.

30. *Eugenia Vauthiereana Bg. s. 217.* — Frutex in prov. Minarum crescens; baccis globosis, pubescentibus, flavis, 1—2-spermis, 1″ diametro, saporis acidi.

31. *Eugenia Uvalha Camb. l. c. II. 265. Mart. Mat. med. Br. 31. Bg. s. 218.* Uvalha. — Frutex in prov. Pauli spontaneus et cultus. Fructus pyri parvuli magnitudine et forma, lutei, saporis grati et acidissimi.

32. *Eugenia ? inocarpa DC. l. c. 264. Bg. s. 227.* — Arbor in prov. do Alto Amazonas indigena, bacca globosa, coccinea, 8‴ diametro, carne acidulo-dulci.

33. *Eugenia Nhanica Camb. l. c. 261. Bg. s. 244.* Nhanica, Nianica. Arbor prov. Minarum, bacca globoso-ovoidea, rubra, laevi, nitida, 1—4-sperma, eduli, magnitudine pruni mediocris.

34. *Eugenia Guabiju Bg. s. 251.* Guabijú, Guabyra-guaçu, mirim ex Mart. — Arbor Brasiliae australis, fructu eduli.

35. *Eugenia pisiformis Camb. l. c. 256. Bg. s. 252.* — Frutex in prov. Espiritu Santo habitans, bacca pisi magnitudine et forma, cerasi colore, sapore non ingrato.

36. *Eugenia Itacolumensis B. s. 253. t. IV. f. 79.* — Arbuscula 15-pedalis, in prov. Minarum crescens, bacca ovali, 1-sperma, 9‴ lg., eduli.

37. *Eugenia dulcis Bg. s. 256.* — Frutex 6-pedalis, in prov. S. Pauli habitans, bacca ovali, 1—2-sperma, nitida, rubra, dulci, 7‴ lg., 5‴ lt.

38. *Eugenia obovata Bg. s. 289.* — Arbor 18-pedalis, in prov. Rio de Janeiro indigena, bacca globosa, 1-sperma, $2^1/_2$‴ diametro, dilute rubra, glandulosa, dulci.

39. *Eugenia supraaxillaris Spring in Fl. Ratisb. XX. 2. 83. Bg. s. 302. et 585. Eugenia axillaris Vell. Fl. Fl. V. 209. t. 41.* Tatú incolis. — Arbor 20—25-pedalis, provinciae Rio de Janeiro, bacca globosa, magna.

40. *Eugenia pyriformis Camb. l. c. 241. Bg. s. 308.* Uvalha do Campo. — Arbuscula provinciae S. Pauli, bacca pyriformi, velutina, lutea, pruni mediocris magnitudine, pendula, eduli.

41. *Eugenia myrobalana DC. l. c. 275. Bg. s. 301.* Guaviroba *Mart. Mat. med. Br. 31., an certe?* — Stirps Najas fructu oblongo, 1-spermo, 14‴ lg., 6‴ lt.

42. Cambui (supra sub n. 12. citata). a. *Myrtus silvestris,* fructu cerasiformi, nigro, admodum saporoso, grato, accedente adstrictione, in foro publico venali (Piso 82.).

b. *Myrtus rubra,* fructu croceo, baccarum magnitudine, succo turget optimo, sed tandem fauces constringit (Piso l. c.).

43. *Phyllocalyx edulis Bg. s. 327. t. V. f. 90. t. XXIX.* Pitangatúba. — Frutex 2—4-pedalis, in arenosis maritimis prov. Rio de Janeiro frequens, fructu oblongo, costato, luteo, eduli, 1—$1^1/_2$″ lg., 9‴ lt., saporis acido-vinosi.

44. *Phyllocalyx formosus Bg. s. 328. Eugenia formosa Camb. l. c. 255.* Mama de Cachorro. Suffrutex in prov. Minarum habitans, fructu eduli.

45. *Phyllocalyx strictus Bg. s. 330.* — Arbor 16—25-pedalis, in prov. Rio de Janeiro indigena, fructu oblongo, 1-spermo, 6—8‴ lg., purpureo-coccineo, saporis acidi.

46. *Phyllocalyx Luschnathianus Bg. s. 333. et 592.* Pitomba (testante Riedelio) an eadem ac Curuiri Marcgr. 109.? — Frutex Bahiensis fructu eduli, globoso, luteolo.

Certo Phyllocalycis plurimae species baccas edules praebent, sed paucae cognitae sunt.

47. *Stenocalyx dasyblastus Bg. s. 337.* Pitanga. — Frutex Brasiliae australis, bacca sphaerica, costata, 1-sperma, coccinea, eduli.

48. *Stenocalyx Michelii Bg. s. 337.* Ibipitanga v. Ubipitanga v. *Cerasus Brasiliana Piso I. 121. II. 187. (alia icon). Marcgr. 116. (prior icon). 293. Myrtus Brasiliana Linn. Spec. 674. Plinia rubra Linn. Mant. 243. Vell. Fl. Fl. V. 210. t. 46. Plinia pedunculata Linn. fil. Suppl. 253. Curt. Bot. Mag. 470. Eugenia Indica Mich. Gen. 226. t. 108. Eugenia uniflora Linn. Mat. med. Br. 30. Eugenia*

Michelii Lam. Enc. III. 303. DC. Prodr. III. 263. Eugenia Parkeriana DC. l. c. 271. — Arbuscula, Pitangueira Brasiliensibus dicta, in Brasilia tropica frequenter spontanea et tam fructuum gratia quam pro sepe viva culta, baccis rubris, sphaericis, costatis, 4—8‴ diametro, edulibus. Fructus (Pitanga) colore, odore, sapore acidulo-dulci sese commendans, refocillans, rite inter pulcherrimas naturae dotes numeratur. Syrupus, vinum, acetum ex eo parantur, vario scopo medico inservientia (Mart. 31.).

49. *Stenocalyx sulcatus Bg. s. 331. t. V. f. 92. t. XXXI.* Pitanga. *Eugenia sulcata Spring in Fl. Ratisb. XX. 2. 85.* — Frutex arborescens, in prov. Rio de Janeiro crescens, baccis subglobosis, 8-costatis, edulibus.

50. *Stenocalyx Pitanga Bg. s. 341. t. V. 95.* Pitanga. — Fruticulus $^1/_4$—$1^1/_2$-pedalis, in Brasilia extratropica frequens, baccis obovato-globosis, 8-costatis, atropurpureis, 4—6‴ diametro, saporis acidulo-dulcis.

51. *Stenocalyx ligustrinus Bg. s. 343.* Pitangueira do mato. Ibiruba Marcgr. *132. Myrtus ligustrina Swartz Fl. Ind. occ. 835. Myrtus cerasina Vahl Symb. II. 57. Eugenia ligustrina Willd. Spec. II. 962. DC. l. c. 263. Camb. l. c. 258., nec Miquel.* — Frutex in America tropica spontaneus et cultus, fructu globoso, laevi, nigro, eduli.

52. *Stenocalyx Brasiliensis Bg. s. 347. t. V. f. 99. t. XXXI. a.* Grumixameira. *Eugenia Brasiliensis Lam. Enc. III. 203. DC. l. c. 267. Camb. l. c. 255. t. 152. Mart. in Fl. Ratisb. XX. 2. 83. Syst. Mat. med. Br. 31. Myrtus Dombeyi Spreng. Syst. II. 485.* — Arbor citri aurantii magnitudine, Pernambucensis, in prov. Rio de Janeiro spontanea et culta, fructu (Grumixama, Grumijama) globoso-tetragono, laevi, nitido, atroviolaceo v. rubro v. albo, cerasi magnitudine, mucilaginoso-saccharino, paulisper adstringente, eduli.

53. *Stenocalyx dysentericus Bg. s. 351.* Cagaiteira. *Eugenia dysenterica DC. l. c. 268. Camb. l. c. 249. Mart. Mat. med. Br. 31.* — Arbor 6—12-pedalis, Goyazensis, baccis depresso-globosis, laevibus, dilute citrinis, succosis, 1—3-spermis, magnitudine pomi minoris, saporis acidulo-dulcis.

54. *Myrcianthes edulis Bg. s. 353.* — Arbor Uruguayensis, habitu Cerasi acidae, drupis subglobosis v. fere ooideis, sepalis brevissimis coronatis, 1—2-spermis, 1—$1^1/_2$″ diametro, saporis grati, acido-dulcis.

55. Jabuticabeira s. Jaboticabeira Bras., Jabuticaba tupice. *Mart. Syst. Mat. med. Br. 31.*

a. *Myrciaria Jaboticaba Bg. s. 361. Myrtus Jaboticaba Vell. Fl. Fl. V. 214. t. 62.* — Arbor 20—30-pedalis, e trunco florens, in silvis primaevis prov. Rio de Janeiro et S. Pauli satis frequens, baccis depresso-globosis, 2-spermis, nigris, edulibus.

b. *Myrciaria cauliflora Bg. s. 361. Myrtus cauliflora Mart. Reise I. 285. Isis 1824. 589. Eugenia cauliflora DC. l. c. 273. Mart. Mat. med. Br. 31. Peckolt Pharmaz. Centralbl. 1853. 459.*— Arbor ejusdem habitus quam praecedens, in prov. Rio de Janeiro et Minarum indigena, baccis globosis, violaceo-purpurascentibus, saporis grati, acidulo-dulcis, exocarpio adstringente.

c. *Myrciaria trunciflora Bg. s. 361.* — In prov. Minarum crescens. Fructus (Jabuticaba v. Jaboticaba), qui a Novembri ad Decembrem usque maturescentes, saepe maxima in copia arborum truncum obtegunt. Vinum, acetum ex eo paratur, decoctum ad gargarizationem contra anginam chronicam praescribitur.

56. *Myrciaria tenella Bg. s. 368. t. V. f. 98. t. XXXVI. Eugenia tenella DC. l. c. 272. Camb. l. c. 248.?* — Frutex 6—15-pedalis v. fruticulus Brasiliae tropicae, rarius extratropicae, baccis globosis, 1—2-spermis, atropurpureis, pruinosis, succulentis, 2—3‴ diametro, saporis acidulo-dulcis.

57. Araça. a. *Psidium Araça Raddi Op. scient. Bonon. IV. 854. DC. l. c. 235. Mart. Mat. med. Br. 32. Bg. 397.* Araçá-iba, Araçá-mirim *Piso I. 74. II. 151. Marcgr. 62.* — Per Americam tropicam frequens, baccis ovalibus v. obovatis, polyspermis, edulibus, quae crudae, coctae v. conditae appetuntur.

b. *Psidium Sellowianum Bg. s. 400. Psidium arboreum Vell. Fl. Fl. V. 211. t. 50.* — In prov. Rio de Janeiro indigenum, baccis pyriformibus, pleiospermis, 1″ lg., 8‴ lt.

c. *Psidium variabile Bg. s. 401. t. VI. f. 128.* Araçá v. Araçá de Praya. *Psidium Cattleyanum Sabine in Trans. hort. soc. Lond. IV. 315. t. 11. Lindl. Coll. 16. Bot. Reg. 622. DC. l. c. 236. Psidium littorale Raddi Op. sc. IV. 254. c. ic. DC. l. c. 235. Camb. l. c. 206.* — Arbuscula 8—20-pedalis Brasiliae meridionalis, baccis subglobosis, atropurpureis *(Ps. Cattleyanum Sab.)* v. citrinis v. pyriformibus, citrinis *(Ps. littorale Raddi)*, saporis acidulo-dulcis, optimi.

d. *Psidium coriaceum Mart. Herb. Bg. s. 401. t. VI. f. 120. Psidium humile Vell. Fl. Fl. V. 211. t. 49.* — Arbuscula in prov. Rio de Janeiro et S. Pauli indigena, baccis globosis, rubris, 8—14‴ diametro, polyspermis, saporis acidi.

e. *Psidium cuneatum Camb. l. c. 203. Bg. s. 405.* — In prov. Minarum crescens, baccis pyriformibus, glabris, viridibus, punctatis, pruni mirabellae magnitudine, saporis grati.

f. *Psidium microcarpum Camb. l. c. 203. Bg. s. 405.* — Frutex in prov. Minarum habitans, baccis

globosis, grossulariae magnitudine, viridibus, saporis grati.

g. *Psidium Laruotteanum Camb. l. c. 203. Bg. s. 405.* — In prov. Minarum crescens, fructu rotundato, puberulo, polyspermo, pruno mirabella minore.

h. *Psidium albidum Camb. l. c. 202. Bg. s. 406.* — Frutex prov. Minarum, bacca ooidea, albo-tomentosa, polysperma, viridi, pruni mirabellae magnitudine, saporis grati.

i. *Psidium multiflorum Camb. l. c. 200. Bg. s. 406.* — Frutex in prov. S. Pauli indigenus.

k. *Psidium grandifolium Mart. DC. l. c. 234. Psidium ternatifolium Camb. l, c. 199. t. 136.* — Frutex in prov. Minarum, S. Pauli, Rio Grande do Sul crescens, bacca pyriformi-globosa.

58. Araçá Cagâo. *Psidium rufum Mart. DC. l. c. 234. Bg. 393. et 602. Psidium pilosum Vell. Fl. Fl. V. 212. t. 54.* — Frutex in prov. Minarum frequens, fructu subrotundo-ovali, purgante.

59. Araçá felpudo. a. *Psidium incanescens Mart. DC. l. c. 234. Camb. l. c. 202. Bg. s. 403. t. V. f. 110. t. XLI.* — Frutex in prov. Minarum, S. Pauli, Rio Grande do Sul crescens, fructu ovali.

b. *Psidium cinereum Mart. DC. l. c. 234. Camb. l. c. 204. Bg. s. 404. t. XLI.a.* — Frutex provincias Minarum et S. Pauli habitans, bacca subobovata.

60. Araçá guaçú *Piso I. 74. II. 152.* Guaiába, Guayaba, Guajava, Guayava *Marcgr. 104. Psidium Guayava Raddi Mem. 1821. 2. Mart. Reise III. 1130. Mat. med. Br. 32. Bg. s. 396. Psidium pyriferum et pomiferum Linn. Guayava pyriformis Gärtn. Fr. I. 38. Psidium vulgare Rich. Act. Soc. Hort. Par. 110.? Psidium sapidissimum Jacq. Schönbr. III. 62. t. 366.* — In America tropica spontaneum et cultum, bacca globosa, turbinato-globosa v. pyriformi, eduli. Fructus pariter ac ii *Psidii Araçae* usitantur.

61. Guayava agria Hispan. Puchca Chauvintu Maynensium. *Psidium densicomum Mart. DC. l. c. 235. Bg. s. 390.* — Arbor in Brasilia boreali indigena, baccis flavis globosis, 7‴ diametro, saporis ingrati acidique.

62. Guayava-rana. a. *Psidium acutangulum DC. l. c. 233. Bg. s. 409.* — In prov. do Alto Amazonas.

b. *Britoa? acida Bg. s. 461. Psidium acutangulum β. DC. l. c. 233.* — Arbor in prov. do Alto Amazonas indigena, fructu pallide flavo, magnitudine pomi Borsdorfiensis, pulpa citrina, acida farcto.

63. Uba-caba. Uvaça do Campo. *Psidium radicans Bg. s. 402.* — Suffrutex in Rio Grande do Sul crescens, fructu eduli.

64. Uvá-aya. *Eugenia Arrabidae Bg. s. 325. Eugenia campestris Vell. Fl. Fl. V. 208. t. 36.*

65. Gabinábo, Guabirába, Guabiróba, Guavirába, Guaviróba, Quaviróba. a. *Myrtus mucronata Camb. l. c. 211. t. 141. Bg. s. 416.* — Fruticulus Uruguayensis, baccis globosis, polyspermis, cerasi magnitudine, edulibus.

b. *Abbevillea maschalantha Bg. s. 432.* Guabiraba *Piso I. 73. (prima icon).* — Arbor in prov. Rio de Janeiro indigena, baccis depresso-globosis, polyspermis, 5—6‴ diametro.

Abbevillea Fenzliana Bg. s. 433. Psidium dulce Vell. Fl. Fl. V. 213. t. 56. — Arbor in prov. Minarum crescens, fructus pulpa dulci, sine aliqua acidi mixtione, sicut congenerum major pars: Vell.

Abbevillea Klotzschiana Bg. s. 434. — Arbor 15—20-pedalis, in prov. Minarum habitans, fructu globoso, 15‴ diametro, dulci.

c. *Campomanesia corymbosa Bg. s. 442. Psidium corymbosum Camb. l. c. 205. Miq. in Linn. XXII. 532.* — Fruticulus provinciae Minarum, fructu rotundato, lutescente, sapore grato.

Campomanesia multiflora Bg. s. 443. Psidium multiflorum Camb. l. c. 205. — Fruticulus desertorum prov. Minarum, fructu eduli.

Campomanesia obversa Bg. s. 445. Psidium obversum Miq. in Linn. XXII. 532. — Frutex 20-pedalis, in prov. Minarum frequens, fructu eduli.

Campomanesia fusca Bg. s. 447. Psidium erosum Miq. in Linn. XXII. 533. — Arbuscula 14—20-ped. in prov. Minarum, fructu eduli.

Campomanesia transalpina Bg. s. 459. Psidium transalpinum Vell. Fl. Fl. V. 213. t. 59. — Arbor fructu sapidissimo, in mediterraneis transalpinis.

Campomanesia reticulata Bg. s. 439. et 609. t. VI. f. 148. — Frutex v. arbuscula in prov. S. Pauli indigena, fructu eduli, luteo, magnitudine Cerasi minoris, saporis aromatico-gratissimi.

Campomanesia desertorum Bg. s. 450. et 611. — In prov. Minarum, fructu eduli.

Campomanesia virescens Bg. s. 611. — In prov. Minarum, fructu eduli.

66. Guaviróba do Campo, Quabiróba de Cachorro. a. *Abbevillea Guaviroba Bg. s. 432. Psidium Guaviroba DC. l. c. 235.* — In prov. S. Pauli. Fructus globosus, 7—8‴ diametro.

Abbevillea Klotzschiana Bg. s. 434. (v. supra n. 65. b.)

b. *Campomanesia aurea Bg. s. 454. t. VI. f. 136.* Guabiroba. — Fruticulus Brasiliae australis et Uruguayensis, baccis globosis, 5—6‴ diametro.

Campomanesia microcarpa Bg. s. 455. — In Brasilia meridionali crescens, bacca pyriformi.

67. Guabiróba do Mato. *Campomanesia xanthocarpa Bg. Campomanesia aurea Bg. Campomanesia cyanea Bg.* (omnes supra sub 12. b. citatae.)

b. *Abbevillea chrysophylla Bg. s. 437. t. VI. f. 140.* — Arbor 30-pedalis prov. Minarum; baccis globosis, oligospermis, edulibus, 7—8‴ diametro.

68. Guabiróba felpudo. *Campomanesia discolor Bg. s. 439.* — In prov. S. Pauli indigena, baccis globosis, puberulis, 6—7‴ diametro.

69. Guabiróba lisa. *Campomanesia obscura Bg. s. 451.* — Frutex in prov. S. Pauli frequens, fructu eduli.

70. Guabiróba-merim. *Campomanesia aprica Bg. s. 459. Psidium apricum Vell. l. c. 213. t. 58.* — Subherbacea, in apricis mediterraneis.

71. Palilla, Palillo, Palillos. *Campomanesia lineatifolia Ruiz et Pavon Syst. 128. DC. l. c. 232., excepta diagnosi Lindl. Bg. s. 449. Psidium rivulare Mart. DC. l. c. 233. Campomanesia cornifolia H. B. K. Nov. Gen. Amer. VI. 150. t. 147.* — In Brasilia aequinoctiali aquosa et in Peruvia depressa, baccis globosis, 1½″ diametro, saepe culta.

72. Ibabiraba Marcgr. 117. *Britoa triflora Bg. s. 462.* — Arbor in Brasilia calida indigena, fructu rotundo, cerasi magnitudine, instar pyri pedicello insidente, exterius coloris brunnei, pulpam mollem, pallidam continente, cui aliquot nuclei coloris incarnati, subrotundi, compressi, molliusculi immixti, qui una commeduntur; sapor autem illius dulcis, aliquid resinosi admixtum habens. (Marcgr.)

73. Sette Casacas. *Britoa Sellowiana Bg. s. 463.* — Arbor in prov. Minarum indigena, baccis depresso-globosis, edulibus, 9‴ diametro.

74. Murtilla. *Myrrhinium atro-purpureum Schott. in Spreng. Syst. V. IV. App. 404. Mart. Nov. Gen. Br. III. 173. t. 291. Mart. in Fl. Ratisb. XXII. 2. 90. Bg. s. 466. Felicianea rubriflora a. Camb. l. c. 271. t. 157.* — Frutex in prov. Minarum et in arenis maritimis crescens, baccis ovalibus, edulibus, 2—4-spermis. — *Myrrhinium rubriflorum Bg. s. 466. Felicianea rubriflora β. Camb. l. c. 271. Tetrastemon loranthoides Hook. Bot. Misc. III. 318.* — Frutex Uruguayensis, fructu eduli.

75. Mapichi. *Myrcia lanceolata Camb. l. c. 236. Bg. s. 155.* — Arbor in Brasilia calida et in prov. Minarum indigena, baccis ovalibus. Odor totius plantae imprimis autem fructus fortiter terebinthinaceus; hi Indis aestimati ad torques conficiendas adhibentur.

B. *Fructus sicci.*

76. Zabucajo Piso (supra sub n. 5. citata). Jaçapucaya Marcgr. — Pyxidia tantae duritiei sunt, ut Tapuyeris non solum vasa potatoria, sed et discos et ollas sufficiant (Piso I. 66.).

VII. Semen.

Semina nonnullarum Lecythidearum praesertim Eulecythidum (ut amygdalae, nuces juglandis, pistaciae) continent oleum pingue, mite et emulsivum, ita ut alimentum optimi saporis suppeditent et cruda et tosta comedantur. Lac emulsivum e nucleis praeparatum tamquam emolliens et involvens in affectionibus catarrhalibus et praesertim in subinflammatorio statu systematis uropoetici rite praescribitur (Mart.). Insequentes species praecipue nominandae sunt:

77. *Lecythis Pisonis Camb.* (v. supra sub n. 5.).

78. *Lecythis lanceolata Poir. Enc. VI. 37. Mart. Syst. mat. Med. Bras. 18., supra 482.* Sapucaja branca. *Lecythis minor Vell. l. c. 222. t. 85.*

79. *Lecythis urnigera Mart. s. 483.*

88. *Lecythis Amazonum Mart. s. 484.* Sapucája.

81. *Lecythis Pohlii Mart. s. 484.*

82. *Bertholletia excelsa Humb. et Bonpl.* (v. supra sub n. 6.). Seminum contusorum partes 100 largiuntur prelo subjectae 56 olei liquidi. Hoc oleum constat Elaeini partibus 74 et Stearini 26: Mart. Reise III. 1130.

DE MYRTACEIS CHYMOCARPICIS EXTRA FLORAE BRASILIENSIS LIMITES PROVENIENTIBUS ADNOTATIO.

Myrtaceae Americanae omnes, excepta unica huc usque detecta *Leptospermea Chilensi (Tepualia stipulari)*, ad subordinem Chymocarpicarum pertinent et illarum genera fere omnia Americae unius propria sunt. Chymocarpicae in tribus Myrtearum, Barringtoniearum, Lecythidearum, Granatearum, Myrteae autem ultra in subtribus Myrcioidearum, Eugenioidearum, Pimentoidearum, Myrrhinioidearum, Feijoidearum sunt divisae. E subtribu *Myrcioidearum* huc usque nullum genus extra Brasiliam palam factum est, e subtribu contra *Eugenioidearum* alia genera Americana, alia Asiatica inveniuntur. — Genera *Jambosae* et *Caryophylli* quorum species nonnullae in America quidem coluntur, sed ex Asia australi originem trahunt, jam supra (pag. 214.) determinata sunt. Asiam habitantes Eugeniae species certe nec ad hoc genus spectare persuasissimum mihi est, etiam pro maxima parte illae ab Ill. Blume jam inter propria sunt distributae aut iterum acutius inquirendae sunt. Reliqua genera Eugenioidearum hoc modo discernuntur.

Acca Bg.: Floribus 4-meris, hypanthio supra germen biloculare multiovulatum vix producto, staminibus plurimis in alabastro rectis, demum excrescentibus. Altera ejus specierum insulam Domingensem, altera Peruviam habitat. — *Bostrychode Miq.:* Floribus 4-meris, baccae ooideae disco concavo hypanthium productum inferne marginante, stylo partim persistente inferne incrassato rostellato, margine elevato reflexo laevigato radiatim striato demum calycem 4-dentatum adpressum persistentem occultante, semine solitario. Arbusculae Sundaicae. — *Syllysium Meyen et Schauer:* Hypanthio turbinato ecostato, germine infero biloculari multiovulato, calyce truncato repando-4-denticulato, petalis 4 distinctis caducis, staminibus plurimis inferne confluentibus, stigmate simplici. Frutex Chinensis. — *Bachhousia Hook. et Harv.:* Floribus 5-meris, hy-

panthio turbinato villoso supra germen biloculare multiovulatum inferne illo adnatum, superne liberum producto, bracteis imbricatis suffulto, sepalis patentibus petaloideis, petalis quam sepala 3-plo minoribus, staminibus numerosis exsertis, fructu sicco coriaceo. Frutices Australasici. — *Cleistocalyx Blume:* floribus 4—5-meris, hypanthio subcampanulato basi nonnihil constricto, germine biloculari multiovulato, calyce primum clauso sub anthesi in lobos irregulares fisso deciduo, staminibus plurimis, stigmate acuto, bacca subglobosa corticata abortu 1-loculari 1—2-sperma, seminis globosi testa crustacea, cotylis crassis carnosis subhemisphaericis rostello brevissimo retracto peltatim insertis. Frutices in archipelago Indico indigeni. — *Gelpkea Blume:* floribus 4-meris, hypanthio campanulato v. obconico basi nonnihil constricto supra germen 2-loculare multiovulatum producto, sepalis brevibus praefloratione valvatis, stigmate acuto, bacca subglobosa corticata coronata 2—6-sperma. Species Moluccanae. — *Jossinia Commers.:* floribus 4-meris, hypanthio turbinato-subgloboso, germine biloculari multiovulato, disco lato, stigmate simplici, bacca subglobosa coronata 1- v. oligosperma, seminis testa crassa laevi, cotylis maximis crassis saepe coalitis. Arbusculae Mauritianae. — *Microjambosa Blume:* floribus 4-meris, hypanthio turbinato supra germen 2-loculare multiovulatum breviuscule producto, sepalis deciduis, petalis calyptratim caducis, stigmate simplici, bacca subglobosa 1-sperma. Asiam tropicam habitantes. — *Acmena DC.:* floribus 5-meris, hypanthio turbinato, calyce truncato juniore subinvoluto, petalis minimis distantibus interdum partim abortivis, bacca 1-sperma, cotylis conferruminatis. Frutices Novam Hollandiam nec non insulas Moluccanas habitantes. — *Strongylocalyx Blume:* floribus 4-meris, hypanthio hemisphaerico basi stipitiformi constricto, germine biloculari multiovulato, sepalis deciduis, staminibus in phalanges 4 approximatis, basi brevissime connatis, stigmate acuto, bacca globosa 1—4-sperma. Archipelagum Indic. habitantes. — *Leptomyrtus Miq.:* floribus 5-meris, hypanthio tenui elongato-clavato raro breviore supra germen biloculare multiovulatum producto, petalis parvis, bacca coronata 1-sperma subglobosa v. oblonga, cotylis inaequalibus crassis plicatis. Species Javaniae v. Sumatranae. — *Clavimyrtus Blume:* floribus 4-meris, hypanthio subcylindrico supra germen biloculare multiovulatum producto, stigmate simplici, bacca ooideo- v. elliptico-globosa plerumque coronata 1-sperma, seminis testa membranacea v. chartacea, cotylis crassis carnosis incumbentibus, radicula brevissima inter cotylas inclusa. Species Indiam orientalem et Archipelagum habitantes. — *Macromyrtus Miq.:* floribus subtetrameris, hypanthio longissimo stipitiformi supra germen biloculare multiovulatum alte productum ibidem semigloboso-subcampanulato, calyce breviter dentato interjectis denticulis 1—2 exilibus, omnibus circumscisse deciduis, petalis parvis. — *Syzygium Gärtn.:* floribus 4—5-meris, hypanthio turbinato supra germen 2-loculare multiovulatum alte producto in calycem truncatum v. repando-lobatum abiente, petalis calyptratim caducis, stigmate simplici, bacca 1-loculari 1- v. oligosperma, cotylis 2 discretis carnosis, planoconvexis peltatis, rostello parvo infra medium cotylarum inserto et iis occultato. Arbusculae veteris orbis intertropicae in Antillis cultae. — *Acicalyptus Asa Gray:* floribus 4-meris, hypanthio tubuliformi acute 4-gono supra germen biloculare multiovulatum alto producto, calyce clauso rostrato calyptratim caduco, petalis in operculum leviter cohaerentibus et ita caducis, stigmate obtuso. Arbor in mare pacifico indigena.

E subtribu *Pimentoidearum* exceptis supra (p. 382) citatis generibus nominandae sunt: *Calyptropsidium Bg.:* floribus 5-meris, alabastris clausis ooïdeis, hypanthio supra germen 5-loculare multiovulatum producto, sporophoris bilamellatis multiovulatis, calyce calyptratim caduco, demum bipartito; stigmate magno peltato. Species unica Granatensis. — *Psidiopsis Bg.:* floribus 5-meris, alabastro pyriformi, apice appendiculato, hypanthio hemisphaerico laevi supra germen 5-loculare multiovulatum vix producto, calyce coriaceo ante anthesin basi globosa clauso, superne in appendices liberas elongatas producto demum usque ad germinis verticem 5-partito, antheris basifixis linearibus, stigmate peltato. Frutex Columbianus. — *Macropsidium Blume:* floribus 4-meris, hypanthio turbinato supra germen 4-loculare uniseriatim ovuliferum producto, stigmate peltato, bacca turbinata calyce coronata, seminibus paucis testa chartacea, embryonis subcircinalis cotylis crassis inaequalibus, rostello cylindrico curvato centripeto. — *Ugni Turcz.:* floribus 4—5-meris, hypanthio subgloboso supra germen 3—4-loculare, multiovulatum vix producto, sepalis in alabastro jam patentibus, staminibus in alabastro rectis, antheris basifixis sagittatis apice appendiculatis, bacca coronata polysperma, seminum testa ossea, embryone arcuato, rostello longissimo, cotylis angustis brevibus plano-convexis. Frutices Americae occidentalis. — *Rhodamnia Jacks.:* floribus tetrameris, hypanthio turbinato supra germen 1-loculare, sporophoris 2 parietalibus multiovulatis instructum non producto, stigmate obtuso, bacca globosa calyce coronata seminum testa ossea, embryone curvato, cotylis brevissimis subfoliaceis plicatis, radicula longissima. — *Myrteola Bg.:* floribus 4-meris, oligandris, hypanthio supra germen incomplete 3—2-loculare non producto, sporophoris parietalibus pauciovulatis, stigmate peltato, bacca coronata pleiosperma, seminibus hippocrepicis parvis duris, embryone arcuato, rostello elongato, cotylis parvis, obtusis. — *Amomis Bg.:* floribus 5-meris, hypanthio turbinato supra germen biloculare multiovulatum producto, drupa globosa coronata 1—2-sperma, seminis testa membranacea, embryone spirali. In insulis Caribaeis et in Guyana. — *Pimenta Bg.* differt flore 4-mero, germine 2—4-ovulato. *Rhodomyrtus DC.* Germine spurie 3—4-loculari, sporophoris parietalibus 3—4, crassis duplicatis pluriovulatis, embryone Myrti. Frutices Asiae australis. — *Nelitris Gärtn.:* floribus 4—5-meris, polygamo-dioicis, hypanthio obovato-subgloboso, germine 4—10-loculari, loculis 1—2-pauciovulatis, stigmate capitato, bacca subglobosa demum 1-loculari, seminibus 5 v. pluribus testa ossea instructis, embryone leviter curvato, cotylis ovato-lanceolatis brevibus. rostello elongato. Frutices Australasici.

Subtribui *Myrrhinioidearum* addatur: *Aphanomyrtus Miq.:* floribus 4-meris, hypanthio subcampanulato supra germen biloculare pauciovulatum producto, calyce minute 4-dentulo, staminibus 4 (raro 5) cum petalis alternis, filamentis brevissimis, antheris cordatis introrsis, stylo brevi.

E tribu *Barringtoniearum* enumeranda: *Barringtonia Forst.:* hypanthio turbinato v. ooideo, germine 2—4-loculari, loculis 2—6-ovulatis, sepalis 2—4 praefloratione valvato-subconnatis, petalis 4, staminibus basi monadelphis, glandula epigyna annulari styli basin vaginante, bacca fibrosa annulata pyramidata v. oblonga coronata 1-loculari, semine pendulo, cotylis cum rostello arcte connatis. Arbores Indiae orient. et Oceanae. — *Botryoropis Presl.:* floribus 4-meris, hypanthio turbinato, germine 2-loculari 4—8-ovulato, staminibus basi monadelphis biseriatis flexuosis, antheris renatis biloculatis basifixis extrorsis, longitudinaliter dehiscentibus, urceolo scyphiformi integro brevi styli basin vaginante. In ins. Luzon indigena. — *Planchonia Blume:* floribus 4-meris, hypanthio turbinato, germine 3—4-loculari, ovulis multis biseriatis, staminibus multiseriatis basi monadelphis inaequilongis intimis minoribus sterilibus, antheris dorsifixis annulo epigyno styli basin vaginante, bacca coronata 3—4-loculari, seminibus funiculo longo suspensis, testa coriacea, embryonis circinalis cotylis brevibus foliaceis plicatis, rostello longissimo clavato spiraliter convoluto. Arbores Indiae aquosae. — *Careya Roxb.:* floribus 4-meris, hypanthio globoso, germine 4-loculari multiovulato, staminibus triseriatis basi monadelphis extimis et intimis anantheratis, antheris dorso fixis, disco epigyno annulari styli basin vaginante, bacca corticata 4-loculari, seminibus pluribus in pulpa nidulantibus, cotylis carnosis cum rostello in massam carnosam coalitis. In India anteriore.

INDEX

TRIBUUM, SUBTRIBUUM, GENERUM, SPECIERUM, SYNONYMORUM.

(Omissis generibus in adnotatione de Chimocarpicis extrabrasiliensibus nominatis.)

ABBEVILLEA Bg. 430.
„ cerasoides Bg. 436.
„ chrysophylla Bg. 437. 633.
„ eugenioides Bg. 436.
„ Fenzliana Bg. 433. 625. 632.
„ Gardneriana Bg. 436.
„ Guaviroba Bg. 432. 632.
„ Klotzschiana Bg. 434. 625. 632.
„ Langsdorffii Bg. 608.
„ Martiana Bg. 435.
„ maschalantha Bg. 432. 607. 625. 632.
„ neriiflora Bg. 431.
„ phaea Bg. 435.
„ punctulata Bg. 432.
„ recurvata Bg. 438.
„ Regeliana Bg. 608.
„ rufa Bg. 437.
„ rugosa Bg. 437.
„ Schlechtendaliana Bg. 435.
„ Sellowiana Bg. 431.
ACRANDRA Bg. 459.
„ laurifolia Bg. 459
„ Sellowiana Bg. 459.
„ verrucosa Bg. 460.
Anha-yba-atâa 626.
Anga-iba-antam 626.
Araçá 401. 405. 406. 630.
Araça cagâo 631.
Araça felpudo 404. 440. 631.
Araça-guaçú 631.
Araça-iba 623. 630.
Araça-mirim 623. 630.
Araça de Praya 401. 630.
AULACOCARPUS Bg. 380.
„ Sellowianus Bg. 381.
AULOMYRCIA Bg. 59.
„ acrantha Bg. 71.
„ acutata Bg. 71.
„ acutifolia Bg. 89.
„ aethusa Bg. 112. 552.
„ Alagoensis Bg. 120.
„ albo-tomentosa Bg. 101. 549.
„ alloiota Bg. 91. 547.
„ alternifolia Bg. 121.
„ Amazonica Bg. 75.
AULOMYRCIA amethystina Bg. 108.
„ andromedoides Bg. 74.
„ angustifolia Bg. 135.
„ anomala Bg. 96.
„ apiocarpa Bg. 64.
„ atropilosa Bg. 101.
„ atrovirens Bg. 121.
„ aureo-lanata Bg. 87.
„ badia Bg. 547.
„ Babiensis Bg. 113.
„ bella Bg. 71.
„ bicarinata Bg. 118. 553.
„ Bicudoensis Bg. 557.
„ biformis Bg. 141.
„ bimarginata Bg. 115.
„ Blanchetiana Bg. 65.
„ bombycina Bg. 66. 627.
„ Botrys Bg. 116.
„ bracteata Bg. 554.
„ breviramis Bg. 66.
„ bullata Bg. 96. 547.
„ buxifolia Bg. 80.
„ caerulescens Bg. 80.
„ caesia Bg. 83.
„ calyptranthoides Bg. 67.
„ Camaraeana Bg. 83.
„ Cambessedeana Bg. 74.
„ campestris Bg. 128.
„ capitata Bg. 554.
„ Capivarhyensis Bg. 63.
„ cardiophylla Bg. 103.
„ cassinoides Bg. 129.
„ Castrensis Bg. 111.
„ Chapadensis Bg. 554.
„ chrysophylla Bg. 125. 517.
„ Claussenia Bg. 118.
„ collina Bg. 73. 545.
„ comosa Bg. 133.
„ confusa Bg. 96.
„ corymbiflora Bg. 127.
„ corymbosa Bg. 75.
„ costata Bg. 79.
„ crassicaulis Bg. 125.
„ crassifolia Bg. 128.
„ crenulata Bg. 141.
AULOMYRCIA cuprea Bg. 77.
„ curatellaefolia Bg. 95. 547.
„ cymosa Bg. 552.
„ daphnoides Bg. 132. 555.
„ dealbata Bg. 102.
„ debilis Bg. 105.
„ decrescens Bg. 135.
„ densa Bg. 69.
„ desertorum Bg. 556.
„ detergens Bg. 77.
„ diaphana Bg. 82.
„ dictyophleba Bg. 560.
„ dictyophylla Bg. 72. 544. 545.
„ dimorpha Bg. 101.
„ Doniana Bg. 516.
„ Egensis Bg. 99.
„ elaeodendra Bg. 129.
„ emarginata Bg. 134.
„ eumecephylla Bg. 98.
„ exsucca Bg. 139.
„ Fenzliana Bg. 112.
„ ferruginea Bg. 552.
„ fragilis Bg. 117.
„ Gardneriana Bg. 129.
„ Garopabensis Bg. 79.
„ Gaudichaudiana Bg. 88.
„ gigantea Bg. 548.
„ glabra Bg. 119.
„ glandulosa Bg. 139.
„ glauca Bg. 84.
„ glaucescens Bg. 81.
„ Goyazensis Bg. 85.
„ grandiflora Bg. 113.
„ grandifolia Bg. 97.
„ hepatica Bg. 132.
„ hirtiflora Bg. 73.
„ holosericea Bg. 99.
„ hypericoides 104.
„ Jequitinhonhensis Bg. 137, 559.
„ imbricata Bg. 100.
„ insularis Bg. 98. 548.
„ intermedia Bg. 107. 550.
„ Klotzschiana Bg. 111. 551.
„ lacunosa Bg. 545.
„ lancea Bg. 88.

Aulomyrcia Langsdorffii Bg. 550.
„ lanuginosa Bg. 102. 548.
„ laricina Bg. 61.
„ Laruotteana Bg. 99. 546. 547.
„ Laureola Bg. 110.
„ lauriflora Bg. 114.
„ laxiflora Bg. 114.
„ Leucadendron Bg. 115.
„ leucantha Bg. 93.
„ linearifolia Bg. 60.
„ lineata Bg. 68.
„ Lingua Bg. 130.
„ linguaeformis Bg. 125.
„ longipes Bg. 94.
„ lucida Bg. 118.
„ macrocarpa Bg. 75.
„ macrophylla Bg. 99.
„ Mansoni Bg. 121.
„ Maragnana Bg. 120.
„ maritima Bg. 553.
„ Martiana Bg. 138.
„ micrantha Bg. 516.
„ microcarpa Bg. 81.
„ micropetala Bg. 97. 547.
„ montana Bg. 61.
„ Mugiensis Bg. 63.
„ mutabilis Bg. 70.
„ myrtillifolia Bg. 61.
„ Neesiana Bg. 64.
„ nigrescens Bg. 119.
„ nigricans Bg. 101.
„ nigro-punctata Bg. 116.
„ nivea Bg. 103. 548.
„ oblongata Bg. 66.
„ obovata Bg. 122. 627.
„ obscura Bg. 132. 556.
„ obtecta Bg. 117.
„ orthophylla Bg. 549.
„ ovalifolia Bg. 81. 546.
„ ovalis Bg. 107.
„ pachyclada Bg. 133. 558.
„ pallens Bg. 122. 553.
„ pallida Bg. 86.
„ panicularis Bg. 84.
„ Paraënsis Bg. 76.
„ Parnahibensis Bg. 135. 558.
„ pauciflora Bg. 560.
„ perforata Bg. 83.
„ pertusa Bg. 79.
„ Piauhiensis Bg. 87.
„ pilantha Bg. 555.
„ pinifolia Bg. 60.
„ platyclada Bg. 545.
„ plumbea Bg. 142.
„ Poeppigiana Bg. 123.
„ Pohliana Bg. 72.
„ polyantha Bg. 82. 546.
„ polymorpha Bg. 78.
„ prunifolia Bg. 95.
„ pruinosa Bg. 114.
„ puberula Bg. 94.
Aulomyrcia pubiflora Bg. 72.
„ pulchra Bg. 68.
„ punctata Bg. 546.
„ pusilla Bg. 140.
„ racemosa Bg. 88. 546.
„ ramuliflora Bg. 64.
„ ramulosa Bg. 62. 544.
„ Regeliana Bg. 557.
„ reticulata Bg. 108.
„ reticulosa Bg. 106.
„ retusa Bg. 142.
„ Riedeliana Bg. 551.
„ rorida Bg. 552.
„ rostrata Bg. 544.
„ rosulans Bg. 93.
„ rotundifolia Bg. 123.
„ rubella Bg. 74. 627.
„ rufa Bg. 65.
„ rufipes Bg. 131. 555.
„ rugosa Bg. 110.
„ salicifolia Bg. 136. 517.
„ Salzmanni Bg. 116. 552.
„ Schrankiana Bg. 141.
„ scrobiculata Bg. 137.
„ Sonderiana Bg. 110.
„ spathulata Bg. 91.
„ sphaerocarpa Bg. 85.
„ sphenoides Bg. 63.
„ Spruceana Bg. 76.
„ stictophylla Bg. 67.
„ stricta Bg. 548.
„ suaveolens Bg. 137.
„ subalpestris Bg. 124.
„ subavenia Bg. 69.
„ subcordata Bg. 104.
„ subverticillaris Bg. 124.
„ suffruticosa 136. 559.
„ supraaxillaris Bg. 69.
„ tenuifolia Bg. 67.
„ ternifolia Bg. 134.
„ thyrsiflora Bg. 126.
„ torta Bg. 138.
„ tortuosa Bg. 558.
„ trifolia Bg. 107.
„ Uaupensis Bg. 517.
„ undulata Bg. 89.
„ vacciniifolia Bg. 140.
„ variabilis Bg. 106. 550.
„ Velhensis Bg. 560.
„ venulosa Bg. 109. 550.
„ vestita Bg. 127.
„ virgata Bg. 136.
„ Widgreniana Bg. 70.
BARRINGTONIEAE DC. 469.
Bertholletia Hb. Bpl. 478. 624.
„ excelsa Hb. Bpl. 478. 624. 634.
Blepharocalyx Bg. 420.
„ acuminatissimus Bg. 421.
„ acuminatus Bg. 426.
„ affinis Bg. 605.
„ amarus Bg. 422. 625.
Blepharocalyx angustifolius Bg. 421.
„ angustissimus Bg. 421.
„ apiculatus Bg. 425.
„ brunneus Bg. 427.
„ canescens Bg. 426.
„ cuspidatus Bg. 424.
„ depauperatus Bg. 428.
„ ellipticus Bg. 429.
„ lanceolatus Bg. 422.
„ longipes Bg. 423.
„ parvifolius Bg. 606.
„ picrocarpus Bg. 427. 625.
„ pilosus Bg. 422.
„ ramosissimus Bg. 424. 606.
„ Serra Bg. 605.
„ sessilifolius Bg. 428.
„ strictus Bg. 423.
„ Twediei Bg. 429.
„ villosus Bg. 425.
„ Widgreni Bg. 427.
Britoa Bg. 460.
„ acida Bg. 461. 631.
„ dichotoma Bg. 462.
„ eriantha Bg. 463.
„ psidioides Bg. 462.
„ rugosa Bg. 613.
„ Sellowiana Bg. 463. 633.
„ sessiliflora Bg. 461.
„ triflora Bg. 461. 613. 625. 633.
Cagaiteira 351. 629.
Calycolpus Bg. 411.
„ calophyllus Bg. 412.
„ glaber Bg. 411.
„ Goetheanus Bg. 412. 520.
Calycorectes Bg. 356.
„ Langsdorffii 597.
„ Martianus Bg. 596.
„ Riedelianus Bg. 596.
„ Schottianus Bg. 357.
„ Sellowianus Bg. 356.
Calyptranthes Sw. 38.
„ affinis Bg. 43.
„ anceps Bg. 40.
„ aromatica St. Hil. 38. 626.
„ axillaris Bg. 53.
„ bimarginata Bg. 543.
„ Blanchetiana Bg. 40.
„ Brasiliensis Spreng. 41.
„ caudata Gardn. 55.
„ cephalantha Bg. 46.
„ clusiaefolia Bg. 39. 539.
„ concinna DC. 46.
„ cordata Bg. 48.
„ cuspidata Mart. 39.
„ *densa* DC. 55. 69.
„ dichotoma Casar. 48.
„ eriopoda DC. 44.
„ *eugenioides* Camb. 55. 355.
„ fastigiata Bg. 50.
„ glomerata Camb. 40.
„ grandiflora Bg. 542.

Calyptranthes grandifolia Bg. 48.
„ lanceolata Bg. 51. 540.
„ Langsdorffii Bg. 539.
„ *lateriflora* DC. 55.
„ longifolia Bg. 46.
„ loranthifolia DC. 41.
„ lucida Mart. 43. 51.
„ macrophylla Bg. 4[illegible].
„ Martiusiana DC. 47.
„ maschalantha Bg. 53.
„ melanoclada Bg. 50.
„ multiflora Poepp. 42.
„ musciflora Bg. 54. 543.
„ mutabilis Bg. 540.
„ nigricans DC. 44.
„ obscura DC. 52. 542. 627.
„ obversa Bg. 51.
„ ovalifolia Camb. 41.
„ ovata Bg. 50.
„ pauciflora Bg. 543.
„ platyphylla Bg. 539.
„ Poeppigiana Bg. 45.
„ Pohliana Bg. 42.
„ polyantha Bg. 541.
„ pteropoda Bg. 47.
„ pulchella DC. 43. 516.
„ Regeliana Bg. 542.
„ rufa Bg. 541.
„ Spruceana Bg. 45.
„ strigipes Bg. 540.
„ tetraptera Bg. 53.
„ tuberculata Bg. 52. 627.
„ *uniflora* Spring. 54. 55.
„ variabilis Bg. 49. 627.
„ Widgreniana Bg. 39.
Calyptromyrcia Bg. 55.
„ cordata Bg. 56.
„ costata Bg. 56.
„ cymosa Bg. 58.
„ elegans Bg. 58.
„ eugenioides Bg. 56.
„ paniculata Bg. 57. 544.
„ puberula Bg. 57.
„ Spixiana Bg. 59.
„ venosa Bg. 57.
Cambucá 366. 536. 626.
Cambui 624. 628.
Campomanesia Ruiz et Pavon 438.
„ Adamantium Bg. 457.
„ affinis Bg. 446.
„ aprica Bg. 458. 633.
„ arenaria Bg. 448.
„ aurea Bg. 454. 632. 633.
„ australis Bg. 445.
„ caerulea Bg. 455. 612.
„ caerulescens Bg. 612.
„ Cambessedeana Bg. 457.
„ campestris Bg. 440. 609.
„ ciliata Bg. 453.
„ coaetanea Bg. 444.
„ *cornifolia* Hb. Bpl. Kth. 449.
Campomanesia corymbosa Bg. 442. 609. 632.
„ crenata Bg. 456.
„ cuneata Bg. 446. 633.
„ cyanea Bg. 454. 633.
„ dentata Bg. 457.
„ desertorum Bg. 450. 611. 632.
„ dimorpha Bg. 609.
„ discolor Bg. 439. 633.
„ fruticosa Bg. 458.
„ fusca Bg. 447. 632.
„ Gardneriana Bg. 455.
„ *glabra* Bth. 411. 450.
„ guazumaefolia Bg. 458.
„ heterophylla Bg. 440.
„ hirsuta Gardn. 444.
„ Houlletii Bg. 449.
„ lanceolata Bg. 612.
„ Langsdorffii Bg. 610.
„ *laurifolia* Gardn. 460.
„ lineatifolia Ruiz et Pav. 449. 633.
„ malifolia Bg. 452.
„ Martiana Bg. 610.
„ mediterranea Bg. 458.
„ microcarpa Bg. 455. 632.
„ multiflora Bg. 443. 632.
„ obscura Bg. 451. 633.
„ obversa Bg. 445. 632.
„ ovalifolia Bg. 452. 611.
„ Pohliana Bg. 441.
„ pubescens Bg. 443.
„ racemosa Bg. 458.
„ repanda Bg. 456.
„ reticulata Bg. 439. 609.
„ rhombea Bg. 453.
„ rhytidophylla Bg. 608.
„ Riedeliana Bg. 610.
„ rugosa Bg. 439.
„ salviaefolia Bg. 442. 610.
„ suaveolens Bg. 458.
„ suffruticosa Bg. 448.
„ synchrona Bg. 444.
„ tenuifolia Bg. 452.
„ transalpina Bg. 458.
„ vaccinioides Bg. 450.
„ velutina Bg. 441. 633.
„ virescens Bg. 611.
„ Widgreniana Bg. 447.
„ xanthocarpa Bg. 451. 633.
Canella brava 626.
Cariniana Casar. 510.
„ *Brasiliensis* Casar. 512.
„ *excelsa* Casar. 511.
Caryophyllus Tourn. 213.
„ aromaticus L. 214. 626.
Cerasus Brasiliana 628.
Cerocarpus aqueus Hassk. 378.
Cesqueibia Bg. 9.
„ Sellowiana Bg. 10.
Cocacoca 91.
Cogologo do Porco 514.
Couratari Aubl. 506.
„ aulacocarpa Mart. 509.
„ coriacea Mart. 510.
„ dictyocarpa Mart. 509.
„ domestica Mart. 510. 624.
„ Estrellensis Raddi 511. 624.
„ *glabra* Camb. 505.
„ Guyanensis Aubl. 507.
„ legalis Mart. 512. 624.
„ lineata Bg. 507.
„ macrocarpa Mart. 509.
„ Paraënsis Mart. 510.
„ *rufescens* Camb. 504.
„ Tauari Bg. 508. 624.
„ Uaupensis Spruce 508.
Couroupita Aubl. 475.
„ Guyanensis Aubl. 475.
„ Surinamensis Mart. 476.
Craveiro da terra 626.
Cravo do Campo 49. 627.
Cuipuna 565.
Curuiri 628.
Elsholtzia 475.
Eschweilera Mart. 485.
„ *amara* Mart. 493.
„ *grandifolia* Mart. 493.
„ *ovata* Mart. 497.
„ *pachysepala* Mart. 494.
„ *parvifolia* Mart. 496.
Eucouratari Bg. 507.
Eugenia Mich. Bg. 214.
„ acrophylla Bg. 575.
„ *acuminata* Link 430.
„ acuminatissima Bg. 315.
„ *acuminatissima* Miq. 421.
„ acutata Miq. 225.
„ Adamantium Camb. 307.
„ adenantha Bg. 578.
„ adenocarpa Bg. 569.
„ adstringens Camb. 249.
„ *alba* Roxb. 377.
„ albo-tomentosa Camb. 220.
„ alpigena DC. 221.
„ Amazonica Bg. 322.
„ ambigua Bg. 241.
„ *amplexicaulis* Vell. 13.
„ anceps Bg. 260.
„ *angustifolia* Spreng. 229.
„ angustissima Bg. 569.
„ apiocarpa Bg. 284.
„ aprica Bg. 218.
„ *aquea* Burm. 378.
„ Araujoana Bg. 219.
„ arbutifolia Bg. 306. 568.
„ arctostaphyloides Bg. 217. 567.
„ arenaria Camb. 246.
„ Arrabidae Bg. 325.
„ *arvensis* Vell. 251.
„ aurata Bg. 273.
„ *axillaris* Vell. 303.
„ Azuruensis Bg. 224.

Eugenia badia Bg. 266.
„ Bagensis Bg. 231.
„ Bahiensis DC. 284.
„ Barrerensis Bg. 313.
„ Batucaryensis Bg. 262.
„ bella Camb. 246.
„ bicolor Bg. 282.
„ bimarginata Bg. 291.
„ *bimarginata* DC. 292.
„ Blanchetiana Bg. 273.
„ Boliviensis Bg. 221.
„ *bracteata* Rich. 156.
„ *bracteata* Vell. 330.
„ *bracteosa* DC. 260.
„ *Brasiliensis* Lam. 346. 348.
„ Cachocirensis Bg. 265.
„ *calycina* Camb. 329.
„ calycosema Bg. 276.
„ Cambessedeana Bg. 230.
„ campestris DC. 262. 625.
„ *campestris* Mart. 373.
„ cana DC. 216.
„ Candolleana DC. 297.
„ Canelonensis Bg. 232.
„ capitulifera Bg. 263.
„ *capparidifolia* DC. 320.
„ Casarettoana Bg. 519.
„ cassinoides Bg. 286. 580.
„ Catharinae Bg. 259.
„ cauliflora Bg. 268.
„ *cauliflora* DC. 361. Miq. 362.
„ cerasiflora Miq. 279.
„ Chiquitensis Bg. 519.
„ chlorocarpa Bg. 220.
„ chlorophylla Bg. 583.
„ chrysantha Bg. 272.
„ Chrystaensis Bg. 222.
„ Ciarensis Bg. 235.
„ *ciliolata* Camb. 366.
„ cinerascens Gardn. 298.
„ *Cisplatensis* Camb. 353. 423.
„ clinocarpa DC. 237.
„ coactanea Bg. 220.
„ Coarensis DC. 237.
„ coccifera Bg. 278.
„ *collina* DC. 73.
„ compactiflora Spring 266. 576.
„ complanata Gardn. 254.
„ complicata Bg. 313.
„ Correae Bg. 277.
„ costata Bg. 577.
„ *costata* Camb. 340.
„ crassifolia DC. 248.
„ *crassifolia* Miq. 122.
„ *crenata* Vell. 325.
„ Cristaensis Bg. 222.
„ cuspidata Bg. 286.
„ cuspidifolia DC. 264.
„ cyclophylla Bg. 287. 580.
„ cydoniaefolia Bg. 229.
„ cymatodes Bg. 578.
Eugenia dasyantha Bg. 572.
„ decorticans Bg. 240. 572.
„ decumbens Camb. 307.
„ *delicatula* DC. 362.
„ *depauperata* Camb. 428.
„ *deserti* Camb. 359.
„ diantha Bg. 239.
„ dichroma Bg. 290.
„ dicrossa Bg. 291. 582.
„ dictyophleba Bg. 226.
„ dimorpha Bg. 264.
„ *dipoda* DC. 166. 238.
„ *dipoda* Mart. 303.
„ *disperma* Vell. 303.
„ distans Bg. 263.
„ dittocrepis Bg. 292.
„ dodonaeaefolia Camb. 289. 581.
„ Doniana Bg. 518.
„ *Duarteana* Camb. 342.
„ dulcis Bg. 256. 627.
„ *dysenterica* DC. 351.
„ *edulis* Vell. 366.
„ Egensis DC. 296.
„ elegans Bg. 232.
„ *elliptica* Hook. 429.
„ Eschholtziana Bg. 582.
„ Estrellensis Bg. 250.
„ euosma Bg. 233.
„ excelsa Bg. 277.
„ excoriata Bg. 312.
„ exechusa Bg. 269.
„ expallens Bg. 260.
„ expansa Spring 224.
„ Feijoi Bg. 283.
„ Felisberti DC. 156.
„ Fenzliana Bg. 323.
„ Ferreiraeana Bg. 285.
„ *firma* DC. 320. Wall. 378.
„ Flamingensis Bg. 576.
„ flava Bg. 273.
„ flavescens DC. 271.
„ florida DC. 319.
„ Fluminensis Bg. 265.
„ *formosa* Camb. 328.
„ foveolata Bg. 261.
„ Franciscensis Bg. 233.
„ Freireana Bg. 305.
„ fruticulosa DC. 243.
„ fuliginea Bg. 233. 571.
„ *fulvescens* DC. 430.
„ fusca Bg. 290.
„ Gardneriana Bg. 316. 589.
„ Gaudichaudiana Bg. 228.
„ gemmiflora Bg. 223.
„ glandulosa Camb. 248.
„ glareosa Bg. 579.
„ glaucescens Camb. 231.
„ glomerata Spring 267. 577.
„ Gomesiana Bg. 254.
„ gracilis Bg. 222.
„ grandifolia Bg. 324.
Eugenia Guabiju Bg. 251. 627.
„ herbacea Bg. 570.
„ hiemalis Camb. 247.
„ Hilariana DC. 275.
„ *hirsuta* Ruiz 155.
„ hirta Bg. 574.
„ Hoffmannseggii Bg. 315.
„ hypericifolia Gardn. 238.
„ *Jambos* L. 377.
„ Janeirensis Bg. 578.
„ *Javanica* Lam. 377. 378.
„ Ibitipocensis Camb. 245.
„ Jiquitinhonhensis Camb. 289.
„ Ilhensis Bg. 283.
„ imbricata Bg. 586.
„ impunctata Bg. 239.
„ *Indica* Mich. 338.
„ inocarpa DC. 227. 627.
„ insipida Camb. 247.
„ inundata DC. 318. 519. 589.
„ *involucrata* DC. 330.
„ Irirensis Bg. 586.
„ ischnoceles Bg. 309.
„ Itacolumensis Bg. 253. 627.
„ Itahypensis Bg. 580.
„ Itajurensis Camb. 311.
„ Itapemirimensis Camb. 267.
„ Klotzschiana Bg. 255. 575.
„ Kochiana DC. 306.
„ Kunthiana DC. 217. 235. 236. 571.
„ *laevigata* DC. 144.
„ lanceolata Bg. 276.
„ Langsdorffii Bg. 568.
„ Laruotteana Camb. 228.
„ *latifolia* Mart. 294.
„ laurifolia Camb. 229.
„ *laurifolia* Spring 299.
„ *laxa* DC. 349. 351.
„ Leandraeana Bg. 311.
„ leptoclada Bg. 248.
„ leucanthera Bg. 277.
„ Lhotzkyana Bg. 305.
„ *ligustrina* Willd. 343.
„ *ligustrina* Camb. 344.
„ *ligustrina* Miq. 340.
„ linearifolia Bg. 230.
„ Lingua Bg. 267.
„ linguaeformis Bg. 268.
„ livida Bg. 584.
„ longifolia DC. 293.
„ lucida Camb. 253.
„ *Luschnathiana* Klotzsch 333.
„ lutescens Camb. 308.
„ Macahensis Bg. 589.
„ macrantha Bg. 301. 584.
„ macroclada Bg. 243.
„ macrophylla Bg. 268.
„ macrosperma DC. 317.
„ maculata Bg. 297.
„ magnifica Spring. 300. 583.
„ *Malaccensis* L. 377.

Eugenia Mandioccensis Bg. 585.
„ Mansoni Bg. 223.
„ *maritima* DC. 283.
„ Martiusiana DC. 294.
„ maschalantha Bg. 278.
„ Maximiliana Bg. 250.
„ *Maximiliana* DC. 370.
„ Maynensis Bg. 318.
„ membranacea Bg. 589.
„ Meyeriana Bg. 588.
„ *Michelii* Lam. 338.
„ microcarpa Bg. 574.
„ *micropetala* Mart. 97.
„ micropora DC. 292.
„ Miersiana Gardn. 248. 574.
„ Mikaniana Bg. 297.
„ *Mikaniana* DC. 182.
„ mikanioides Bg. 298.
„ *Mini* Willd. 315.
„ modesta DC. 313.
„ *monosperma* Vell. 266.
„ montana Camb. 259.
„ Mooniana Gardn. 252.
„ moonioides Bg. 262.
„ Moraviana Bg. 304. 586.
„ Mugiensis Bg. 571.
„ multiflora Camb. 271.
„ muricata DC. 323.
„ mutabilis Bg. 311.
„ *myrcioides* Camb. 212.
„ *myriophylla* Cas. 375.
„ myrobalana DC. 301. 628.
„ *myrtifolia* Camb. 342.
„ myrtillifolia DC. 216. 567.
„ nana Bg. 244.
„ neglecta Bg. 320.
„ nemoralis DC. 227.
„ Nhanica Camb. 244.
„ nigra DC. 294.
„ nitida Camb. 247.
„ *nitida* Vell. 11.
„ nutans Bg. 299. 583.
„ oblongata Bg. 302. 585.
„ obovata. Bg. 289.
„ obscura DC. 246.
„ obtusifolia Camb. 216.
„ obversa Bg. 295.
„ oeidocarpa Bg. 270.
„ oligoneura Bg. 321.
„ olivacea Bg. 303.
„ opaca Bg. 278.
„ Orbignyana Bg. 314. 587.
„ ovalifolia Camb. 245.
„ oxyphylla Bg. 251.
„ pachnantha Bg. 585.
„ pallida Bg. 231.
„ *paniculaeflora* Steud. 168.
„ *paniculata* Camb. 150.
„ Pantagensis Bg. 246. 573.
„ Paracatuana Bg. 588.
„ Paraënsis Bg. 301.
Eugenia Paranahybensis Bg. 587.
„ Pardensis Bg. 583.
„ *Parkeriana* DC. 338.
„ patula DC. 314.
„ pauciflora DC. 253.
„ persicifolia Bg. 226.
„ phaea Bg. 303.
„ *pia* DC. 342.
„ Piauhiensis Bg. 285.
„ Piloensis Camb. 275.
„ *pinifolia* Mart. 375.
„ Piresiana Camb. 308.
„ pisiformis Camb. 252.
„ Pisonis Bg. 228.
„ *pistaciaefolia* DC. 343.
„ planiramea Bg. 234.
„ platyclada Bg. 257. 576.
„ platyphylla Bg. 294.
„ platysema Bg. 276.
„ pleurantha Bg. 280.
„ plicato-costata Bg. 575.
„ pluriflora DC. 282.
„ *pluriflora* Mart. 287.
„ Poeppigiana Bg. 232. 570.
„ Pohliana DC. 307.
„ polycarpa Bg. 281.
„ polyphylla Bg. 240. 572.
„ prasina Bg. 325. 569.
„ prominens Bg. 235.
„ pruniformis Camb. 310.
„ *Pseudo-Caryophyllus* DC. 430.
„ psidiiflora Bg. 223.
„ psychotrioides Mart. 281.
„ *pumila* Gardn. 366.
„ pungens Bg. 224.
„ *punicaefolia* DC. 238.
„ pyramidalis Bg. 236.
„ pyriflora Bg. 299.
„ pyriformis Camb. 308. 628.
„ quaternifolia Camb. 271.
„ racemifera Bg. 322.
„ racemosa DC. 317.
„ racemulosa Bg. 304. 586.
„ *ramiflora* Miq. 288.
„ recurvata Bg. 319.
„ Regeliana Bg. 573.
„ Regnelliana Bg. 245.
„ repanda Bg. 304.
„ rhombocarpa Bg. 239.
„ Ribeireana Bg. 307.
„ Riedeliana Bg. 261.
„ rigida DC. 258.
„ riparia DC. 321. 323.
„ *rivularis* Camb. 360.
„ robusta Bg. 320. 590.
„ Romana Bg. 264.
„ rosea DC. 219.
„ rostrata Bg. 282.
„ rotundifolia Cas. 287. 581.
„ *rubiginosa* Camb. 359.
„ rubrocincta Bg. 291.
Eugenia rufescens DC. 234.
„ rupestris Bg. 570.
„ sabulosa Camb. 254.
„ salicifolia Bg. 312.
„ *Samarangensis* Blume 377.
„ sancta DC. 237.
„ Schlechtendaliana Bg. 321.
„ Schottiana Bg. 286.
„ Schüchiana Bg. 258. 576.
„ *Selloi* hortor. 327.
„ Sellowiana DC. 222.
„ sericea Bg. 280. 579.
„ *sessilifolia* DC. 345.
„ silvatica Camb. 310.
„ *silvatica* Gardn. 145.
„ Solimoensis Bg. 293.
„ Sonderiana Bg. 270.
„ *sparsiflora* DC. 435.
„ spathophylla Bg. 241.
„ spathulata Bg. 249.
„ *speciosa* Camb. 329.
„ sphaerosperma DC. 275.
„ sphenoides Bg. 259.
„ sphenophylla Bg. 288.
„ *spiciflora* Nees et Mart. 30.
„ splendens Bg. 226.
„ Sprengelii DC. 229.
„ Springiana Bg. 299.
„ Spruceana Bg. 257.
„ Stephani Bg. 242. 572.
„ stictopetala DC. 293.
„ stigmatosa DC. 251.
„ Strellensis Bg. 256.
„ strigipes Bg. 263.
„ suaveolens Camb. 310.
„ subamplexicaulis DC. 309.
„ subavenia Bg. 571.
„ subcordata Bg. 300.
„ subcorymbosa Bg. 295.
„ subcrosa Camb. 284.
„ subterminalis DC. 219.
„ suffruticosa Bg. 242. 573.
„ *sulcata* Spring. 339.
„ supraaxillaris Spring. 302. 585. 628.
„ Teffensis Bg. 255.
„ *tenella* DC. 368. Miq. 367.
„ tenuifolia Bg. 249.
„ *tenuiramis* Miq. 296.
„ ternatifolia Camb. 309.
„ tetrasticha Poepp. 324.
„ Tinguyensis Camb. 285.
„ Tocaiana Bg. 269.
„ *tomentosa* Camb. 328.
„ triphylla Bg. 243. 573.
„ turbinata Bg. 218.
„ *Tweediei* Hook 429.
„ *Ubensis* Camb. 344.
„ *umbellaris* DC. 292.
„ *umbellata* Spreng. 288.
„ umbelliflora Bg. 290.
„ umbrosa Bg. 582.

Eugenia uniflora Bg. 215.
„ *uniflora* Linn. 338.
„ Uruguayensis Camb. 274.
„ Uvalha Camb. 218. 627.
„ *Uvalha* Miq. 341.
„ vaga Bg. 238.
„ *variabilis* Mart. 454.
„ Vauthiereana Bg. 217. 627.
„ Velloziana Bg. 325.
„ Vellozii Bg. 255. 575.
„ velutina Bg. 317. 588.
„ vernicosa Bg. 274.
„ verruculosa DC. 320.
„ verticillaris Bg. 581.
„ vetula DC. 246.
„ Vicozensis Bg. 279.
„ viminalis Bg. 587.
„ vincaefolia Bg. 270.
„ violascens Bg. 581.
„ virgata Gardn. 313.
„ viridiflora Camb. 265.
„ viridis Bg. 325.
„ Widgreni Sond. 227.
„ *xanthocarpa* Mart. 451.
„ xanthochlora Bg. 216.
„ *xanthoxyloides* Camb. 346.
„ Ypanemensis Bg. 316.
„ Yrirensis Bg. 586.
„ Zuccarinii Bg. 257.
EUGENIOIDEAE Bg. 213.
Eugeniopsis Bg. 143.
„ acuminatissima Bg. 144.
„ affinis Bg. 149.
„ angustifolia Bg. 143.
„ cannaefolia Bg. 148. 561.
„ Clausseniana Bg. 145.
„ Gardneriana Bg. 145.
„ Gaudichaudiana Bg. 147.
„ grandifolia Bg. 149.
„ laevigata Bg. 144.
„ Luschnathiana Bg. 147.
„ ovata Bg. 146.
„ paniculata Bg. 150.
„ polygama Bg. 147.
„ Riedeliana Bg. 561.
„ Schottiana Bg. 148.
„ silvatica Bg. 145.
Eulecythis Bg. 480.
Feijoa Bg. 615.
„ obovata Bg. 616.
„ Sellowiana Bg. 615
Feijoideae Bg. 615.
Felicianea rubriflora Bamb. 466.
Gabinábo 632,
Giquitibá 624.
Girofleiro 626.
Gomidesia Bg. 11.
„ amplexicaulis Bg. 13.
„ anacardiaefolia Bg. 15.
„ Aubletiana Bg. 27.
„ banisteriaefolia Bg. 23.
Gomidesia Beyrichiana Bg. 25. 534.
„ Blanchetiana Bg. 14.
„ Browniana Bg. 13.
„ Cambessedeana Bg. 24.
„ Candolleana Bg. 17.
„ Casaretteana Bg. 20.
„ Chamissoeana Bg. 11. 626.
„ Clausseniana Bg. 23.
„ crocea Bg. 533.
„ eriocalyx Bg. 25.
„ Fenzliana Bg. 20.
„ Freireissiana Bg. 19.
„ Gardneriana Bg. 22.
„ Gaudichaudiana 27. 535..
„ Haenkeana Bg. 515.
„ Hartwegiana Bg. 22.
„ hebepetala Bg. 18.
„ Hilariana Bg. 26.
„ Hookeriana Bg. 18.
„ Jacquiniana Bg. 17.
„ Klotzschiana Bg. 534.
„ Kunthiana Bg. 23.
„ Langsdorffii Bg. 531.
„ Linkiana Bg. 16.
„ magnifolia Bg. 531.
„ Martiana Bg. 12.
„ Mikaniana Bg. 21.
„ Miqueliana Bg. 24.
„ Poeppigiana Bg. 14.
„ Pohliana Bg. 16.
„ Raddiana Bg. 26.
„ Regeliana Bg. 535.
„ reticulata Bg. 15.
„ Riedeliana Bg. 532.
„ Schaueriana Bg. 18.
„ Sellowiana Bg. 21. 626.
„ Sonderiana Bg. 533.
„ spectabilis Bg. 12.
„ Sprengeliana Bg. 21.
„ Springiana Bg. 13. 532.
„ Spruceana Bg. 534.
„ Widgreniana Bg. 26.
„ Willdenowiana Bg. 19.
GRANATEAE Don 513.
Grumijama 629.
Grumixama 629.
Grumixameira 348. 629,
Guabijú 627.
Guabirába 625. 629.
Guabiróba 416. 433. 442. 443. 446. 448. 609. 611. 625. 632.
Guabiróba do Mato 437. 452. 633.
Guabiróba felpuda 633.
Guabiróba-lisa 451. 633.
Guabiróba-mirin 633.
Guabyraca-guaçu 627.
Guaiába, Guajaba 397. 631.
Guapuronga 32. 626.
Guavirába, Guaviróba 611. 628.
Guaviroba do Campo 432. 632.
Guayaba, Guayaba 397. 631.
Guayava agria 390. 631.
Guayava pyriformis Gärtn. 397.
Guayava rana 631.
Gustavia L. 469.
„ angusta L. 469.
„ Brasiliana DC. 472. 623. 625.
„ *conferta* Spruce 471.
„ fastuosa Willd. 473.
„ *hexapetala* Smitt. 474.
„ *insignis* Willd. 471.
„ longifolia Pöpp. 472.
„ *meizocarpa* Gärtn. 469.
„ Poeppigiana Bg. 471.
„ *pterocarpa* Poit. 474.
„ *tetrapetala* Räusch. 470.
„ *urceolata* Poit. 470.
Hexachlamys Bg. 380.
„ humilis Bg. 380.
Jaboticaba, Jaboticabeira 629.
Jabuticaba 361., Jabuticabeira 629.
Jacapucaya 481. 623.
Jambosa Rumph. 376.
„ *alba* Wight et Arn. 377.
„ aquea Rumph. 378.
„ domestica Rumph. 376.
„ firma Blum. 378.
„ *macrophylla* DC. 377.
„ *Malaccensis* DC. 377.
„ Samarangensis DC. 377.
„ vulgaris DC. 377.
Jandiparana 472. 623.
Janiparandiba 472. 623.
Japoarandiba 472. 623.
Ibabiraba 625. 633.
Ibariba Marcgr. 625.
Ibipitanga 338. 628.
Ibiraba 497.
Ibiribá-rana 629.
Ibiruba 629.
Jecuibá 624.
Jequitibá 511. 514.
Jequitibá vermelha 624.
Jiquitibá 512. 624.
Juquitibá 624.
Lacerdaea Bg. 464.
„ Luschnathiana Bg. 464.
LECYTHIDEAE Rich. 473.
Lecythis Loefl. 479. 480.
„ *acuminata* DC. 503.
„ acuminatissima Bg. 494.
„ albiflora DC. 500.
„ Amazonum Mart. 483. 634.
„ angustifolia Endl. 489.
„ basizone Bg. 617.
„ Blanchetiana Bg. 495.
„ *bracteata* Willd. 476.
„ bracteosa Poepp. 495.
„ *compressa* Vell. 489.
„ coriacea DC. 491.
„ elegans Bg. 499.
„ grandifolia Bg. 493.

Lecythis idatimonoides Bg. 496.
„ lanceolata Poir. 482. 634.
„ Langsdorffii Bg. 615.
„ Luschnathii Bg. 498.
„ macrophylla Bg. 616.
„ Martiana Bg. 487.
„ Marawynensis Bg. 489.
„ Martini Bg. 616.
„ *minor* Vell. 482. 634.
„ monosperma Mart. 485.
„ nana Bg. 617.
„ obversa Bg. 503.
„ odora Poepp. 492.
„ Ollaria L. 615.
„ *Ollaria* Vell. 481. 623.
„ ovalifolia DC. 486.
„ ovata Camb. 497. 618.
„ pachysepala Spruce 494.
„ paniculata Bg. 501.
„ parvifolia Bg. 496. 618.
„ *pedicellaris* DC. 502. 503.
„ pilosa Poepp. 500.
„ Pisonis Camb. 480. 623. 634.
„ platycarpa Poit. 618.
„ platyzone Bg. 485.
„ Pohlii Bg. 484. 634.
„ Poiteaui Bg. 615.
„ *pyramidata* Vell. 504.
„ retusa Spruce 487.
„ Riedeliana Bg. 618.
„ rorida Bg. 488.
„ rosea Spruce 488.
„ salebrosa Bg. 488.
„ Siberiana Bg. 501.
„ Spruceana Bg. 487.
„ tenuifolia Bg. 501.
„ turbinata Bg. 493.
„ urnigera Mart. 483. 634.
„ verruculosa Bg. 502.
„ Wullschlaegeliana Bg. 492.
Lecythopsis Schrank. 503.
„ glabra Bg. 505.
„ rufescens Bg. 504.
Mama de Cachorro 329. 628.
Mangue do Brejo 12. 626.
Mantimento d'Araponga 249.
Mapichi 155. 633.
Marlierea Camb. 31.
„ capitata Bg. 33.
„ dimorpha Bg. 538.
„ Estrellensis Bg. 34.
„ excoriata Mart. 35.
„ glabra Camb. 37. 538.
„ grandifolia Bg. 37. 537.
„ Langsdorffii Bg. 536.
„ obscura Bg. 36.
„ parviflora Bg. 537.
„ parvifolia Bg. 33.
„ Regeliana Bg. 537.
„ resupinata Bg. 37.
„ rufa Bg. 37.
Marlierea Schottiana Bg. 36.
„ sessiliflora Bg. 34.
„ spathulata Bg. 32.
„ Spruceana Bg. 34. 515.
„ strigipes Bg. 32. 536.
„ suaveolens Camb. 33.
„ tomentosa Camb. 32. 626.
„ Uaupensis Bg. 515.
„ umbraticola Bg. 35.
„ verticillaris Bg. 538.
Matá-Matá 492.
Mitranthes Bg. 354. 595.
„ Browniana Bg. 355.
„ eugenioides Bg. 355.
„ Gardneriana Bg. 354.
„ Langsdorffii Bg. 595.
„ ovalifolia Bg. 356.
„ Riedeliana Bg. 595.
Murtilla 633.
Murtinho 245. 246. 247. 297.
Myrceugenia Bg. 210.
„ Montevideensis Bg. 211.
„ myrcioides Bg. 212
„ myrtoides Bg. 211.
„ Sellowiana Bg. 212.
Myrcia DC. Bg. 150.
„ acuminatissima Bg. 167.
„ acutata Bg. 175.
„ acutiloba Bg. 189.
„ affinis Camb. 201.
„ Alagoensis Bg. 165.
„ *albo-tomentosa* DC. 105.
„ *alternifolia* Miq. 121.
„ *Amazonica* DC. 75. 293.
„ ambigua DC. 180. 518.
„ *anacardiaefolia* Gardn. 15.
„ anceps Bg. 186. 565.
„ *andromedoides* Camb. 74.
„ anomala Camb. 204.
„ arborescens Bg. 200.
„ *banisteriaefolia* DC. 23.
„ Barrensis Bg. 187.
„ *bella* Camb. 71.
„ Berberis DC. 170.
„ *Berberis* Schauer, Miq. 168.
„ Bergiana Bg. 194. 567.
„ bracteata DC. 150.
„ Brandami Bg. 161.
„ *Browniana* Gardn. 13.
„ brunnea Camb. 196. 567.
„ bullata Bg. 153.
„ buxifolia Gardn. 202.
„ *Camaraeana* DC. 83.
„ Cambessedeana Bg. 202.
„ *campestris* DC. 128.
„ cancellata Bg. 153.
„ canescens Bg. 206. 567.
„ capitata Bg. 154.
„ *Capivarhyensis* Camb. 63.
„ Cardiaca Bg. 204.
„ *cassinoides* DC. 129.
Myrcia Catharinae Bg. 176.
„ Ciarensis Bg. 178.
„ *clusiaefolia* Miq. 39.
„ communis Bg. 183.
„ Corcovadensis Bg. 177.
„ *cordiaefolia* DC. 16.
„ cordata Camb. 208.
„ cordifolia Bg. 205.
„ *corymbosa* DC. 75.
„ costata DC. 157.
„ *crassicaulis* Camb. 125.
„ Cujabensis Bg. 161.
„ *curatellaefolia* DC. 95.
„ *daphnoides* DC. 132.
„ dasyblasta Bg. 207. 568.
„ *dealbata* DC. 102.
„ *debilis* Camb. 105.
„ *decorticans* DC. 78.
„ *detergens* Miq. 77.
„ Doniana Bg. 518.
„ *duriuscula* DC. 78.
„ *elaeodendra* DC. 129.
„ *elegans* DC. 59.
„ *elliptica* Gardn. 25.
„ *ellipticifolia* Camb. 85.
„ elongata Bg. 159.
„ *eriocalyx* DC. 25. 441.
„ eriopus DC. 151.
„ erythroxylon Bg. 173.
„ *eugenioides* Camb. 56.
„ eximia DC. 198.
„ *exsucca* DC. 139.
„ *exsucca* Camb. 74.
„ Felisberti DC. 562.
„ fenestrata DC. 164.
„ Fenzliana Bg. 196.
„ *floribunda* Miq. 94.
„ Formosiana DC. 158.
„ *Formosiana* Camb. 199.
„ Friburgensis Bg. 161.
„ Gardneriana Bg. 184.
„ *Garopabensis* Camb. 79.
„ gemmiflora Bg. 190.
„ Gestasiana Camb. 199.
„ *glauca* Camb. 84., Miq. 85.
„ Goyazensis Camb. 188.
„ gracilis Bg. 174. 564.
„ grandifolia Camb. 195.
„ guayavaefolia Bg. 160.
„ Hayneana DC. 186.
„ *hebepetala* DC. 18.
„ hiemalis Camb. 203.
„ Hilariana Bg. 199.
„ hirsuta Bg. 151.
„ *hirtiflora* DC. 73.
„ hispida Bg. 152.
„ Hoffmannseggii Bg. 157.
„ *hypericoides* Camb. 104.
„ hypoleuca Spring. 203.
„ *imbricata* Gardn. 100.
„ impressa Bg. 184.

Myrcia *insularis* Gardn. 98.
„ involucrata Bg. 156. 562.
„ Itajurensis Camb. 200.
„ Itambensis Bg. 190. 566.
„ Kegeliana Bg. 168.
„ Klotzschiana Bg. 169. 563.
„ Lacerdaeana Bg. 193.
„ laevigata Bg. 175.
„ lanceolata Camb. 155. 633.
„ Langsdorffii Bg. 562.
„ lanuginosa Bg. 205.
„ *Laruotteana* Camb. 90.
„ lasiantha DC. 203. 567.
„ *lasiopus* DC. 78.
„ latifolia Bg. 170.
„ *lauriflora* DC. 114.
„ laurifolia Camb. 193.
„ *laxiflora* Camb. 114.
„ *Leucadendron* DC. 115.
„ *leucophloea* DC. 78.
„ *linearifolia* Camb. 60.
„ Linkiana DC. 159.
„ littoralis DC. 192.
„ Luschnathiana Bg. 194.
„ lutescens Camb. 199.
„ *macrocarpa* DC. 75.
„ *macrochlamys* DC. 420.
„ macrophylla DC. 163.
„ magnoliaefolia DC. 162.
„ Mansoniana Bg. 163.
„ *Maragnana* DC. 120. M. 89.
„ marginata Bg. 565.
„ Martiana Bg. 159.
„ Maximiliana Bg. 164.
„ micrantha Bg. 169.
„ *microcarpa* Camb. 81.
„ microphylla Bg. 566.
„ Mikaniana Bg. 182.
„ *montana* Camb. 61.
„ *Mugiensis* Camb. 63.
„ *myoporina* DC. 139. 318.
„ *myrtillifolia* DC. 61.
„ *Neesiana* DC. 65.
„ Negrensis Bg. 187.
„ *nigrescens* DC. 119.
„ nitens Bg. 178.
„ nitida Camb. 201.
„ *nivea* Camb. 103.
„ nobilis Bg. 195.
„ *oblongata* DC. 66.
„ ochracea Bg. 190.
„ ochroides Bg. 208.
„ Oitchi Bg. 563. 627.
„ oleaefolia Camb. 191.
„ oligantha Bg. 184.
„ oocarpa Camb. 195.
„ opaca Bg. 177.
„ ovata Camb. 166.
„ *pallens* DC. 123.
„ Paivae Bg. 179.
„ palustris DC. 191.
Myrcia pauciflora Camb. 201.
„ pellucida Bg. 173.
„ perforata Bg. 197.
„ Pernambucensis Bg. 194.
„ *pertusa* DC. 79.
„ phaeoclada Bg. 167.
„ Piauhiensis Bg. 196.
„ *pilosa* DC. 87. 92. 93.
„ *Pinaster* Mart. 375.
„ *pinifolia* Camb. 60.
„ Poeppigiana Bg. 156. 157.
„ Pohliana Bg. 199.
„ polyantha Bg. 185.
„ *polyantha* DC. 82.
„ *prunifolia* DC. 95. 96.
„ *prunifolia* Camb. 94.
„ Pseudo-Mini DC. 177. 179.
„ *puberula* Camb. 94.
„ *pubescens* DC. 20. 21. 26.
„ *pubiflora* DC. 73.
„ pubipetala Miq. 170.
„ pyramidata Bg. 193.
„ *racemulosa* DC. 100.
„ *ramulosa* DC. 62.
„ recurvata Bg. 166.
„ Regeliana Bg. 562.
„ Regnelliana Bg. 174.
„ *reticulata* Camb. 16.
„ *reticulosa* Miq. 106.
„ retorta Camb. 189.
„ Riedeliana Bg. 565.
„ rimosa Camb. 202.
„ riparia Bg. 179.
„ rostrata DC. 176. 564.
„ *rostrata* Camb. 158.
„ *rubella* Camb. 74. 627.
„ rubiginosa Camb. 200.
„ *rufipes* DC. 131.
„ rufula Miq. 158.
„ *salicifolia* DC. 136.
„ Salzmanni Bg. 207.
„ Schaueriana Bg. 163.
„ Schottiana Bg. 188. 566.
„ *Schrankiana* DC. 141.
„ Schüchiana Bg. 181.
„ *scutulifera* DC. 100.
„ Sellowiana Bg. 197.
„ sepiaria DC. 182.
„ sericiflora Bg. 178.
„ *spectabilis* DC. 13.
„ *sphaerocarpa* DC. 85.
„ *sphaerocarpa* Gardn. 118.
„ *Spixiana* DC. 59.
„ Spruceana Bg. 165.
„ stigmatosa Bg. 564.
„ *strigipes* Mart. 32.
„ *suaveolens* Camb. 137.
„ *subalpestris* DC. 124.
„ *subcordata* DC. 104.
„ suffruticosa Bg. 189.
„ superba Bg. 198.
Myrcia *sylvatica* DC. 180.
„ thyrsoidea Bg. 192.
„ tingens Bg. 564.
„ *torta* DC. 138.
„ *triflora* Camb. 62.
„ Uberavensis Bg. 568.
„ undulata Bg. 185.
„ *variabilis* DC. 106.
„ Vauthiereana Bg. 154. 561.
„ Velloziana Bg. 171.
„ velutina Bg. 182.
„ *venulosa* DC. 109.
„ verticillaris Bg. 206.
„ *vestita* DC. 126. 127.
„ *virgata* Camb. 136.
„ Ypanemensis Bg. 186.
Myrcianthes Bg. 351.
„ apiculata Bg. 352.
„ brunnea Bg. 352.
„ Cisplatensis Bg. 353.
„ edulis Bg. 353. 629.
Myrciaria Bg. 358.
„ Amazonica Bg. 374.
„ axillaris Bg. 373.
„ cauliflora Bg. 361. 630.
„ chartacea Bg. 371.
„ ciliolata Bg. 366.
„ cuspidata Bg. 367.
„ delicatula Bg. 362.
„ deserti Bg. 359.
„ disticha Bg. 366. 598.
„ ferruginea Bg. 597.
„ glomerata Bg. 365.
„ Hagendorffii Bg. 360.
„ herbacea Bg. 369.
„ Jaboticaba Bg. 361. 629.
„ involucrata Bg. 375.
„ lanceolata Bg. 363.
„ Leucadendron Bg. 364.
„ leucophloea Bg. 370.
„ linearifolia Bg. 362.
„ longipes Bg. 599.
„ Maranhensis Bg. 372.
„ Maximiliana Bg. 370.
„ micrantha Bg. 360.
„ Minensis Bg. 369.
„ myriophylla Bg. 375.
„ obscura Bg. 374.
„ pallida Bg. 368.
„ Paraënsis Bg. 364.
„ perforata Bg. 598.
„ plicato-costata Bg. 366.
„ prasina Bg. 373.
„ pumila Bg. 366.
„ Riedeliana Bg. 598.
„ rivularis Bg. 360.
„ rubiginosa Bg. 359.
„ Schüchiana Bg. 373. 599.
„ Sellowiana Bg. 374.
„ sericea Bg. 375.
„ splendens Bg. 371.

Myrciaria Spruceana Bg. 365.
„ strigipes Bg. 364. 597.
„ tenella Bg. 368. 630.
„ tenuiramis Bg. 371.
„ tolypantha Bg. 372.
„ trunciflora Bg. 361. 630.
„ undulata Bg. 368.
MYRCIOIDEAE Bg. 9.
MYRRHINIEAE Bg. 465.
Myrrhinium Schott. 465.
„ atropurpureum Schott. 465. 633.
„ rubriflorum Bg. 466. 634.
MYRTACEAE 3.
MYRTEAE 9.
Myrtus Tourn. 413.
„ acutata Bg. 415.
„ *aggregata* Vell. 330.
„ *alba* Piso 625.
„ *albida* Vell. 292.
„ *anceps* Spreng. 186.
„ Blanchetiana Bg. 418.
„ *Brasiliana* Linn. 338. 628.
„ *calophylla* H. B. K. 412.
„ *caryophyllata* Vell. 430.
„ *cauliflora* Mart. 361. 630.
„ *cerasina* Vahl 343. 629.
„ cuspidata Bg. 415.
„ *decussata* Vell. 249.
„ *dioica* Spreng. 163.
„ *Dombeyi* Spreng. 348. 629.
„ *dumosa* Spreng. 422.
„ *elegans* DC. 391.
„ excelsa Camb. 417.
„ *firma* Spreng. 195.
„ *fragrans* Hb. Fl. Per. 91.
„ *fulva* Spreng. 198.
„ *glabra* Vell. 266.
„ *Goetheana* Mart. 412.
„ *grammica* Spreng. 54.
„ grandifolia Bg. 419.
„ *Greggii* Nees et Mart. 164.
„ *Grumixama* Vell. 348.
„ *Jaboticaba* Vell. 361. 629.
„ *Jambos* Kunth. 377.
„ *Javanica* Spreng. 378.
„ incana Bg. 416.
„ *ligustrina* Swartz 343. 629.
„ *linifolia* Spreng. 229.
„ macrochlamys Mart. 419.
„ *micrantha* Nees et Mart. 370.
„ mucronata Camb. 416. 632.
„ *nitida* Vell. 297.
„ nivea Bg. 414.
„ ovalifolia Camb. 418.
„ ovalis Bg. 417.
„ *ovalis* Spreng. 352.
„ pauciflora Camb. 417.
„ *polyantha* H. B. K. 185.
„ *Pseudo-Caryophyllus* Gomez. 429. 626.
„ pubescens Bg. 415.
Myrtus *quadriflora* Vell. 276.
„ *quadrisperma* Vell. 298.
„ *racemosa* Vell. 148.
„ *resupinata* Vell. 37.
„ rigida Bg. 417.
„ *rubra* Piso 628.
„ *rufa* Vell. 38.
„ *Samarangensis* Bl. 377.
„ *Selloi* Spreng. 62.
„ Sellowiana Bg. 413.
„ sericea Camb. 414.
„ suffruticosa Bg. 418.
„ *sylvestris* Vell. 186.
„ *sylvestris* Piso 624. 628.
„ *triflora* Spreng. 206.
„ umbilicata Camb. 419.
„ *umbraticola* H. B. K. 35.
„ *verticillata* Vell. 261. 371.
„ *verticillata* Salzm. 371.
„ *viridis* Vell. 325.
Nha, Nia 479. 624.
Nhanica 244. 627.
Oitchi 563. 624.
Orthostemon Bg. (Feijoa) 467.
„ obovatus Bg. 468.
„ Sellowianus Bg. 467.
ORTHOSTEMONOIDEAE (FEIJOIDEAE) Bg. 467.
Paivaea Bg. 614.
„ Langsdorffii Bg. 614.
Palilla, Palillo, Palillos 449. 633.
Pekea Juss. 475.
„ *Couroupita* Juss. 476.
Phyllocalyx Bg. 326.
„ calycinus Bg. 329.
„ calystegius Bg. 331. 591.
„ cerasiflorus Bg. 330.
„ cupreus Bg. 592.
„ edulis Bg. 327. 590. 628.
„ formosus Bg. 328. 628.
„ grandifolius Bg. 333. 591.
„ herbaceus Bg. 328.
„ involucratus Bg. 330. 590.
„ laevigatus Bg. 329.
„ ligustrinus Bg. 592.
„ limbatus Bg. 332.
„ Luschnathianus Bg. 333. 592. 628.
„ macrosepalus Bg. 332. 591.
„ marginatus Bg. 332.
„ membranaceus Bg. 334.
„ pubescens Bg. 592.
„ racemosus Bg. 334.
„ Regelianus Bg. 591.
„ retusus Bg. 331.
„ Riedelianus Bg. 590.
„ speciosus Bg. 329.
„ strictus Bg. 330. 628.
„ tomentosus Bg. 327.
Pimentoideae Bg. 382.
Pirigara Aubl. 469.
„ *hexapetala* Aubl. 474.
„ *tetrapetala* Aubl. 470.
Pitanga 337. 338. 341. 628. 629.
Pitanga de Caçhorro 52. 542. 627.
Pitanga-miuda 74. 627.
Pitanga Pimenta 600.
Pitangatúba 327. 628.
Pitangueira 629.
Pitangueira do Mato 629.
Pitomba 628.
Plinia crocea Vell. 17.
„ *pedunculata* Linn. fil. 338. 628.
„ *rubra* Linn. 338. 628.
Pontopidana Scop. 475.
Pseudocaryophyllus Bg. 429.
„ costatus Bg. 607.
„ fulvescens Bg. 430.
„ sericeus Bg. 429. 626.
„ velutinus Bg. 607.
Psidium L. 382.
„ *acidum* Mart. 461.
„ acutangulum DC. 409. 461. 631.
„ *Adamantium* Camb. 457.
„ aerugineum Bg. 391. 601.
„ alatum Bg. 604.
„ albidum Camb. 406. 631.
„ *albidum* Miq. 407.
„ anceps Bg. 395.
„ anthomega Vell. 410.
„ *apricum* Vell. 459. 633.
„ Araça Raddi 397. 623. 630.
„ *arboreum* Vell. 400. 410. 630.
„ argenteum Bg. 388.
„ australe Camb. 399.
„ basanthum Bg. 601.
„ *Brownianum* DC. 355.
„ *campestre* Camb. 457.
„ campomanesioides Bg. 520.
„ *Cattleyanum* Sabine 401. 730.
„ *Cattleyanum* Weinm. 401.
„ *cerasoides* Camb. 436.
„ cinereum Mart. 404. 631.
„ coriaceum Mart. 401. 630.
„ *corymbosum* Camb. 442. 632.
„ *corymbosum* Miq. 632.
„ cuneatum Camb. 405. 630.
„ cupreum Bg. 393.
„ decussatum DC. 383.
„ densicomum Mart. 389. 631.
„ *desertorum* Mart. 456.
„ *dichotomum* Weinm. 397.
„ Donianum Bg. 520.
„ *dulce* Vell. 434. 632,
„ elegans Mart. 391.
„ *erianthum* Camb. 463.
„ *erosum* Miq. 448. 632.
„ *eugenioides* Camb. 436.
„ *eugenioides* Miq. 451.
„ firmum Bg. 390. 601.
„ *fluviatile* Miq. 411.

Psidium *fruticosum* Vell. 458.
„ Gardnerianum Bg. 389.
„ glaucescens Bg. 600.
„ grandifolium Mart. 406. 603. 631.
„ *Guaviroba* DC. 432. 632.
„ Guayava Raddi 396. 631.
„ *guazumaefolium* Camb. 458.
„ *Guineense* Swartz 397.
„ herbaceum Bg. 410.
„ hians Mart. 393.
„ *hians* Miq. 448.
„ *humile* Vell. 401. 630.
„ inaequilaterum Bg. 399.
„ incanescens Mart. 403.
„ Indicum Raddi 410.
„ Itanareense Bg. 402.
„ lacteum Bg. 403.
„ Langsdorffii Bg. 599.
„ Laruotteanum Camb. 405. 631.
„ leptocladum Bg. 409.
„ *lineatifolium* Pers. 449.
„ *littorale* Raddi 401. 630.
„ Macahense Bg. 605.
„ macrospermum Bg. 392.
„ Maranhense Bg. 386.
„ Maribense Mart. 408.
„ *mediterraneum* Vell. 458.
„ Mengahiense Camb. 387.
„ microcarpum Camb. 405. 630.
„ *microcarpum* Miq. 405.
„ multiflorum Camb. 406. 631.
„ *multiflorum* Camb. 443.
„ myrsinoides Bg. 384.
„ Myrsinites DC. 384.
„ myrtoides Bg. 384.
„ nutans Bg. 394.
„ oblongatum Bg. 392.
„ oblongifolium Bg. 602.
„ obovatum Mart. 399.
„ *obversum* Miq. 446. 632,
„ oligospermum Mart. 409.
„ ooideum Bg. 398. 602.
„ ovatifolium Bg. 385.
„ Paraënse Bg. 386. 600.
„ Paranense Bg. 604.
„ persicifolium Bg. 407.
„ *pilosum* Vell. 393. 631.
„ Pohlianum Bg. 390. 601.
„ polycarpum Lamb. 398.
„ *pomiferum* L. 397. 631.
„ *pubescens* Mart. 443.
„ *punctulatum* DC. 432. 452.
„ pyriferum L. 396. 631.
„ *racemosum* Vell. 458.
„ radicans Bg. 402. 631.
„ refractum Bg. 394.
„ rhombeum Bg. 383.
Psidium Riedelianum Bg. 603.
„ riparium Mart. 386.
„ *rivulare* Mart. 449. 633.
„ robustum Bg. 400.
„ rubescens Bg. 395.
„ rufum Mart. 393. 602. 631.
„ *sapidissimum* Jacq. 397. 631.
„ Sellowianum Bg. 400. 630.
„ sericeum Bg. 389.
„ Sieberianum Bg. 387.
„ Sorocabense Bg. 398.
„ Sprucei Bg. 396.
„ striatulum DC. 408. 603.
„ *suaveolens* Camb. 458.
„ suffruticosum Bg. 387.
„ *tenuifolium* Mart. 453.
„ *terminale* Vell. 460.
„ *ternatifolium* Camb. 407.
„ *transalpinum* Vell. 458.
„ turbiniflorum Mart. 385.
„ umbrosum Bg. 599.
„ variabile Bg. 400. 630.
„ *velutinum* Camb. 441.
„ *vulgare* Rich. 397.
„ Widgrenianum Bg. 392.
„ Ypanemense Bg. 395.
Puchca-Chauvintu 390. 631.
Punica Tourn. 513.
„ Granatum L. 514. 623.
„ nana L. 514. 623.
Quabiroba 632.
Quabiroba de Caçhorro 432. 632.
Redowskia odorata Willd. 323.
Romeira 623.
Rubachia Bg. 28.
„ Antonia Bg. 29.
„ glomerata Bg. 31. 536. 629.
„ involucrata Bg. 29.
„ lateriflora Bg. 30.
„ Neuwiedeana Bg. 29.
„ obumbrans Bg. 28.
„ spathulata Bg. 535.
„ spiciflora Bg. 30. 536.
Sapucája 484.
Sapucája branca 482.
Schizocalyx Bg. 357.
„ Pohlianus Bg. 358.
Sette Casacas 633.
Siphoneugena Bg. 378.
„ aromatica Bn. 379.
„ densiflora Bg. 379.
„ Widgreniana Bg. 379.
Spallanzania Neck. 469.
Stenocalyx Bg. 335.
„ affinis Bg. 336.
„ Alagoensis Bg. 350.
„ Bahiensis Bg. 351.
Stenocalyx blastanthus Bg. 348.
„ Brasiliensis Bg. 347. 594. 629.
„ brunneus Bg. 335.
„ costatus Bg. 340.
„ dasyblastus Bg. 337. 628.
„ dentatus Bg. 338.
„ Duarteanus Bg. 342.
„ dysentericus Bg. 351. 595. 629.
„ Gardnerianus Bg. 350.
„ gemmiflorus Bg. 344.
„ glaber Bg. 337.
„ grandiflorus Bg. 347.
„ grandifolius Bg. 340.
„ impressus Bg. 593.
„ impunctatus Bg. 336.
„ lanceolatus Bg. 341.
„ Langsdorffii Bg. 594.
„ laxus Bg. 349.
„ ligustrinus Bg. 343. 629.
„ longipes Bg. 345.
„ lucidus Bg. 337.
„ Michelii Bg. 337. 628.
„ mollicoma Bg. 350.
„ mutabilis Bg. 347.
„ myrtifolius Bg. 342.
„ oblongifolius Bg. 339. 593.
„ pistaciaefolius Bg. 343.
„ Pitanga Bg. 341. 629.
„ pius Bg. 342.
„ protractus Bg. 593.
„ reticulatus Bg. 340.
„ Riedelianus Bg. 349.
„ sessilifolius Bg. 344.
„ silvestris Bg. 346.
„ squamiflorus Bg. 345.
„ stipularis Bg. 348.
„ strigosus Bg. 335.
„ sulcatus Bg. 339. 629.
„ Ubensis Bg. 344.
„ xanthoxyloides Bg. 346.
Tatu 303. 628.
Tauirí, Taurarí 624.
Torarí, Turarí 624.
Teichmeyera Scop. 469.
Tetracera canescens Willd. herb. 158.
„ *laurifolia* Willd. 162.
Tetrastemon loranthoides Hook. 466.
Touka, Tuca 479. 624.
Uba-caba 631.
Ubipitanga 628.
Uvá-aya 632.
Uvaca do Campo 631.
Uvalha 627.
Uvalha do Campo 308. 402. 628.
Yuvia 479. 624.
Zabucajo 481. 623. 633.